
Hieronymus Iunio.

EPITOME ANNALIVM Ecclesiasticorum

CÆSARIS BARONII

S.R.E. Card. Biblioth. Apost.

AB JO: GABRIELE BISCIOLA MVTINEN.

Societatis IESV, *Confecta,*

EIVSDEM AVCTORIS CONCESSIONE,

Duobus Tomis.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS, MDCII.

Apud Georgium Variscum, & Socios.

AMPLISSIMO
S. R. E. Cardinali,
CAESARI BARONIO,
Bibliothecario Apostolico.

IO: GABRIEL BISCIOLA, SOCIETATIS IESV, FELICITATEM.

ARTEM Epitomes Annalium tuorum Ecclesiasticorum, iam tandem tibi offero, optime atque eruditissime Cardinalis, alteram paulo post daturus: non tam ad beneuolentiam & gratiam tuam conciliandam, quę pro tua Christiana charitate, patet omnibus, quàm ad gratias agendas; nec meo vnius tantum nomine, qui tamen, præ ceteris, tibi debeo; sed vniuersorum fere, qui se tibi, idest ingenio, industriæ, multorum annorum vigilijs & laboribus, eruditioni & pietati tuæ plurimũ debere, & agnoscunt & profitentur. Perfecisti enim opus, vt mole penè immensum, ita ob rerum multitudinem, varietatem, ordinem, præstantiam, iucunditatem, immortalitate dignissimũ, quam, Deo hominibusq; probantibus, consequetur. Ego quidem de me affirmare possum, cum a pueritia ad senectutem, omnem ætatem in litteris contriuerim, nihil maiori cum iucunditate & fructu legisse, quàm Ecclesiasticos Annales tuos. Quos, vt primum exierunt in lucem, auidissime legere cum cæpissem, & experirer tamen memoria me omnia continere non posse, quæ singula memoria dignissima essent; cogitare mecum cœpi, vt aliqua ratione huic incommodo prouiderem. Ea vero excogitata a me fuit, fortasse non inepta, vt quæ a te late, & copiose tractata fuissent; a me breuiter, & strictim attingerentur. Atque hoc meum primum consilium fuit, quo nomine fortasse ab aliquibus gratiam inierim. Illud quoque amplius animo intendi, vt, qui nunquam fortasse in gentia illa volumina, magnitudine, & multitudine deterriti, attigissent, breuitate Epitomes allecti, ad ea vniuersa perlegenda adducerentur, ne tanto, tam pretioso bono fraudarentur: quasi mercatores, qui paruo specimine oblato pretiosarum mercium, ad eas vniuersas coemendas adducuntur. Ac propterea ego studiose sæpius Epitomæ lectores ad ipsa Annalium volumina,

quasi sitientes, tenui haustu, ad fontes prouoco; haud ignarus quantum inter riuum & fontem, & inter hunc, quasi nudum indiculum, & ipsam amplissimam & ditissimam Annalium copiam intersit: quæ non simplicem historiam, & Actorum continet seriem, sed origines etiam Ecclesiarum, rituum, traditionum, Conciliorum, Pontificalium decretorum, consuetudinum; Catholicarum dogmatum confirmationes, alienorum euersiones, omnium denique rerum Ecclesiasticarum rationes complectitur; quæ breui Epitome leuiter quidem indicari, sed copiose, & pro dignitate, explicari non possunt. Vt nullum fere opus æque ad omnes pertineat, nec modo ad Ecclesiasticos, sed & ad Politicos; nec ex quo maiores vtilitates, maiore cum iucunditate percipi possint. Hæc meorum consiliorum ratio fuit, doctissime & humanissime Cardinalis, quam & tu, pro tua prudentia, probare visus es, cum me sæpius ad te adeuntem hilariter & perhumaniter accepisti, & meum hoc studium & conatum tecum conferentem, non modo permissione, & consensione, sed etiam hortatione fouisti & promouisti. Vereor tamen, (quod nō negarim) ne pro ingenij & iudicij mei tenuitate, & exili ad explicādum facultate, minus fuerim assecutus quod vobam; dum pluribus fortasse aliquando, quæ paucioribus dicenda fuissent, explicarim: alias, dum nimium fortasse studeo breuitati, obscuritatē (quod vix aliter fieri potest) rebus intulerim; alia nonnunquàm minus insignia, insignioribus alijs prætermissis, ingesserim; plura denique alia peccarim; ob quæ in eruditorum reprehensiones incurrerim: quorum tamen ego iudicia, si tuo vnius satisfecero, non multum reformido. Quod si nec tuo omnia probaro, veniam a te, quæ tua est humanitas, & facilitas, prolixius spero: qui voluntatem magis perficiendi, quàm facultatem respicias. Deus tibi, optime Cardinalis, longæuam & firmam ætatem, & facultatem præstet ad ea consummanda, quæ ad Catholicæ fidei amplificationem, & Romanæ Ecclesiæ gloriam, magna ex parte perfecisti, cum tui nominis perpetuitate. Venetijs, Kal. Octob. Anno Domini 1601.

CLEMENS PAPA VIII.

D Futuram rei memoriam. Cum ſicut accepimus, dilectus filius Ioannes Antonius Franzinus, & hæredes quondam Hieronymi etiam Franzini in Vrbe Bibliopolæ compendium Annalium dilecti filij Noſtri Cęſaris tituli Sanctorum Nerei & Archilei Presbyteri Cardinalis Baronij nuncupati à dilecto etiam filio Gabriele Biſciola Presbytero Societatis Ieſu, cum conſenſu, & licentia eiuſdem Cæſaris Cardinalis compoſitum, typis cudere intendant, vereanturque, ne, poſtquàm in lucem prodierint, alij, qui ex alieno labore lucrum aliquando quærunt, compendium huiuſmodi typis cudi facere curent, in ipſius Ioannis Antonij, ac hæredum prædictorum damnum, & præiudicium. Nos Ioannis Antonij, ac hæredum prædictorum indemnitati conſulere, ipſosque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eiſdem Ioanni Antonio, ac hæredibus, vt decennio proximo à primęua dicti Compendii, dummodo antea ab Inquiſitoribus, ſeu Magiſtro ſacri Palatii approbatum ſit, impreſſione computando durante, nemo tam in Vrbe, quàm in vniuerſo ſtatu noſtro Eccleſiaſtico immediate, vel immediate Nobis ſubiecto compendium ſupradictum ſine ſpeciali dictorum Ioannis Antonii, & hæredum, ac ſucceſſorum, vel ab eo, & eis cauſam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel ab aliis ſine huiuſmodi licentia impreſſum vendere, aut venale habere, ſeu proponere poſſit, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuerſis vtriuſque ſexus Christi fidelibus, præſertim librorum impreſſoribus, & Bibliopolis ſub quingentorum ducatorum auri de camera, & amiſſionis librorum, & typorum omnium, pro vna Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac pro alia eiſdem Ioanni Antonio, & hæredibus, & ſucceſſoribus, aut ab eo, vel eis cauſam habentibus, ac pro reliqua tertiis partibus accuſatori, & iudici exequenti irremiſſibiliter applicandis, & eo ipſo incurrendis pœnis, ne dicto durante decennio, Compendium prædictum, aut quamlibet illius partem, tam in magno, quàm in paruo folio, etiam prætextu declarationum, ſiue additionum quarumcunque tam in Vrbe, quam in reliquo ſtatu Eccleſiaſtico prædictis, ſine huiuſmodi licentia imprimere, aut ab aliis impreſſum vendere, aut venale habere quoquomodo audeant, vel præſumant. Mandantes dilectis filiis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, aut Præſidentibus, Gubernatoribus, Prætoriis, & aliis Iuſtitiæ Miniſtris Prouinciarum, ciuitatum, & locorum ſtatus noſtri Eccleſiaſtici prædicti, quatenus eiſdem Ioanni Antonio, & hæredibus, ac ſucceſſoribus, ſeu ab eis cauſam habentibus huiuſmodi, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, quandocunque ab eiſdem Ioanni Antonio, & hæredibus, ſeu aliis prædictis fuerint requiſiti, pœnas prædictas contra quoſcunque inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſuis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, cœteriſque contrarijs quibuſcunque.

Dat. Romæ apud Sanctam Petrum ſub Annulo Piſcatoris. Die 4. Iunii. M. D. CI.

Pontificatus Noſtri Anno Decimo.

M. Veſtrius Barbianus.

RVDOLHPVS SECVNDVS, Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & VVirtembergæ, &c. Comes Tirolis, &c. Notum facimus tenore præsentium vniuersis. Exponi nobis humillime curarunt Ioannes Antonius Francinus, ac reliqui quondam Hieronymi Francini hæredes, Typographi Romani, Compendium se quoddam Nouem Tomorum Annalium Ecclesiasticorum, Reuerendissimi in Christi Patris, Domini Cardinalis Baronij, à Gabriele Bisciola Societatis IESV factum in lucem edere decreuisse. Vereri autem, ne æmuli forte quidam, falcem vt fieri solet, in alienam messem inijcientes, eos sperato laborum suorum fructu ac emolumento, priuaturi sint, demisse proinde supplicando, quatenus eorum indemnitati priuilegio nostro consulere clementer dignaremur. Cum igitur illis iusta petentibus assensum nostrum Cæsareum non libenter denegemus, quod Cõpendium illud pluribus, & quidem ijs, qui vel ipso opere præclaro & amplissimo destituti sunt, vel a longiore ipsius lectione detinentur, ob breuitatem ac concinnitatem suam valdè vtile & idoneum futurum sit. Tenore præsentium ex certa nostra scientia statuimus, & sancimus: Ne quis omnino per totum Romanum Imperium, Regnaque ac prouincias nostras hæreditarias cuiuscunque status, aut conditionis existat, prædictum Compendium, per viginti annos, a primo illius editionis die computandos, sine præfatorum hæredum consensu, simili vel alio charactere modo vel forma imprimere, æmulari, recudere, vendere, distrahereuè publicè, vel occultè ausit: sub pœna confiscationis illius, quod sic contra mandatum, ac priuilegium hoc nostrum perperã quidem excusum, aliunde adductum vel venditum est: ac decem insuper marcharum auri puri mulcta, pro dimidio fisco nostro Cæsareo fraudis vindici, ac reliquo ipsis Francinis hæredibus, sine spe veniæ pendenda; Dummodo tamen & ipsi tria Compendij illius exempla, suis sumptibus quamprimum ad Cãcellariam nostram Imperialem transmittant. Mandamus ergo vniuersis & singulis nostris & Sacri Romani Imperij, Regnorumque & Dominiorum nostrorum hæreditariorum subditis & fidelibus dilectis, tam ecclesiasticis quã sæcularibus, cuiuscunq; status, gradus, ordinis vel conditionis extiterint: præsertim verò ijs, qui in Magistratu constituti sunt, ac vel superiorum vel suoip sius nomine & loco, Iuris & Iustitiæ administrationem exercent. Ne quenquam hoc priuilegium seu interdictum nostrum impunè violare spernere vel negligere patiantur, sed si quos contumaces compererint, præscripta pœna plecti, & quibuscunque rectè fieri potest, modis coherceri curent, quatenus ipsi grauissimam indignationem nostram, & eandem mulctam incurrere noluerint. Harum testimonio literarum, manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri impressione munitarum. Datum in Arce nostra Regia Pragæ, die vigesima nona Mensis Iulij, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo. Regnorum nostrorum, Romani vigesimo quinto, Hungarici vigesimooctauo, & Bohemici itidem vigesimoquinto.

Rudolphus.

Ad mandatum Sac. Cæs. Maiestatis proprium.

Rudul. Coraducius.

Io. Baruitius.

MARINVS GRIMANO Dei gratia Dux Venetiarum &c. Vniuersis & singulis Rectoribus quarumcunq; Ciuitatum, terrarum, & locorum nostrorum; nec non magistratibus huius Vrbis nostræ Venetiarum, cæterisque ministris, & repræsentantibus nostris, ad quos harum executio spectat, seu spectare poterit, significamus, hodie in Consilio nostro Rogatorum captam fuisse partem tenoris infrascripti, videlicet. Che per auttorità di questo Conseglio sia concesso al fedel Giorgio Varisco per l'instanza fatta con memoriale a nome dell'Illustrissimo Cardinal Baronio, che altri, che esso Giorgio, ò chi hauerà causa da lui, non possi in tutto'l Dominio nostro per il spatio di anni vinti prossimi far epitomare, ò in alcun modo compendiare per imprimere, ne in lingua Latina, ne volgare, ne altroue che fossero epitomate imprimere, ne far imprimere (ne separate, ne congionte con opere sue) ne impresse vendere le opere dell'Illustrissimo Cardinal Baronio; Sotto pena di perder le opere stampate, le quali siano del supplicante, & di ducati tresento, vn terzo de' quali sia dell'accusatore, vn terzo del Magistrato, ò Reggimento, che farà la essecutione, & vn terzo dell'Arsenal nostro; essendo esso Varisco tenuto di osseruar quanto è disposto per le leggi nostre in materia di stampe. Quare auctoritate supradicti Consilij mandamus vobis, vt supradictam partem obseruetis, & ab omnibus obseruari faciatis.

Datæ in nostro Ducali Palatio, die 19. Iunij, Indictione 14. M. D. CI.

Paulus Ciera Secretarius.

GLi Eccellentissimi Signori Capi dell'Illustrissimo Consiglio di X. infrascritti, hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoa, per relation delli tre à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquisitor, del Circ: & fedelissimo Secretario del Senato Lorenzo Massa, & di D. Fabio Paolino, D. Lettor publico, che nelle Epitome delli Annali Ecclesiastici dell'Eccellentissimo Cardinal Baronio fatta dal P. D. Gabriel Bisciola, della Compagnia del Giesù non vi è cosa contra le leggi, & è degna di stampa, concedono licentia, che possi essere stampata iu questa città.

Data die 2. Aprilis 1601.

D. Marc'Antonio Memmo.
D. Andrea Minotto.
D. Marc'Antonio Venier.
} Capi dell'Illustrissimo Conseglio di X.

Illustriss. Cons. X. Secret. Leonardus Octobonus.

1601. à 13. April.

Registrato in libro.

Antonius Lauredanus officij Con. Blasp. Coad.

EGO Claudius Aquauiua, Societatis IESV Præpositus Generalis Epitomen hanc Annalium Illustrissimi Cardinalis Baronij, duobus Societatis nostræ Theologis commisi videndam, qui cum eam approbauerint, probo etiam, vt imprimi possit.

Datum Romæ 24. Februarij. M D C.

Claudius Societatis IESV Præpositus Generalis.

INDEX
EPITOMAE ANNALIVM
Ecclesiasticorum, Tomi Prioris.

Ab

A C

Inter

AD

AE

AF

AN-

non

S7

AV-

BA

B O

b 2 census

Ciui-

 natistas

COn-

constan

Aliud

Roma-

sub

Epi-

Eu-

GRe-

H

Noua.

dis

rent.

Ad

rum

Tribu-

MO-

P

Sixtus

e Barba-

PHilo

Q

R

SIgnum

V

VIctor

K

Z

Decretalem,

FINIS.

PRAETERMISSA SVIS LOCIS INSERENDA.

Ag. 60. b. linea 3. conditur & dedicatur.] adde [nullo maiorum exemplo, id sibi à Iosepho forte oblatū, sumens, quod de Christo prædictum fuerat. Vocabitur nomen eius Princeps pacis, multiplicabitur eius Imperium, & Pacis non erit finis. Isaiæ 9.] ornamenta, &c.

Pag. 70. d. linea 8. ex Hegesippo.] adde [Illi succedit iustus.

Pag. 72. b. linea 6. Epistolæ tres.] adde [in quarum vltima, quod trium sedium Patriarchalium ponatur series, nouatores offendit; cum tamen & nomen Patriarchæ antiquum sit, tum a Iudæis, tum à Gentilibus vsurpatum, & in Ecclesiam feliciter translatum; & S. Petrus prærogatiuas sedium instituerit.] Euaristus Græcus &c.

Pag. 88. e. lin. vltima. Lactantius] Alia plura scripsit, in quibus, tres libros contra Autolycum ethnicum, Christianos sublannantem, & suam superstitionem venditantem, qui extant.] Christi ann.

Pag. 91. d. lin. penult. Alij] extat hactenus tam egregij miraculi præclarum monumentum in columna Antoniana sculptum, sed imagine Iouis pluuij adulteratum. Eam collabentem restituit Sixtus V. Pont. Max. æreamq; S. Apostoli Pauli statuam illi imposuit.] Christi annus.

Pag. 98. d. lin. 2. Attentassent Eusebius.] Ex cuius etiam Irenæi Epistolæ verbis habetur Roman. Pontifices per missionem Eucharistiæ solitos communionem Catholicam: cum alijs Episcopis significare.] At longe alia &c.

Pag. 160. b. lin. 6. portenta] adde. Hoc eodem anno, defuncto Domno Episcopo Antiocheno, succedit Timæus.

Pag. 198. b. lin. 6. Canones statuti.] adde. De variis lapsorum receptorum pęnitentiis, in quibus varia genera communicandi exprimuntur, vt communicare in oratione: communicare absq; oblatione, vel cum oblatione.] Neocæsariense &c.

Pag. 202. c. lin. 1. & digna quę legatur.] adde. Citat in eis Alexander Apostolicum canonem, qui plane cognoscitur esse 33. ordine, quo præcipitur, ne clerici a suo Episcopo excommunicati, ab alio Episcopo recipiantur: qui idem post repetitus, & confirmatus fuit in Concil. Nicæno.] sed &c.

Pag. 269. b. lin. 6. & Ruf. 1. cap. 23.] adde. Nicephorus in Chron. vnum Cyrillum ponit, eumque Catholicum, de quo ait. Cyrillus succedens Maximo, expulsus ab Arianis, in eius locum constituuntur tres, Arsenius, Heraclitus, & Hilarius: & rursum reuocatus tempore Gratiani in secunda Synodo inuentus est Constantinopoli. Proculdubio fuit ille Cyrillus, de quo S. Hieron. in script. meminit. Cyrillus Ierosolymorum Episcopus sæpe Ecclesia pulsus, & receptus, ad extremum sub Theodosio Principe octo annis inconcussum Episco-

† patum

ratum tenuit.] Acacius Cæsareæ &c.

Pag.327.c.lin.5. indicat.] adde, nam quod Sozomenus de Vulphila Gothorum episcopo affirmare videtur, eos ab ipso a Gentilitate ad Christum adductos, plane falsum apparet.] Audæus &c.

Pag.340.d.lin.7 pœnitentia.] adde, in quibus illud notandum, sedit in Synodo (placuit nimirum) vt quisquis de se uel uera, uel falsa dixisset, fides, quam sui met testimonio, confirmaret, haberetur.] quod autem &c.

Pag.342.c.lin.9.cap.7.& 8.] adde, Audisse quoque pœnitentium confessiones magno commiserationis affectu asserit idem Paulinus in Vita.] Photinus, &c.

Pag.347.d.lin.5.Epist.60.] ex quo confutatur opinio Cardinalatus Hieronymi, cum nulli titulo, aut certæ Ecclesię a scribi passus sit.

Pag.357.a.lin.11.Synodo.] adde, & peculiariter de confirmatione Cyrilli Ierosolymitani, qui multum depugnasset aduersus Arianos.] extant &c.

Pag. 411.a.lin.8.nu.30.] adde, Prima omnium νοσοκομεῖον instituit, in quo ęgrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus atque inedia miserorum membra foueret.

Pag.425.d.lin.11.Theodoretus.] Diptycha porro sacra quę essent indicat epistola Aegyptiorum Episcoporum ad Anatolium Constantinopolitanum episcopum contra Timotheum inuasorem sedis Alex.] Etiā in venerabili, Diptychon, est inquiunt in quo pię memorię transitus ad cęlos habentiū episcoporum uocabulas continentur, quę tēpore sacrorum mysteriorum secundum sanctas regulas releguntur, Ionocentius &c.]

Pag.426.c.lin.7.meretur.] adde] in ea synesij epistola, symbola sunt expressa cōmunicationis illius, quam peregrinam dixere patres: nimirum quod cum illis, in ijs, quę sunt naturæ, exhiberetur humanitas, in ijs autem quæ sunt diuinorum sacramentorum, seruatur seueritas, communicatis hospiti, quæ sunt ad uictum necessaria, negatis vero qua sunt ad usum sacramentorum Inde uero peregrinæ nomen accepit, quod ea impertiri soleret illis peregrinis, qui commendatitias litteras, quas antiqui canones decreuissent, secum minime ferrent, quibus si muniti peregrinarentur, ab omnibus atque in omnibus & sacramentorum participatione recipi consueuerunt.

Pag.433. d.lin.12. colligitur.] ex qua eadem apparet casus quosdam maiores, maiori sedi reseruari solitos, & episcopos, laicorum quoque causas tractare solere. Profitetur perquam difficile esse ecclesiastica & ciuilia tractare. Non condemno episcopos, inquit, qui in rerū negotiis versantur &c. admiror eos, qui vtrumque possunt, &c.

Pag.489.c.lin.6.mal. homines, &c.] ex Cyrillo in Vita Euthymij, Hic uisitauit aliquando Simeonem Stylitam, & Sacrificio immaculato atque incruento peracto, alter alteri mysticam communionem porrexit, ex Niceph.lib.14.c.51.

Pag.498.d.lin.3. Niceph.] adde] qui addit.cum in tractatu de traditione Missæ, scripsisse eam olim prolixiorem fuisse, sed a Basilio primum, post a Io. Chrysost. breuiorem redditam.

Pag.508.a.lin. 10. Ecclesiam.] quo mortuo Nonnus suffectus est, quem Nicephorus eum affiamat, qui Margaritam meretricem famosam conuertit, Palagiamque uocauit, ueruntamen in Actis, is Nonnus, Heliopolis episcopus dicitur.

Pag.515.b.lin.2. Sacerdotum, &c.] in qua quæritur de indignis promotis. Hoc mirum

rum est,quod in tanta raritate ministrorum dispēsandum cum bigamis non putauit.

Pag.539.d.lin.5.restituendi.] adde. inter cetera statuit: vt pars illa de quatuor bonorum Ecclesiæ, pauperibus assignata, palam erogaretur,& rursum,&c:

Pag.542.e.lin.5.Rom.Pontificis.]adde.statutis præmijs, delatoribus de ambitu.

Pag.545.a.lin.3.Rom.Pont.]adde.& in primis ad illud, ne possessiones ecclesiæ distraherentur,nisi forte clericis,vel monachis, aut peregrinis ad tempus,re uersuræ ad ecclesiam. Ex quibus colligi potest beneficiorum Ecclesiastico-rum origo. Etenim cum solerent clerici ab ecclesia per episcopum, mensi-bus singulis,victus causa,meritam stipem recipere,vt ex S.Cypriano habetur epist.28.ad Clerum Carthag. postea factum, ut aliquibus ex his ecclesiæ pos-sessiones,quo adviuerent,ab ipso episcopo concederentur,quæ beneficia dici cæperunt,eo quod,ut habet Symmachus,ea epistola,benemeritis tantum eas concedi liceret:

Pag.547.c.lin.4.populum propugnato rē Chalced.synodi.] adde,& aduersus epi scopum,in quem & sicarium immisit,cui deprehenso ipse dimitti, & mune-ra dari præcepit.

Pag.551.e.lin.8.habet,]adde.plurium Seuerianorum conuersiones non sine mi raculis extiterunt.

Pag.565.a.lin.10.ex liberata.]adde.In eius sedem succedit Paulus.

Pag.581.a.lin.2. Miscella.] adde sub eodem Imper.irrumpente Cosrohe Rege Persarum capitur,& incenditur.

Pag.581.e.lin.1.& Nicephorus.]adde.Quod uero ex Suida habetur,Iustinianum an alphabetum fuisse,licet Suidæ non sit cōtemnenda auctoritas,vt qui apud antiquiores inuenta scriptis prodiderit,tamen non sic analphabetus dici Iusti nianus potuit,quod nescierit penitus legere,cum ex Vigiliis Papæ epistola,& ex Eustachio suorum temporum historiam scribente constet ipsum litteris suis subscribere consueuisse.ex Tomo 9 pag 869:

Pag.587.a lin.2.origenē.]adde,Iustinianus fœdus sancit cum Persis. Idem quo que solicitus omnes hæreticos ad ecclesiam reuocare,collationem fieri cura-uit catholicorum & Seuerianorum,quos adhuc sciebat esse in oriente,quæ ex tat in Annalibus primum edita Tomo 9.pag.870.

ANNALIVM
Ecclesiasticorum,
CAESARIS BARONII, S. R. E. Cardinalis.
Confecta
AB IO: GABRIELE BISCIOLA, MVTINEN. SOCIETATIS IESV,
Tomus Prior.



EX APPARATV.

A CVM Iudæa [a] in varias, & à Diuina lege alienas sectas, discissa esset; & Regnum, extincto [b] à Romanis Antigono Assamonæo, vltimo legitimorum Regum, ad Herodem [c] alienigenam, post proselytum, translatum fuisset: Sacerdotio [d] quoque ex Assamonæorum Leuitica familia, ad alios translato: cum reliquus totus orbis Idololatriæ tenebris inuolutus esset; Iesus Christus, Dei filius, ex genere Abrahæ, de tribu Iudæ, & stirpe Dauid, iuxta Diuinas promissiones [e], & Prophetarum prædictiones; cum per Vates [f] ipsorum, & Sibyllas, ipsis etiam Gentilibus, obscurius tamen, innotuisset; de Spiritu sancto conceptus, Deus & homo nascitur in Bethlehem 25. Decemb. ex Maria semper Virgine, Rex & Sacerdos & Mundi Saluator, anno ab Orbe condito, iuxta LXX. 4608.

B Iuxta vulgatam Latinam editionem emendatam 4022.
Olympiadis 194. anno 2. Euseb. Chron.
Ab vrbe C. secundum Varronianam supputationem 751.
Augusti Anno 42. inchoato à nece Cæsaris. Euseb. Chron.
A Consulatu & Triumuiratu 41. Iren. 3. cap. 25.
Ab Actiaca victoria 28. Euseb. 1. Hist. cap. 5.
Cn. Cornelio Lentulo / M. Valerio Messalino } Coss. Cassiodori Chronicon.

Prima descriptione orbis facta a Præside Syriæ Cyrino, Luc. 2. [Huius porro nobilissimi census memoriam, non extare in Romana historia, mirum non est, cum Liuij, &

a Ios. Ant. 18. c. 2. 2. de Bello, cap. 7. Epiph. in Panar. 1. c. 16. Hier. in Is. c. 8.
b Ios. ant. 15. c. 1. Dio. li. 49.
c Iosep. 14. c. 26.
d Ant. 2 c. 8. Euseb. 1. c. 6. Histor. Hieron. in Dan. c. 9
e Gen. 3, 15. 18, 18. 22, 17. 26, 4. 49, 10. Ex. 41, 13. Nu. 24, 17. Is. 19, 20. 40. 61, 1. Ezec. 34. 23. Dan. 9. Agg. 2.
f Clemen. strom. 6. Lact. 1. c. 6. Nat. Dñi

Dionis eius temporis historia interciderit; Tacitus Annales inchoet à Tiberio; Suetonius carpens, multa transiliat: sed omnino extitisse eius census tabulas, in Archiuo Romano, attestantur Iustinus Martyr oratione ad Antonin. & Tert. contra Marcionē 4. c. 7.] Herodis Magni, Antipatri filij, 29. inchoando ab Actiaca victoria, postquam nouo Senatus decreto confirmatum illi regnum fuit ab Augusto. Iosephus g. Mox, Angeli monitu, a pastoribus visitatur. Luc. 2. quos tres fuisse habet Beda de locis sanctis cap. 8. A

g Antiq li. 15. c. 10. Pastores ad Præsepe.

Christi Annus	*Augusti*	*Augusto* 13. *& Siluano* Coss.
1.	42.	

B

Circūcisio Domini. Magorum aduentus.

CIrcumcisus octaua die, prima Ianuarij, Iesus vocatur. Luc. 1, 21. Ianuarij sexta die, indice stella, adoratur, & muneratur a Magis, quos Reges fuisse, & numero tres, pia habet Traditio. Alij hos ex Perside aduenisse, alij ex Orientali Arabia, alii ex Chaldæa opinantur: suis quique nixi probabilibus coniecturis. Inter alios, qui hos Magos Chaldæos fuisse dixerunt, Chalcidius Platonicus fuit, qui hęc habet in suis, ad Platonis Timæum, Commentariis, sane notanda: *Est*, inquit, *alia sanctior, & venerabilior historia, quæ perhibet de ortu stellæ cuiusdam, non morbos, mortesque denunciantis, sed descensum Dei venerabilis, ad humanæ conuersationis, rerumque mortalium gratiam: quam stellam, cum nocturno itinere suspexißent Chaldęorum profecto sapientes viri, & consideratione rerum cęlestium satis exercitati, quæsiße dicuntur, recentem Dei ortum, repertaque illa maiestate pueril, venerati esse, & vota Deo tanto conuenientia nuncupasse.* C

Iesus offertur in Tēplo. Asportatur in Aegyptum. Infantes occidunt.

Februarij secunda die, a Natiuitate, 40. in templo oblatus, a Simeone & Anna excipitur, & prædicatur. Luc. 2, 22.

Angeli monitu asportatur in Ægyptum, & Innocentes infantes, Herodis iussu, occiduntur, Matth. 2, 13. De infanticidio, iussu Herodis perpetrato, Iosephus quidem tacuit, sed Macrobius. 2. Saturnalium meminit, cap. 4.

Christi Annus	*Augusti*	*M. Aemilio Lepido L. Aruntio Nepote* Coß.
8.	49.	

D

a Ant. 14. ca. 15. 16. 17. Vltio in Herodem. b Ant. 17 cap. 8. c 1. Histo. cap. 8. Archelai Regnum. d 17. c. 11 12. 13.

PVer, per Angelum, iubetur in terram Israel reportari, Matth. 2, 19. Herodes anno Regni 37. inchoato, prope tempus paschale, annum degens ætatis 67. (ex Iosepho [a]) vltione diuina eum perurgente, & pœnas, non tam nequissimorum flagitiorum, & immanitatis in domesticos, & alios, quam Infanticidij, expetente; aqua intercute, & ebullitione vermium, præter alios acerbissimos dolores, extinguitur. Ios. [b] Euseb. [c]

Archelaus ex testamento Herodis patris, & Augusti confirmatione, succedit in Iudææ regnum, quod tenet annis nouem; sed nomine Tetrarchæ. petentibus enim Iudęis, ne Regibus subessent, eum Tetrarcham, non Regem, appellat, dimidia ditionis parte, quæ Herodis fuerat, ei permissa, & altera dimidia, inter Philippum, & Antipam, fratres, diuisa. Iosephus [d]. E

Christi Annus	*Augusti*	*A. Licinio Nerua Siliano Q. Cæcilio Metello Silano.* Coss.
9.	50.	

Iesus reducitur in Palæstinam.

SEptima die Ianuarij in Palæstinam relatus, ob Archelai Herodis filij, & Regni successoris metum, secedit in partes Galilææ, & in Nazareth viculo habitat, vn-

de Na-

A de Nazarenus vocatus, iuxta prophetiam, Matth. 2, 22. Martyrolog. Rom. 7. Ian. Bedæ, Vsuardi, Adonis, & alia. — Nazaren' a Nazareth, vbi habeat.

Domuncula porro in qua conceptus & educatus fuit, magno miraculo, Angelorum opera, in Dalmatiem primum, inde in Italiam translata in agrum Lauretanum Piceni Prouinciæ, ab vniuerso orbe Catholico pie visitur, & celebratur.

Christi Annus	*Augusti*	*P. Cornelio Dolabella* / *C. Iunio Silano.* Coss.
12.	53	

B PVer duodennis Ierosolymam ductus, pro more, ad Pascha, inscijs parentibus, ibi hærens, ac triduo quæsitus, inuenitur in templo, in medio Doctorum sedens, audiens eos & interrogans. Luc. 2, 42. Nihil amplius Euangelistæ de Christo, vsque ad annum 30. præter illud, *& descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis*: &, *Jesus proficiebat sapientia, & ętate, & gratia, apud Deum & homines*, Luc. 2. 50. Ex Marci verbis illis cap. 6. a Nazarenis ciuibus eius dictis: *Nonne hic est Faber, filius Mariæ?* satis colligitur eum fabrilia exercuisse. Iustinus quidem Martyr de veritate Christianæ Religionis, Fabri lignarij filium habitum tradit, & fabrilia opera, aratra, & iuga confecisse. Ex eo quod nulla amplius de Iosepho mentio fiat ab Euangelistis, colligit Epiphanius, (hæresi 78.) haud multo post eum ex hac vita migrasse. — Ierosolymam dicitur. — Iosephi obitas.

C

Christi Annus	*Augusti*	*Sextis Nepotibus* *Pompeio, &* / *Apuleio.* Coss.
16.	57.	

ARchelaus Iudæis, & Samaritanis accusantibus, Tyrannidis damnatus, Viennam Galliæ relegatur, anno principatus nono, Iosephus;[a] qui alibi[b] parum sibi coustans, decimo ponit, quem errantem secutus est Dio. Eusebius in Chron. nonum habet. — Archelai exilium. a belli 2. c. 6. b lib. 17. c. 15.

Augustus moritur 14. Kal. Sept. quo die olim primum Consulatum inierat, anno ætatis 75. m. 10. d. 26. Imperij, quo solus potitus est, ab Actiaca victoria, 44. Dio.[c] post Tacit. — Augusti obitus. c lib. 55.

D

Christi Annus	*Tiberij Imp.*	*Druso Cæsare, &* / *C. Norbano Flacco* Coss.
17.	1.	

TIberius Nero, ab Augusto adoptatus, annum agens LV. xiiij Kalen. Sept. capessit Imperium, Ioseph. Tacit. Sueton. Dio, Archelao relegato, & Iudæa Syriæ attributa, Præsides ius sibi in sacra vindicant. Quare Gratus procurator Iudęę, Pontifices, pro arbitratu creat & abdicat. Iosephus.[d] — d lib. 18. c. 3.

Tiberius, primis Imperij annis, modestissimus, recusat Dominus appellari: vetat templa sibi erigi, vllo loco coli, erigiue sibi statuam. Sueton.[e] Dio.[f] Tacit.[g] quasi Deo sic admonente, rerum Dominum aduenisse. — e cap. 27. f lib. 57. g Ann. 1.

E

Christi Annus	*Tiberii Imp.*	*Statilio Tauro, &* / *L. Libone.* Coss.
18.	2.	

TIberius multa pręclare edicit, De veste serica non vtenda: De vasis aureis non adhibendis, nisi in sacris: De Magia, & diuinatione; quę crimina seuerissime vindicat Dio.[h] Plin.[i] — h lib. 57. i Hist. 30. cap. 1.

A

Christi Annus 19. *Tiberii Imp.* 3. *Cœlio Rufo. & Pomponio Flacco.* Coss.

a Ant. 18. c.3. b lib. 57. c Ann. 2. SImone, Camithi filio, Pontifice, a Grato abdicato, Iosephus Caiphas sufficitur, Iosephus.[a] Tiberius libros Sibyllinos examinatos, alios, vt legitimos probat, alios, vt spurios reijcit. Dio.[b] Tacitus[c] Deo sic iam illos præparante ad vsum Christianorum, vt ex illis firmius suaderent Gentilibus, non admittentibus scripturas, fidei veritatem.

d li. Ann. 2. Iudæis & Syris de immodicis Tributis conquerentibus, Germanicum, ex Druso Germanico, fratre, Liuia genito, in filium adoptatum, in Orientem mittit, ad prouincias, componendas. Tacit.[d] B

Tiberius, æque ac Augustus, Iudæis fauens, distributionum in Ciues fieri solitarum participes esse vult. Philo. de legat. ad Caium.

Christi Annus 21. *Tiberii Imp.* 5. *Iunio Silano. & Norbano Flacco.* Coss.

e c. 35. f Ann. 2. FEminarum libidinem. quæ etiam in Senatorias grassabatur, grauissimis Senatus decretis coercendam curat.[e] Sueton. Tacitus.[f] C

g cap. 36. h Ann. 2. i Ant. 14. c. 4. & 5. k de legat. ad Caium. l lib. 57. m 1 Tiber. n Ann. 2. & 3. Externas cæremonias, Iudæorum, & Aegyptiorum, ob paucorum nefarium facinus comprimit: Iudæos, fictis criminibus, a Seiano delatos, vrbe expellit, quatuor eorum millia, per speciem militiæ, in Sardiniam, quasi ad coercenda latrocinia, amandat; reuera vt ob aeris grauitatem interirent. Suet.[g] Tacit.[h] Ioseph.[i] Philo.[k] sed Iosephus referens longe post, confutatur a Tacito, qui hæc ponit sub his Coss.

Germanico, Orientis Præfecto, arte Pisonis, Syriæ Præsidis, morte sublato, Tiberius in deterrimum mutatus, imperat crudeliter, & flagitiose, impulsore Seiano. Dio.[l] Suet.[m] Tacit.[n]

D

Christi Annus 23. *Tiberii Imp.* 7. *Tiberio 4. & Druso 2.* Coss.

EDicit de histrionibus Vrbe pellendis: ijsdem arte interdicit. Dio. lib. 57. Sancit sententiæ capitalis executionem in diem decimum differendam, quod dictum fuit S.C. Tiberianum. Dio ibidem & Suet c. 75. in Tiberio. ex quo corrigas Sidon. Tiberio tribuentem dilationem 30. dierum, quæ fuit Theodosij. Sozom. 7. c. 24.

o lib. 1. c. 9. p Ant. 18. c. 4. Sub hoc Consulatu 4. Tiberij, consignata erant falsa illa Pilati acta, contra Dominum, a Maximino & alijs imperite conficta, cum necdum Pilatus iuisset, in Prouinciam. Euseb.[o] ex Iosepho P. E

Christi Annus 28. *Tiberii Imp.* 17. *Lentulo Getulico: & Caluisio Sabino.* Coss.

q Ant. 18 c. 4. r de legat. ad Caium. s lib. 2. c. 5. GRatô in procuratione Iudeæ, succedit Pontius Pilatus; qui Iudæos vexat, illatis clam in Vrbem prophanis imaginibus, contra legem. Iof.[q] Philo.[r] Euseb.[s]

Annus

A *Christi Annus* 29. | *Tiberii Imp.* 13. | *M. Licinio, & L. Calpurnio.* } *Coss.*

ANnus ingentibus cladibus Romæ memorabilis: nam totus mons Cælius conflagrauit, & apud Fidenas, collapso Amphiteatro, quinquaginta millia hominum obtrita sunt. Tacit.[a]

a Ann. 4.

Christi Annus 31. | *Tiberii Imp.* 15. | *Rubellio atque Fusio, Geminis.* } *Coss.*

B

ANnus est celeberrimus, Ioannis baptismo, & prædicatione, & maxime ipsius Christi, ab Isaia placabilis, & acceptabilis, per antonomasiam, secundum LXX. dictus, quem annum, & eius acta S. Lucas egregia certitudine temporum testata esse voluit, sic exordiens caput 3. *Anno quintodecimo Imperii Tiberii Cæsaris, Procurante Pontio Pilato Iudæam; Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Itureæ, & Traconitidis regionis, & Lysania Abilinę Tetrarcha; sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caipha, factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto, &c.* Vtroque quidem Principe Sacerdotum; sed Anna, vt Principe Collegij Synedrin: Caipha vero, vt Summo Sacerdote, & Principe
C Sacerdotum, quorum 24. vices erant. Paralipom. 1. c. 24.

Euangelij dignitas, & certitudo. *Isa. 61.*

Christus, trigesimo ætatis anno expleto, & trigesimoprimo inchoato, sexta Ianuarij die, in Iordane baptizatur. Hic quidem, variantibus Scriptoribus, Annalium auctor, suam præcipue tuetur sententiam ex Ignatij epistola ad Trallianos, Statim a baptismo in desertum ductus, ieiunans quadraginta diebus, tentatur à Diabolo. Matth 4. ad cuius exemplum Quadragesimale ieiunium, institutum ab Apostolis, seruatur in Ecclesia. Can. Apost. 68. Constitutio Apostolica apud Clem.[b] Ignatius, & ceteri.

Christ⁹ baptizatur.

b lib. 5. c. 13.

Acta huius anni a ceteris fere Euangelistis prætermissa, vnus S. Ioannes exequitur. Legatio Iudæorum ad Ioannem. Ioan. 1, 19. (forte à Concilio Synedrin, Magno dicto, 72. virorum, in quo grauiores causæ cognoscebantur, de Lege, de Propheta, & de Rege) An ipse esset Christus.

D Ioannes Christum prædicat, & digito indicat. Io. 1, 29.

Andreas Christum cognoscit, & Simonem fratrem ad eum deducit; cui ille: *Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Ioan. 1, 42. Cephas vero Syriace, non quamuis petram, sed durissimam, id est, cautem significat.

Simoni, Petri nomen inditum.

Philippum vocat Christus, se vt sequatur. Ioan. 1, 43. huic illud dictum a Domino: *Sine mortuos sepelire mortuos suos, tu me sequere*, asserit Clemen. Alexan. Stromaton. lib. 3.

Philippus Nathanaelem perducit ad Christum Ioan. 1, 45. quem non ascitum inter Apostolos, quod esset Legis doctor, tradit Aug. tract. 17. in Io.

E Christus inuitatus ad nuptias, sua præsentia, & primo miraculo, consecrat Nuptiarum Sacramentum. Ioan. 2. id factum, vndecima Mensis Tybi, quæ apud nos est 6. Ianuarij, scribit Epiph. hær. 51. quod & Ecclesia, anniuersaria celebritate confirmat. & Augustinus Dominicum diem fuisse asserit. Quod vulgo fertur Ioannem in his nuptijs Sponsum fuisse, veteribus fuisse videtur incognitum. Nicephorus quidem ait fuisse Simonem Cananæum, Zelotem, inter Apostolos, dictum.

Christ⁹ cũ Matre ad nuptias.

Christus recedit Capharnaum cum Matre, Fratribus, & Discipulis, nec diu ibi moratur. Ioan. 2, 12.

Post hæc, Sanctissimam Deiparam redijsse Nazareth, ad propria, & illic habitasse, colligitur ex verbis Nazarenorum Matth. 13, 54.

PASCHA PRIMVM.

A

IN Paschate, facto flagello de funiculis, Templum purgat, de quo altercantur cum eo Iudæi. Io.2.13.

Ex signis tum factis, multi credunt in Christum. Ioan.2,23.

Nicodemus Iudæorum nobilissimus, noctu adiens Christum, ab eo de fidei mysteriis eruditur. Ioan.3,1.

Christ⁹ baptizat Petrum. alib.2,c.3.

Christus veniens in Iudæam terram, cum discipulis, illic demoratur, & baptizat, (quamuis Iesus non baptizaret, sed discipuli eius) Ioan.4, 2. baptizante item Ioanne in Aenòn, iuxta Salim. 3,22.[a] Nicephorus ex Euodio, profitetur Christum suis manibus Petrum tantum baptizasse; Petrum vero, Andream, & filios Zebedæi; atq; hos deinde reliquos Apostolos. Rursum vero LXX. discipulos à Petro, & Ioanne baptizatos, quod ipsum, de Apostolis, habetur apud Sophronium in Prato Spirituali, ex Clemente Stromatæo in 5. Hypotyposeon. B

Ioannis discipuli zelant pro eo, quod Christi baptismus magis celebraretur, & ferunt dignum Ioanne responsum, Christo honorificum. Ioan.3,25.

Ioãnes in carcerem truditur. Samaritanos docet.

Ioannes in carcerem truditur ab Herode Antipa, quod eum argueret de Herodiade vxore Philippi fratris sui, accepta sibi in vxorem. Matth.14,3. Mar.6,17. Luc.3,19.

Iesus audito, quod Ioannes traditus esset, secedit iterum in Galilæam, & transiens per Samariam, feminam Samaritanam, & gentem, docet mysteria Regni Dei. Matth. 4,12. Ioan.4,2. Inde digrediens, declinansque Nazareth, a reliquis Galilæis exceptus, ob miracula, quæ ab eo facta viderant Ierosolymis, in die festo; venit iterum in Cana Galilææ. Ioan.4,43.

Reguli filium sanat, quod est secundum signum factum, cum venisset iterum à Iudæa in Galilæam. Ioan.4,46. C

Euocat aliquos ad sui sequelam.

Relicta Nazareth, habitat in Capharnaum, maritima, & frequenti ciuitate, inde exordiens prædicare pœnitentiam, iuxta Isaiæ vaticinium Matt.4,13. Mar.1,14. Luc.4,14. Euocat ad sui sequelam Petrum & Andream, Iacobum & Ioannem, piscatores, qui eum sequuntur. Matth.4,18. Mar.1,15. Luc.5,1.

Epistola Abagari ad Iesum, & Iesu ad ipsum.
b 263. edi. Louan.
c 4. d̄ fid. orthod. c. 7.
d 2. c. 7.
e 17 Aug.
f 15. Nou.
g Menol. 17. Kalen. sept.
h lib. 4. c. 26.
i lib. 17.

Circumiens totam Galilæam prædicat Regnum Dei, & sanat omnem languorem, & infirmitatem, vnde & fama eius diuulgatur per totam Syriam. Matth. 4, 25. Occasione famæ miraculorum Iesu euulgatæ per totam Syriam, libet hic meminisse litterarum ab Edessæ Syriæ ciuitatis Rege Abagaro ad Iesum missarum, & eius ad ipsum redditarum, quas ex tabulario Edessenæ ciuitatis Eusebius recitat lib.1.c.13. Eas quidem Gelasius Papa inter apocrypha recenset, nõ omnino tamẽ ab Ecclesia proscribit: eas certe ab antiquioribus receptas, colligitur ex epistola Darij comitis ad S. Augustinum [b], & ante Augustinum, ex Ephrem, Edessenæ Ecclesiæ Diaconi, testamento, ex epistola Theodori Studitæ ad Paschalem Papam, denique ex Cedreno. Porro vna cum litteris, suam ipsius imaginem, ad eundem Abagarum, in linteo ad faciem admoto, mirabiliter expressam, misisse, vt eius se videndi cupiditati satisfaceret, complures grauissimi Auctores testatum reliquerunt, Ioannes Damascenus [c], Nicephorus [d], & de eadem præterea extat luculenta oratio Constantini Porphyrogeniti apud Metaphrasten [e], & in Actis SS. Samonis [f], & Guriæ apud eundem, de qua & Græci anniuersariam celebrant solemnitatem [g]. Euagrius denique complura miracula per eam edita recenset, [h] quæ in Nicæna Synodo 2. sunt comprobata; quæ eadem in historia Miscella. [i] ex Theophane habentur: apud Latinos Hadrianus Papa epistola ad Carolem Magnum, eandem, de imagine, historiam cognitam, & receptam fuisse a Stephano Papa in Concilio Romano testatur. E

Christ⁹ docet ex naui Simonis.

Confluentibus innumeris turbis, Christus, conscensa naui Simonis, ad lacum Genesareth, ex ea prædicat: & iubente eo ducere in altum, & laxare retia in capturam, concluditur piscium magna copia, cuius rei stupore consternatus Petrus, audit, *Noli timere, ex hoc iam eris homines capiens*: iam tum adumbratis Ecclesiæ mysterijs. Luc. 5.

Plurima miracula deinceps patrata: Dæmoniacus Capharnaum, in Synagoga liberatus

A ratus, Mar. 23. Curata à febri Socrus Simonis; & ægroti, ac Dæmoniaci alij liberati. Matth.8,14. Mar.11,30. Luc.4,42.

Tres quærentes sequi Christum, varie admoniti. Matth.8,19. Luc.9,57.

Maris tempestas imperante Christo, sedatur; Dæmoniaci liberantur: paralyticus per tegulas demissus, sanatur. Matth.9.Mar.2.

Matthæus publicanus vocatur; & de ieiunio disputatur, cum discipulis Ioannis, & Pharisæorum. Matth.9,9 Mar.2,24.Luc.5,27. Matthæus vocatur.

Suscitatur filia Archisynagogi, & Aemorrhoissa curatur. Matt.9,18.Luc.8,41. Hanc ex Cæsarea Philippi oriundam, memorem accepti beneficij, æneam statuam Christi, ac suam, habitu supplicantis ante domum suam Cæsareæ in basi collocasse, narrat Eusebius [a], herbamque inusitata specie adnascentem, cum fimbriam statuæ Domini attigisset, vim morbis salutarem adeptam, Aemorrhoissa sanatur. a 7. hist. c. 14.

B Duo cæci curantur, & vnus Dæmoniacus. Matth.9,27.

Pleraque gestorum in Galilæa, hactenus narratorum contigisse credibile est, ipso initio anni 32. sequentis, cum ex eo quod dixit Dominus ad Discipulos, transiens per Samariam, à Iudæa in Galilæam proficiscens: *Vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit.* Ioan.4,35. colligitur mansisse in Iudæa saltem vsque ad Nouembrem, ex quo ad Martium, quo altera die Paschæ manipulum spicarum offerebat Sacerdos, vt est Leuit.23.cap. intercurrunt quatuor menses ad messem, tamen cum difficile sit quid, quoque anno factum sit, diuinare, aut alio charactere, quam Paschæ festiuitate, annus ab anno distingui possit, maluimus referre in primum annum, & quemque annum prædicationis Christi, vsque ad passionem eius, a Paschate auspicari, & in sequens
C Pascha deducere, quam a Kal. Ian. inchoare.

Christi Annus 32. *Tiberii Imp.* 16. *Longino, & Quartino.* } *Coss.*

ACTA SECVNDI PASCHATIS.

Reuersus Christus Hierosolymam, cum adesset dies festus Iudæorum, Paralyticum 38. annorum, ad Probaticam piscinam sanat: ex quo miraculo in Sabbatis facto, offensis Iudæis, cum eis disputat. Festum illud Iudæorum, Pascha intelligendum esse, præter alia, quæ probant, Irenæus [b] affirmat. b lib.2.ca. 10.

Sabbato secundo primo, transiens Dominus per sata, cum Discipuli esurientes,
D manibus spicas confricarent, & manducarent, obmurmurantes ob id Pharisæos confutat. Matth.12,1.Mar.2,23.Luc 6,1.Ioan.5.

Sabbatum porro secundo primum, cur dicatur, alijs aliud sentientibus, nobis hoc videtur probabilius, ideo sic appellatum, quod ea dies esset festum duplex, secunda Azymorum incidente in sabbatum hebdomadarium, quod aliter dicunt Sabbatum ex Sabbato, seu Sabbatum Sabbatorum, ex Epiphan.[c] Chrysost.[d] Isidoro Pelusiota [e], Suida [f]. Sabbatũ secũdo primum. c Her.30. d Hom.4. in Matth. e 3.ep.110. f σάββατα.

Reuersus post hæc e Hierosolymis in Galilæam, Pharisæos rursum offensos ob sanatam manum aridam die Sabbati, confutat Matth.12,10.Mar.3,1.Luc.6,6.

Pharisæis, & Herodianis, in eius calumniam conspirantibus, offensus Dominus, secedit ad mare, innumeris eum turbis sequentibus. Matth.12,14.Mar.3,7.

Herodianorum autem hæresis erat eorum, qui affirmabant Herodem, Christum esse
E illum diuinitus promissum; quod cum defecisset sceptrum de Iuda, & Dux de femore eius (Gen.49.) ex S.C. Rex fuisset declaratus. Epiph. in Panario. Herodiani qui.

Conscenso monte, post orationem, electis duodecim Apostolis, differit de Beatitudinibus Matth.5. Luc 6,17. Apostoli eligũtur.

Præcipitur abundantior iustitia, quam sit Pharisæorum. Matth.5.Luc.11,38.

Docet quomodo facienda sit eleemosyna, quomodo item orandum, & ieiunandum. Matth.6,10.

Docet abijciendam solicitudinem rerum terrenarũ. Matth.6.25. temere non iudican-

dum, Matth.7, 1. Luc.6,37. Hortatur ad orandum Matth.7,7. Mar.11,74. Cauendum monet a Pseudoprophetis. Matth.7,15. A

Curat leprosum, & sanat seruum Centurionis Matth.8, 1. Luc.7, 1. a morte excitat filium viduæ Luc.7,12. Mittit Ioannes è carcere discipulos ad Christum percontantes, *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* quibus abeuntibus, Ioannem celebrat Christus. Matth.11,2. Luc.7,18.

Mulieri peccatrici remittuntur peccata.

Mulieri peccatrici accidenti retro sibi ad pedes, eosque pijs officijs prosequenti, remittit peccata, Luc.7,36.

Vna, an plures mulieres, quæ vnxerunt Dominũ.

Vetus controuersia fuit de mulieribus, quæ vnxerunt pedes & caput Domini, vnane fuerint, an plures. Hanc, quæ hic peccatrix dicitur, vnam eandemque fuisse sororem Lazari, & Marthæ, de qua Ioannes scribit in Bethania vnxisse pedes Domini: eandem item, quæ in domo Simonis leprosi fracto alabastro vnguentum effudit super caput eius (Matth.26. & Mar.14.) eamdem denique quæ Maria Magdalena dicta, Christi passioni interfuit, & ad Domini sepulchrum vnguenta attulit, cuius omnes Euangelistæ meminerunt, sentit Ecclesia, vt luculenter probat Author Annalium, qui & de eius vnctionibus sic differit; post primam vnctionem factam in Galilæa in domo Simonis a Luca descriptam cap.7. secundo in Bethania ante sed dies Paschæ, eadem quoque vnxit pedes Iesu, & capillis tersit; vt egerat prius. Io.12,3. Tertio vnxit, quando biduo ante Pascha, vt tradit Mar. 14,1. itidem Bethaniæ in domo Simonis leprosi, cum fracto alabastro effudit id genus vnguenti super caput Iesu recumbentis. B

Curato Dæmoniaco, cæco, & muto, refellunt r Iudæi calumniantes, quod vi dæmoniorum eijceret dæmonia. Matth.12,12. Mar.3,22. Luc.11,14.

Mulier exclamat beatificans ventrem qui illum portauit; & vbera quæ suxit. Luc. 11,27. Accurrunt inde sui, vt eum teneant, quasi in furorem versum. Mar.3,21. Loquentem interpellant de matre, & fratribus quærentibus illum alloqui; quibus, intendens manum in discipulos, ait, *Ecce mater mea & fratres mei &c.* Matth. 12, 46. Mar.3, 31. Luc.8, 20. Matri, & fratribns præferens, qui verbum Dei audiunt, & obseruant. C

Ingruentibus turbis ex nauicula, prædicat multa in parabolis, seminantis, Zizaniorum, Sinapis, fermenti, Thesauri, Margaritæ, & sagenæ, Matth.13. Mar.4. Luc.11.

Docens in Nazareth, nec probatus, incredulitatis eos condemnat, & mirifico modo se ex eorum manibus, præcipitare tentantium, eripit, Luc.4,16.

Circumiens Christus ciuitates & castella, prædicans regnum Dei, sequentibus Apostolis & mulieribus multis, quæ illi ministrabant de facultatibus suis; misertus turbarũ, quæ erant sicut oues, non habentes pastorem, mittit Apostolos, admonitionibus instructos, ad prædicandum. Matth.9. & 10. Luc.8, & 9. D

Christi Annus	*Tiberii Imp.*	*Tiberio V. & Aelio Seiano.* Coss.
33.	17.	

ACTA TERTII PASCHATIS.

Io. obtruncatur.
g Ant.18. c 5.
h Apolog. in Ruf. lib.1.c.19.

IOannes Baptista, prope Pascha, ab Herode Antipa, Herodiade expetente per saltatricem filiam, obtruncatur, & a discipulis sepelitur, Matth.14,6. Mar.6,21. g Iosephus diuersam prætexit causam a relata ab Euangelistis. Herodias veriloquam linguam discriminali acu confodit. Hier. h De miserabili exitu filiæ saltatricis, & capite Ioannis seorsum a corpore ab Herodiade defosso. Nicephorus. i E

Apostolos reuersos a prædicatione, abducit in desertum, vt quiescant. Mar.6,30.

Prope Pascha, quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus, pascit quinque hominum millia, exceptis mulieribus & paruulis, superfluentibus duodecim cophinis fragmentorum, Matth.4,15. Mar.6,37. Luc.9,13. Io.6,1.

Cognito

A Cognito Iesus, quod vellent eum facere Regem, fugit solus in montem, Io.6,15.

Ambulat Iesus, super mare, atque etiam, eo iubente, Petrus. Matth.14,25.

Occasione panum, differit de cælesti pane, & corpore suo comedendo, ex quo offensis & recedentibus multis discipulis, interrogantur Apostoli, an & ipsi velint abire, respondet Petrus vice omnium, non esse quo recedat ab eo, qui verba vitæ æternæ habeat, seque credere & nosse, quod ipse sit Christus filius Dei. Io.6,26. Differit de cælesti pane.

Monet interim Apostolos, quantumlibet ipse eos 12. elegisset, nihilominus vnum ex ipsis esse Diabolum, notans Iudam, qui eum erat traditurus, Io.6,20.

Calumniantes Pharisæi Discipulos, quod illotis manibus manducarent, cõfutantur: Matth.15.1.

Sanatur filia Cananææ: Matth.15,21.

Post multos sanatos, septem panibus, pascit quatuor hominum millia, superantibus septem sportis: Matth.15,32. Mar.8,2.

B Pharisæi signum quærentes reijciuntur, eorumque fermentum cauendum monetur. Matth.16,1.

Cæcus in Bethsaida sanatur: Mar.8,22.

Petrus, pro omnibus Apostolis, ex Diuina reuelatione, Christi confessus Diuinitatẽ, beatus appellatur, atque, quod alias promissum fuerat (Io.1,42.) nunc feliciter consequitur, rem omnino maximam; nempe illud: *Tu es Petrus* (quasi dicat Petra: ὁ πέτρος enim & ἡ πέτρα. idem valent apud Græcos, sed maris genus aptius erat viro) *& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* &c. factus, super inuisibili fundamento Christo, & ipse visibile fundamentum Ecclesiæ, quod nulla nec inferorum vis, concutere, & conuellere possit: & datis clauibus, potestate illi collata in Regnum Dei introducendi, & excludendi. Matth.16,3. Mar.8,27. Luc.9,18. Petri confessio diuinitatis Christi.

C

Quod super petram, id est super Petrum, Christus edificarit Ecclesiam, & consequentia sermonis ostendit, & plerique Patres interpretantur. Tertullianus quidem pluribus locis, de Præscriptionibus cap. 22. lib. de Monogamia, item de pudicitia. Cyprianus Epist.55. ad Cornelium. 59. ad Florentium, libro de vnitate Ecclesiæ, & alibi. Epinius in Ancorato his verbis. *Ipse Dominus*, inquit, *constituit eum primum Apostolum, petram firmam, super quam Ecclesia Dei ædificata est, & portæ inferorum non valebunt aduersus illam, portę enim inferorum sunt hęreses, & Hæresiarchæ, &c.* Hilarius in Matth. cap.16. Hieronymus Epistol.17. ad Damasium. *Beatitudini tuæ id est Cathedræ Petri communione consocior, super illam Petram ædificatam Ecclesiam scio, &c.* & alibi sæpius. Ambrosius de Incarnatione. *Hic est ergo Petrus, qui respondit pro ceteris Apostolis immo præ ceteris, & ideo fundamentum dicitur.* & post pauca. *Fides ergo est Ecclesiæ fundamnetum; non de carne Petri, sed de fide dictum est, quia Portæ inferi non præualebunt, sed confesƒio fidei vicit infernum.* hanc idcirco de carne Petri, & fide Petri, habet distinctionem, ne videretur cum Petro etiam interijsse Ecclesia. Ceterum non nisi ex fidei confessione eam Petrus prærogatiuam promeruit, quo eodem sensu super fidem Petri, & aliqui alij dixerunt fundatam esse Ecclesiam, non quod illam separarent a persona Petri, sed ne vno extincto Petro, etiam fides Christi, ipsaque Ecclesia corruisse videretur, cum & Dominus sit Petro pollicitus, fidem ipsius nullo vnquam tempore defituram: sed de hac immobili veritate, lege plura in Annalibus, & alibi, apud innumeros auctores. Ecclesia super Petra ædificata, quid.

D

E

Deterrentem se a morte, quam prædixerat, Petrum acriter increpat Christus. Matth. 16,21. Mar.8,33.

Conuocata turba, de tollenda ab vno quoque cruce sua, & de sequendo se, tradit diplinam. Matth.16,24. Mar.8,34. Luc.9,23.

Orans transfiguratus in monte, specimen edit gloriæ beatorum. Matth. 17, Mar.9. Luc.9,28.

Dæmoniacum curat, quod Discipuli non potuerunt. Matth.17,14. Mar.9,14. Luc. 9,37.

Prædi-

Prædicente Domino suam Passionem, contristantur Discipuli. Matth. 17,23. Mar. 9. 31. Luc. 9,44. A

Interpellatus Petrus ab exactoribus tributi, de soluendo didrachmate; &, præuentus a Christo, iubetur piscari, &, de statuere inuento in ore piscis, soluere pro vtroque didrachma. argumẽtatur Dominus, nec se, nec ipsos discipulos debere, sed soluere tamen ad vitandum scandalum. Didrachma hoc, videtur illud esse, quod a Domino imperatum est filijs Israel, a vigesimo anno, & supra, in vsum tabernaculi Exodi 30. quod perseuerasse vsque ad excidium templi. Iosephus [a] auctor est, & post a Vespasiano iussum inferri, a singulis vbique terrarum agentibus Iudæis, in Capitolium. nam quod ex illato exemplo Regum terræ, tributum fuisse putant, quod Romanis Iudæi persoluerent, non probatur.

Ecclesiasticos immunes esse a tributo.

a de bel. li. 7. c. 26 i fi.

Argumentationis vis hæc est, sicut Reges gentium a filijs tributum non exigunt, eadẽ ratione Dei filium immunem esse a tributo, quod Deo penditur, ad vsum templi; verum cum Reges non a filijs tributum exigere solere Dominus monstrasset: inde nec se nec suos, per quandam similitudinem tributi lege teneri probat; vt qui essent filij cœlestis Regis, ipse quidem natura, illi vero peculiari quadam ratione, vt sacerdotes, & sacrorũ ministri, quod obseruatum legimus in lege naturę. Gen. 49. & legibus Romanorum: [b] ac denique lege Christi iam mundum obtinente, & Christianis regnantibus, cessante omni scandalo, æquum est maxime vt Ecclesiastici immunes sint a tributis. Vnde & S. Hieronymus ad hunc ipsum locum. Nos, inquit, pro illius honore tributa non reddimus, & quasi filij Regis, a vectigalibus immunes sumus. In hoc porro facto indicatus est Petri quidam Primatus, cum pro se, & pro illo tributum solui iussit, quasi quandam secum excellentiam capitis habente B

b Dionys. Rom. Hist. lib. 2.

Humilitas

Contendentibus Apostolis de Primatu, humilitatem sectandã docet. Matt. 18, 1. Mar. 9,34. Luc. 9,46. Scandalum pusillorum cauendum monet; fratri, in nos peccanti ignoscendum. Matth. 18.4. C

Interpellatus à Ioanne Dominus, de homine, in eius nomine eijciente dęmonia, nullum ei, ea de causa, facessendum negotium docet: quod non esset aduersarius, qui suo nomine aduersus dæmones vteretur. Luc. 9.49.

A Gallilæi Ierosolymam rediens a Samaritis non recipitur: Discipuli vltionem expetentes, redarguuntur. Luc. 9,51.

In itinere occurrentes decem leprosi, & opem eius implorantes, dimissi ad Sacerdotes, inter eundum mundantur. Luc. 17,12.

Docet in templo in festo Scenopegiæ, aduersantes & apprehendere conantes, sermone reprimit. Io. 4.2. Adulteram mulierem absoluit. Io. 8,3. D

Rursum docens in templo, manibus, se lapidare volentium, eripit. Io. 8,20.

Cæco nato visum restituit, Io. 9. disserit de vero Pastore & ouibus Io. 10,1.

Designatis alijs 72. Discipulis, emittit eos, præclaris monitis instructos, ad prædicandum, Luc. 10,1. Reuersi referunt cum gaudio, quod Dæmonia ipsis subijcerẽtur, de quo illos reprimit Dominus, Luc. 10,17.

Interpellatus Iesus a legisperito de salute consequenda, cum eum docuisset quid agere deberet: parabolam de eo qui incidit in latrones, & de Samaritano subiunxit. Luc. 10,25.

A Martha hospitio exceptus: Mariam sororem auditioni verbi vacantem, illi, circa frequens ministerium satagenti, præfert, Luc. 10,38.

Discipulum rogantem docet orare, & vim orationis ostendit. Luc. 11,1. E

Aduersus Iustitiam Pharisaicam multa differit, discipulos ab ea auertens: ac, ne corporis mortem timeant, monet, Luc. 11,18. & 12,1.

Rogatus ab altero fratrum, vt communem inter eos diuideret hæreditatem, recusat, & diuitiarum solicitudinem abijciendam docet. Luc. 12,13.

Monet paratos esse debere omnes ad diem nouissimum, & agere pænitentiam, Luc. 92,35. 13,5.

Sanatur mulier contracta, sabbato; & Archisynagogi supstitio redarguitur. Luc. 13.11

Regnum

A Regnum cælorum grano sinapis,& fermento comparatur. Matth. 13,31. Math.4,31. Luc.13,19.

Angustam esse viam cęlorum,ac propterea sedulo contendendum. Luc.13,23.

Monitus secedere e Galilea,quod Herodes vellet eum occidere, respondet,sibi non alibi quam Ierosolymis esse moriendum. Luc.13,31.

Inuitatus a Pharisæo,Sabbato,hydropicum sanat,& de renunciatione omnium temporalium differit. Luc.14,1.

Ierosolymam cum venisset in festo Encæniorum,quod mense Nouembri celebrabatur,eripit se de lapidare volentium manibus. Io.10,22.

Inde recedens,trans Iordanē,docet turbas,& Parabolas de oue,drachma,filio prodigo,ac de villico iniquo infert,ex occasione murmurationis Pharisæorū, qđ peccatores B reciperet:inde ijsdem rogantib. de matrimonij indissolubilitate,disserit, Luc. 15.& 16.

Parabolā(siue historia sit) de Lazaro mendico,& diuite epulone proponit, Luc.16,19.

De scandalo vitando,& quanta fidei vis sit, Luc.17,1.

Exemplum proponit de Pharisæo,& Publicano, quorum hic,præ illo,iustificatus discedit a templo. Luc.18,10.

Paruulis manus imponit;& adolescentem diuitem ad perfectionem inuitat; quo tristi abeunte, & conditionem abnuente, docet quam difficile sit diuitem saluari, Matth.19,13.

Tunc Petrus,vt caput,& ex persona omnium Apostolorum subdit de sua omnium renunciatione,& audit quam ampla mercede remunerandi sint. Matth.19,27.

C Hoc ipso anno Seianus Consul cum Augusto quintum,ac prope alter Imperator,miserrimo casu singulari exemplo instabilitatis rerum humanarum,cum liberis necatur,& in Tiberim proijcitur, Dio.[a] & Tacit.[b] male igitur Eusebius in Chronico & Oros.[c] eius,post triennium,vt viui,meminerunt.

a lib.58.
b Ann.5.
c lib.7.c.4.

Christi Annus	*Tiberii*	*Cn. Domitio Ahenobardo,& Vitellio Nepote, vel (vt a Cornelio Tacito ponitur) Camillo Scriboniano.*	*Coss.*
34	18		

ACTA QVARTI PASCHATIS.

D PRoxime aduentante Paschali tempore,Iesus ex Galilæa, Marthæ, & Mariæ sororum nuncio,accersitus,Lazarum quatriduanum fratrem in Bethania,a mortuis excitat. Io.11.

Ex occasione tanti miraculi,credentibus multis in Christum, consultant Iudæi de eo perdendo Io.11.47. Ipse vero secedit in Ciuitatem Ephrem,iuxta desertum. Io 11,54.

Inde paulo post ascendens Ierosolymam mortem suam prædicit,& Zebedęi filijs, primatum affectantibus,denegat. Matth.20,17. Mar.10,32. Luc.18,31.

Appropinquans Hiericho cæcum sanat. Luc.18,35. Ibi a Zachæo hospitio excipitur & parabola proponitur de Patrefamilias, qui seruis pecuniam ad negotiandum partitur. Luc.19 Egrediens a Hiericho duos cæcos sanat, Matth.20,29. Mar.10,35.

E Ante sex dies Paschæ cœna Domino facta a pijs sororibus,& Lazaro, Maria vnguento nardi pistici pretiosi vngit pedes eius,& capillis tergit, de qua profusione,obmurmurante Iuda,Christus eam tuetur, Io.12. De excellentia vnguenti nardi pistici:id est probi,& minime adulterati,tradit Plinius lib.13.cap.1. & Clem.[d] Alexandrinus,maximi fuisse pretij testatur.

d 2.Pedag. c.8.

Die quinta ante Pascha, insidens asinæ,gloriose intrat Hierusalem,acclamātibus populis,Hosanna filio Dauid,(id est)[e] Rami filio Dauid:honoris genus,soli Deo exhiberi solitum Lucæ.19. Io.12.

E monte olìueti despectans Ciuitatem, flet super illam. Luc.17. Ingressus templum eijcit vendentes,& ementes,& cæcos,& claudos curat. Matth.21,12. Luc.19.

e Caninius de loc. no. Test.

Gentilibus

Gentilibus eum videre cupientibus,de fructu passionis suæ multa differit.Io. 12, 20 A
Die quarta ante Pascha maledicit ficulneæ,in reditu ex Bethania,quo pridie sero recesserat,quæ statim arescit,stupentibus discipulis. cuius occasione admiranda de fide prædicat.Matth.20,19.Mar.11,13.

Docentem Iesum in Templo interrogant Principes sacerdotum, & Scribæ cum senioribus,in qua potestate ea faceret;& ipse vicissim interrogat de Ioannis Baptismo, vnde esset:& parabola de duobus filiis,atque alia de vinea locata Agricolis,& Rege qui fecit nuptias filio suo,eos perstringit,Matth.21,23.Mar.11,27.Luc.20.

Captantes illum,per quæstionem de tributo Cæsari dando,an non,refelluntur,Mat. 22,16.Mar.12. Sadducæorum obiecti contra resurrectionem dissoluitur, ibidem;& Luc.20.Item quæstioni de maximo mandato,satisfacit;& de Christo,cuius filius sit,ibidem differit. B

Docet audiendos,sed non imitandos Scribas,& Pharisæos, Matth. Mar.12.Luc.20.

Præfertur viduæ paupercula oblatio,oblationibus diuitum.Mar.12,41.Luc.21.

Euersionem templi,& Hierusalem prædicit.Matth.24.Mar.13.Luc.17.& 21, 24. Item aduentum filij hominis, & signa eius.Matth.24.Mar.13.Luc.17.& 21.Quid discipulos agere oporteat admonet,in quam sententiam adfert parabolam de decem virginibus, item de distributis talentis.Matth.25.

Modum aperit iudicandi,in nouissimo die.Matth.25.

Die tertia ante Pascha;ex effusione pretiosi vnguenti in caput Iesu, Bethaniæ,in domo Simonis leprosi,indignantur Discipuli,quos ipse compescit, nec modo opus mulieris laudat,sed &,in posterum celebrandum per vniuersum mundum,prædicit.At Iudas offensus,abiens ad Iudæos paciscitur cum illis,de eo prodendo,triginta argenteis.Mat. 26.Mar.14.Luc.22.Porro triginta argenteos,triginta fuisse libras argenti,Ex Rabbinis & Epiphanio,& ex coniectura empti agri,eo pretio,probabiliter Auctor colligit, alijs aliter opinantibus. C

Triginta argenteos triginta libras argēti aliqui interpretantur.

Pridie Paschę,mittit discipulos ad parandam Paschalis agni cęnam.Mat.26.Mar.15. Luc.22.quam domum affirmat Alexander Monachus,qui res gestas S. Barnabę prosecutus est,fuisse Ioannis,cognomento Marci,de qua Actorum 12 12.Apud Metaphrast. nam quod alii dicunt de domo Ioannis Euangelistæ,non est probabile.

Iesus statuto a lege die,ipsa decimaquarta Luna primi mensis ad vesperam,commune omnibus Iudæis Pascha,cum suis celebrat,ipsa ferit quinta ad vesperam.Matth. 26, 20.Mar.14,17.Luc.22,14.Io.13.

Pascha Christus cũ suis legitima die celebrat.

Quod autem nonnulli excogitarunt,ob difficultatem conciliandi Ioannem cum reliquis Euangelistis (qui tamen bene intellectus,probe cum illis conuenit)Pascha à Domino anticipatum,intercisum,vel translatum, plane vanum est,de qua re legendi Annales,& maxime Marcellus Francolinus de horis Canonicis. D

Quod dicitur discubuisse cum duodecim,& agnum comedisse,Matth.26, 20. Marc. 17.Luc.22,14.mirum videri potest,cum a stantibus, non vero recumbentibus,esse comedendum iubeatur,sed vsum illum intermissum,& antiquatum a tempore exili Babylonici,ex Rituali,seu cerimoniali antiquo Hebræorum,habetur.

De discubitu in cænis.

Porro vsum fuisse apud Iudæos,vt & apud Romanos, vt in conuiuijs lauarentur,vngerentur,veste cænatoria vterentur, itemque accumberent,& nõ sederent,docet Petrus Ciaconus in libello de modo conuiuandi apud priscos Romanos; quem vsum an accerint Iudæi a Romanis dubitari potest,cum eundem fere epulãdi vsum apud Indos fuisse testetur Philostratus;eundẽque fuisse apud Persas colligatur ex Ester primo. Accũbentes item consueuisse conuiuari Iudęos,sunt multa exẽpla,vt cũ Tob. 3.legit.*exiliens de accubitu suo,relinquens prandium,&c.*& c.9,8.*inuenit Tobiam discumbentem,&c.* E

Surgens a cœna Dominus positis vestimentis,lauat pedes Apostolorum. Ioan.13,4. Sane quidem solitos fuisse Iudæos, in Paschali conuiuio iterum lauare pedes ac manus, ex prædicto rituali Hebræorum libro constat, cuius rei illa habetur expressa ratio, quod eius conuiuij, duplex esset cœna coniuncta; vel si dicere malimus, vnius cœnæ, duplex mensa, in cuius priori, esus agni in posteriori vero ceremonia agebatur

Cœnæ legalis duplex mẽsa.

A batur azymorum; surgens igitur Dominus a prima illa cœna, qua comedebatur agnus, lauit pedes Apostolis, & de humilitate seruanda eos admonuit, cum iterum recubuisset, Ioan. 13, 12. De sua proditione sermonem habet ver. 18, Luc. 22, 22. Matth. 26, 21. & Ioanni roganti de proditore, signum illud dat per intinctam bucellam ver. 25. quæ non videtur dici posse fuisse Eucharistia; nam Euangelistarum testimonio constat, non simul vtrumque, sed seorsum, primoque panem, inde vero vinum suis verbis sacrasse ac propinasse. Quod vero dicit Ioannes, *Cum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuo*, id quidem non ita accipiendum videtur, vt tum temporis statim, & nulla interposita mora abierit, sed velut furore quodam percitus, non expectauerit prolixam illam, post cœnam, habitam a Domino orationem, nam S. Lucas aperte testatur, Iudam cum cæteris permansisse vsque ad finem communicationis Eucharistiæ, atque ita eam cum alijs percepisse, post quam nihil iam videbatur reliquum in mensa, secundum ritum Iudæorum, de quo proxime dicturi sumus, quo potuerit panis B intingi. Ioan. 13.

Post primam illam cœnam, qua Paschalis agnus comedebatur, cum rursum accubuisset, nouum, nouæ legis sacrificium, seipsum sub speciebus panis, & vini Deo obtulit; & Apostolos, quibus idipsum facere in sui memoriam præcepit, sacerdotes fecit. Matt. 26, 21. Mar. 14, 20. Luc. 22, 20. Nouũ nouæ legis sacrificium instituit.

Obseruandum videtur, quod est in antiquo Hebræorum Rituali libro, quod ad rem præsentem facit. In Paschali conuiuio, posterior quæ esset mensa, non vt in alijs dierum festorum secundis cœnarum mensis, bellaria apponebantur, sed tantum à lege statutus cibus, nimirum primo loco Embamma ex intybis & lactucis agrestibus factũ, alijsque re C bus conditum, in quod primum paterfamilias intingebat offam azymam, mox ceteri, sicque consumebatur; deinde idem Paterfamilias, tortam Azymam, sub mappa hactenus seruatam, in tot frusta frangebat, quot essent in cœna discumbentes, sicque diuisam singulis porrigebat, quo facto, ipse poculum degustatum, tradebat proximo, ille secundo, donec poculum per totum conuiuium circumferretur. Insuper quoniam secundæ illæ mensæ Iudæorum erant ob accepta beneficia, ad gratias Deo agendas potissimum comparatæ; eum in cæteris secundis mensis esset vsitata quædam cõmunis benedictionis formula: in Paschali, peculiaria quædam verba adhibebantur. Dominus igitur, seruato eo ipso antiquo Iudæorum ritu, illud effecit, vt nouis benedictionibus additis, nouum in- D stitueret Sacramentum; & quæ in memoriam veterum beneficiorum fuerant instituta, in commemorationem omnium præstantissimi, nouiter accepti beneficij, mutarentur. Quod vero ablutione pedum facta, vt tradit Io. 13, 11. immo vt testatur Luc. 22, 21. post institutam Eucharistiam, de discipulo proditore Dominus sermonem habuisse dicitur: Matth. vero 26, 2. & Mar. 14, 17. ante mysticam illam mensam, id contigisse tradant, nihil est absurdi, ea de re iterum in priori, ac inde posteriori mensa Dominum esse locutum. Constat itaque ex prædictis cęnam Domini fuisse distinctam, a cœna agni Paschalis, ac post illam fuisse administratam, in qua primum illud Sacramentum ineffabile est institutum, quo transubstantiatio fit panis, & vini, in carnem, & sanguinem Christi, in ipsum Christi corpus, sub vtraque specie integrum Tunc & Apostoli, quib. Dominus pręcepit idipsum facere in sui memoriam, sacerdotes sunt facti, atque ipsum sacrificiũ, quod E offerrent, est ordinatum. Id Apostoli ipsi, id Patres omnes, id Traditio Ecclesiastica, ac ipsa fides, ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ, prædicauit, & hactenus profiteri nõ desinit. Nec vero est dubitandum, quin ipsa Eucharistia in Azymis sit confecta, & nõ in fermentato, si tempus consideretur, quem etiã ritum seruatum esse ab Apostolis, ac eorum successorib. Epiphanius auctor est hær. 30. Quod autem rei veritate, non per figurã. vel similitudinem, allusionemve, vel quouis alio modo fictitio, ipsa Eucharistia sit illud ipsum viuificum corpus Christi, quod natum de sanctissima Virgine, in ara crucis oblatũ est, & ineffabili quodam modo manentibus specierum panis & vini, accidentibus, in ipsum transubstantiatũ, quod semper Catholica veritas est professa, ex innumeris sanctorum Patrum locis, alijsque firmissimis rationib. esset facile demostrare, & luculentissime a pluribus, & olim, & hac ipsa ætate est demonstratum. Eadem porro Eucharistia nouæ Eucharistia in azymis a Domino confecta.

de Paschali cõniuio apud Hebræos.

uæ legis noua est oblatio & sacrificium, quam Dominus noster Sacerdos æternus, secundum ordinem Melchisedech, in cœna obtulit, & dum istud ipsum Apostolis suis faciendum præcepit, satis expressit suum Sacerdotium & sacrificium voluisse ad posteros propagari, cuius plura symbola, & prædictiones, in veteri lege & Prophetis præcesserunt: & quia pro peccatis offertur, hostia, oblatio, sacrificium, liturgia, ac Missa antiquitus dicta reperitur, quod quidem Missæ nomen, sicut & christiana fides, ex Hebraica ac Chaldacia nomenclatura acceptum esse videtur. Quod enim in nostra vulgata legitur, spontanea oblatio. Deuter. 16, ver. 10. Hebraice & Chaldaice dicitur Missach, quam offerebant Domino in gratiam actionem, de fructibus terræ, qua & vescebantur in templo, cum recordatione præteritæ seruitutis, & ab eadem liberationis. Quæ quidem omnia cum optime conueniant, prædicto a Christo instituto sacrificio, eo potius maiores nostri vsi sunt nomine, quam cuiuspiam alterius Sacrificii: ea maxime ratione, quod spontanea recolatur prima illa sui ipsius, a Domino nostro Iesu Christo facta oblatio. de qua Isaias.[a] *Oblatus est, quia ipse uoluit*, quod quidem nomen; vt rem, ab ipsis Apostolis, Petro, & Paulo, ex Hebraicis fontibus traditum esse Romanis, vt a Iacobo Apostolo eodemque Episcopo Ierosolymorum, suis creditur, quo vsa videtur suo ipsius exordio Ecclesia Romana. Nam Pius Papa proximus Apostolorum temporibus eo vsus est in Epistola ad Iustum Episcopum Viennensem & Cornelius ad Lupicinum item Episcopum Viennensem, & ceteri Romani Pontifices. In Concilio Romano, sub Siluestro; in Chartagin. 2. can. 2. Agathensi cap. 47. & aliis: eodem quoque Missæ nomine ipsum incruentum Sacrificium nominatur, sicut ab Ambrosio ep. 33. ad Marcellinum, August. ser. 25. Victore de Persecut. Vand. lib. 2. & alijs deinceps. Quatenus porro de hoc sacrificio participamus, variis nominibus ex variis rationibus appellatur, Communio seu communicatio. Act. 2, 42. 1. Cor. 10, 16. respectu fidelium, qui per Eucharistiam maxime inter se vniuntur, ob admirabilem, & ineffabilem rerum Diuinarum secretam quandam coniunctionem, a Græcis μυστήριον, a Latinis vero Sacramentum, vt Tertullianus, Eucharistiæ Sacramentum appellat, de Corona militis & alij post eum:[a] Nomen vero Eucharistiæ a gratiarum actione deductum, commune ex æquo est Græcis & Latinis. Rursus Panis Dei, & panis cælestis a S. Ignatio epist. 15. frequenter appellatur, ex eo quod Dominus Ioan. 6. panem de cęlo verum, & panem Dei, qui de cælo descendit, nominat. Corpus item Christi appellatur sæpius a Tertulliano:[b] *Caro*, inquit, *corpore, & sanguine Christi vescitur*. Vitam item appellarunt Africani, vt est apud Augustinum,[c] quod caro Christi oblata sit pro sæculi vita, & sumentibus præstet vitam gratię, & perducat ad æternam. Hactenus de Eucharistia longius, quam pro Breuiarij ratione, sed longe breuius, quam pro argumenti dignitate.

Hostia, oblatio.

De Missæ nomine.

Isaiæ 53.

Cōmunio

Eucharist.

a Amb. in li. de sacr. Augus. de pecc. merit. contra Pel. li. 1. c. 24. & alibi sæpius.

b li. de Pudic.

c de pecc. merit. li. 6. c. 24.

Contentio Discipulorum de Primatu (ratione forte accubitus Ioannis, qui in ea cœna primum locum, post Christum, obtinuit) sedatur; & negatio prædicitur, Luc. 22, 24.

Sermo Domini post cœnam. Io. 14, 15. 16. & oratio ad Patrem. Io. 17.

Hymno dicto, exit montem Olineti. Matth. 26, 30. Qui fuerit ille Hymnus, non constat, nisi quod in Rituali libro Hebræorum proditur, cum in aliorum solemnium festorum cœnis alios, ac diuersos Psalmos, ad mysterium eius diei accōmodatos, dicere moris esset; in Paschali cęna recitari solitum Psalmum 113. qui incipit: In exitu Israel de Aegypto, & alios perbreues.

Hymnus a Domino dictus, qui

Ter cum orasset, mortem deprecatus, procedit obuiam proditori, qui eum osculo hostibus prodit. Matth. 26. Progressus Dominus ad Satellitum turbam, semel, & iterū; verbo eam prosternit. Io. 18, 6. Petrum gladio ferientem, compescit: seruo Pontificis abscissam auriculam restituit. Matth. 26, 51. Mar. 14, 47. Luc. 22, 50. Io. 18, 10.

Iesus captus & ligatus ducitur ad Annam, Principem magni Cnnsilij Synedrin, cuius ius Concilij & officium erat, de Propheta, atque doctrina cognoscere, & iudicare: hinc illud apud Ioan. 19, 19. *Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius*, apud quem alapa cæditur, & ad Caipham ligatus mittitur, iudicatur, & illuditur. Matth. 26. Mar. 14. Luc. 26. Ioan. 18. Petrus, ter negato Domino, resipiscit, & luget, ibidem:

A Christo a Concilio Iudæorum damnato,atque ad Pilatum ducto, Iudas laqueo se suspendit.Matth.27,3.Mar.14.Luc.22.Io. 18.

Accusatur coram Pilato,& ab eo mittitur ad Herodem, a quo contemnitur & irridetur.Matth.27.Mar.15.Luc.23.Io.18.

Quamuis innocens pronunciatus,tamen Barrabba latrone,& sicario dimisso,dānatur,& flagellatus,ac spinis coronatus traditur crucifigendus; ductusque in Golgotha, idest Caluariæ locum,inter duos latrones crucifigitur,anno ætatis 34.per tres menses inchoato.Matth.27.Mar.15.Luc.23.Io.18.

B Crucis supplicium,quod Barabbæ,quod famoso latroni,iuxta Romanorum leges,& vt homicidæ,iuxta leges Iudæorum(vt Philo. tradit de spetialibus legib.) debebat,per summam iniquitatem Christo irrogatur,in quem ne suspicio quidem horum criminum cadebat,sed diuina id factum est dispensatione,vt mysterium crucis a Scripturis decantatum,impleretur.Crucis certe signum,salutis fuisse symbolum apud Iudæos & Gentiles,assernnt,Rufinus,[a] Socrat.[b] Sozomenus,Nicephorus,Suidas. a 2. ca.29. b li.3.c.17

Tribus clauis confixum fuisse recentior probauit vsus,sed antiquiores imagines,quatuor ipsum affixū clauis repræsentant,&affirmat Gregorius Turonensis,de Gloria Martyrum c.7.Plautus certe Mustellaria,satis indicat dicens. *Ego dabo ei talentum primus, qui in crucē excucurrerit,sed ea lege,ut affigantur bis pedes,bis brachia.* Irenæus describens crucem,quartam quandam partem ponit in mediocrucis,vbi requiescit,inquit,qui clauis configitnr. Tribus an quatuor clauis Cruciaffigitur Crucis figura.

C Trium liquorum in Crucifixione Domini,fit mentio ab Euangelistis,Vini Myrrhati.Vini cum felle myxti,& Aceti: Myrrhatum quidem vinum,ex myrrhinis vasis odorē per quam iucundum trahens,ad confouendum, & recreandum valebat,non vero amarissimum erat, & gustui ingratum, & multo minus(quod aliqui opinati sunt)comparatum erat ad consopiendos & obstupefaciendos damnatorum sensus,& hoc quidē,Dominus,oblatom renuit(Mar.15,23.)vt qui prudens, & volens, omnes ærumnas sponte susceperat,omnem oblatam consolati onem recusaret.Contra vero vinum felle mixtū, ex odio,& cruciandi studio oblatum,gustare voluit.Matth.26,34. De liquoribus Domino in Cruce propinatis.

D Acetum porro, spongiam, hysopum, arundinem,in monte,extra vrbem,studio,non casu esse inuenta,illud persuadet,quod huiusmodi,sistendi sanguinis, vim quandam & efficaciam habere,cum scribat Plinius[c],& de aceto Dioscorides[d] siue spongiæ superponatur,siue ad potandum detur,consulto credibile est adferi solita ad eum effectum sistendi sanguinis,sed postquam spongia,liquore illo infusa, & vulneribus admota sanguinem stitisset,eandem superinfusam,sitire se exclamanti Domino,per summam crudelitatem, sacro ori eius admotam verisimile est; nam quod post acceptum acetum,vt ait Ioan.19,20. *dixit consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum:* non ex vi aceti accelerandi mortem,quod aliqui putarunt, sed ex diuina factum est dispensatione,ne longiori vitæ reseruaretur ad crucifragiū, cum prophetice scriptum esset,*Os non comminuetis ex eo*..Ex.12,47. c li.23.c.1. & li. 31.c. 11. d li.3.c.14

E Quod vero mons in quo crucifixus est,Golgotha,idest Caluariæ locus dictus sit,a sepultura primi hominis.ex antiqua traditione plerique veterum patrum probarunt,Tertullianus,Origenes,Basilius,Athanasius,Epiphanius,Io.Chrysost.Ambr.Aug.vno improbante Hieronymo,sed non firmissimo argumento, Ex eadem antiqua haberi traditione,hunc eundem esse montem, in quo Abraham filium iussus est immolare, plures item veteres Patres testantur. Caluariæ locus vnde dictus.

De anno ætatis Domini,quando passus est,dicendum videtur ex Ignatio ad Trallianos,fuisse xxxiiij.per tres menses inchoatum,si quidem,postquam dixit,*expletis tribus annorum decadibus baptizatum esse*, mox subdit, *Et ubi triennium prædicauit Euangelium,iudicatus est*,quem secutus est Beda de tempor.c.45.*Habet ni fallor,inquit,Ecclesiæ fides Dominum in carne paulo plus quam 33. annos,vsque ad sua tempora passionis vixisse:* Varias aliorum opiniones confutatas vide in Annalibus.De mense Martio plerique consentiunt, quota vero eius mensis die,non omnino omnes, sed, sexta feria: omnes plane conueniunt. Annus passionis Domini.

A sexta

Eclipsis in morte Christi

A sexta hora tenebræ factæ sunt, super vniuersam terram, vsque ad horam nonam, & post aliquot verba prolata, mysteriis plena, expirante Domino in cruce, *velum templi scissum est in duas partes, a summo vsque deorsum & terra mota est, & Petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant surrexerunt.* A

De huiusmodi solis defectu, & terræmotu, Origenes, libro secundo contra Celsum. *De sole autem inquit, Tiberii Cæsaris tempore, obscurato, quo imperante Iesus creditur cruci fuisse affixus, & de magnis terræ tunc motibus factis, scripsit Phlegon in 13. vel 14. ut arbitror de temporibus, libro.* Phlegontis porro verba in Chronico anni 33. Christi, recitat Euseb. *Quarto autem, inquit, anno 202. Olympiadis, magna, & excellens, inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio solis facta est: dies, hora sexta, ita in tenebrosam noctem uersus est ut stellæ cæli visæ sint, & c.* De eadem solis defectione, quomodo facta sit, Dionysius Areopagita scripsit ad Polycarpum, inuehens in Apollophanem philosophum, & ad ipsum Apollophanem, his verbis. *Heliopoli tu quidem pęne mihi coæuus, & ego, quinque, & viginti fere annorum tempus exoluens, vna morantes, constiteramus, cum feria quadam sexta; sol horribilibus subito est obsitus tenebris, luna ipsum intercurrente.* Augustinus quoque, pluribus, fuisse præter omnem naturæ ordinem, probat, scribens ad Hesychium & lib. qq. Noui testamenti q. 105. Eamdem Eclipsim relatam in Archiuo Romanorum, testatur Tertullianus in Apologetico, & Lucianus Martyr. B

Dionysius Ariopag.

Golgotha montem mostrare, Petras scissas, habet Cyrillus cathechesi 13. Tum quoque Aluerniæ montem in Etruria, & Caietæ Promontorium scissum, traditione constat plurimorum. Angelos quoque, Præsides templi, auditos, cum dicerent, transeamus hinc notat Eusebius. Alia quoque prodigia tum contigisse Euseb. 5. de præpar. c. 9. ex Plutarcho de oraculorum defectu, refert. C

Foditur Lancea eius latus, & de cruce depositus honorifice sepelitur. Matthæ. 27.

Loca Passionis Christi semper celebria.

Remanserunt omnia passionis Christi, atque sepulchri, instrumenta, ipsaque loca vbi hæc facta sunt, tantæ rei memoria consecrata, velut quædam Trophęa victoriæ, eademque facta toto orbe conspicua atque proficua. ex quibus velut perennibus quibusdam fontibus, fluenta gratiarum, atque miraculorum eruperint. Gregor. Turonen. [a] de glor. Mart. Beda [b] de locis sanctis, Permanet integra, diuina operante virtute, ex incendioque quodam illæsa hactenus Sanctissima Sindon illa, quæ corpus D. N. Iesu Christi de cruce depositum excepit, & eius imaginem expressam retinuit, ac post cum eodem vnguentis delibuto, in sepulchro posita fuit, velut operimentum, & stratum, asseruaturque summo honore in Ecclesia Taurinensi. Ipsa quoque Sanctissima Domini Crux, quantumuis Iudæorum inuidia diutius occultata, sub terramque defossa, Diuina sic disponente prouidentia, tandem in lucem prodiit, vt suo loco dicetur, & fulgoris sui radiis vniuersum orbem sic illustrauit, vt nullus fere sit locus, in quo non sit aliqua eiusdem sacratissimi ligni particula. D

a c. 7. & 8. b c. 5. & 20

Paulinus Ep, 11. Cyrillus cathechesi 10. Terra ipsa insuper, quæ Domini adiacet sepulchro, diuinam quandam, ex Dominico corpore, proxime posito, virtutem hausit, vt merito fideles illuc peregrinantes auide de ea soleant accipere, qua tum ad morbos curandos, tum etiam ad dæmones effugandos vti consueuerint: cuius rei testis locuples est Augustinus. [c] Ex eadem terra, aqua admixta, consueuisse formari tortulas quasdam, easdemque per diuersas mundi partes transmitti solitas, ad morbos curandos, aliasque Diuinas gratias impartiendas, testatur Greg. Turonen. cap. 7. de glor. Martyrum. E

c De ci. D. l. 22. c. 8.

Hebdomada passionis.

Hebdomadam, in qua passus est Dominus, Maiorem, ob grandia in ea operata mysteria, siue pœnosam, ob Christi dolores in ea perlatos, maiores nostri dicere consueuerunt, eam in dolore, & lachrymis, in abstinentia, & carnis afflictione transigentes: nec modo totam illam hebdomadam, sed & feriam sextam, & quartam cuiusque hebdomadæ, quod in hac de morte Christi, sit initum consilium, & in illa cruci fuerit

affi-

affixus, atq; hæc ex traditione Apoſtolica extat de eo Can. Apoſt. 68. & Clemẽtis nomi-
A ne edita Conſtitutio [a] & expreſſum habetur S. Ignatij teſtimonium, ad Philipp. Quartis & ſextis feriis ieiunare non negligatis, ciborum reliquias pauperibus largientes, &c. legendus item Clem. Alex. Strom. lib. 7. Dionyſ. Alexandrinus ep. ad Baſilidem. Epiph. hær. 71. & in compendio; Aug. ad Caſulanum, & alii.

a l. 5. c. 16. & c. vlt. & lib. 7. c. 22.

Illuceſcente Dominico die, Reſurgit Chriſtus, & ſuis ſæpius videndum ſe offert, Matth. 28, 9. Mar. 16, 9. Luc. 24. Io. 20.

Chriſtus a mortuis excitatus, apparet primo Mariæ Magdalenæ, Mar. 16, 9. Deinde aliis mulierib. Matth. 28, 9. Tertio Simoni, Luc. 24, 34. Quarto, diſcipulis duob. euntib. in Emmaus, Luc. 24, 10. Quinto Diſcipulis cõgregatis, abſente Thoma, quibus tradidit Spiritum ſanctum, & poteſtatem dedit remittendi, & retinendi peccata, ex quo, neceſſaria aſſumptione conſequitur, pęnitentes peccata debere confiteri, eorumque conditiones ſingillatim aperire, quòd ſemper in eccleſia obſeruatum eſt, Ioan. 20, 19. Sexto ijſdem, poſt dies octo, præſente iam Thoma, Io. 20, 26. Septimo piſcantibus ſeptem Diſci-
B pulis, Io. vlt.

Chriſti reſuſcitati apparitiones

Ieſus excitatus a mortuis PETRO PRIMATVM TRADIT piſcantib. apparens diſcipulis, cõmẽdata ei Eccleſia, per illa repetita verba: *Paſce agnos meos & oues meas.* Io. vl. 15. quem quidem Primatũ, ſuper oẽm Eccleſiam, & ipſos Apoſtolos promiſerat. Matth. 16, 18. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram, &c. Et tibi dabo claues regni cælorum, &c.* vt Dominus, quæ communia omnib. Apoſtolis eſſe voluit, clare explicauit, vt quod ad ſacrificium pertinet, *Hoc facite in meam commemorationem* Luc. 22. quod ad verbi prædicationẽ, & Baptiſmum; *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos.* Mat. 28. quod ad remiſſionem peccatorum: *Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt li-*
C *gata & in cęlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cælo* Matth. 18. *Vel cum dixit. Accipite Spiritũ Sanctũ, quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorũ retinueritis, retenta ſunt.* ſiue cũ *aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas,* Luc. 24. Ita quæ peculiaria voluit eſſe Petri, aperte ſignificauit, ſiue cum dixit. *Tu vocaberis Cephas* Io. 1. vel cũ ait, *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Matth. 16. aut cum ſubdit, *& tibi dabo claues regni cęlorum,* ac denique cum eadem modo perficiens atque adimplens ait, *paſce agnos meos, paſce oues meas,* Io. 21. Adhibita hac a Domino diſtinctione, & diſcrimine, non eſt mirum, ſi eadem quoque diſtinctione, Patres dixerint, aliquando, omnes Apoſtolos, pari fuiſſe præditos poteſtate, ali-
D quando vero, Petrum cæterorum caput & Principem, vt Cyprianus feciſſe vr̃, de vnitate Eccleſię. Aſſertę diſtinctioni, etiam æquè reſpondet, quòd S. Hieron. modo ſuper omnes Apoſtolos, fundatam dicit Eccleſiam, paremque eoſdem adeptos a Domino poteſtatem, & cunctos claues coelorum accepiſſe; modo vero Petrum, caput & principẽ appellat Apoſtolorũ, ac ſuper eum, fundatam teſtatur Eccleſiam lib. 1. adu. Iouin. & alibi ſæpius. Quod verò dicit, cunctos Apoſtolos, claues regni cęlorum accepiſſe, ſic videtur accipiendum, vt Apoſtoli æque ac Petrus earumdem clauium vſum habuerint, ordinis poteſtate, ſc. dimittendi peccata, verum quod ſpectat ad ſupremam poteſtatem, auctoritatẽ & iuriſdictionem, quam per clauium traditionem ſignificatam eſſe, ex claue Dauid, ſatis confirmatur, conſtat Euangelii teſtimonio, Petro tantummodo a Domino, tunc temporis fuiſſe promiſſas, ac Petro duntaxat eſſe datas atque ſic ſupremam poteſtatem, hoc
E ipſo ſcilicet tempore, cum a Domino eidem vniuerſus grex paſcendus committitur. Vnde Optat. Mileuit. 7. con. Parmen. *Bono Vnitatis* inquit, *B. Petrus cui ſatis erat, ſi poſt quam negauit ſolam veniam conſequeretur, & præferri omnibus Apoſtolis meruit, & claues Regni Cælorum communicandas ceteris, ſolus accepit,* hæc ille, & alia plura id genus, qui, & non ſemel expreſſe, firmiterque teſtatur, vniuerſalem totius Eccleſiæ præfecturam, quam a Chriſto Petrus eſt conſecutus, transfuſam eſſe in Romanos Pontifices, Petri cathedræ legitimos ſucceſſores, hoc ipſum habemus apud Arnobium, in pſ. 138. apud Leonem, ad Anaſtaſium Theſſalonicen. apud Greg. lib. 4. ep. 38. apud Bernard. ad Eugen. ne reliquos Patres enumerem, quorum eſt vna in hac re quidem, & conſtans ſententia, & omnium præterea conciliorum.

Primatum Petro tradit.

Cõia oib. Apoſtolis.

Peculiaria Petri.

Apoſtoli omnes pares ordinis poteſtate, ſed ſuper omnes Petrus iuriſdõnis amplitudine.

Apparet Discipulis in monte Galilææ, quo eos conuenire iusserat, Matth. 28, 16. de qua apparitione Apostolus primo Corinth. 15, 6. *Visum esse*, ait, *plusquam quingentis fratribus simul*: quibus tum dixit: *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* A

Deinde visum esse Iacobo, idem Paulus ibidem ait, de qua apparitione, nihil apud Euangelistas. nouissime autem, reuersis illi Hierusalem, & recumbentibus, apparuit, & exprobrata eorũ incredulitate, & duritia cordis, dixit eis: *Euntes in vniuersum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ, &c.* Marc. 16. ac subinde ex Scripturarũ testimonio, Resurrectione sua confirmata, *Aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas:* mandauit prædicationem Euangelij: promisit virtutem faciendi miracula: mandauit expectare in ciuitate, donec induerentur virtute ex alto; ac denique eductis illis foras in Bethaniam, & eis benedicens, videntibus ipsis, ascendit in cælum. Marc. 16, 19. Luc. 24, 49. B

Sub suã Ascẽsionem Dominus alias duas dotes superaddit Ecclesię.

Hac porro sua nouissima manifestatione, Dominus, præter alias dotes, liberaliter collatas Ecclesiæ suæ, duas superaddidit. Vnam (Mar. 16.) operationem miraculorum, collatam fidelibus, quę communis Christianis omnibus esse posset: alteram vero (Luc. 24.) diuinarum Scripturarũ intelligentiam, Apostolis peculiariter concessam; quæ Spiritus sancti charismata, ita propria sunt Ecclesiæ, vt apud eos, qui foris sunt, reperiri nullo modo queant.

Ioannes, qui vltimis scripsit, sic suum Euangelium conclusit: *Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus, quę si scribantur per singula, nec ipsum, arbitror, mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.* C

a ep. 99. lib. 2.

Per hyperbolem, inquit Isidor, Pelusiota,[a] non inusitata sacris literis, dicta sunt. Cæterum sicut non cuncta Christi facta, ita multo minus, omnia dicta ab eo verba, Euangelistę sunt prosecuti. Citat Paulus Apostolus, Christi sententiam, ab illis prætermissam, Cum Ephesios alloquens, Act. 20, 35. sic ait: *Memores verbi Domini, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare, quam accipere.* Hiero. ep. 152. ad Miner. Sciat me illud Apostoli libenter audire: *Omnia probate, quod bonum est tenete.* & Saluatoris verba dicentis: *Estote probati nummularii.* vsurpat eandem Cassianus, sed & illud: *Vbi te inuenero, ibi te iudicabo.*

Iosephi testimonium de Christo.

Post sanctos Euangelistas, Iosephus Iudæus, ab hinc quadraginta annis, Græcè res gestas Iudæorum prosecutus, præclarum hoc Christo dat testimonium: *Eo*, inquit, *tempore, fuit Iesus, vir sapiens, (si tamen virum eum fas est dicere) erat enim mirabilium operator, & doctor eorum, qui libenter vera suscipiunt, plurimosque tam de Iudæis, quam de Gentibus sectatores habuit. Christus hic erat, quem accusatum a nostræ gentis Principibus, cum addixissent eum cruci, nihilominus non destruerunt eum diligere, qui ab initio cœperant, apparuit enim tertia die viuus, ita vt diuinitus de eo uates, hoc & alia multa miranda prædixerunt, & usque in hodiernum diem Christianorum genus ab hoc denominatum, non deficit.* Refertur ab Eusebio 1. Hist. capit. 11. ex 18. Antiquit. cap. 4. D

b Apolog. c. 5. & 21.
c 2. hist. c. 2
d 7. hist. c. 4
e 1. hist. Frã. c. 24.

Quod testimonium, cum Romæ requireretur, in peruetusto codice, in quo Iosephi historia, ex Græco in Hebraicum sermonem est translata, inuentum est abrasum, membrana ipsa id exclamante. Hegesippus (non qui proximus Apostolorum temporibus fuit, sed post tempora Constantini) in Anacephaleosi, de morte, & resurrectione Christi Pilati epistolam ad Claudium (falso, ad Tiberium enim legendum est) scriptam recitat. Consueuisse quidem Præsides, insigniora quæque referre ad Imperatores, certum est, & Pilatum, de Christo retulisse ad Tiberium, testis est Tertull.[b] in Apologet. & Euseb.[c] epistolæ meminit. Orosius[d], & Turonensis.[e] Acta publica, a Notariis excepta, de Christo, Romam delata constat, ad quæ prouocat Iustinus Apolog. ad Antoninum. E

Vestigia Christi ascendentis in Cęlum.

Egregium porro monumentum, suæ ad cœlos ascensionis Dominus posteris spectandum reliquit, suorum sacrorum pedum, terræ impressa vestigia, de quibus olim Zacharias propheta, intellexisse videtur, dum prophetice hæc locutus est c. 14, 4. *Stabunt pe-*

A *des eius supra montem Olineti, qui est contra* Hierusalem *ad Occidentem.*

Quod vero ad impressa Domini vestigia pertinet, hæc scribit Hieronym. de locis Hebraicis in Acta: *Mons Oliueti ad Orientem* Ierosolymæ, *torrente Cedron interfluente, vbi vltima vestigia Domini, humi impressa, hodieque mostrantur. Cumque terra eadem, quotidie a credentibus hauriatur, nihilominus tamen, eadem sacrata vestigia, pristinum statum continuo recipiunt. Denique cum Ecclesia, in cuius medio sunt, rotundo schemate, & pulcherrimo opere condecetur, summum tamen cacumen, (vt perhibent) propter Dominici corporis meatum, nullo modo contegi, & concamerari potuit: sed transitus eius a terra, ad cælum vsque, patet apertus.* Optatus quoque Mileuitanus: *Ibi,* inquit, (cum meminit de Ecclesia Orientali,) *eius sancta sunt impressa vestigia.*

Eadem ferè Paulin. Nolan. ep. 11. ad Seuerum, & Seuer. hist. libro secundo, & hoc B amplius vterque; quod verbis Seueri referam.

Illud mirum, quod locus ille, in quo postremum institerant diuina vestigia, cum in cælum Dominus, nube sublatus est, continuari pauimento, cum reliqua stratorum parte, non potuit, si quidem, quæcunque applicabantur, insolens humana suscipere, terra, respuerct, excussis in ora operantium, sæpe marmoribus, quin etiam, calcati Deo pulueris adeo perenne documentum est, vt vestigia impressa cernantur, & cum quotidie confluentium fides, certatim Domini calcata diripiat, damnum tamen, arena non sentiat, & eamdem adhuc sui speciem, velut impressis signata vestigiis, terra custodit. hæc Seuerus.

Auget vero miraculum, quod exercitus Romanorum, sub Tito, in obsidione vrbis montem Olineti insedit, vt si lapidi fuissent insculpta vestigia, vix potuissent conseruari.

C Eadem confirmat Beda, post septingentos ferme annos, de locis sanctis, capitulo septimo. Atque hactenus breuiter de Christi actis, vt ab Euangelistis, literis consignata nobis relicta sunt. Pergamus iam ad librum Actorum Apostolorum, non quidem, qui Acta omnia, neque omnium, sed vnius tantum, vel alterius, inquit Chrysost. eademque facilia numeratu, contineat. Historia Actuũ Apostolorum.

A monte Olineti, regressi sunt, cum gaudio in Hierusalem discipuli, cum mulieribus, & Maria matre Iesu. Conscenso cœnaculo, persistunt in oratione. Luc. 24. Act. primo. In ea domo, quæ fuit Ioannis, cognominati Marci, collocata nunc est magna, & sanctissima Sion, omnium Ecclesiarum maxima, inquit Alexand. Monach. in Act. D S. Barnabæ.[a] a Apud Sur. 21. Iu.

Petrus, primatum sibi collatum exercens, refert de subrogando in locum Iudæ, & præmissa precatione, datis sortibus, Iosepho Barsabæ, & Matthiæ ex 72. discipulorum numero, (vt est apud Clementem Alexand. ex Beda in retract. in Act. Ap.) *Cum cecidisset sors super Matthiam, adnumeratur vndecim Apostolis.* Act. 1. Petrus Primatum exercet.

Die Pentecostes, id est a die Resurrectionis, quinquagesimo, ab Ascensione decimo, die Dominico, admirabili modo, in centum viginti congregatos, delapsus in formam ignearum linguarum, Spiritus sanctus, omnes perfundit; ita vt singuli ineffabili modo, omnibus omnium gentium linguis, loquerentur magnalia Dei, stupentibus omnib. non vero, vt quidam opinati sunt, sic vt sua lingua loquentes, a singulis, quasi eorum propria intelligerentur. Greg. Naz. in Pent. Act. 2.

E Rursus, Petrus suum Primatum ostendit, prima concione ad Iudæos calumniantes suos, de obiecta ebrietate purgans, quod esset hora diei tertia: (cum apud Hebræos, ante horam diei sextam, prandere religio esset, (vt colligitur ex Ioseph, in vita sua,) & ex lege, & Prophetis, de Christo disserens, & resurrexisse comprobans, ita vt ad tria millia, veritatem fidei agnouerint, & amplexi sint, iussi ab eo baptizari in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum. [Quod non sic accipiendum est, vt Patris, & Spiritus sancti non æquè ac Filii nomina, qui baptizarent, expresserint, ex Iustino orat. ad Antoninum.]

Quod S. Petrus dixit, ea concione, loquens de Dauide: *Et sepulchrum eius est apud nos, vsque in hodiernum diem.* obseruatione dignum est, sepulchrum illud (quod & Sa-

lomonis dictum est, quod & illic ipse conditus esset) remansisse integrum vsque ad extremam omniumque nouissimam Iudæorum cladem, per Hadrianum illatam, sub quā, quasi in prodigium futuri vltimi Iudæorum extreminij, sponte corruit, vt Dio Cassius, auctor est, in Hadriani vita. De eo, vt augustis ædificijs, opera Salomonis, extructis, insigni; sed, & Thesauro nobilitato, meminit Iosephus Antiquit. 7. c. vlt. & 16 c. 11. Si quidem Hieron. ep. 17. ad Marcellam ad finem, scribit suo tempore, orari solitum in Dauidis mausoleo, cuius saltem tunc extarent vestigia. A

Perseuerant in doctrina Apost. & communicatione fractionis panis, & orationibus Act. 2. & rursum sanato claudo, & alia concione, Act. 3. auctus est numerus fidelium, ad quinque millia Act. 4. ver. 4.

Petrus & Ioannes conijciuntur in carcerem, & mox dimittuntur, denunciando illis, ne omnino docerent in nomine Iesu. Act. 4. B

Semen, & forma vitę Cœnobiticæ primi christianis

Fideles, omnia in commune conferunt, Act. 3, 32. & 4, 44. in quibus nominatim censetur Barnabas Leuites, Cyprius, in qua primæ illius Ecclesiæ Christianorum, voluntaria renunciatione & paupertate, iacta semina, & præscripta forma, religiosæ, & cœnobiticæ vitæ Aug. ser. 30. de diuers. Basil. de reg. Mon.

Ananias, & Saphira morte feriuntur.

Ananias, & Saphira, ob ementitum agri pretium, in exemplum votifragorum, & proprietariorū, a Petro Apostolo morte feriuntur, Act. 5. de illis Hie. ad Demetriadē ep. 8. *Ananias, & Saphira dispensatores timidi, immo corde duplici, & ideo condemnati, quia post votum, abstulerunt, quasi sua, & non eius, cui semel ea vouerant, partem, quā sibi iam alienæ substantiæ reseruauerunt, metuentes famem, quam vera fides non timet, præsentem meruere vindictam, non crudelitate sententiæ, sed correctionis exemplo. Denique & Apostolus Petrus, non imprecatur eis mortem, vt stultus Porphyrius calumniatur, sed Dei iudicium, prophetico spiritu annunciat, vt pœna duorum hominum sit doctrina multorum.* Eadē de voto Athan. ser. in passione & cruce, & Greg. lib. 1. ind. 9. ep. 33. C

a tr. 8. in Matthæum. b con. Parmen. c coll. 6. c. 11.

Cæterum, eam quidem pœnam non ad supplicium sempiternum, sed ad expiationē peccati; vt sic salui essent in futuro sæculo, a Domino esse illatam, Orig.[a] Aug.[b] Cassia.[c] existimarunt.

Petri vmbrā sanasse singulare est.

Per oēs Apostolos, cum signa & prodigia fierent, plura, & insigniora fiebant, per Petrū, sanatis omnib. quoscumq; vmbra illius obumbrasset, Act. 5, 15. Quo typicè illud vr expressum, tantam a Deo Principi Apostolorum gratiarum copiam esse collatam, vt eadem dona Petri personę concessa, sic in vmbram æquè transtulerit, vt eadem in successorib. qui referunt personam Petri, feliciter propagari voluerit; nimirū, vt quāuis oēs sancti essent ac Petrus, sed ex his aliqui morib. essent futuri dissimiles, tamen quia eiusdem agerēt personā Petri, eandem ēt retinuerint a Deo illi traditam ptātem, scirentq. nō oēs, respectu Petri, honori habendos esse, qui vmbram saltem Petri, hac ex parte referrent. D

Apostoli in carcerē cōiecti, p Angelum eripiuntur.

Apostoli rursum in carcerē conijciūtur, vnde per Angelū, mirabili modo, erepti, rursum concionantur: adducti in Concilium, respondēt: *Obedire Deo oportet magis quam hominibus.* qua ex re, frementib. Iudęis, & interficere eos meditantib. per Gamalielē deterrentur, ac demū; cęsis denunciant, ne amplius loquanť in noīe Iesu: at illi exultantes, ob ea quæ passi erant pro noīe Iesu, audacter pergunt in instituto munere Euangelizandi. Act. 5. Gamalielem porro fuisse Christianū, sed consilio Apostolorū sic occultū inter Seniores, vt ea ratione melius consulere Ecclesiæ posset, permansisse, hr apud Bedam,[d] quod quidem ex eo confirmatur, quod apud Stephanū sepultus fuisse reperitur, qui eius Pauli, ac Barnabæ magister fuerat. Lucianus libello de Inuent. Stephani Protom. E

d in retrac. ex lib. recog.

Crescēte fideliū numero, & exorto murmure inter Hebręos ex Grecia, qui Græci appellanť, & Hebræos Palestinę indigenas, qui Hebręi proprie dicebantur, eo quod despicerētur in ministerio quotidiano (mensarū. sc.) viduæ earum, deliguntur septē viri, boni testimonij, eleemosynarum curatores cōmuniumque mensarū, & Christi mysteriorū ministri, quos per impositionē manuū ordinant Diaconos, Act. 6. Notandū est aūt, quod vt Dominus, ac Redēptor noster in vltima illa ac memorabili cœna, vtrāq; mensam coniunxit, cōem & Sacram, in quarum priore Agnū, ex more, comederet, in posteriore vero

mox

mox consecrata, sacratissimum suum corpus & sanguinem exhiberet; sic etiam temporibus Apostolorum, eadem in Ecclesia consuetudo noscitur conseruata, vt simul vtramque mensam coniungerent. est de his perspicuum Pauli testimonium in prima ad Corinth. 11,20. Harum vtrarumque mensarum ministri erant Diaconi illi septem delecti ex numero 72. discipulorum, vt tradit Epiphanius lib. 1. cap. 21. nam quod aliqui senserunt, Diaconos non fuisse electos ministros altaris, multipliciter conuinci possunt, ex testimonijs Ignatij ad Trallianos ep. 5. ad Heronem. ep. 13. & ex perpetuo vsu, & traditione Ecclesiæ.

A — Duplicis mensæ in prima Ecclesia ministri Diaconi delecti.

Porro, quod dicitur prædictos 7. diaconos mensis communibus etiam inseruisse, ac Præfectos fuisse, non sic accipiendum est, vt (quod ministrorum mensarum est) cæteris accumbentibus, quæ ad potum cibumve pertinerent, illuc inferrent, sed quod ea quæ essent cuique opus, eleemosynas diuidendo, curarent, quod etiam vsu retentum esse S. Leo in serm. de S. Laurentio testatur. *Non solum ministerio sacramentorum*, inquit, *sed etiam dispensatione Ecclesiasticæ substantiæ præeminebat*, sunt alia plura exépla apud Auctores. Habebant Diaconi plures alios sub se ministros, *Saluto*, inquit Ignatius, *Diaconos*, ep. 12. & mox, *Saluto hypodiaconos, Lectores, cantores, ianitores laborantes*, (hi erāt, qui corpora mortuorū curabāt, & sepeliebāt) *Exorcistas, Confessores: saluto custodes sacrorum uestibulorum, Diaconissas*, quæ portis, mulieribus tantum patentibus, præerant. Sed & illa alia de Diaconissis habentur apud Clem. 3. Const. Apost. cap. 15. *Elige quoque Diaconissam fidelem & sanctam ad mulierum ministeria &c.* & apud Epiphanium hær. 79. Vt Diaconissarum frequens est mentio apud Ecclesiasticos scriptores, ita etiam aliquando reperitur nomen Presbyteræ, significando vel seniorem viduam, vel quarum viris in presbyteros electis, ipsæ interim vitam cælibem agerent, quo etiam sensu aliæ Episcopæ appellatę, quarum viri essent in Episcopos consecrati: eodem modo aliquando dicuntur Diaconissæ, quarum viri ad Diaconatum promoti fuissent, sic & Subdiaconissæ. Est decretum Zachariæ Papæ de non admittenda in cōtubernium Presbytera, Diacona, vel Monacha, & Basilii Epist. ad Petragorium de ijsdem. hactenus de occasione Diaconorum.

B

C

Quod autem Lucas recensendo singulorum septem Diaconorum nomina primū ordine ponat Stephanum, S. Augustinus.[a] ex eo accidisse putauit, quod primatum ageret inter Diaconos, idemque Primicerius Diaconorū & Archidiaconus esset, vt a Luciano, & alijs nominatus habetur.

a ser. 94. de diuers.

D Iacobus Apostolus, Alphæi dictus, & iustus, frater Domini, & minor, a B. Petro Ierosolymorum Episcopus ordinatur (Chrys. hom. 87. in Io.) 27. Decemb. ex Beda in Martylog. Euseb. ex Clement. Alexandrino 6. Hypotyposeon, refert Petrum, Iacobum, & Ioannem; vno consensu Iacobum ordinasse. quod ipsum Epistola Episcopos Italiæ, quæ adfertur Anacleti, testatur: traditamque a Petro formam esse, vt non minus, quam a tribus Episcopis, electus Episcopus consecretur: Hæc, vt alia multa prætermisit Lucas. Hier.[b]

Iacob. minor Ierosoly. Eps a B. Pet. ordinatur.

b ca. 2. ep. ad Gal.

Eius Cathedram, ad sua vsque tempora, magna veneratione asseruatam, asserit Euseb. in histor. c. Eundem quoque Iacobum, gestasse in capite laminam, seu bracteam auream, Episcopalis dignitatis ornamentum, Epiphanius hær. 29. & 78. Hieronym. in script. & in Epist. ad Gal. cap. secundo, & alii testantur, quod ipsum de Ioanne Apostolo ex Polycrate referunt Euseb.[d] & Hier. de rescript. in Polycarpo: ex qua institutione & vsu Apostolorum manauit, vt Episcopi Christianæ Ecclesiæ, quod regali fungerentur Sacerdotio, tanquam Reges, ac Sacerdotes mitra in sacris vterentur pretiosa: quam coronam sacerdotalē, Marcellinus[e] & Euseb.[f] Gregorius Nazianzenus Apolog. 3. Cydarim appellat. distinctam quidem gemmis, Ambrosij Coronam celebrat Ennodius in Epigrammate.

c li. 7. c. 14 in fine.

d li. 5. hist. c. 22.

E — Coro. aut Mitra seu Cydaris vsi epi.

e lib. 29.

f li. 10. c. 4.

Stephanus primus Diaconus, faciens prodigia, & signa magna in populo, appositis falsis testibus, accusatus, post egregiam concionem, septimo mense ab Ascensione Domini, 26. Decembris a Iudæis lapidatus, primus omnium Christianorum, martyrio coronatur. Act. 6. & 7. Martylog. Roman. Augustinus, Fulgentius, Nyssenus. De in

Steph. primus martyr.

uentione eius corporis vide Anno Domini 415. & de innumeris ad eius reliquias miraculis lege Augustinum &c. A

a ep. 14. ad Paulam & 53. ad Riparium.

Exequiarum, & sepulture cultus in Ecclesia ab Apost.

Curauerunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum Act. 8. per planctum autem magnum, amplitudinem, & magnificentiam funeris intelligendam ait S. Hieronymus.[a] Ex quo Apostolorum exemplo, laudabilis, in Ecclesia Dei, in curandis defunctorum corporibus, cōsuetudo permansit, vt eadem in primis aromatibus condirentur, Tertullianus in Apologetico, Nyssenus in funere Meletii, Nazianz. epist. 18. Prudent. in hymno defunctorum. Rursum vero accensis cereis, cantu prosequendi pompam funeris, Pontius in Actis Passionis S. Cypr. Nyss. in fun. Melet. Nazianzenus in funere Cæsarii fratris. Euseb. in funere Constantini. Hier. in funere Paulę. Athanasius apud Damasc. lib. de mortuorum suffragiis: *Si quis*, inquit, *diem obierit, licet in aere ponatur inhumatus, ne omiseris oleum, & ceram, inuocato Christo Deo, ad sepulchrum accendere, accepta enim Deo sunt, plurimam secum referunt retributionē, oleum, & cera holocaustum est, incruenta vero hostiæ oblatio propitiatio est*, Chrysostomus hom. 14. in 1. Epist. Timoth. *Quid*, ait, *ardentes quæso lampades sibi volunt: nonne tanquam athletas eos comitamur? quid autem hymni? nonne glorificamus Deum, & illi gratias agimus, quia iam defunctum coronauit, & ab incertitudine sublatum penes se retinet?* & hom. 70. ad pop. Antioch. & alibi. Rursus, tertia, octaua, vigesima, trigesima, quadragesima, & sexagesima die, ac denique anniuersaria, agi consucuisse memoriā defunctorum, antiqui libri rituales testantur, Tertullianus de Cor. Mil. Nazian. in fun. Cæsarii. Hieronymus epist. 27. de suffragiis ab ecclesia pro defunctis, exhiberi solitis, quod his affine est, præter innumera veterum testimonia, audiamus Augustinum ser. 32. de ver. Apost. *Orationibus vero sanctæ Ecclesiæ*, inquit, *& sacrificio salutari, & eleemosynis, quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis misericordius agatur a Domino, quam eorum peccata meruerunt, hoc enim a Patribus traditū uniuersa obseruat Ecclesia, ut pro eis qui in corporis, & sanguinis Christi communione defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur, ac pro illis quoque offerri commemoretur &c.* ex cuius sententia, & aliorum plurimorum Patrum de suffragiis, ex traditione Apostolica pro defunctis præstari solitis, necessario consequitur, eosdem pariter ex Apostolica traditione affirmare, esse locum, in quo post obitum animæ purgentur, donec ab omni peccati labe expientur, & temporalem pęnam persoluant, hoc est autem, quod dicitur Purgatorium. B C

Purgatoriū ex traditione Apostolica.

D

Christi Annus 35 — *Tiberii* 19 — *Sulpitio Galba & Cornelio Sylla. Coss.*

Dispersio Christianorū post necē Stephani.

POST Stephani necem, ingenti excitata in Ecclesiam persecutione, pluribus fidelium occisis (ex Act. 26, 10. reliqui omnes dispersi sunt, præter Apostolos, (quod quidem de Apostolis diuino miraculo tribuendum videtur) primum per regiones Iudææ, & Samariæ (Act. 8.) post vero etiam vsque in Phæniciam, Cyprum, & Antiochiam, (ex Act. 11, 19.) & in alias etiam Prouincias, qui eo nomine, a ceteris Iudæis, qui per omnes Romani Imper. prouincias habitarent, distincti sunt, quod appellarentur Hebræi dispersionis, ad quos postmodum Petrus Apostolus scribens Epistolam, eiusmodi titulo prænotauit. E

Hebręi aduenæ dispersionis, qui.

Petrus Apostolus Iesu *Christi electis aduenis dispersionis, Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ.* & S. Iacobus. *Iacobus Dei, & Domini nostri* Iesu *Christi seruus duodecim Tribubus, quæ sunt in Dispersione salutem.* qua dispersionis occasione Euangelium fęliciter propogatur.

Philippus Diaconus

Philippus Diaconus, primus omnium, Samaritis, magno prouentu, prædicat Euan-

gelium

A gelium, per multa signa, Deo prædicationem confirmante, ac plurimi baptizantur, & in his Simon Magus. Act. 8.

Perlatis his, quę in Samaria gesta erant, Ierosolymam; Apostoli mittunt ad eos Petrũ, & Ioannem, vt primarios, qui Baptizatis, per orationem, & manuum impositionem, conferant Spiritum Sanctum, Act. 8, 14. Agnosce hic iam fuisse in Ecclesia hierarchicum ordinem, vt non omnia omnibus indistinctè, nulla Ordinis habita ratione, licerẽt: quem breuiter perstringit Ignatius epist. decima, ad Smyrn. *Laici Diaconis subiiciantur, Diaconi, Presbyteris, Presbyteri, Episcopo, Episcopus, Christo, & ipse Patri. Quod deerat,* ait Cyprian. ad Iubaianum, epistol. septuagesimatertia, *id a Petro & Ioanne factum est; ut, oratione pro eis habita, & manu imposita, inuocaretur, & infunderetur super eos Spiritus sanctus, quod nunc quoque apud nos geritur; ut, qui in Ecclesia baptizantur, Præpositis Ecclesię offerantur, & per nostram orationem, ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo Dominico consumentur.* Ex qua consummatione & perfectione, Confirmatio etiam appellatur. *Etiamsi,* inquit, Hieronymus contra Luciferianos, *Scripturæ auctoritas non subesset, totius orbis in hac parte consensus instar præcepti obtineret: nam & multa alia, quæ per traditionem in Ecclesiis obseruantur, auctoritatem sibi scriptæ legis vsurpauerunt.* Porro eiusmodi mysterium constat, ab antiquis appellatum esse Sacramentum, vt in Concilio Carthaginen. tempore Cypriani celebrato, & ab ipso Cyprian. episto. vigesimasecunda, ad Stephanum Papam. *Vnctio spiritualis, ipse Spiritus sanctus est,* inquit Augustinus, *cuius sacramentum est in vnctione visibili,* & sic sæpius. Quod vero Baptizati hanc manus impositionem accipientes, signo crucis etiam signarẽtur, idem Sacramentum est appellatum sigillum, & signaculum, vt est apud Eusebium 3. hist. c. 17. & 6. cap. 35.

Ordo hierarchicus.

B de manuũ impositionẽ Eporũ.

Confirmationis & Chrisma tis Sacramentum.

C

Quod idem sacra vnctione eiusmodi sacramentum consummari solitum fuit, merito, vsitatiori vocabulo, sacrum Chrisma nuncupari consueuit. Cyprian. epist. septuagesima, Tertullian. libro de resurrectione carnis. Horum omnium sacrorum rituum, testis fidelis habetur, qui ait: *Caro abluitur, vt anima emaculetur: caro vngitur, vt anima consecretur: caro signatur, ut anima muniatur: caro manus impositione obumbratur, ut anima spiritu illuminetur.* eadem apud Cyprian. Opt. August. Prudentium & alios.

D Hæresis prima Simoniacorum, in Simone Mago, tentante pecunia, emere potestatem dandi Spiritum sanctum, a B. Petro confutatur, vt intelligatur Petri, & successorum esse, hæreses sua auctoritate damnare. Act. 8, 20. Epiph. hær. 21. Hic Simon post discessum Apostolorum, spreto consilio Petri suadentis pęnitentiam, plurimarum, & nefandarum inuentor hæresum, multos habuit sectatores, tum viuens, tum post mortem, Menandrũ Saturninum, Basilidem, Carpocratem, Cherintum, Ebionem, Nicolaum, Cerdonem, & Marcionem. Irrenæus,[a] Theodoretus.[b]

Hæresis prima Simonircorum.

a li 1. c. 20 & 30.

b Theod. Hęr. fab. 1 Simone.

Philippus Diaconus, Angeli monitu, Eunuchum Candaces Reginæ Aethiopum, proselytum, (vt plerique Ecclesiastici tractatores consentiunt) non Gentilem (vt Eusebius 2. hist. c. 1.) in itinere assecutum, instruit de fide in Christum, & baptizat, ac statim ab eius conspectu, diuinitus, abripitur. Act. 8, 26. quem Eunuchum, in Aethipiam reuersum, Euangelium illis gentibus prædicasse scribit Iren.[c] plura de eius prædicatione in Arabia, E & aliis regionibus, deque eius Martyrio, & ad eius sepulchrum miraculis, Dorotheus in Synopsi.

Phil. Diac. Eunuchũ Candacis Reginę cõuertit ad Christum c li. 3. c. 12

Tiberius grassatur in Senatores. Tacit.[d] Dio.[e] In vltionem putat Orosius,[f] contempti Christi numinis, cum agenti, ex Pilati relatione, Tiberio, vt Christus inter Deos recenseretur, Senatus rogationi restitisset, qua de re, Tertullian. Apolog. cap. 5. & 21.

d Annal. 5 e lib. 58. f 7. cap. 4.

A

Christi Annus	*Tiberii*	
36.	20.	*Paulo Fabio Persico. & Vitellio Nepote.* } *Coss.*

Sauli conuersio.

SAulus, publica auctoritate, pergens Damascum, ad coercendos, & vinctos abstrahendos Ierusalem Christianos; diuinitus ad Christum conuertitur, & per Ananiam baptizatur, Act. 9. 2. anno ab Ascensione Domini, die 25. Ianuarij. Martyrol. Rom. anno ætatis 35. vt colligi posse videtur ex Chrysost. hom. de Principe Apostolorum. Chrysostomus ibi affirmat, eum capite cæsum anno ætatis 68. & ipse ad Philemonem, secundo sui carceris anno, Neronis 4. appellat se senem, saltem sexagenarium, qui annus erat ab hoc 24. ergo hic erat 35. a quo ad 13. Neronis, & sui triumphi per martyrium, fluxere 33. anni. Quod vero S. Lucas in nece Stephani, anno, qui hunc antecessit, vocat illum adolescentem Act. 7, 58. aduertédum est græce esse νεανίαν, quæ quidem vox, non tam ætate adolescentem significat, quam audacem, & vehementis animi virum, qualis plane describitur Saulus a Luca, cum ait: *Saulus autem adhuc spirans minarum, & cædis, &c.* Hic de se Act. 22, 3. *Ego sum uir Iudæus*, inquit, *natus Tarso Ciliciæ, nutritus autem in ista ciuitate* Ierusalem, *secus pedes Gamalielis eruditus, &c.* aduersus quosdam, aliud de eius patria, & natione opinantes. Iustinus Martyr lib. de veritate Christianæ Religionis affirmat, legatos eximios viros, a Iudæis, per orbem, contra Christianam Religionem, fuisse dimissos.

B

Saulus Tarsinat⁹.

Christi Annus	*Tiberij Imp.*	
37.	21.	*Cæstio Gallio, & Servilio Rufo.* } *Coss.*

Caiphæ exitus.

SAulus prædicato Damasci primum Euangelio, in Arabiam profectus, & iterum Damascum reuersus, ibi triennium commoratur Gal. 1, 17.

C

Vitellius Syriæ Proconsul, Iudæorum beneuolus, illis stolam Pontificiam restituit, Caipham Pontificatu amouet, Ionatha substituto. Iosi. Antiq. 18. c. 6.

Caiphas, vitæ pertæsus, mortem sibi infert. Clem. Rom. Const. Ap. 8. c. 1.

Christi Annus	*Tiberii*	
38.	23.	*Q. Plautio Plautiano Sex. Papinio Gallieno.* } *Coss.*

AGrippa Iudæus, Aristoboli fil. Herodis Senioris nepos, aliquandiu Romæ versatus in Officiis Drusi & Caij, Tiberij Nepotum, delatione Eutychi liberti, quod mortem Tiberio, & Imperiũ Caio precatus esset, in vincula conijcitur. *Iosi. Ant. 18. c. 8.*

D

Christi Annus	*Caii Imp.*	
39.	1.	*Gn. Proculo, & Pontio Nigrino.* } *Coss.*

Saulus venit Ierosolymam videre Petr.

SAulus, superiore anno ex Arabia Damascum reuersus, insidias Iudæorum deuitãs, venit Ierosolymam Gal. 1, 18. *Deinde post annos tres veni*, inquit, *Ierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus* 15. Act. 9, 2. Cor. 11, 32. *Non discendi studio, sed honoris priori Apostolo deferendi.* Hier. in 1. cap. ep. ad Gal. *Dignum fuit vt cuperet videre Petrum, qui primus erat inter Apostolos, cui delegauerat Saluator curam Ecclesiarum.* Ambros. in 1. cap. ad Gal. *Ascendit uelut ad maiorem & seniorem.* Chrysostomus.

E

Saulus, ob insidias Iudæorum, Cæsaream deducitur, & dimittitur Tarsum. Act. 9, 30.

Ecclesia obtinente pacem, Petrus opportunitate visus, lustrat, & visitat Ecclesias. Act. 9, 31.

Petrus Antiochenã fundat Ecclesiam.

Petrus Apostolus, Antiochenam fundat Ecclesiam, ibique Cathedram tenet, annis septem, Euseb. in Chron. ex Actis proculdubio eius Ecclesiæ, quod omissum a Luca, vt pleraque alia, obseruat Hieron. in 2. c. ad Gal. celebrat eius institutionis anniuersariam

memoriam Ecclesia 22.Febr. Id autem ita intelligendum est, vt Petrus, pro summa auctoritate, Ecclesiam Antiochenam primam & potissimam sedem Patriarchalem esse voluerit, vt Antiochia metropolis erat totius Orientis; ea autem sic sublimata, cuius esse sedes debuit, nisi totius Ecclesiæ Principis, id est ipsius Petri? nec tamen propterea necesse fuit, vel ipsum ibi primum prædicasse, vel illuc adijsse, aut cum adierit, ibi perpetuo hæsisse, aut sedisse.

Tiberius Augustus moritur, cum imperasset, a die obitus Augusti annis 22. m. 7. minus 4, diebus, 16. Martij, anno ætatis 78. Tacit. Dio. Succedit Caius, ex Germanico Nepos, de quo Seneca de Consolatione ad Albinam. *Hunc mihi videtur natura edidisse, vt ostenderet, quid summa vitia, in summa fortuna possent.*

Agrippa, ante sex menses a Tiberio in vincula coniectus, a Caio liberatur, cathena ferrea, altera aurea, paris ponderis compensata, & Tetrarchijs Philippi, & Lisaniæ traditis, Rex constituitur. Ios. in Ant. [a]

a 18. ca. 7. & 8.

Christi Annus	*Caii*	*M. Aquilio Iuliano, & P. Nonio Asprenate.* Coss.
40.	2.	

PEtrus Apostolus, iam Biennio Ecclesias collectas visitans, venit Lyddam, vbi Aeneam paralyticum sanat; & a fratribus Ioppen euocatus, Tabitham a mortuis excitat; ex quibus miraculis multi accedunt ad fidem. Act. 9.

Agrippa Rex, in reditu in Iudæam, miris modis in Ægypto illuditur, ibidem ingenti clade Iudæi afficiuntur, Flacco Præside. Philo. in Flaccum.

Herodes Antipas Tetrarcha, & Herodias vxor, Tetrarchia multantur, (dum ex inuidia Agrippæ Herodiadis fratris, regnum affectant) & Lugdunum Galliæ relegātur (diuina vltione ob Io. Baptistam occisum & Christum contemptum) Ios. Ant. 18. c. 8.

Herod. Antipas relegatur.

Christi Annus	*Caij*	*Caio Augusto 2. & L. Apronio.* Coss.
41.	3.	

A PEtrus, Diuino monitu, primus, primum omnium Gentilium, Cornelium Centurionem (cohortis Italicæ, & ipsum Angelico visu admonitum de eo accersendo) delapso visibiliter Spiritu Sancto in eum, & alios, ad quos de Christo verba faciebat baptizandos curat, & Gentibus aditum ad Ecclesiam aperit, obstupescentibus, ex circumcisione fidelibus. Act. 10.

Petrus ex diuina reuelatione Cornelium Centurionē baptizandum curat.

Petro Hierosolymam reuerso, disceptant aduersus eum ex Circumcisione fideles, quod ad gentiles adijsset, qui, ratione facti reddita, acquiescunt. Act. 11.

Cherintus ex illis vnus fuit, qui Petro restiterunt, primus post Simonem, Hæresiarcha, quem & de pseudoapostolis, vnum intellexit Apostolus 2. Cor. 11, 13. Epiphan. hær. 28. Hic, præterquam quod iudaizare fideles oportere affirmabat, Christi diuinitatem negabat, eius quoque resurrectionem; & Angelos super eum extollebat. Epiphanius.

Cherintus hæresiarcha primus post Simonem

B Ex hoc tempore, ostio fidei gentibus reserato, communicatur illis Christi prædicatio. Act. 11, 20.

S. Matthæus Euangelista profecturus ad Gentes, primus omnium Hebraice scribit Euangelium. Euseb. Chron. cui non aduersatur Iren. [b] si recte intelligatur. Errat quidem in tempore Nicephorus. [c]

S. Matth. Hebraice scribit Euang.

b l. 3. c. 1

c l. 2. c. 41

Pilatus, homo nequissimus, qui, vt ait Philo. de legat. anno vltimo Tiberij accusatus apud Vitellium Præsidem, & Romam dimissus, ad suam causam agendam (ex Ios. 18. c. 5.) damnatus, & Viennam in Galliam fuerat relegatus, hoc anno, multis calamitatibus pressus, sua se manu interficit. Eusebius in Chron. ex Romanis, ait, historicis. Oros. [d] Cassiod. in Chron. Ado in Chron. solus de Vienna meminit.

Pilatus se perimit.

d l. 7. c. 5

Petronius, amoto Vitellio, Syriæ præficitur. Iosephus [e]. Caius eo venit insolentis de-

e l. 18. c. 1..

mentiæ, vt statuam suam omnibus templis statui, & coli iusserit quod & toto orbe Romano factum est, præterquam in Synagogis Iudæorum, illis id summa constantia recusantibus. Iosephus loco citato, Euseb. in Chron.

Christi Annus	*Caii Imp.*	*Caio solo 3. Coss.*
42.	4.	

PHilo princeps legationis Iudæorum contra Alexandrinos, Romam ad Caium venit. Idem Philo de legatione.

Iudæi per hos annos dirissime vexantur Ierosolymis, & per Prouincias; adeo vt trans Euphratem quinquaginta eorum millia cæsa sint. Ios. antiq. 18. c. 12.

Christi Annus	*Claudii Imp.*	*Caio A. 4. & Sentio Saturnino.* Coss.
43.	1.	

Discipuli Antiochiæ primū dicti Christiani.

MAgna Gentilium ad Christum facta Antiochiæ conuersione, discipuli ibi primum dicti Christiani. Act. 11, 26. ad distinguendos vero a falsis veros, Catholici cognomen est inuentum, & id quidem temporibus Apostolorum; nam eorum auctoritate, vera Dei ecclesia, in eorum Symbolo Catholica est cognominata, vt, ea discriminatione nominis, ab Hæreticorum conuenticulis cognosceretur esse distincta.

Thaddęus ad Abagarum. a 2. hist. c. 13.

Hoc anno Thaddæus ex LXXII. discipulis secundum Euseb. ex Apostolis vero 12. secundum S. Hieronymum in Matth. c. 10. Abagarum, & Edessenorum ciuitatem, multis miraculis editis, ad Christi fidem conuertit. Euseb. [b]

Caius occiditur anno ætatis 28. cum imperasset ann. 3. m. 10. d. 8. Sueton. c. 59. paulo diuersa Dio lib. 59. Succedit Tiberius Claudius Drusus, factione Prætorianorum, annos natus quinquaginta.

Claudius fauens Iudæis, Agrippæ regnum confirmat & auget; & Edicta pro Iudæis Alexandriam, & in reliquum orbem Romanum mittit. Ios. Ant. 19. c. 5.

Christi Annus	*Claudii*	*Claudio Aug. 2. & Licinio Largo.* Coss.
44.	2.	

Iacobus Apostolus martyrio coronat. T. 9 Ann. 633. Ex Collectan. Loaysa Concil Hispan. in Decreto Gundemari p. 291.

IAcobus Apostolus, filius Zebedæi, Ioannis frater, ab Herode Agrippa Rege Iudæorum occiditur. Act. 12. Eus. Hist. 2. c. 8.

Quod autem profectus in Hispaniam ibi prædicarit Euangelium, & aliquos collegerit discipulos ex traditione quadam constat, quam tamen non videtur cognouisse Rudericus Ximenius Archiepiscopus Toletanus, dum suum Primatum tuetur in Concilio Magno Lateranensi sub Innocentio 3. aduersus Compostellanum. A.D. 1215.

Translatio porro Ierosolymis in Hispaniam facta, constat ex litteris, quæ feruntur, Leonis 3. Papæ, & Callisti 2. At dedicatio Ecclesiæ Compostellanæ, curante Carolo Magno, vt Turpinus Rhemensis scribit, vera non videtur, ex his quæ Archiepiscopus Toletanus, loco & occasione citatis, in medium affert.

Petrus orāte pro eo Ecclesia liberatur e carcere.

Petrus ab Agrippa in gratiam Iudæorum in carcerem coniectus, (vt post Pascha gratum eis exhiberet spectaculum) orante pro eo Ecclesia, diuinitus liberatus, Romam adit. Act. 12. in itinere visitans Ecclesias, pluribus dat Episcopos, Metaphr. 29. Iunij, elegens iter ex Ierosolym. per Syriam vsque Antiochiam, & inde per alias Ciuitates, in cuius narratione aliqua sunt corrigenda.

A Petrus Byzantinis, & aliis eiusdem Prouinciæ locis primos dat Episcopos. Agapetus Papa literis in quinta Synodo recitatis, Actione secunda.

Apostoli in Gentes, ob Agrippæ persecutionem, dispergendi, breue futuræ prædicationis indicium, conferendo in vnum, quod quisque sentiebat, componunt, atque credentibus hanc dandam esse regulam statuunt, quod Symbolum vocant. Id per hoc fere tempus factum oportuit. Rufinus præfat. exposit. Symb. Leo epist. [a] 15. ad Pulcheriam, & alij. a In VV. CC. 13.

Apostolos, non sorte, sed peculiari instinctu Spiritus sancti, in suam quemque Prouinciam profectos credibile est.

Petrus igitur, Princeps Apostolorum, ad totius mundi Principem Ciuitatem diuinitus mittitur. Leo ser. 1. de Nat. Apost. Quod vero ad rei gestæ historiam pertinet, quibus itineribus, quibusue socijs comitatus Petrus Romam aduenerit, nemo est, qui describat, præter vnum Metaphrasten (29. Iunij) non vsquequaque certum, & probatum auctorem. Eum porro Romam venisse anno hoc Claudij secundo, communis omnium est sententia, Euseb. in Chron. Hieronym. de Script. Ecclesiast. in Petro, & aliorum. & hi quidem cõsentiũt de tempore, quod vero omnino venerit, omnes plane Ecclesiastici tractatores asserunt, & Hieronymus diserte; ad expugnandum Simonem Magum, magijs suis populo illudentem. *Hic Hæresiarcha, Samaritanus, & Magus*, inquit Iustinus, Apolog. ad Antoninum Pium, *sub Claudio Cæsare, efficacium dæmonum arte in imperiali Vrbe vestra Roma, propter Magicas, quas exhibuit, virtutes, Deus habitus est, & statua apud vos, veluti Deus, honoratus: quæ statua in amne Tiberi, inter duos pontes, est erecta, Latinam habens inscriptionem: Simoni Deo sancto*: eadem fere Iren. [a] Tertullianns [b], & Eusebius [c]. Cum Romam peruenisset Petrus antequam Gentilibus per prædicationem innotuisset, credibile est ad contribules suos Iudæos diuertisse; sed mox, vt innotuit Romanis Gentilibus, a Pudente Senatore, qui Christo credidit, in domum suam exceptus est, quæ erat in Viminali, vbi postea titulus est erectus, Pastoris nomine, qui nunc Ecclesia dicitur S. Pudentianæ Pudentis filiæ.

Petrus Romã petit.

B

C

b li. 2. c. 20 c Apol. ca. 23. d 2. hist. c. 22. 13. 14.

De alijs Apostolis, plura apud varios antiquos leguntur auctores, non omnia omnino certa, & veritate constantia: alia etiam falsa, & ab hæreticis conficta; Gelasij censura in Concilio Romano proscripta. Illud certum, admirabili plane, & diuina ratione per xij. homines rudes & imperitos, mundum vniuersum excultum ad veram pietatem, & Christi fide imbutum fuisse.

D Ingens fames vniuersum orbem terrarum vexat, prædicta anno præcedenti ab Agabo propheta, Act. 11, 28. cuius occasione initum a Claudio consilium de portu Romæ extruendo. Eam famem male referunt, Euseb. in Chron. & Oros. 7. c. 6. in ann. 4. Claudij, cum Dio Cassius, ex fastis Romanam texens historiam, in secundum referat.

Helena Adiabenorum Regina, cum transisset ad Iudæorum religionem, cum Izate filio, (vt Iof. antiq. 20. c. 2.) vel ad Christianam (vt Oros. 7. c. 6.) Ierosolymis agens, illi, fame laboranti, magna largitate subuenit. Collecta facta a Christianis Antiochenis, missum famis subsidium Ierosolymam, per Barnabam, & Saulum, Act. 11, 29. Consuetudo ea diu durauit, ex pluribus locis mittendi eleemosynam egenti Ecclesiæ Ierosolymitanæ. Hieronym. contra Vigilant. Hæc prima reperitur in Ecclesia facta Collecta in vsus pauperum. In indicendis huiusmodi collectis solicitus fuit D. Paulus 1. Cor. 16. & vsus propagatus ad vsque hæc tempora. Ex huiusmodi Apostolicis institutionibus, remansit in Ecclesia laudabilis illa consuetudo Collectarum, quæ Dominico maxime die fiebant, conferentibus quibusque, quod collibuisset, in vsus pauperum, hinc sermones S. Leonis Papæ de Collectis. Cyprianus Gazophylacium Ecclesiæ, vbi hæ Collectæ asseruabantur, Corbonam appellat, lib. de opere, & ieiunio. Paulin. epist. 32. Mensam. Iustinus Martyr Apolog. ad Antonin. Pium, de vsu huius pecuniæ. *Quod ita colligitur*, ait, *apud Præpositum deponitur, atque ille inde opitulatur pupillis, & viduis, & his, qui propter morbum, vel aliam aliquam causam egent, quique in vinculis sunt, & peregre venientibus hospitibus, & (vt simpliciter dicam)*

Collectarũ ĩ Ecclesia iugo.

E

indigen-

indigentium omnium is curator est. Tertull. quoque in Apolog. cap. 39. Indicebantur, & aliæ extraordinariæ Collectæ, cum necessitas poscebat; habemus exemplum S. Cypriani epist. 60. nouo superueniente casu, de Christianis a Barbaris captis, pecunia redimendis, nouam indicente collectam. A

Barnabas & Saulus extra 12. num. ordinantur Apostoli.
a Ho. 27. in Acta Apost.

Barnabas & Saulus Hierosolymis reuersi Antiochiam, ex monitu Spiritus Sancti, ordinantur Apostoli extra numerum 12. vt cum potestate prædicent, idque per sacrificium, (quod significatur verbis illis, *ministrantibus*, Græce enim est λυτουργούντων id est sacrificantibus) *ieiunium & manuum impositionem*. Act. 12. quæ quidem ex veteri lege Exod. 29. videntur deducta. Vbi notandum, quod dicit Lucas, monente Spiritu sancto, multis constare exemplis, hæc officia non nisi præcedentibus diuinis reuelationibus ab Apostolis peragi solita. 1. Timoth. 4, 14. vnde Chrysostomus [a]. *Tunc quidem nihil fiebat humanum, sacerdotes enim ex prophetia veniebant: & ita quidem vt pridem fiebat, ita & nunc fit etiam, quoties ab humana passione alieni, huiusmodi electiones celebramus; cum nihil omnino sæculare, nihil temporale intuentes, neque ad gratiam, neque ad odium facimus*. Illud quoque obseruandum, Spiritum sanctum, quos per se deligit, & idoneos facit ministros, velle vt habeant legitimam ordinationem, & missionem ab Ecclesia, ne quis, quantumuis magni sit meriti, officium sibi vsurpet sacrificandi, aut prædicandi, quod præsumunt hæretici. B

Ordinatio ministrorū Ecclesiasticorum, & ordines, gradus, dicūtur.
b lib. 6. ca. 23.

Quæ sacra functio, qua quis in Ecclesiasticum ordinem cooptatur, Ordinatio a maioribus dicta, Ordinesque illi gradus; quos sic initiati, pro distinctione munerum Ecclesiasticorum assequi consueuerunt, quos septem fuisse constat, videlicet. Ostiariorum, Lectorum, Exorcistarum, Acolythorum, Subdiaconorum, Diaconorum, atque Presbyterorum; quos omnes, excepto illo, Acolythorum, recenset Ignatius contemporaneus Apostolorum epist. 11 ad Antiochenos. De Acolytho Cypr. epist. 24. & 53. & Cornelius Papa ad Fabium Antiochenum Episcopum, apud Euseb. [b] qui ait in Romana Ecclesia ordinari solitos 42. Acolythos. de quorū hierarchica subordinatione Ignat. epist. 7. ad Thars. *Presbyteri, subiecti estote Episcopo; Diaconi, Presbyteris; populus, Presbyteris, & Diaconis*, & 11. ad Smyrnens. *Laici, Diaconis subiiciantur; Diaconi Presbyteris; Presbyteri Episcopo; Episcopus Christo, vt ipse Patri*: hæc Ignatius, a Diaconatu auspicatus Hierarchicum ordinem, quod cæterorum inferiorum, licet sit certum officium, nullum tamen in subiectos sit ius, atque potestas. Aduersus autem illos, qui omnia promiscue agi volunt in Ecclesia, nullamque adhiberi sexus vel ordinis distinctionem, Tertullianus ex antiquis præscriptisque in Ecclesia Catholica institutis, exclamat de præscript. cap. 41. C

Ordinis sacramētū

Sacri vero ordinis institutio non tantum a recentioribus, sed ab antiquioribus etiam sacramentum est appellatum, vt Tertulliano ca. 40. de Præscriptionibus, Cypriano, Augustino. At Nyssenus, dum de vi sacramentorum agit, præclara quædam habet de ordinatione sacerdotum, Oratione de Bapt. Porro multos ritus Ecclesiam accepisse ex veteri lege, eosdemque diabolum, æmulum operum Dei, ad Gentilium superstitiones transtulisse; ac rursum multa, quæ apud gentiles superstitioso cultu, impie agebantur, expiata, sacro ritu ad pietatem ab Ecclesia translata, commemorat. Auctor Annalium. D

Saulus raptus in tertiū cœlū.

Paulus monitu Spiritus sancti segregatus in Euangelium, hoc anno raptus est in tertium cælum: in quo raptu, inter alia, quæ vidit ineffabilia, credibile est vidisse Gentium conuersionem, De quo ipso raptu. 2. Corin. 12. *Scio*, inquit, *hominem in Christo, ante annos 14. raptum ad tertium cœlum. &c.* quæ Epistola cū scripta fuerit anno Christi 58. Neronis 2. xiiij. est ab hoc Claudij 2. E

Christi Annus	*Petri*	*Claudii*	*Claudio 3. & Vitellio.* Coss.
45.	1.	3.	

Sanctus Petrus Apostolorum Princeps Ecclesiam Romanam instituit, & in ea Cathedram Pontificiam erigit, 18. Ianuarij, cuius diei anniuersariam memoriam, vni-

uersæ

A uertiæ per orbem Ecclesiæ, celebrant. Eusebij Chron. Martyrologium Romanum, SS.PP. de eius diei celebritate Conciones.

Eo die in officio Ecclesiastico olim recitabatur hæc oratio, *Omnipotens sempiterne Deus, qui ineffabili Sacramento, Apostolo tuo Petro, Principatum Romæ vrbis tribuisti, vnde se Euangelica veritas, per tota mundi regna, diffunderet, præsta quæsumus, vt, quod in orbem terrarum, eius prædicatione manauit, vniuersitas Christiana deuotione sequatur.* Ex Breuiario veteri Romano. Aliorum quoque Episcoporum institutionis memoria quotannis celebratur. De Romana Ecclesia Irenæus lib. 3. cap. 3. sic breuiter disserit. *Maximæ & antiquissimæ, & omnibus cognitæ, a gloriosissimis duobus Apostolis, Petro, & Paulo, Romæ fundatæ, & constitutæ Ecclesiæ, eam quam habent ab Apostolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem* B *per successionem Episcoporum peruenientem vsque ad nos, iudicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam, præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam, propter potentiorem principalitatem. necesse est conuenire omnem Ecclesiam, hoc est eos, qui sunt vndique, fideles; in qua semper ab his, qui sunt vndique, conseruata est ea, quæ est ab Apostolis traditio.* Et his consentanea Optatus Mileu. lib. 2. con. Parmen. *Igitur negare non potes scire, te in vrbe Roma, Petro primo, Cathedram Episcopalem esse locatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, vnde & Cephas est appellatus, in qua vna Cathedra, unitas ab omnibus seruaretur; ne ceteri Apostoli singulas sibi quisque defenderent, vt iam schismaticus, & peccator esset, qui contra singularem Cathedram alteram collocaret. Ergo cathedra* C *unica, quæ est prima de dotibus: sedit prior Petrus, cui successit Linus, &c.* Sanctus quoque Augustinus Epist. 105. & contra Epistolam Manich. c. 4. sic: *Cathedra Petri per successionem Romanorum Pontificum, demonstrata, Catholicos discriminat ab hæreticis,* & id ipsum aduersus schismaticos Donatistas Catholicos occinere docuit. Vna igitur hac tessera, hoc vno symbolo, hoc vno denique rogato, & reddito nomine, qui Catholici essent, quiue hæretici innotescere consueuerunt, vt qui Romanæ Ecclesiæ communicarent, Catholici; qui ab ea diuisi, Hæretici, & Schismatici, & dicerentur, & haberentur.

Prædicatio Rom. Ecclesiæ.

Ceterum ipsa prima Pontificia sedes Petri, cathedra inquam lignea miraculis illustrata, a maioribus asseruata, in eiusdem Beati Petri Basilica Vaticana hactenus custoditur, & certis diebus populo visenda exponitur, quod ipsum de Hierosolymitana San- D cti Iacobi Apostoli apud Euseb. 7. ca. 14. & Alexandrina S. Marci, factum legitur. Sedes porro illæ Episcopales sublimiores fieri solebant, quas Absides gradatas, appellat S. Augustinus epist. 203. & velis egregie ornari cõsueuerunt, vnde Pacianus ad Sympronium Linteatas nominat, & Augustinus Velatas.

Cathedra Petri lignea adhuc asseruatur.

Petrus statuta Romæ cathedra, Antiochenæ Ecclesiæ Euodium præficit; Eusebius Chron. & Hieronym. Alij Ignatium volunt, sed de hac controuersia, in obitu Euodij dicetur.

Petrus Romæ suam priorem scribit Epistolam ad Ecclesias a se in Asia fundatas, ex Hebr. quos appellat dispersionis, sic enim vocabantur, qui longe a Iudæa in alijs regionibus habitarent, quo etiam sensu & Iacobus scripsit, 12. tribubus quæ sunt in dispersione. De loco, & tempore consentiunt omnes, & plane, colligitur ex eo, quod scri- E bit c. 5. *Salutat uos Ecclesia, quæ est in Babylone, & Marcus filius meus:* quem hoc ipso anno Alexandriam amandatum, scribit Euseb. in Chron. eundemque priorem illam epist. ex Hebræo transtulisse innuit Hieronym. de script. Eccl.

Petri prior Epist. Romæ scribitur.

Per Babylonem porro intelligi Romam, vt, & apud Io. Apocalyps. 17. Patres consentiunt, & Tertullianus quidem adu. Iud. cap. 9. *Sic & Babylon inquit, apud Io. nostrum; Romanæ urbis figuram portat, proinde, & magnæ, & regno superbæ, & sanctorum debellatricis.* Ex eo vero quod ad finem Epistolæ scribit, *salutate inuicem in osculo sancto,* de quo, & Paul. ad Ro. 16. & 1. Cor. 16. & 2, 13. & 1. Thess. 5 & Ignat. in plur. epistolis, orta, & propagata in Ecclesia creditur cõsuetudo fidelium, salutandi se inuicẽ, per

De osculo sancto.

osculum sanctum, in sacris; seorsum quidem viri, & mulieres; vt & seorsum agebant in Ecclesia, de qua consuetudine Origen. in cap. 16. ad Rom. Cyrill. Catech. mystagogica 5. & Chrys. hom. 30. in 2. ad Cor. c. 13. & Aug serm. 80 de diuersis. *Post orationem Dominicam, quam accepistis, & reddidistis, dicitur, Pax vobiscum, & osculantur se inuicem Christiani in osculo sancto, quod est signum pacis &c.* Quod vero sanctis huiusmodi osculis, impura & infida alicubi succederent, aut ne succederent, laudabili vsu introducta est tabella pia imagine picta deosculanda.

Gratiã imprecari salutãdo Apostolicũ est.

Quod vero idẽ Petrus Apostolus in fine eiusdem Epistolæ, sicut & in exordio eius, gratiam imprecando salutet; vt & in 2. & Apost. Paulus eadem salutatione sæpe vtatur; Ioannes item Apostolus; plane significatur Apostolorum exemplo in Ecclesia introductum, vt in Apostolicis literis, gratia, in salutaudo imprecetur. quod Ignatius, & successores Antiochenses Episcopos fecisse constat, ex epist. Gregor. 37. ind. 13. & ex eadem traditione fluxit, vt Romani Pont. vna cum Apostolica Benedictione, gratiam impartiantur.

Marc⁹ scribit Euang. quod Petr⁹ probat. a 2. hist. ca 14. & 3. ca. vlt.

Interp̃tis functio q̃ esset apud Apostolos.

Marcus, vnus de 72. discipulis, (vt est apud Epiphan. hær. 51.) vel potius vnus de sacerdotibus illis, quos post Ascensionem Domini Christo credidisse testatur Luc. cap. 6, 7. (vt Beda in prooemio com. in Marcum) socius, & interpres Petri, rogantibus fidelibus Romanis Græce, vt Hieron. epist. 123. vel Latine, vt multa credere suadent, scribit Euangelium, quod Petrus probatum Ecclesijs legendum tradit. Euseb. [a] ex Papia. Quod vero tam Papias quam Iren. Hieron. & alij, Marcum Euangelistam dicunt fuisse interpretem Petri, & eo amandato Alexandriam, alium nempe Glauciam nactum esse interpretem, ait Clemen. Strom. lib. 7. & Hieronymus item Titum Pauli fuisse scribit interpretem; quænam hæc functio esset, rem sane perobscuram, non est facile intelligere, veruntamen, re diligentius peruestigata, videtur dicendum, duplici de causa adhibitos ab Apostolis fuisse interpretes; vel cum alicui genti loquentes, puta Romanis, in auditorio essent alij, qui Latinum sermonem penitus ignorarent, tunc enim officium desiderari interpretis videbatur: vel cum captu difficilia ijdem Apostoli locuti fuissent, quæ tunc erat interpretis explanare, quorum esset illud peculiare donum, *Interpretatio sermonum*. Adde etiam eorundem fuisse interpretationem epistolarum Apostolicarum. verbi gratia vt quas Beatus Petrus Hebræis hebraice scripsisset epistolas, illi in alias linguas verterent, vt aliarum gentium Ecclesijs communicarentur, atque Titum interpretem Pauli asserit Hieronymus epist. 150. quæst. 11. & Clemens Stromateus Barnabam, vel Lucam epist. ad Hebr. Hebraice scriptam, Græce reddidisse asserit, annotat. in Epistolam Petri ad finem: sed rem latius explicatam vide in Annalibus.

Claudius tertium Consul, multa sacrificia, multasque ferias abrogauit: nam maior anni pars in his absumebatur, non sine magno Reipub. detrimento. Dio. [b] Diuino plane numine impellente, vt quo anno a Petro Romana Ecclesia fuit erecta, nefaria superstitio cessare inciperet.

b lib. 60.

Caij omnia simulacra, qui suum simulacrum in Iudæorum templum inferri & coli voluisset, confla[r]i iussa, & in histrionis statuam transfusa. Dio. Et hoc ipsum Diuino [f]a[ct]e iudicio, vt apparet.

Christi Annus	Petri	Claudii Imp.	C. Crispino 2. & T. Statilio Tauro. Coss.
46.	2.	4.	

PEtrus discipulos Roma in diuersas Occidentis Prouincias ordinatos Episcopos mittit: quorum aliquot extat memoria in Martyrolog. Rom. & ex Ciuitatum traditione.

Petrus d[i]uersis V

Habuit a Petro institutos Episcopos, Sicilia, Pancratium, Marcianum, Berillum, & Philippum.

A Capua, Priscum: Neapolis, Asprenem, vel Asprenatem: Terracina, Epaphroditum: Equicolæ populi Marcum (alium tamen ab Euangelista) Ptolomæum, Nepe: Romulum, Fesulæ: Paulinum, Luca: Rauenna, Apollinarem: Verona Euprepium. Patauium, Prosdocimum: Ticinum, Syrum: Aquileia post Marcum, Hermagoram.

bibus dat Episcopos

In Gallijs, Lemouicenses, Tolosani, & Burdegalenses, Martialem: Tungrenses, Colonienses, & Treuerenses, Maternum, nec non Valerium: Rhemenses, Sixtum: Arelatenses, Trophimum: Vrenna, & Moguntia, Crescentem; Catalaunum, Memmium: Bituricenses, Vrsinum: Aruernenses, Austremonium: Sanctonenses, Eutropium: Germania, Eucharium, Egistum, & Marcianum: Hispania, Torquatum, Ctesiphontem, Secundum, Indaletium, Cæcilium, Hesichium, Euphrasium, & alios. In Britanniam etiam Petri opera Euangelium penetrasse tradunt: haud mirum, ea enim Insula, anno superiore a Claudio subiugata, ad Euangelij prædicationem patuit aditus plura addi potuissent, quæ vt minus certa, & explorata, silenda censuimus. Innocentius 1. Papa epist. 1. ad Decentium Eugubinum Episcopum scribens, affirmat esse manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, & Siciliam, Insulasque interiacentes, nullum hominum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut eius successores constituerunt Sacerdotes. Africanam quidem ab Apostolis Euangelium accepisse, Augustinus, & Saluianus affirmant, ille quidem de Vnit. Eccles. cap. 15. & hic de Prouidentia lib. 7.

B

Saulus & Barnabas assumpto Ioāne, cognominato Marco, peragrata Cypro, Paphi, pseudopropheta Iudæo mago confutato, & cæco reddito, Sergium Paulum Proconsulem adducunt ad fidem, à quo Saulus, deinceps vocatus Paulus à Luca, videtur nomen accepisse. Act. 13.

Saulus vñ Paulus.

C

Marcus, a S. Petro Alexandriam missus, Ecclesiam colligit Euseb. Chron. Ea vero primum locum post Romanam, & ante Antiochenam obtinuit, quod præfectura Alexandrina, Augustalis dicta, longe præstaret Antiochenæ totius Syriæ præfecturę; hanc enim maiores videntur iniisse rationem in instituendis sedibus Ecclesiarum, secundum diuisionem Prouinciarum, & prærogatiuis a Romanis antea stabilitas, cuius rei plura sunt exempla.

Marcus Alexādrini colligit Ecclesiam.

Herodes Agrippa Rex Iudææ, quod se Deum appellari passus est, diuinam repente vltionem expertus, miserabili morte extinguitur. Act. 12. Ios.[a]

Herod. Agrippæ obitus.

a Ant. 19. c. 7.

D

Christi Annus	*Petri*	*Claudii Imp.*	*Vinitio Quartino & Statilio Coruino.* Coss.
47.	3.	5.	

PAulus & Barnabas è Cypro regressi in Asiam, Antiochiæ Pisidiæ ingressi Synagogam, die Sabbatorum, inuitantur ad loquendum, pro more: & Paulus egregia habita concione, multos adducit ad Christum. Act. 13, 14. eiusmodi quoque consuetudo, vt peregrini Episcopi ad concionandum inuitarentur ab eius ciuitatis, ad quam venissent, Episcopo; diu mansit in Ecclesia, immo & canone legitur stabilita Concil. Carthag. 4. c. 36. vide apud Clem. in constit. lib. 2. c. 62.

Sequenti Sabbato Iudæi, ex inuidia, quod viderent Gentiles conuenire ad audiendū verbum Dei, concitata in eos persecutione, eijciunt de finibus suis, qui venientes Iconium, ibique diutius demorati, plurimis ad Christum conuersis, post multa patrata miracula, post multa aduersa tolerata, a Luca prætermissa, & a Paulo vnico verbo tacta, (2. Timot. 3, 11.) diuisa in factiones ciuitate, secedunt Lystram, & Derben, Act. 13. & 14.

E

Theclam nobilissimam virginem Iconiensem, iam viro desponsam, sua prædicatione Apostolus ad cultum fidei, & Christianæ virginitatis incendit; ob quæ, multa & magna perpessa, Protomartyr inter feminas appellari meruit, & Pauli primogenita. Acta eius, quorum alia feruntur Apocrypha, alia sunt probata, apud Nyssenum [b], Epiphanium [c] Chrysost. [d] Ambros. [e] & alios. Hæc vero vt alia plurima Lucas, historiographi licentia, vt ait Hieronymus, in cap. 2. ad Gal. prætermisit.

Thecla Pauli primogenita, & inter feminas protomartyr.

b Hom. 4. in Cant.

c her. 78.

d Hom. 25. in Acta.

e 2. de Virgin.

A

Christi Annus	*Petri*	*Claudii* Imp.	*M. Silano & Valerio Asiatico.* Coss.
48.	4.	6.	

PAulus peragrata Lycaonia, Lystram veniens, claudum erigit; inde populum, quasi Deum, se, & Barnabam adorantem, increpat, & vix reprimit; a quo mox lapidatus, ac pro mortuo habitus, Derben se recipit, indeque peragratis multis regionibus, & constitutis Episcopis, Antiochiam Syriæ cum Barnaba regressus, relatione facta, de ijs, quæ per eos Deus effecisset, tempus ibi non modicum commoratur Act. 14.

Maria Virgo, & Dei mater in cælum assumitur.

Maria Virgo, Christi Mater, ad filium in cœlum assumitur, vt quidam sibi reuelatum scribunt, Euseb. (nisi aliquis alius addidit) in Chron. anno videlicet ætatis suæ 62. vel 63. Magna extat varietas de tempore obitus B. Virginis apud antiquos, nec quidquam certi constat, ex probatis Auctoribus. Ex auctoritate tamen Ecclesiæ eam mortuam, & in corpore in cœlum assumptam, certum est, id in eius diei officio plane profitentis. Si fides habenda est ijs, quæ a Dionysio lib. 1. de Diuin nom. cap. 3. scribuntur his verbis: *Apud ipsos diuino spiritu plenos Pontifices nostros, cum & nos (ut nosti) & plerique alij, ex sanctis fratribus nostris, ad contuendum corpus illud, quod auctorem uitæ, Deumque receperat, conuenissemus: aderat autem frater Domini Iacobus, & Petrus, &c.* vt certe habenda videtur: & si intelligantur de B. Virginis corpore, vt plerique veterum intellexerunt; non de sepulchro, vt quidam alij; cum ipse Dionysius non ante LII. Domini ann. vt ex Actis colligitur c. 17. nec prius fidelis Ierosolymis adesse potuit: sed nec Apostolus Paulus, quem Hilduinus vult significatum a Dionysio, tacito nomine ibidem affuisse, ante Ann. Dom. LVII. affuit, quo anno nouissime Ierosolymam profectum constat, asserendum est eam mortuam 57. Ann. Dom. qui quidem annus congruit, cum 72. ætatis anno B. Virg. quo eam mortuam, Epiphanius Presbyter, & Cedrenus, affirmant, vt funeri eius potuerit Paulus interesse. B

Libellus de transitu B. Virg. iam olim a Gelasio Papa inter Apocrypha reiectus, & Bedæ etiam iudicio refutatus, Retract. in Acta Apost. c. 8. cum sine auctore circumferretur; falso, post, Melitoni Sardensi Episcopo, ascriptus fuit. C

Libellus, seu epistola ad Paulam & Eustochium de Assumpt. B. Mariæ Vir. qui assumptionem in dubium vocat, nec Hieronymi esse potest, nec Sophronij, cum multus sit in confutando dogmate Nestorij, qui longe post vixit, præter alias coniecturas, quæ imposturæ illum coarguunt, qui voluit videri Hieronymus, cuius nominis auctoritate Vsuardus & Ado, in suis Martyrologijs in fraudem inducti sunt; sed nec Augustini sunt sermones de assumpt. illi adscripti 34. 35. de Sanct. & tomo 9. Tract. 8. & to. 10. 83. merito a Louaniensibus reiecti. Athanasij quoque nomine, sermo qui inscribitur, non illius quidem esse videtur, qui totus est in confutandis Nestorianorum, & Monothelitarum dogmatibus, sed magni tamen omnino est hominis. D

B. Virg. & Ignat. mutuæ epist. veteribus incognitæ.

B. Virginis Epistola ad Ignatium, eiusdemque Ignatij ad ipsam, cum Hieronymo, & veteribus incognitæ fuerint, vt & aliæ nonnullæ, suspectæ sunt fidei.

Christi Annus	*Petri*	*Claudij* Imp.	*Claudio* 4. *Vitellio* 3. Coss.
49.	5.	7.	

E

Religio Christiana Romæ late propagatur.

QVam latè Romæ propagaretur Christiana Religio, & Gentilium superstitio negligi inciperet ex S.C. referente Claudio, de restituenda Aruspicum disciplina; & ex eo quod ait Tacitus lib. 12. *Externas per id tempus superstitiones inualescere*, per quas intelligitur Christiana Religio, satis colligitur.

A

Christi Annus	*Petri*	*Claudij Imp.*	*Claudio A.* 4. *Vitellio* 4. Coss.
50.	6.	8.	

LVstro, iussu Claudij, condito, censa sunt Ciuium sexaginta nouem centena, & quadraginta millia. Tacit.[a] — a Ann. 11.

Christi Annus	*Petri*	*Claudij Imp.*	*C. Pompeio & Q. Virano* 3. Coss.
51.	7.	8.	

B IVdæi, edicto Claudij, Roma pulsi, credibile est ob tumultus ab illis assidue aduersus Christianos concitatos, in quibus & Christiani forte comprehensi; vt qui nondum satis a Iudæis discernerentur Act. 18. Oros.[b] & Sueton. in Claudio[c]. — Iudæi Roma pulsi. b l. 7. c. 6. c c. 25.

Petrus, vel hoc Claudij edicto, vel ante Roma discessit, vt qui hoc anno interfuit Ierosolymitano Concilio Act. 15.

CONCILIVM IEROSOLYMITANVM in eo affuere, Petrus, Paulus, Iacobus, Ioannes, Barnabas & alij. Act. 15. Galat. 2. — Conc. Ierosolym.

Causam Concilio dederunt, ex Iudæis fideles, censentes obligandos Gentiles ad obseruationem Legis Moysi, quorum antesignanum fuisse Cherinthum Hæresiarcham tradit Epiphan. hær. 28. Act. 15. Galat. 2.

C Petrus primus, vt Princeps Apostolorum, sententiam dicens, suffragij sui prærogatiua, quæstionem definit, non obligandos esse Gentiles ad obseruationem Legis Moysi, in cuius sententiam Iacobus Apostolus, & omnes simul presbyteri transierunt, Act. 15. Hier. epist. 89. ad Augustinum.

Synodica mittitur epistola ad fratres ex Gentibus, per Iudam & Silam, vna cum Barnaba, & Paulo, in qua, verbis illis; *Visum est Spiritui sancto & nobis.*] Admirabilis Spiritus sancti, & Ecclesiæ coniunctio, & consensio ostenditur. *Visum est*, inquit, *Spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria, vt abstineatis uos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, a quibus custodientes vos bene agetis. Valete.*

Quod de suffocato dicitur, superadditum fuisse, non ab Apostolis traditum, antiquorum aliquot fuit sententia; Irenæi, Tertulliani, Cypriani, Paciani, Ambrosij. Gaudentius, & Augustinus adiectum esse per interpretationem, significare videntur. At Græci semper eo modo legisse reperiuntur, vt modo etiam habet communis editio Latinorum. Præcepti autem huius illa potissimum ratio affertur, vt aliquo, licet in se leuissimo, remanente vsu legalium, Iudæi ac Gentiles in vnum Christum, lapidem angularem, necterentur: de qua re legendus est Augustinus 32. contra Faustum Manichæum c. 13. Post vero cessante causa infirmitatis Iudæorum, præceptum illud temporale, ad euitandum eorum scandalum comparatum, in Occidente maxime exoleuit, sed non apud omnes, eodem tempore; apud Orientales enim, præcipue apud Græcos, vim suam retinuit vsque ad exprobrationem Latinorum: vide plura in Annalib. — D De suffocato, quid senserint antiqui.

E Quod autem Paulus ad Galat. 2. scribit eiusdem Concilij decreto, sibi & Barnabæ iniunctam esse prædicationem, ac patrocinium Gentium; Petro autem Iacobo, & Ioanni, Iudæorum venientium ad fidem, non id quidem ita accipiendum est, quasi iurisdictio & populi essent diuisi, nec, vt Petro, cui totius gregis fuerat a Christo cura commissa, & Gentilium prædicatio, linteo cælitus demisso, diuinitus demandata, huius Concilii decreto fuerit limitata vel subtracta; sed cũ omnium officiu Apostolorum esset communiter conuersioni Iudæorum & Gentium incumbere, procurationem quandam & illorum patrocinium fuisse distinctum atque discretum; & Petro peculiariter vt digniori, digniorem procurationem esse commissam Iudæorum, quorum & ipsorum Apostolus vocat Christum, quantumuis Saluatorem omnium, ministrum, cum appellat, *Ministrum circumcisionis*, Roman. 15. non vt detraheretur illi procuratio Gentium: — Q̃uo intelligendum illud, quod ait Paul[9]. Mihi creditum est Euãgeliũ præputij sicut Petro Circumcisionis. Gal. 2.

A quod vero de Paulo dictum est (Act.9.a Domino: *Vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram Gentibus, & regibus, & filijs Israel*: non ita est intelligendum, vt Gentilium tantum conuersioni vacare deberet, cum in Actibus Apostolicis videamus contra fecisse, Act.13.cum Iudæos sic contestetur: *Vobis primum oportebat loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad Gentes*: sed prophetice verba illa sciendum est, esse dicta; nimirum, quia eius prædicatione magna futura esset ex Gentibus ad Christianam religionem accessio, & cum vbique sibi aduersantes inuenerit Iudæos, Gentes contra expertus sit obsequentes, & hoc est, quod ait Galat.2. *Qui operatus est Petro in Apostolatu circumcisionis, operatus est & mihi inter Gentes*: & ex eadem causa Doctor Gentium, & Apostolatum ad Gentes accepisse dicitur.

Cōtrouersia illa inter Petrū, & Paulū (Gala. 2.) reijcitur, petēda ex Annalib⁹ ipsis.

B Subdit Paulus eodem loco epist. ad Gal.cap.2.quod contigit Antiochiæ (cum soluto Ierosolymitano conuentu, Cephas, id est Petrus, post Paulum & alios eo accessisset) cum Paulus in faciem Petro se restitisse, ait, (circa obseruationem legalium) *Quia*, inquit, *reprehensibilis erat*, qui locus, vt obscurus, & perdifficilis, non modo ab Hæreticis calumniam passus est, sed & a Catholicis varie interpretatus, longioris, & acrioris altercationis, & disceptationis inter duos præcipuos Ecclesiæ Patres, Hieronymum, & Augustinum, causa fuit; apud Hieronymum epist. 86. & sequentibus, vsque ad 97. & apud Augustinum epist.9.vsque ad 19.Eam porro Quæstionem præclare, & luculenter enucleatam ab Auctore Annalium videat qui volet, nobis hoc loco pluribus differere, cum paucis non possit absolui, non est visum opportunum.

Dissensio Pauli, & Barnabæ ob Io. cognomēto Marcum.

C Post aliquot dies, Paulus & Barnabas reuisuri fratres per ciuitates: dissentiunt inter se, ob Ioan. cognomento Marcum, qui ab eis ex Pamphilia discesserat Ierosolymam, Act.13,13. contendente Paulo non recipiendum, & contra nitente Barnaba; ex quo discedunt ab inuicem, & Barnabas quidem cum Marco in Cyprum nauigat, nec de Barnaba vllum amplius verbum Lucas, acta Pauli prosequens. Act.15,36.

Porro hic Ioannes cognomento Marcus, is creditur consobrinus Barnabæ, de quo Paulus ad Colossen. 4. *Salutat*, inquit, *vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ*: idemque Marcus, qui a Paulo aliquando reiectus, post rursum susceptus in prædicatione, egregiam cum illo nauauit operam. Colo.4,10.2.Tim. 4,11.Philem. 24.hallucinantur vero hi, qui, hunc eundem putant esse cum Marco Euangelista: quo enim tempore hic Consobrinus Barnabæ Romæ erat cum Paulo, vnde scribit ad Coloss. ille erat Alexandriæ, eam fundans Ecclesiam, vt notauit Basilius contra D Eunomium lib.5.

De Barnaba, præter ea, quę Lucas, aliqua hētur ex traditione.

Barnabam, visitatis confirmatisque Cypri Ecclesijs, in Italiam aliquando venisse, & in Liguria prædicasse Euangelium, nobilissimamque Mediolanen. Ecclesiam erexisse longe, lateque Christi fidem feliciter propagasse, firmæ traditiones, eiusdemq; Ecclesiæ monumenta, complurium scriptorum testimonijs confirmata, fidem certam faciunt. Quando autem Cyprum reuersus sit, quandoue martyrium consummauerit, ex veterum scriptis non constat: scripsisse epistolam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem, auctor est Hieronymus, quam citant Orig. & Clem. in Stromatis, quæ non extat.

Paulus ꝓmulgat nō tātum Euāgeliū, sed & præcepta Apostolorum.

Paulus cum Sila perambulans Syriam, & Ciliciam, & confirmans Ecclesias præcipiebat custodienda præcepta, & dogmata, & decreta Apostolorum, & Seniorum. Act.15.& 16. Vbi notandum Paulum & Silam fuisse promulgatores, non tantum Euangelij, sed E legum ab Apostolis sancitarum: de quibus dixerunt: *Visum est Spiritui sancto, & nobis*: propterea enim dixerat Dominus: *Qui vos audit me audit*. Luc.11.

Paulus Timotheum filium mulieris viduæ fidelis, Patre Gentili, secum assumit, circumcidit ad lucrandos Iudæos, qui erant in illis locis. Act.16.*hæc est causa circumcidendi*: inquit Chrysost. *Circumcidit, vt circumcisionem tollat*: hom.24.in Acta. Vetantur a Spiritu sancto in Asia loqui verbum Dei, & in Macedoniam mittuntur: & Philippis Lydiam purpurariam Paulus conuertit ad Christum: Phitonissam liberat, Virgis cæduntur, in carcerem coniecti, compedibus constringuntnr. Orantibus autem illis, media nocte, terræmotu facto, omnia ostia patent, vincula resoluuntur, & custos ad Christum

conuer-

A couertitur; illi vero, vt Ciues Romani, agniti, rogātur, præ ciuū timore, vt abeāt. Act. 16.

Troade videtur Lucas adhæsisse Paulo; ibi enim primum loquitur in prima persona: quæsimus: venimus: eramus; cum hactenus locutus esset in tertia &c. Act. 16, 10. de quo intelligere voluisse Paulum existimauit Hieron. 2. Cor. 8. dū dixit. *Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias: non solum autem, sed & ordinatus est comes peregrinationis nostræ:* cuius sententia roboratur ab Ignatio ad Ephes. scribente, his verbis. *Vt testatur Lucas, cuius laus est in Euangelio:* cum tamen ex Act. 15. videatur potius intelligendum de Sila. Theodoretus autem in eum ad Corinth. locum, intellexit de Barnaba. — Paulo qñ adhæret Lucas.

Paulus, & Silas Amphipoli, & Apollonia peragrata, Thessalonicam cū venissent, multitudinem magnam Iudæorum & Gentilium conuerterunt ad Dominum, & mulie-
B res nobiles non paucas. Seditione autem conflata ex Iudæorum inuidia euadunt Beroæam, insistentes prædicationi; quos & eò persequuntur Iudæi; vt, remanentibus ibi Sila & Timotheo, Paulum oportuerit secedere ad Mare. Act. 17.

Christi Annus	*Petri*	*Claudij Imp.*	*C. Antistio* / *M. Suillio* Coss.
52.	8.	10.	

PAulus Athenas perductus, Euangelium prædicans, quosdam conuertit ad Dominū, in quibus Dionys. Areopag. & mulierem nomine Damarim Act. 17, 15. Eā quidem Damarim, vxorem fuisse Dionysij, affirmant, Ambr. ad Vercellen. Aug. ser. de semine. & Chrysost. 4. de Sacerdotio. De Dionysio scribitur eum conuersum ad Dominum Anno
C 19. a Passione Christi, qui est præsens annus a 34. Domini anno inchoato: hic ille Dionysius, qui annos natus 25. Heliopoli dum esset in Aegypto, vna cum Apollophane Philosopho, admirandum solis illud deliquium, quod tempore passionis Christi contigit, videns: causam tum, quantumlibet rerum naturalium scientia polleret, ignorans; quod res esset, quæ omnem excederet naturæ terminum, admiratus est, vt ipse scripsit ad Apollophanem, cuius quidem rei occasione faciliorem redditam, sibi esse viam ad Christianam religionem amplexandam, ibidem affirmat. Præter ea quæ a Luca de Dionysio sunt scriptis mandata, alia quædam ab Hilduino addita, accepta, vt profitetur, ab antiquioribus, quos recenset scriptoribus, leguntur, apud Sur. 9. Octob. — Dionysij Areop. cōuersio ad Dominū.

Timotheus, & Silas cum venissent Athenas ad Paulum, dimissi ab eo sunt in Macedoniam ad Ecclesias illas confirmandas & de Timotheo quidem misso Thessalonicam,
D 1. ad Thess. 3. habetur. Act. 17, 15. & 18, 5.

Paulus Athenis, veniens Corinthum, inuenit Aquilam, & Priscillam Iudæos, qui nuper venerant ab Italia (eo quod præcepisset Claudius, discedere omnes Iudæos a Roma) & accedens ad eos, quia eiusdem erat cum eis artis, scenofactoriæ, operabatur. Act. 18. hinc constat ratio temporis, si quidem Claudius edixit de Iudæis anno Imperij 9. ex Tacito & ex Orosio [a]. — a li. 7. c. 6.

Quantumuis dixit Dominus Luc. 10, 7. *Edentes & bibentes, quæ apud illos sunt, dignus est enim operarius mercede sua,* & Paulus 1. Corinth. 9. *Ita & Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium annunciant de Euangelio viuere,* & ad Gala. 6. tamen ex superabundanti, ne quam vel leuissimam daret occasionem quærentibus, opificio manuum
E sibi victum quærebat. Act. 18, 1. Thess. 2. & secundæ 3. Act. 20, 34. 1. Cor. 4, 12. quod ipsum confirmat de Barnaba 1. Cor. 9, 12. quod opus manuum, nec ceteros Apostolos prætermisisse, suo loco, & tempore, colligitur ex 2. Constit. Clemen. cap. 67. Iustino de vita Christiana, Epiph hær. 80. — Paul' opificio sibi victu qrit.

Sed vnde accidit, vt Paulus nobilitate insignis, & eruditione præclarus, opificium, quod exerceret, didicerit? ex Rabbinis habetur, communem quandam legem præscriptam, illis fuisse, qui sacras vellent Literas profiteri, vt manuale quodpiam opificium addiscerent, quo sibi victum quærerent. Rabbi Gamaliel quoque in doctrina fratrum commendat, vt sacras Literas addiscentes, opus aliquod manuale exerceant, quod, qui facere prætermisissent, procliuiores ad peccandum futuros esse affirmat.

A

Paulus diuinitus monitus Corinthi agere confidenter Act. 18. per annum & sex menses ibi degens, magna plane, & admiranda egisse colligitur ex 2. ad Cor. cap. 12. quæ Lucas vix tribus verbis perstrinxit Act. 18, 5.

Paul primam ad Thessalo. scrib. ep.

Post reditum ex Macedonia Silæ atque Timothei, scribit Paulus primam epistolam ad Thessalon. colligitur ex eiusdem cap. 3, 2.

Christi Annus	*Petri*	*Claudij Imp.*	*Aug. 5. Orfito.* Coss.
53.	9.	11.	

Secūdam ad Thess. scrib. ep.

PAulus Corinthi secundam item scribit ad Thessalonicenses epistolam, (colligitur ex eadem cum prima inscriptione) ex occasione pseudo Apostolorum quorundam, quæstum putantium pietatem, qui prædicabant apud eos, instare diem Domini, quo eos promptiores redderent ad sua largienda. 2. Thess. 2. B

Traditiones cōmēdat Paul^{9}.

Commendat illis traditiones cap. 2, 13. vt & 1. Cor. 11, 1. *Hinc*, inquit Chrys. ho. 4. in 2. ad Thess. *perspicuum est, quod non omnia tradiderunt per Epistolam sed multa etiam sine scriptis, & ea quoque sunt fide digna. Est Traditio? nihil quæras amplius*, his consentanea Basilius de Spiritu sancto c. 29. Quas etiam, quod fideliter sinceræ custodiendæ essent, Depositum nominauit 1. ad Tim. in fine, & 2. c. 1. sic Epiph. hær. 61. Hinc Ecclesia ab ipso sui initio duplici iure recta est, scripto & non scripto, Iure, & Consuetudine. De traditionis porro excellentia, & necessitate in Ecclesia luculenter disseruerūt omnes P.P. & ex ea maxime omnes hæreses iugularunt. Stephanus Papa ex Arce Romanæ Cathedræ, illud intonans, *Nihil innouetur, nisi quod traditum est*; (agatur scilicet) dissipauit omnem molitionem Orientalium & Africanorum, ex innumeris scripturis, male intellectis, baptismum hæreticorum in Ecclesia probatum & receptum, improbantium. C

Dominus autem humanas improbans traditiones, eas scilicet quæ aduersus Diuinæ legis instituta militarent. Matth. 15. & Mar. 7. ex Isa. 29. satis ostendit, quæ traditiones essent improbandę: de quibus Apost. ad Coloss. 2. & Petrus 1. 2.

Paulus per vim Iudæorum adductus ad Proconsulis Gallionis tribunal non auditur; &, post dies multos, nauigat in Syriam. Act. 18.

Christi Annus	*Petri*	*Claudij Imp.*	*Fausto Sylla & Siluio Othone* Coss.
54.	10.	12.	

D

PAulus discedens Corintho, peragrat Syriam Act. 18, 18.

Apollo Iudæus Alexandrinus vir eloquens & in scripturis doctissimus, quantumuis Baptismo Ioannis tantum imbutus, Iesum prædicat, & diligentius instructus de via Domini, à Priscilla, & Aquila, commendatus Achaiæ fratribus, multum confert profectui Euangelii Act. 18, 24.

S.C. de pellendis Italia Mathematicis occasione cuiusdam, qui finem Principis per Chaldæos scrutatus esset. Tacit. Ann. 12.

Philippus Apost. cruci affigit.

Philippus Apostolus, ad Hierapolim Asiæ, dum Euangelizat, Cruci affixus, lapidibus obruitur. Euseb. Chron. De loco consentiunt omnes, in cæteris variant Hippolytus, Nicephorus, Metaphrastes. E

Christi Annus	*Petri*	*Claudij Imp.*	*D. Iunio & Q. Haterio.* Coss.
55.	11.	13.	

PAulus, relictis Priscilla & Aquila Ephesi, peragratisque superioribus Asiæ partibus, rediens Ephesum, ibi per triennium commoratus, plurima passus, maxima edit miracula. Act. 19. & 20. 1. Cor. 15, 32.

Traditio de SS. reliquiarum cultu.

Traditio de SS reliquiarum cultu, & veneratione, ex Christi fimbria in Ecclesia inchoata. (Luc. 8. 43. Mar. 5. 6, 56.) Pauli semicinctiis & sudariis confirmata (Act. 19, 12.) ac de reliquiis Martyrum latissime propagata, per singula tempora demonstratur: lege in Annalibus plura in hoc genere admiranda, ex probatissimis auctoribus collecta.

Ex

A

Christi Annus	*Petri*	*Claudii Imp.*	*Asinio Marcello & Aciola Auiola.* Coss.
56.	12.	14.	

EX quorundam Iudæorum exorcistarum frustra tentantium, ex æmulatione Pauli, per Christi nomen, Dæmones eijcere, qui in illos insilientes, torquebant, virtus nominis Iesu magis celebratur Act. 19,13. Quamuis autem non modo discipulis, sed & omnibus credentibus, pellendi dæmones potestatem traditam Euangelica veritas testetur. Mar. 16,17. tamen fuisse munus peculiaris ordinis, ad hoc opus in Ecclesia in-
B stituti, SS. PP. attestatione exploratissimum est, etiam in prima Ecclesia, cum Ignatius Apostolorum discipulus, inter ceteros ordines & officia, recenseat Exorcistas epist. 12. ad Antiochenos. Apud Iudæos etiam frequens fuit hoc munus, quod cum non ignobiles viri, sed filij Principis Sacerdotum, Exorcistas agerent, arcanum fuisse traditum ministerium Dæmones expellendi, nec commune omnibus, facile potest intelligi. cui primus omnium hæc docuit Hebræos Salomonem fuisse Ios. affirmat in Antiquitat. [a] qui & hac de re mira quædam scriptis mandauit. Sed & exorcismi olim, vt modo adhibebantur ante Baptismum, vt est apud Cyprianum, [b] Cyrillum [c], Optatum [d], Nazianzenum, Basilium, Ambros. Chrysostomum, & alios.

Exorcistarũ munus in Ecclesi.

a Li. 6. c. 1.

b Ep. 76.

c Chathech. mystag. 2.

d Lib. 4.

Confessionis peccatorum, cuius iam tum Dominus iecerat fundamenta, cum Aposto-
C lis dedit potestatem dimittendi peccata, dicens: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis &c.* Io. 20,23. primus vsus habetur expressus, Act. 19. 18. *Multique credentium veniebant annunciantes actus suos*, quam vsitatam semper in Ecclesia Catholica, magna hæreticorum impugnatione, omnes omnis ætatis Catholici scriptores testificantur.

Confessio peccatorũ

Pœnitentes cõferunt libros improbatæ lectionis, & publice comburunt (Act. 19, 19.) Hic vsus assidue seruatus est in Ecclesia, vt libri magici, Iudiciariæ Astrologiæ, & Hæretici publice exurerentur ex Impp. sanctionibus, & Pontificum decretis.

Libri improbatæ lectionis cõburuntur.

Claudius 13. Octob. moritur, dolo Agrippinæ vxoris, veneno sublatus, anno ætatis, vt Sueton. 64. Imperij 13. m. 8. d. 20. Dio. Succedit Domitius Nero, Agrippinæ filius, anno ætatis. 18.

D

Christi Annus	*Petri*	*Neronis Imp.*	*Cl. Nerone & L. Antistio.* Coss.
57.	13.	1.	

NEro ipso biennio sui Imperij in omnes fuit beneficentissimus, & clementissimus, cuius vocem illam celebrat præceptor ipsius Seneca lib. 2. de Clemẽtia ad ipsum: *Vellem nescire litteras*, cum a Præfecto vrgeretur ad subscribendum in necem reorum latronum.

Cessante edicto Claudij, quo Iudæi Roma excludebantur, Paulus cogitat de adeun-
E da Roma, adita prius Macedonia, Achaia, & Ierosolymis Act. 19, 21.

Ephesi primam scribit Epistolam ad Corinthios, iam de profectione cogitans, 1. Cor. 16, 8 scribit autem. ex occasione schismatis orti inter eos 1. Cor. 1, 10. & 3, 3. cum diceret. *Alius quidem, Ego sum Pauli, alius vero Apollo.* hortans ad pacem & vnitatẽ; aliquot eorum notans vitia, scandala corrigens, & alia præclara in ea Ecclesia constituens.

Prima ad Corinth. Eph. scripta.

Incestuosum in prim s excommunicat 1. Cor. 5, 4. id dicit tradere Sathanæ, non modo vt ab eo obsessus cruciaretur, sed & vt interim a communicatione fidelium haberetur abstentus. Hic communi vsu loquendi dicitur, Excommunicatus, vt omnes Patres consentiunt. vide multa præclara in Annalibus.

Ezcõicationis vs⁹.

Tribunalia, & Iudicia Ecclesiastica

Tribunalia & Iudicia Ecclesiastica, etiam sæcularium, statuit 1. Corin. 6. quæ perpetuo vsurpata sunt in Ecclesia, de quibus quæ præclare & luculenter colligit hoc loco Auctor Annalium, legenda sunt, sed maxime a politicis quibusdam audacioribus, qui vix vllum ius agnoscunt Ecclesiasticum, illudque (si quod tamen agnoscunt) subinde circumcidunt, nedum vt vllum in causis sæcularibus esse velint, quod tamen olim aliter frequentatum est in Ecclesia, cum liberum esset Christianis cum vellent, ex composito, quas inter se haberent, controuersias Episcopo dirimendas sponte committere vt apparet ex Ambrosio epist. ad Marcellum 49. in edit. Rom. & rursum cum magistratuum praua Iudicia, immo & quæ Imperatorum iniusto essent firmata rescripto, irritabant, quod se fecisse testatur idem Ambros. 2. de Offic. cap. 29. A

a 2. ca. 29. 10. 51. &c. b cap. 27.

Ea ipsa de re Clemens in constit. Apost. [a] & Aug [b] de opere Monachorum, præter interpretes D. Pauli ad hunc locum; nec tamen propterea dicendum est regimen Politicum esse sublatum. B

Apollonius Romã venit.

Apollonium Tyanæum magnum impostorẽ & Magum, his primis Neronis annis Ephesum primo, mox in Græciam, ac inde Romam venisse, Philostratus eius discipulus testatur, cuius & præstigias describit. Lucianus eum suis coloribus in suo Pseudomante, depingit.

Paulus sic ꝑbat coniugiũ, vt præferat cælibatũ. c De singul. cler. d Ep. 199. e Ep. 1. f De glor. Cõf. c. 32. Matrimonij sacramentum.

Consultus a Corinthijs Paulus de pluribus circa vsum Coniugalem, vel continentiam, cap. 7. respondet, ita probans coniugum continentiam, vt vsum coniugij suadeat, *secundum quidem indulgentiam*, inquit, *non secundum imperium*, idque propter salacissimam, quam nouerat, Corinthiorum naturam, de qua Strabo. lib. 8. Alioqui consueuisse sæpe, Christianos Coniuges ex mutuo consensu perpetuam castitatem seruare, ex Tertull. pluribus in locis: Cypr. [c] Augult. [d] Fulgent. [e] Gregor. Turonen. [f] de Glor. Conf. cap. 32. probatur. Subdit Apostolus plures leges matrimonij, cuius excellentiam, ad Ephesios scribens (5, 3.) ostendit, dum illud coniunctioni Christi cum Ecclesia comparat; Sacramentum quoque magnum appellat, quod scilicet vinculum, quo Christus cum Ecclesia iungitur, repræsentet: vt propterea etiam matrimonium, quod inter fideles contrahitur, a veteribus Patribus congrue sit appellatum sacramentum, a Clem. Stromaton. 3. Chrysostomo, Hieronymo, Augustino, qui libro de fide, & operibus cap. 7. in Ecclesia, ait, nuptiarum non solum vinculum, verum etiam sacramentum ita commendatur, vt non liceat vxorem suam alteri tradere. Ceterum quod ad ritus ipsos Matrimonij spectat, vt, per Sacerdotem, contrahentium mutuo elicito consensu, in vnum iungantur illorum dexteræ, vt benedicantur, & sacrificium offeratur, non nisi ex Apostolica traditione fluxisse credendum est, vt ex antiquissimis Patribus satis colligitur. Ignatius quidem epistola [g] ad Polycarpum. *Decet vero*, inquit, *vt & ducentes vxores, & nubentes, cum Episcopi arbitrio coniungantur, vt nuptiæ iuxta præceptum Domini, non autem ob concupiscentiam coisse videantur*: & hoc videtur esse quod dicit Apostolus. *Cui vult nubat, tantum in Domino*, id est secundum leges & ritus Ecclesiæ ab ipsis Apostolis traditos. Tertullian. 2. ad vxorem in fine. *Vnde sufficiat ad enarrandam felicitatem eius matrimonij, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignatum Angeli renunciant, Pater ratũ habet*, & alibi. Gregor. Nazianz. epist. 57. inuitatus ad nuptias, quibus ægritudine impeditus adesse non posset, *Animo*, inquit, *& voluntate adsum, simulque festum celebro, iuuenilesque dextras inter se iungo; atque vtrasque Dei manui*: idque videtur esse, quod iunctis dextris stolam sacerdotalem eorundem manibus superponere solet sacerdos. De Benedictione Concilium 4. Carthag. cap. 13. *Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt a Sacerdote, a parentibus suis vel a paranymphis offerantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte, pro reuerentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.* Post igitur alia dicta ex necessitate, alia per indulgentiam, quid tamen a cunctis præstandum optaret, declarat, dicens; *uolo autem omnes homines esse sicut meipsum &c.* quibus, & alijs, quæ subdit, verbis, & se cælibem esse ostendit (quod omnes Patres, vno Clemente Alexandrino excepto, senserunt) & Virginalem, & vidualem continentiam Matrimonio longe prætulit, ex qua Apostoli de virginitate doctrina, propagatum est

g Ep. 11.

C D E

late

A late per Ecclesiam studium, & cultus Virginitatis, adeo vt ipso etiam tempore Apostolorum, essent Collegia Virginum & viduarum, vt ex Ignatio apparet. *Saluto*, ait, *Collegium Virginum, & Cœtum uiduarum:* epistola ad Philipp. *Saluto & eas, quæ in perpetua degunt Virginitate, & uiduas,* ad Smyrnen. ex Cypriano item, Epiphanio, Hieronymo, & alijs.

Cap. 8. differit de scandalo vitando, & cap. 9. cum multa differuisset, de victu ministrando ijs, qui annunciant Euangelium. (quo tamen ipse iure non vtebatur, ne quod offendiculum daret Euangelio) talem a Domino sancitam legem, promulgans ait, *ita Dominus ordinauit his, qui Euangelium annunciant, de Euangelio uiuere*, quod ex oblationibus fidelium, primitijs, decimis, factum est, a primis Ecclesiæ temporibus, quibus non modo Ministri Ecclesiarum, sed pupilli, viduæ, ægrotantes, peregrini, in B carcere detenti, exules, causa fidei, & ad metalla damnati, copiosissime alebantur; vt ex Tertulliano, Cyprian. & alijs colligitur. De decimis autem plura habentur apud Clementem 2. Constit. [a] & apud alios. Profusas sane fuisse Christianorum largitiones in Ecclesias, hinc colligi potest, quod ex his, non tantum Clerici victitarent, sed & pauperes omnes & diuersis pressi miseriis leuarentur, atque etiam pretiosissima Ecclesiæ supellectilia, in ipsis etiam persecutionum temporibus, pararentur: vt de lucernis Argenteis habetur apud Augustinum epist. 165. ex Actis proconsularibus; & de vasis argenteis, & aureis, apud Optatum lib. 1. con. Parmenianum & apud Augustinũ 3. contra Cresconium cap. 29. Ceterum, vt nec Leuitis olim, licet decimis ditarentur, interdicta erat rerum immobilium possessio, ita nec Christianæ Ecclesiæ, vt Epistolæ Pij Papæ, & Vrbani, & ipsa edicta Constantini apud Euseb. [b] declarant, quibus mandat, vt ablatæ pos-C sessiones, tempore persecutionis, illi restituantur: reddita vero pace Ecclesiæ, regnantibus iam Christianis Principibus, Ecclesias longe lateque amplissimis latifundijs locupletatas dubitari non potest.

Qui Euangelium annunciant, de Euãgelio viuãt. 1. primitijs, decimis, oblationibus. Oblationes Christianorũ. olim largæ.

a Cap. 29. 38. 39.

Ecclesia iam olim a primis fere tẽporib. nõ mõ oblationibus victitabat sed & prædia possidebat.

b Lib. 10. cap. 5.

Cap. xj. quod præsens præscripserat, absens, per Epistolam, repetit, vt mulieres (quo nomine Virgines etiam intelligere Tertullianus pluribus differit, de Virginibus velandis, cap. 4. & 8.) velato capite procedant, sicque velatæ in Ecclesia orent cum ceteris. Id quidem moris fuisse apud Hebræos testatur Tertull. de Cor. militis cap. 4. & apud plures gentes etiam ante aduentum Christi ex pluribus auctoribus habetur. de Arabibus quidem ex Tertull. de Velandis Virginibus cap. 17. de Romanis, ex Valerio lib. 6. cap. 3. de seueritate: de Græcis ex Apuleio: sed, præ omnibus, Corinthias feminas maxime hac monitione indiguisse, ex eo constare potest, quod patria lege, & consuetudine, cul-D tui Veneris addictissimæ, impudicissimæ erant, quam capitis velationem per alias quoque Ecclesias obtinuisse, credibile est. Sane quidem Clemens Alexandrinus sic interpretatur de velandis mulieribus præceptum Apostoli, vt non tantum velamine capita tegerent, sed eodem in frontem promisso vultum obumbrarent. Idem Apost. ad Timoth. scribens prioris cap. 2. omnem a feminis superfluum, lasciuumque amputauit cultum, qui esset concupiscentiæ fomes, occasione velationis capitis, quam præscribit Apostolus, transit Auctor Annalium ad sacrum velum, quo solenni quadam benedictione sacræ virgines velabantur, & nunc etiam velantur, de quo ex Tertulliano, Cypriano, Ambrosio, Hieronymo plura præclara colligit, indeque delabitur ad antiquum Christianorum habitum, cultumque, quem & Clemens Alexandr. & Tertullianus maxime describit: quæ tamen tu vide in Annalibus.

De velatione feminarum in Ecclesia.

Cultũ feminarum castigat.

E Loca in quibus Christiani conuenirent ad verbum Dei, ad orationem, & sacrificium, Ecclesias dictas, iam tempore Apostolorum, eo nomine extitisse, constat ex Apostolo 1. Cor. 11, 18.

Ecclesię in prima Ecclesia.

De earum structura, partibus, situ ad Orientem, Cruce, picturis, secreto loco feminarum a viris, & de aliis ritibus plurima ex veterum scriptis obseruata collegit Auctor Annalium.

Corrigit eodem cap. xj. abusus quosdam circa vtramque mensam sacram, & communionem: ab exemplo Domini in Ecclesiam introductam, quid in vtraque præstandum sit admonens.

Corrigit abusus circa vtraq; mensam.

In communi quidem monet, communitas vt seruetur, seque inuicem expectent; & sit frugalis, alioqui domi suæ quisque manducet. De sacra vero; vt attente & cum animæ discussione & probatione ad eam accedant, magnum alioqui damnum, atque adeo damnationem incursuri. Dominus quidem communem mensam præmiserat: inde vero sacram exhibuerat, rerum sic ordine ferente, vt legalia primum consumarentur, ac subinde quæ nouæ legis essent, mensæ apponerentur. Apostolorum vero ipsorum tempore primum celebrari solita est sacra Synaxis, post vero mensa communis: peracta synaxi, post sacramentorum communionem, inibant conuiuium, (ait Chrysostomus hom. 27. in 1. ad Corinth.) diuitibus cibos afferentibus, pauperibus, qui nihil habebant, etiam vocatis, & omnibus communiter vescentibus. Hinc inoleuit in Ecclesijs A

Agapæ. consuetudo conuiuiorum, quæ ἀγάπαι a Græcis dicebantur: de quibus Tertullianus Apolog. cap. 39. Chrysostomus in illud: Oportet hæreses esse. Quorum occasione conuiuiorum plura colligit Auctor Annalium, de Christianorum Conuiuijs, Natalitijs, Funebribus, & Connubialibus, ex Gregorio Nazianzeno de vitæ differentijs. solitas quoque exhiberi ἀγάπας in dedicationibus Ecclesiarum habemus ex Gregorio Magno Epist. 54. lib. 1. B

Confessio peccatorũ, probatio ad Eucharistiam. Quæ porro præmittenda sit probatio Eucharistiam suscepturo, de qua Apost. 1. Corinth. 11, 28. vsus Ecclesiæ perpetuus satis indicat, esse Confessionem peccatorum, de qua, præter cæteros innumeros Patres, Orig. hom. in Psal. 38.

Correctis abusibus, subdit. Cetera cum venero disponam, ex quibus verbis colligit Augustin. Epist. 118. totum illum agendi modum, quem per vniuersum mundum seruat Ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla morum diuersitate variatur, plura ibi deinceps & præclara; recenset Auctor Annalium de varijs ritibus Sanctissimæ Eucharistiæ. C

Quod eodem cap. 11, 30. dicitur. *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi: quod si nos ipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur &c.* ex asseueratione Dionysij in Ecclesiastica Hierarchia, Cypriani, & Chrysostomi hom. 5. in 1. ad Timoth. Intelligendum est, Diuina vltione contigisse, vt qui minus parati ad Eucharistiam accessissent, aut morte multarentur, aut a Dæmone correpti, vexarentur, aut alijs calamitatibus afficerentur; idque diuina prouidente sapientia, vt tantum mysterium maiori esset in veneratione, & eius fides magis commendaretur hominibus.

Ephesi ingens persecutio contra Ecclesiam excitatur, de qua Act. 19, 23. & 2. Cor. 1, 8. *Non enim volumus vos ignorare fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia. &c.* D

Quod dicit Apostolus Act. 20, 17. alloquens Mileti Maiores natu Ecclesiæ Ephesinæ, quos eò ad se euocauerat. *Per triennium nocte & die non cessaui, &c.* Intelligendum est, de tertio anno inchoato per tres menses, si quidem Act. 19, 10. de biennio meminit, & ver. 8. de tribus mensibus. Profectum autem Epheso non nisi post Pentecosten, indicat, hac prima ad Corint. cap. 16, 8. dicens; *Rogaui te, vt remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam.* Ordinatum porro Episcopum, patet ex illis verbis, 1. Timot. 5. 19. *Aduersus Presbyterum accusationem noli recipere, &c.* & mox, *Manus nemini cito imposueris.* Ignat. Epist. ad Ephesios, ait, eos Christianos factos semper conuersatos esse cum Paulo, Ioanne, & fidelissimo Timotheo] De quo

a Li. 3. hist. cap. 4. Episcopo Ephesijs dato Euseb. [a]

I. prima ep. ad Timot. Profectus Epheso Paulus in Macedoniam, Timotheoq; ibi relicto, primam ad eum ex Macedonia scribit Epistolam, quod ex prædictis constat, & ex Athanasio in Synopsi, Theodoreto quoque Præfatione in Epistolas Pauli, & alijs. E

In ea docet opera fidei adiungenda, quorum defectu, aliqui circa fidem naufragauerunt. 1. Timoth. 1, 14. & cap. quarto, præmonet de futuris hæresibus, de quibus Ignat. ad Philadelphios, & ad Heronem Diaconum. Iren. 1. cap. vigesimosecundo ait, eiusmodi Dogmatisten, fuisse Saturninum. Chrysostomus hom. 12. in hunc locum, putat notari Encratitas, Marcionitas, & Manichæos, contra quos dicit, *Omnis creatura bona &.* Abstinétiam autem, a quibusdam cibis, & ieiunia, ab Apostolicis vsque temporibus,

constat

A constat semper in Ecclesia viguisse, de quibus, præter vsum, continuata serie ad nos vsque deductum, Ignatius eiusdem ætatis cum Apostolis, & deinceps reliqui omnes Patres testificantur.

Epheso profectus in Macedoniam peragratis omnibus illis regionibus, venit in Græciam Act. 20.

In Cretam accedens, Titum ibi ordinat Episcopum: Epistola ad eum ver. 5. *Reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, & constituas per Ciuitates Presbyteros.* — Titum ordinat in Creta Episcopum.

Nero Imperator Britannicum Cæsarem, Claudii ex Messalina filium, veneno tollit, simulque ad omnem sæuitiam, atque libidinem animum, adhuc continentem, prostituit, Tacit.[a] — a li. 13. an.

Christi Annus	*Petri*	*Neronis Imp.*	*Q. Volusio, & P. Cæpione vel Scipione.* Coss.
58.	14.	2.	

B E CRETA reuersus Paulus in Greciam, Titum Cretensem Episcopum ad se Nicopolim euocat. Tit. 3, 12. Quam ad ipsum Epistolam, non Nicopoli, sed alibi in Græcia oportere fuisse scriptam, ex verbis illis colligitur.

Monet eum, vt, quæ corrigéda sint, corrigat, & constituat per Ciuitates presbyteros, quos, quales esse debeant, præscribit: mox vocans eos Episcopos. Act itē 20, 28. Presbyteros Ephesinæ Ecclesiæ vocat Episcopos, & 1. Tim. 4, 25. *Noli negligere gratiam, quæ in te est, per impositionem manuum presbyterii,* idest Episcoporum, quorum est muneris, ordinare nō Presbyterorū. Petrus itē, & Io. Apostoli, p̄sbyteros se nomināt. Ex qb. C locis colligitur tempore Apostolorum nomina illa, Episcopus, & Presbyter, cōmunia fuisse omnib. sacerdotib. tam maiorib. quos postea vocarunt tantum Episcopos, quā minorib. quib. presbyteri nomen relictum est proprium, quod obseruauit Chrysostomus, & alii. licet res ipsæ, & potestates essent distinctę. Nam quod inde aliqui collegerunt, initio Ecclesiæ eosdem fuisse presbyteros & Episcopos & consuetudine potius, quā diuina institutione factum, vt presbyteris præessent Episcopi, plane errarunt, in quibus fuit Aerius in primis, qui ea de re hæresim euulgauit, de qua Epiph. hær. 75. — Episcopi & presbyteri noīa olim cōia oībus sacerdotib⁹, sed functiones sē per distinctæ.

D Eiusdem erroris male insimulant nonnulli aliquos SS. PP. & in primis S. Hieronymum: ex quibusdam eius verbis in primum c. ep. ad Titum, & in Epistola ad Euagrium 85. & alibi, male intellectis, qui tamen alioqui alibi veram & Catholicam ea de re sententiam clare profert aduersus Luciferianos, & ipsa Epist. ad Euagrium & ad Marcellam 34. nimirum episcopos succedere in locum Apostolorum, eorum esse ordinare, & Spiritum sanctum, per impositionem manuum conferre, quod non faciunt presbyteri.

Cur monet, presbyterum, vel Episcopum debere esse vnius vxoris virum? an quia Cęlibem nullum erat reperire in Creta, cogentibus Cretensium legibus, vt omnes nuberent, quod testatur Strabo, lib. 10. an quia etiam cessante lege, haud facile erat inter conuersos ex gentibus adultos cęlibes reperire? quare, & ad Timotheum scribens, hoc ipsum monuit 1. Tim. 3.

E Quid est, quod monet, ordinandum, filios oportere habere fideles, non in accusatione luxurię? An quia, vt ait Strabo, puerorum, apud Cretenses, amoribus studebatur, idq; pueris laudi ducebatur?

Quantumuis autem coniugati ex necessitate tum ordinarentur, ea tamen lege fiebat, si consentiret vxor, vt deinceps vsu coniugii abstinerent, quod ipsum & Iouinianus, quantumuis impurissimus hæreticus, non negauit: Et Concil. Carthaginense secundo, capitulo secundo, affirmauit, id Apostolos docuisse, & in Ecclesia antiquitus ab omnibus esse seruatum. Epiphan. in Compendio, Basil. epist. 17. in addit. Hierony. con. Vigilant. & ep. 50. ad Pammach. in fine. *Apostoli,* inquit, *vel virgines, vel post nuptias continentes. Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut Virgines eligantur aut vidui, aut certe post Sacerdotium, in æternum pudici,* quod ipsum satis probatur ex concil. Nicęn. — Coniugati ea lege ordinabatur si vxores consētirēt.

cap.

A capitulo tertio. Intentionem Pauli fuisse per ea verba, vnius vxoris virum, excludendi bigamos a sacris ordinibus, satis est perspicuum, ex perpetua traditione & vsu Ecclesię, ne dicamus id ipsum factitatum apud Iudæos circa Pontificem summum: atque adeo apud Gentiles.

Pseudo Apostolos multos vagari solitos eo tempore, maxime ex circuncisione scribit Apostolus, docentes inquit, quæ non oportet, contra quos Lucam suum scripsisse Euangelium, Origenes, Ambrosius, Epiphanius, affirmant. Præterea vero cum S. Hieronymus testetur eum scripsisse suum Euãgelium, in Achaiæ, & Beotiæ partibus, hoc illud tempus est, quo eas Regiones cum Paulo peragrauit; Paulo autem hortante ipsum scripsisse, deq; Lucæ Euangelio ipsum intellexisse, cum ait: *Secundum Euangelium meum,* tradit Hieronymus. B

Theophilus quis ad quem Luc. Euang. & Act. Apost. scribit.

Quisnam vero ille Theophilus fuerit, ad quem Lucas suum scripserit Euangelium, & Actus Apostolorum, non constat: nisi dicamus fuisse nobilem illum ciuem Antiochenum, qui a Petro ad fidem Christianam conuersus, domum quoque suam, vsui Christianorum mancipatam, in Ecclesiam mutauit; in qua Petrus, conuentus agens, Cathedram posuit, vt extat in recogn. Clement. si tamen ex Apocryphis aliquando veritatem expiscari licet.

Posterior epistola ad Corinth.

Nicopolim, cum Paulus, hiemis tempore peruenisset (Tit. 3, 12.) ibi credibile est posteriorem scripsisse epistolam ad Corinthios, ea occasione, quod cum priori, anno præterito, Ephesi ad eos data, pollicitus esset, se ad eos venturum, cum Macedoniam pertransisset, nec tamen id pręstitisset, hac se excusat; præterea vero c. 1, 8. significat tribulationẽ, quam passus erat in Asia, & c. 7, 5. eam, quam in Macedonia. C

Indulgentia, remissio pœnæ iniunctæ, vel iniungendæ.

Incestuosum illum, quem priori epistola c. 5. tradiderat Sathanæ, posteriori, c. 2. indulgens, absoluit, frequens inde in Ecclesia vsus remittendi tempus pœnitentiæ iniunctæ, vel iniungendę pœnitentibus, quod maxime per Martyres, vel Confessores fieri solitũ, constat ex Cypriani epistolis.[a]

[a] 11. 21. 22. 23. 50. 31. 54.

Aduersus quosdam in se arrogantiores, in magnum veritatis præiudicium, cogitur Paulus sua prædicare; maxime passiones, magna ex parte a Luca prætermissas, secundę Corinth. 11.

Cum capit. 12. & 13. mentionem faciat de tertio suo ad eos aduentu, nec de secundo constet, putandum est, eo triennio, quo egit Ephesi, excurrisse etiam aliquando Corinthum.

De rebus gestis per tres menses, quibus, vt Lucas ait, 20. capitulo, ver. tertio, mansit in Græcia (per Græciam intelligens regiones omnes, quæ ab Achaia vsque ad Illyricum interiacent) nihil habemus præter id, quod ad Romanos ipse significat capitulo 15, 17. D

Epistol. ad Rom.

Antequam Paulus rediret in Macedoniam, Corinthum versus iter direxisse, ac Cenchreas (quod est nauale Corinthiorum) peruenisse, ibique scripsisse ad Romanos, Origenes existimauit, idque ex illis locis cap. 16, 1. Commendo vobis Phœben, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchreis, vt eam suscipiatis, &c. & ver. 23. *Salutat uos Caius hospes meus, &c.* præter alia indicia.

Ad Galat.

Ante Epistolam ad Romanos eam, quæ ad Galatas est, scriptam, existimauit Chrysostomus, sed quando maxime, non constat. Ad Gentiles potissimum qui Romæ erant credentes, hanc Paulus scripsit epistolam, vt apparet ex illis verbis, 1. c. 5, 13. & c. 15, 15. E

Romana Ecclesia, viuẽte Paulo Florentissima.

Ex illis item eius Epistolæ verbis c. 1, 8. *Fides uestra annunciatur in uniuerso mundo.* & 15, 15. *Pleni estis dilectione, repleti omni scientia.* & 16, 19. *Vestra obedientia in omnem locum diuulgata est* satis colligitur Romanam Ecclesiam fuisse florentissimam, & mirifice propagatam. Et primum quidem illud de fide, non tantum vere pro illo tempore, sed etiam prophetice, pro futuris temporib. dictum, Cypr. epist. 57. ad Cornelium existimauit. Hinc factum, vt Romanus pro Catholico fere vsurpatum sit, vt apud Victorem de persecutione Vãdalor. & apud Turon. de gloria Martyr. c. 25. 30, & 79. & Theodosius Iun. epist. ad Achacium Beroensem (in Act. Ephesini Concilij) *Vos probatos Romanę religionis sacerdotes esse, manifesto argumento declarate.*

A Cur vero ad Romanos scribens, Petri non meminit, quem secundo anno Neronis Romam adiuisse dictum est? an quia Edicto Claudij pulsus nondum redierat, an quia priuatas ad eum dederat literas, vt non habuerit necesse per alium salutare? credibile quidem est Petrum Roma pulsum, Edicto Claudii, & celebrato eodem anno Ierosolymis Concilio, & pluribus peragratis Orientis prouinciis, lustrasse etiam orbem occidentalem, & longe, lateque Euangelium propagasse, vt cui totius gregis cura commissa erat, & vsque ad Britannos penetrasse, quod tradunt Metaphrastes, & alii; de Africa quidem Tertullianus illis verbis testari videtur, de præscriptione capitulo trigesimosexto. *Habes Romam, vnde nobis quoque auctoritas præsto est*. & Cyprianus epistola quadragesimaquinta, Romam, Ecclesiam Matricem appellans, quod non tantum Carthaginens. Ecclesia ab ea fidem accepisset, sed, quę sub ipsa continentur, Mauritania atque Numidia. Certe quidem B. Gregorius scribens ad Episcopos Numidiæ lib. 2. epist. 75. eos ab Apostolo Petro accepisse ordinationum initia testatur. quod nõ est mirandum, cum idem Paulus in hac ipsa epistola testetur illud impletum: *In omnem terram exiuit sonus eorum, &c.* psl. 10.

Petrus peragrat, euangelizã do, occidẽtem.

Lucas capitulo vigesimo, & 21. diligenter persequitur iter Pauli, Corintho Ierosolymam.

Paulus Corintho profectus venit Troadem, vbi adolescentem de tertio cœnaculo prolapsum a morte suscitat. Act. 20, 9.

Quod vero ait: Erant autem lampades copiosæ in loco: Quantumlibet ad noctis tenebras expellendas id factum, censeri possit, tamen sciendum etiam lumina adhiberi solita in Ecclesia, ab eius initio, etiam clara luce, ad lætitiam, & sacri cultus celebritatem. hinc ordo Acolythorum, seu Ceroferariorum, de quibus mentio apud Cyprianum, Cornelium Papam, Eusebium Cæsariensem, Concilium Romanum sub Siluestro, & quartum Carthaginen. petitum ex consuetudine Hebræorum potius, quam Gentilium, apud quos id quoque erat vsitatum. Dio in Nerone, Hieronym. in Vigilant & ad Riparium. Paulin. Natal. 3. S. Felicis. Auguf. de tempor. serm. 215. Lampades porro, seu lucernas argenteas, & capitulatas, id est multorum capitum, apud Ecclesiam etiam tempore persecutionum, in vsu fuisse, constat ex Augustino epist. 105. ex Act. proconsularibus.

De vsu luminum ẽt interdiu.

Quod autem ait ver. 7. *Vna autem Sabbati cum conuenißemus ad frangendum panem, &c.* Sacram Synaxim hunc cõuentum fuisse, die Dominico, testatur August. Epist. 86. Beda quoque in Acta.

Quod secunda ad Timoth. 4, 13. Roma. scribit, sequenti anno: Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens, affer tecum, & libros, maxime autem membranas. Nihil est probabilius ex pluribus sententiis, quam per Penulam significari (quod Græci vocant, φαιλόνην.) volumen Hebræum, Vetus nempe testamentum, Hieronym. epistola 125. q. 2. volumen ait Hebræum replico, quod Paulus φαιλόνην, iuxta quosdam vocat.

Quod ait Lucas 20, 16. *Festinabat enim Paulus, si posibile eßet, ut diem Pentecostes ageret Ierosolymis.* De Festo legali videtur intelligendum, quo declararet se patrias leges non adeo auersari, legalia tamen etiam magna ex parte, hac ipsa ætate fuisse sublata

De festis dieb. tẽpore Apostolorum.

E præter id quod scribit Apost. Coloss. 2. & Galat. 4. Ignatius testis est, hortans ad festos dies, christiano more, celebrandos. Atque hos quidem ritus festorum anniuersaria die celebrandorum, Apostolos docuisse Ecclesiam, testatur Hilarius in prologo expositionis Psal. Ea de re legendi, Origen. con. Cels. lib. 8. & Hieron. in 4. c. ad Galat. De Dominico certe die testimonium extat Apostolicum Apocal. 1. & Pascha quidem in primum diem, id est, Dominicam, transferre placuit Petro, & Romæ eo die eum Pascha celebrasse, ex antiquioribus, Beda asserit, de ratione temp. c. 42.

Ferias quoque dictos, singulos hebdomadæ dies, ne consentirent cum Gentilium appellatione, etiam ante Siluestrum, constat ex Tertullian. capitulo secundo, contra Psychicos; Augustino serm. 251. de tempor. vbi præter alia, ait: *Dominica die audiendas Mißas:* quud ex vsu totius Ecclesiæ dixit. De natali Domini Epiphaniorũ, & Ascen

Ferię, quo dies sint.

sionis

sionis festo, habemus ex Clem. 5. Consti. Apostolicarum c. 13. Natalitia item Martyrum ex traditione Apostolica manasse credendum est: alioqui enim ea vniuersaliter non accepisset Ecclesia. De Polycarpi quidem Natalitio habetur in Episto. Eccl. Smyrn. apud Euseb. lib. 4. c. 14. Vide etiam Origen. hom. 3. in Matth. Tertull. de Corona milit c. 13. Cypr. epist. 34. & 37. Nyssenū in vita Thaumaturgi, oratione in Sanctum Theodorum, & in 40. Mart. & Dionys. Alex. apud Euseb.[a] A

a 7. c. 17. Ritus in orando.

Quod habet Luc. Act. 20, 36. *Paulus autem positis genibus in littore orauit.* monet de ritibus in orando.

Aut igitur more Hebræorum orauit Paulus, genibus flexis, aut nondum inualuerat ritus in Ecclesia, non flectendi genua in orando, inter Pascha, & Pentecosten. Diebus quidem Dominicis singulis, & toto tempore inter Pascha, & Pentecosten, stantes fideles orasse, cum alijs diebus flexis genibus orarent certum est; maxime ex Tertull. de cor. milit. c. 3. rationem reddit Auctor qq. sub nomine Iustini mart. q. 115. Stratos etiam in terra aliquando orasse fideles, testis est legio Christianorum, quæ sub Aurelio Antonino sic Deum precata, hostibus internecionem, & Romanis Victoriam obtinuit; apud Iustinum, post orat. ad Anto. Manibus item sublatis & expansis, & aperto capite, orare est ex Apostolica traditione 1. Timoth. 2, 8 Leuantes puras manus, & 1. Corint. 11, 4. Pectoris item tunsio ab exemplo Publicani, Lucæ 23. B

Quod autem ad situm spectat in orando (vt hoc quoque breuiter attingamus) ad Orientem conuersos olim maiores nostros, adorare consueuisse, certum est ex innumeris veterum PP. testimoniis, idque ex traditione Apostolica, vt est in qq. apud Iustin. quæstion. 118. & apud Basil. de Spiritu sancto capitulo vigesimoseptimo, & Origen. in lib. Num. hom. 5.

Act. 21, 8. *Venimus inquit Cæsaream, & intrantes domum Philippi Euangelistæ, qui erant unus de septem, mansimus apud eum. Huius autem erant quatuor filiæ virgines prophetantes.* Hieronymus contra Iouinianum, In his quatuor filiabus Philippi post crucem Christi, consecratas esse Primitias Virginitatis demonstrat. C

Hic prædicitur Paulo ab Agabo fore vt Ierosolymis alligaretur a Iudæis & traderetur Gentibus, qui rogatus a fratribus, ne eo iret, constanter tamen perstiterit in sententia. Act. 21.

Ierosolymam peruenit Paulus ante Pentecosten Act. 21, 17. quod ex ratione dierum a discessu Philippi, post dies azymorum Act. 20, 6. colligitur; vt etiam ratiocinatur Chrysostomus hom. 45. D

Cum conuenissent in vnum seniores, consuluerunt Paulo, ad cauēdum scandalum eorum, qui ex circuncisione crediderant, vt ostenderet se legis non esse contemptorem, & vt cum aliquot viris votum habentibus Nazarenorum purificatus templum ingrederetur, & ritum secundum legem perficeret, quod & libens effecit, iuxta præscriptū. Num. 6. Act. 21, 20.

b 2. belli c. 11. Vnde colligatur Paulum a vino tẽperasse. De rasura seu tõsura Ecclesiasticorum.

Quod vero vt est apud Ios.[a] Nazaræi abstinerent a vino per triginta dies, antequam immolarent hostias. & capillos raderent, & Paulus inopinato & ante diem tantum, vt id faceret, admonitus esset, colligitur Paulum a vino penitus temperasse, vt posset semper Nazaræorum munus explere.

Ex eo quod Nazaræi, qui cæteris sanctiores haberentur, religionis ergo in templo capita radenda offerrent, Apostolica traditione in Ecclesiam deriuatum tradit Isidorus de Diuin. off. vt & qui a communi hominum vita recedentes, excultius vitæ genus affectarentur, ac per omnia sese diuino cultui manciparent, deberent eorum capita radi. *Quod vero,* inquit *detonso capite superius, inferius circuli Corona relinquitur, Sacerdotium, regnumque Ecclesiæ in eis existimo figurari, &c.* Aliā insuper affert causam, quod capillorum Corona, reliquo raso capite, integra consueuerit remanere, nimirum ob iugē memoriam spineæ coronę impositę capiti D. N. Iesu Christi, idque ab Apostolis factitatum, & Ecclesię traditū, certa assertione legitur apud Bedā li. 5. de gestis Anglorū c. 22. Germanus vero Episcopus Constātinopolitanus in Theoria rerū Ecclesiasticarū, dicit ad vsur E

patum

A patum ad imitationem B. Petri, qui in contemptum attonsus est a Gentilibus, quod ex maiorum traditione Germanum mutuatum esse credibile est. Antiquissimus plane, & vniuersalis omnium Ecclesiarum totius orbis, huius tonsuræ vsus; prorsus conuincit, eam fluxisse ex fontibus Apostolicis, Cyrillus in Vita S. Euthym. qui claruit Theodosio seniore, *Cum eum baptizasset*, inquit, *& pilos, qui ex lege tondentur, pueris totondisset, in gradum lectorum eum cooptauit*. Sed quod amplior esset illorum tonsura, qui maioribus initiarentur ordinibus, hinc Euagrius Scholasticus hist. 3. cap. 26. *Coma abrasa*, inquit, *Presbyter designatus est*: meminit & ante hos, Ammianus Marcellin. lib. 12. Cuius ritus mentio est apud Dionys. de Eccl. Hierarch. p. 2. cap. 3. Huc pertinet, quod in lib. de Rom. Pontif. peruetusto, nomine Damasi, de Anicæto habetur, instituisse, secundum præceptum Apostoli, ne Clerici comam nutrirent. Concil. Carthag. 4. c. 44. & A-
B gath. c. 20. & apud Greg. Turon. in V. SS. PP. c. 17.

Verum distinctam fuisse tonsuram Monachorum ab ea quæ est Clericorum, certum est, cum illi non tantum verticem capitis, sed totum fere caput radere consueuissent, sic nimirum vt quod esset ipsorum vitæ studium declararent. Abrasionem siquidem capitis symbolum & Hieroglyphicum fuisse lugentis atque mœrentis ex Scriptura & Ethnicis, satis colligitur. Nicænus Canon ex Arabicis exemplaribus prolatus. *Monachi* inquit *alia habeant indumenta, & mores, quam habent Laici, ac caput tondeant in modum coronæ*. Socrat. [a] de Iuliano Apostata scribit, ipsum abrasa cute vitam Monasticam [illegible]. Episcopos etiam magna saltem ex parte capitis abrasos fuisse, satis expressisse [illegible] Gregorius Nazianzenus orat. in Maximum. Porro huiusmodi capitis rasionem [illegible] a maioribus dici Coronam, præter supradi-
C cta, indicare videtur Euseb. [b] [illegible] sacerdotes sacrosancto poderis indumento & cœlestis gloriæ corona & [illegible], & August. epist. 147. qui scribit, solere Episcopos adiurari a populis per Coronam suam, tanquam per quid sacrum. Ex his, quæ S. Hieronymus in Ezechiel. 44. & Is. cap 3. & 6. scribit, colligitur breuiter, primo ipsum non probare capillorum siue barbæ tonsuram, solitam fieri more Gentiliū. 2. non sic tondendos capillos vt appareat nuda cutis 3. quod barbæ non probat tonsuram, nec mirum si in Oriente agens, Orientalium Clericorum & Monachorum consuetudinem comprobat. Consuetudinem quidem radendi Barbam apud Romanos olim fuisse, ac fere apud omnes Occidentales, ex veterum scriptis constare videtur, sed maxime apud sacros homines Christianos, salua pace conuenientium in vnum Orientalium, barbam gestantium, & Occidentalium radentium. Qui primus omnium hæc de barba, ex
D probare Latinis Sacerdotibus, ausus est, Photius Schismaticus Episcopus Constantinopol. fuit de his scribens ad Nicolaum Roman. Pont. cum alioqui ipse esset Eunuchus, & Glaber. Ad quodnam vero tempus apud Romanos eiusmodi vsus radendi barbas perseuerarit, haud est facile definire, nisi quod a Gothis, aliisque barbaris diutius in Italia & prouinciis occidentalibus commorantibus, nouum vsum gestandi barbam, inuectum esse credibile est, perseuerasse autem in Sacerdotibus radendi morem colligitur ex litteris Gregorij Septimi, ad A. D. millesimum octogesimum, ad Iacobum Episcopum Calaritanum, iubentis, vt Clericos suos omnes barbam radere cogeret, idque ex maiorum consuetudine vindicantis, affirmantis nimirum, ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ id illibate esse seruatum. Sed iam pene contrarius irrepsit vsus, nec constans vbique habetur ritus, cum alii tondeant, radant alii, alii rursus gestent promissam. Qui plu-
E ra velit de capillorum & Barbæ tonsura apud Hebræos Ethnicos & Christianos, adeat ipsos Annales.

Paulus periclitans occidi a Iudæis periculo eripitur a Tribuno Act. 21. a quo cum virgæ intentarentur, cogitur Ciuem se Romanum indicare, Act. 22, 25. rursum appetitus insidiis Iudæorum, illisque detectis, perducitur Cæsaream ad Felicem Præsidem Act. 23. apud quem suam causam agit Act. 24. *Post aliquot dies*, inquit Lucas, *ueniens Felix cum uxore, sua Drusilla, quæ erat Iudæa, uocauit Paulum & audiuit ab eo fidem, quæ est in Christo Iesu, Disputante autem illo de Iustitia, & castitate, & de Iudicio futuro, tremefactus Felix respondit, &c.*

Oppor-

A Opportune & summa cum prouidentia Paulus disseruit de Iustitia,& Castitate,& Iudicio futuro.apud Iudicem iniquum,& sæuum, & mulierosum,& apud feminam itē ambitiosam,& libidini obnoxiam. Ea filia senioris Aggrippę,& iunioris soror,nupta Emesenorum Regi,circunciso, solicitata a Felice,ob egregiam pulchritudinem, relicto marito, & religione deserta, Ethnico homini adhærere concubina sustinuit,vxoris tamen nomine Ios.20.Antiq.[a]

a c.5.& de bel.2.c.10.

De Felice præside Syriæ,Sueton.in Claud.28.quem ex liberto Claudii, ad amplissimos prouectum esse honores tradit, quippe qui Pallantis illius, penes quem temporib. Claudii summa rerum erat, germanus fuit, eundem trium Reginarum maritum appellat,& Tacit.lib.5.hist. *Felix per omnem sęuitiam & libidinem,ius Regium seruili ingenio exercuit,Drusilla,Cleopatrę,& Antonii nepte in matrimonium accepta,ut eiusdem,Felix gener,Claudius nepos esset.* B

Quod ait Lucas de Felice:*sperans quod ei pecunia daretur a Paulo*,id,ꝑpterea quod audisse potuit,magnam pecuniæ vim Paulum attulisse,& erogasse in Pauperes(ex collecta nimirum in Prouinciis)vt prædiuitem hominem illum existimare potuerit.

Biennio autem expleto (Neronis scilicet imperii, qui hoc anno sub dictis Coss. prid. Id.Octob.exacto sui Imperij biennio,tertium inchoauit,nam alioqui pluribus annis Felix præses fuerat in Iudea, vt & Paulus dixit: *Ex multis annis te esse iudicem genti huic sciens,etc.*)accepit successorem Felix,Porcium Festum,qui interpellatus a Iudæis, vt Paulū,perduceret in Ierusalem,vt in via eum interficerent,& rogans de hoc Paulum, Cæsarem appellare coactus est, Act.24,27.& c.25. C

Paulus Cęsarē appellare cogitur

Egregiam concionem habet Paulus ad Festum,Agrippam,& Berenicem de sua causa:in qua,quod appellat Festum Optimum,ethnicum hominem, non id adulationis causa facit,sed quod esset titulus,in Magistratu constitutis,dari solitus, sic Lysias,Act.23. Optimo Præsidi Felici,& ipse Paulus Act.24.Optime Felix.

Paulus in nauim impositus,Romam mittitur in qua Nauigatione,periclitantib.omnibus diuinitus certus efficitur de omnium incolumitate,fracta igitur naui prope littus, salui omnes euadunt in terram,in Insula Melita,vbi vipera inuadente manum Pauli,& ab eo excussa in ignem,nec ullo nocumento accepto,barbari in stuporem versi illum appellant Deum,Act.27,28.ex eo tempore in gratiam Pauli, fuit loco diuinitus impartitum,vt serpentes omnes veneno carerent, & quantumlibet aliquem momorderint,nullum adferrent detrimentum,sed & vt terra ibi contra venena paret antidotum. D

Paulus Melitæ quid.

Paulus tribus mensibus quibus Melitæ hiemauit,Patrem Publii Principis Insulæ ægrotantem,& alios omnes praeterea morbo vexatos, sanauit. Act.28.Sed & Christiana Melitenses Religione imbuisse, vt credibile est, sic & Martyrologia Publium ad fidem conuersum,eisdem præfectum Episcopum attestantur,21. Ianuar. imo & eundem Publium inde postea in locum Dionysii Atheniensi Ecclesiæ esse subrogatum Episcopum tradunt,Ado,& alii:putantes nimirum vnum eundemque esse cum hoc illum Publium, quem Dionysius Alexandrinus affirmat Dionysio Areopagitæ Athenarum Episcopo successisse,quem Martyrio coronatum fuisse etiam tradit Hieronymus in Quadrato de script.Eccl.

Nero Imperator petente Berillo Syro,qui eius pædagogus fuerat,ius Ciuitatis Cæsariensis,quod hactenus ex æquo cum Syris commune habuerant,Iudæis adimit,vnde postea omnium nostrarum calamitatum causæ ortæ sunt,inquit Iosephus. E

b 10.c.6. c 2.c.11.

Statum Iudæorum,per hos annos Ierosolymis maxime calamitosum describit Ioseph. in Antiq. [b] & de bello [c] cum omnia plena essent,latronibus, Sicariis, præstigiatoribus, seditiosis. Et hoc quidem anno Aegyptius ille pseudopropheta,de quo Act.20, 38. Tribunus ad Paulum. *Nonne tu es Aegyptius,qui ante hos dies tu multum concitasti,&c.*

Pau-

Christi Annus	*Petri*	*Neron. Imp.*	*Ipso 2. & Calpurnio Pisone.* Coss.
59.	15.	3.	

A PAVLVS, post tres menses, Melita soluens, Romam versus, vltra quinquaginta milliaria ab occurrentibus fratribus, ad Appij forum, exceptus, Romam peruenit, sexta Iulij, vt est in Martylorogio Bedæ, & Vsuardi; quamuis probabile sit multo ante, & forte ipso mense Maio, considerata nauigandi opportunitate, & mora modica per loca singula, cum soluta hyeme, credibile sit Melita quam primum soluisse. Act. 28. Romã venit Paulus

B De actis Romæ, nihil Lucas, nisi quod permissum est manere sibimet, cum custodiente se milite, & conuocatos Iudæos allocutus est de D. N. Iesu Christo, aliis probantib. improbantibus aliis, & quod mansit biennio toto in suo conducto, excipiens omnes, & prædicans de Regno Dei. reliqua colligenda sunt ex eius epistolis.

Adeo pauendum fuit existimatum iudicium coram sæuissimo iudice Nerone, pro animi libidine omnia faciente, vt Paulum in eo discrimine positum omnes discipuli atque amici, præ timore, dereliquerint.

Testatur hoc, ipsemet hoc anno scribens ad Timotheum. (2. c. 4, 16.) *In prima mea*, inquit, *defensione, nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur*, & de longe positis 2. primo ver. 15. *Scis hoc, quod auersi sunt a me omnes, qui in Asia sunt, &c.* Sed rursum c, 4, 17. *Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, &c.* Et; *Liberatus sum de ore Leonis*, id est, Neronis, eatenus tamen vt vinctus cathena, cum custodiente se milite, agere permissus sit. Causam autem eum dixisse, non modo apud Imperatorem, sed & apud Senatum, & forte etiam apud Collegium Pontificum, illa indicant ad Philipp. 1, 12. *Quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt Euangelii, ita ut uincula mea manifesta fierent in Christo, in omni Prætorio, & in ceteris omnibus, &c.*

C

Auditis in Oriente Pauli vinculis Philippenses suum ipsorum Episcoporum Epaphroditum, cum larga pecuniarum subuentione ad eum mittunt. Philipp. 2, 25. & 4, 18.

D Iconio item officii causa venit, Onesiphorus, de quo secunda Timoth. primo, 16.

S. Ioannes Chrysostomus hom. 4. in Acta *Dicitur*, inquit, *Paulus salutasse Neronis pocillatorem, & concubinam*: Ea creditur fuisse illa Poppæa Sabina, ab eo præ cæteris in deliciis habita, de qua Tacitus:[a] *Huic mulier, cuncta alia fuere, præter honestum animum, &c.* quam & fauisse Iudæis testatur Iosephus.[b] Sane quidem nonnullos ex Neronis domo ad Christum conuersos constat ex epistola ad Philip. 4, 22. *Salutant*, inquit, *uos omnes Sancti, maxime qui de Cæsaris domo sunt*, Inter quos fuisse Torpetem, post martyrio affectum, Martyrolog. Rom. testatur.

a lib. 12.
b Ant. 20. c 7.

E Ex vinculis plures scribit Epistolas, ac primum 2. ad Timoth. in qua, cap. quarto, 16. illud, *In mea prima defensione &c.* qua eum ad se euocat 4, 9. eam porro misit per Tychicum, per quem etiam misit eodem tempore, eam quæ est ad Ephesios. (c. 6, 21. in qua sæpe de suis vinculis meminit nam licet in ea ad Timotheum 4, 12. scribat: *Tychicum autem misi Ephesum*: tamen præteritum, pro præsenti vsurpasse videtur, vt & in ea ad Ephes. 6, 21. *Omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus, &c. quem misi ad uos in hoc ipsum, &* id est, mitto, cum ei daturus esset Epistolam, quam scribebat, nam quod aliqui putant, epistolã ad Timoth. nouissimam esse scriptam, ex verbis illis persuasi, c. 4, 6. *Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat, &cæt.* refutatur ex verbis illis eiusdem cap. ver. 17. *Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes.* & ex illis ad Philipp (ad quos item Roma scripsit) 2, 24. *Confido autem in Domino quoniam & ipse veniam ad uos cito.*

Secundam ad Timot. scribit e vĩculis.
Eam item quo ad Ephesios.

Occasio

Occasio scribendi, quam primum Romam venit, ad Ephes. ea fuisse videtur, quod Ecclesia Asiana fere penitus pessundata esse videretur: de qua re ad Timoth. prima, ver. decimoquinto. A

Scis hoc, quod auersi sunt a me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phygellus, (seu Philetus) & Hermogenes, quos maleficos fuisse, sed a Iacobo Apostolo conuersos ad Christi fidem, & post Apostatas factos, maximas in Ecclesiam turbas concitasse, in quibusdam Apocryphis legitur: hæc nempe illa videntur esse tempora, quæ Paulus nouissime Epheso ad se Miletum vocatos, allocutus, prædixerat, inquiens, (Act. 20.) *Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in uos, non parcentes gregi &c.*

Atque quos dicit a se auersos Paulus in Asia, haud dubium est, de Iudæis intellexisse: quamobrem ad eos, qui in fide constantes erant, ex Gentibus, Christiani, eam dedit Epistolam, quod illa plane indicant capitulo tertio, primo, & *Huius rei gratia, ego Paulus vinctus Iesu Christi pro vobis Gentibus, &c* capitulo secundo, vndecimo, *propter quod memores estote, quod aliquando uos eratis gentes in carne, &c* quam Ecclesiam Ephesinam mirifice laudat Ignatius Epistola decimaquarta, commendatque ipsorum Zelum in auersandis hæreticis. Quod autem Athanasius in Synopsi, & Theodoretus præfatione in Epistol. Pauli, & alij, illam primo a Paulo scriptam contendant, quæ ad Galat. scripta est, probabilius videtur, quod censuit Chrysostomus, eam ante Epistol. ad Roman. fuisse scriptam, cum in reliquis nulla sit Pauli epistola Romæ scripta, in qua de Vinculis suis non habuerit mentionem, de quibus in ea ad Galat. nulla prorsus. B C

Sancit Nero, ne quis Magistratus aut Procurator, qui prouinciam obtinerent, gladiatorum vel ferarum spectacula ederet; ne ea de causa (quod factitari sciebat) a Prouincialibus Præsides immensam Pecuniarum vim corraderent. Tacit. Ann. decimotertio.

Hoc eodem anno Pomponia Græcina, nobilissima femina, rea est constituta externæ Religionis. Non leuis est suspicio, eam vt complures alias, Christianam fidem esse sectatam Ea Plautii (qui ouans se de Britannis retulit) Mariti Iudicio permissa, ab eo insons iudicata. Tacit. 13. Annalium.

D

Christi Annus	*Petri*	*Neron. Imp.*	*Nerone; & Valerio Messala.*	*Coss.*
60.	13.	4.		

RVminalem arborem in Comitio, quæ super octingentos & quadraginta ante annos Remi, Romulique infantiam texerat, mortuis Ramalibus, arescente trunco, diminutam, prodigii loco habitum est. Tacit. Ann. 13. Veteris id superstitionis abrogationem, quod euentus comprobauit, præsignificasse visum est.

Epistol. ad Philipp.

Euocatus cum iam ex Asia aduenisset Timotheus, Paulus anno 2. suorum viuculorũ scribit ad Philippenses (Cap. 1.) remittens ad illos suum Episcopum Epaphroditum, qui ad mortem vsque Romæ ægrotauerat 2. c. ver. 25. & ver. 19. *Spero autem in Domino Iesu Timotheum me cito mittere ad uos*, & ver. 24. *Confido autem in Domino, quoniam & ipse veniam ad uos cito.* E

Per inimicos Crucis Christi quos intelligat Paulus

Quod eo capitulo 3. monuit de cauendis hæreticis, quos appellat *inimicos Crucis Christi*: intellexit illos vere hæreticos, qui negabant Christum vere Crucifixum, vt Simon Magus, Cherintus, Basilides, & alii, de quibus Iren. Epiphan. Theodoret. & ante omnes B. Ignatius. ad hos ipsos Philippen. *Princeps*, ait, *huius mundi gaudet, cum quis Christi crucem negarit, &c.* per cuius hæresis occasionem sæpius Paulus de Passione, & Cruce Christi meminit. Contra eosdem hæreticos Ecclesia Catholica, & verbis, & signis, & factis pugnauit; hinc propagatus ritus erigendarum passim

Ritus erigedæ Cruc., & formandæ.

A Crucium, ad earum venerationem, & manibus efformandi signum Crucis. De Crucibus quidem erectis Ignatius ad Philipp. ait, *eas Dæmonem exhorrescere, vbi viderit*. ergo fiebāt. De signo crucis manu efformato, eiusque frequentissimo vsu, plena est omnis antiquitas. Legendus maxime Tertull.[a] Basil.[b] & Cyrillus catechesi 13. Quanta virtus sit crucis Christi ad fugandos Dæmones innumera exempla, per omnem ætatē indicant.

a De Cor mi lit. c 3. & 4.
b De spir. S. c. 1.

Hoc eodem Anno scribit ad Colossenses, vt ex inscriptione constat, *Paulus & Timoth. &c.* & ex illis verbis vltimis. *Memores estote vinculorum meorum.* Quàm & per ipsum Tychicum misit, iam ex Asia reuersum, Videtur Tychicus perfunctus esse munere tabellarij apud Paulum, non enim quibusuis, sed certis iisque probatis hominibus, ab Apostolis & Episcopis Epistolæ reddendæ comittebantur. vt etiam constat ex epistola 11. Ignatij ad Polycarpum, & Cypr. 16. & 24. Eodem quoque vsus est Paulus vt
B Legato, multa illi referenda verbo committens. *Quæ circa me sunt, omnia nota faciet vobis Tychicus &c.* Coloss. 4, 7. & Ephes. 6, 21. *Omnia vobis nota faciet Tychicus carissimus frater &c.* Sic Episcopi certis illis & probatis hominibus mandata dabant perferenda.

Ad Coloss.

Quod ait, cap. 4, 16. *Cum lecta apud vos fuerit Epistola, facite vt in Laodicensium Ecclesia legatur, & eam, quæ Laodicensium est, vos legatis*; Arguere videtur Apostolum scripsisse ad Laodicenses nec tamen verum. antiqua hæc quæstio fuit, an Paulus scripserit quoque ad Laodicenses, & circumlata quidem est apud veteres Epistola ad Laodicenses, & modo etiam quædam circumfertur; sed minus probata. Chrysost. & Theodoretus nullam putarunt a Paulo datam esse Epistolam ad Laodicenses, ex lectione, quæ tum erat, & modo est quoque in Græcis codicibus καὶ τὴν ἐκ λαοδικείας, & eam, quæ ex
C Laodicea scripta est, scilicet legatur a vobis. Latina editio aliquot M. S. codicum cōformis est Græcę: Ea quæ Laodicensium est a vobis legatur. Ex eo quoque colligitur nullam ab eo scriptam ad Laodicens. per eundem tabellarium, quandoquidem in ea quæ ad Coloss. 4, 15. ait, *salutate fratres, qui sunt Laodiceæ*. Est autem sermo de Laodicea illa, quæ est Phrygiæ maioris, contra Hierapolim; in qua & Colossæ sunt; testibus Plinio[c] & Strabone.[d] *Salutat vos Epaphras* (eorum Episcopus) cap. 4, 12. *qui ex vobis est &c. qui habet multum laborem pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiceæ & qui Hierapoli.*

De ep. ad Laodicenses.

c Li. 5. c. 32.
d Lib. 12. c. 13.

Quod vero Paulus eadem Epistola ad Coloss. scribit. *Volo vos scire fratres, qualem sollicitudinem habeam pro uobis, ac pro his, qui sunt Laodiceæ; & quicunque non uiderūt faciem meam;* non vult dicere, inquit Theodoret. se illis non fuisse de facie notum, sed se
D curam gerere non modo eorum, sed & aliorum etiam, qui eum non viderant, nam quamuis forte non viderant eum in prima peregrinatione in Asia, de qua Act. 16. cum descendit in Phrygiam, & absque prædicatione transijt in Bithyniam, vetiti sunt enim (inquit Lucas) a Spiritu sancto loqui verbum in Asia: vidisse tamen eum dicendum est, cum reuersus in Asiam (Act. 19.) peragratis superioribus partibus (Asiæ scilicet) venit Ephesum, quo tempore Laodicensibus & Colossensibus eum prædicasse credibile est.

Quod monet Colossenses cap. 2, 18. *Nemo uos seducat uolens in sublimitate, & religione Angelorum, quæ non uidit, ambulans &c.* tangit Cherinthi dogma, asserentis Christum esse tantum hominem, & illi Angelos præferentis, per quos & mundum creatum diceret. Monet igitur ne seduci se sinant in humilitate scilicet Christi, idest abiectione Christi, cum tantum hominem eum confiteantur, & Religione Angelorum,
E cum Angelos scilicet naturæ opifices esse iactarent.

Quid per religionem Angelorum, in epist. ad Coloss. intelligat Paulus.

Quare sæpe Christum hac, & alijs Epistolis Paulus, & maxime ea quæ ad Hebræos est, longe Angelis præcellere prædicat, quod & ipsi Angeli confessi esse visi sunt, ut cū ad Io. Apoc. 19, 10. se adorare volentem, Angelus dixit. *Vide ne feceris conseruus tuus sum &c. Deum Adora* & rursum. 22, 9. Quo pertinet & illud, quod Io. monens Loadicensem Ecclesiam, eiusdem Prouinciæ Metropolim, ait; *Hæc dicit testis fidelis, & uerus, qui est principium Creaturæ Dei*. Apoc. 2, 14. nimirum per quem omnes creaturæ sunt factæ, ut sic confutaret dogmata Cherinthi, dicentis, Angelos mundum creasse, Et quod eiusdem Prouinciæ præcipuos Episcopos appellet Angelos, plane significans,

instar hominum Angelos hominibus ministrare. In cuius loci explicatione videtur Theodoretus aberrasse, quædam afferens quibus abutuntur Nouatores, ad impugnandum legitimum & Catholicum Angelorum cultum, & simul cum eo falso interpretantur Can. 35. Concilij Laodiceni, damnantis, non cultum Angelorum, quem illis semper tribuit Ecclesia Catholica, sed magicum quendam & Idololatricum. Vt enim superior Canon damnat eos, qui relicto Sãctorum Martyrum cultu, falsos hæreticorum Martyres colunt, ita sequenti. *Non oportet*, inquit, *Christianos, derelicta Ecclesia, abire, & ad Angelos Idololatriæ abominandæ congregationes facere, quicunque autem inuentus fuerit, occultæ huic Idololatriæ uacans, anathema sit, quoniam relinquens Dominum Nostrum Iesum Christum filium Dei, accessit ad Idola*. Si enim probat ea Synodus cultum Martyrum, vt & Can. 51. quanto magis Angelorum?

Nouatores abutũtur loco Theodoreti ad improbandũ pium cultum Angelorum, itẽ Canone Cõcil. Laodiceni.

Quod cap. 3, 16. monet de Psalmis, Hymnis, & cãticis spiritualibus, vt & ad Ephesios cap. 5. originem & formam cantus in Ecclesia præscribit, cuius ritus in Ecclesia canendi *habemus* inquit Aug. ep. 119. cap. 18. *ipsius Domini & Apostolorum Documenta, exempla, & præcepta*. De quo ritu perpetuo in Ecclesia conseruato, omnes fere Patres meminerunt; sed legendus in primis Philo de vita contemplatiua, & Basilius ad Neocęsarienses Epistola 69. Chysost. homil. in Ps. 41.

Ritus canendi in Ecclesia Apostolicus.

Quod autem spectat ad musica instrumenta, ijsdem Christum Dominum a Christianis laudari solitũ, Prudentius aduersus Iudęos agens, in Apotheosi; docet. Citharam ab Ecclesiastica modulatione fuisse proscriptã, habemus ex Augustino Conc. 1. in Ps. 32. sane quidem Musica instrumenta haud antiquitus in Ecclesiam introducta, & recepta esse videntur, quod auctor qq. apud Iustinum affirmare videtur q. 107. Organa quæ dicuntur disparibus cannis simul iunctis, post multa sęcula, vsu recepta, adhuc perseuerãt.

De Musicis instrumẽtis in Ecclesia.

Publicis litteris ad Coloss. addit priuatas ad Philemonem, nobilem Colossensem, remittens illi Onesimum seruum, qui studio Pauli, ab eo, Romam aufugerat; vbi perductus ad Christum. *Obsecro te* ait *pro filio meo, quem genui in vinculis, Onesimo.* qui post Timotheum fuit Episcopus Ephesinus, vt est apud Ignatium Epistola 14. ad Ephesios & 12. ac 13.

Epist. ad Philem.

Epistolam ad Hebræos hoc anno scriptam, multis coniecturis probatur, in primis illa, quod vt ad Philipp. 2, 19. ait se inisse consilium de remittendo Timotheo in Orientem, sic ad Hebr. cap. 13, 23. *Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum cum quo si celerius venerit, videbo uos*. Rursus vero sicut Philippenses Pauli uinculis compassi, hominem certum Romam miserant, ita Hebræi, vt (loco eius quod est in vulgata, Nam & vinctis cõpassi estis) in Græca editione habetur καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς συνεπαθήσατε nam & vinculis meis compassi estis. De qua Epistola cum aliquando dubitatum esset an esset Pauli non videtur potuisse dubitari post Concilium Nicænum, in quo vt Pauli accepta & approbata, ex eo satis colligitur, quod Athanasius in Synopsi de Authenticis scripturis inter eas illam collocat. Quod autem Hieronymus alicubi dicat, a latinis non recipi, videtur maiorem fidem habuisse Eusebio, quam par erat, cum in lib. de script. Ecclesiasticis in Caio, illa ab eodem verba trãscribit. Tredecim solum memorant Epistolas D. Pauli Apostoli, Epistolam autem ad Hebræos reliquis non adnumerant, nam illa apud quosdam Romanos, etiam adhuc Apostoli Epistola esse non existimatur, cum tamen Clemens Romanus, Hilarius, Gregorius Bæthicus, Optatus, Philastrius, Ambrosius & alij, ante ætatem Hieronymi, eam vt Pauli citauerint. In ea citat Apost. script. iuxta 70. quod ea editio in frequentiori vsu esset apud Iudæos, vt Patet ex Iosepho & Phil. qui & ipsi ea vsi sunt.

Epist. ad Hebr.

Christi Annus	*Petri*	*Neronis Imp.*	*C. Vipsanio & Fonteio Capitone Coss.*
61.	17.	5.	

Biennio in vinculis exacto. (Act. 28. in fine) Paulus liber abire permissus, qua ratione aut occasione non constat. Eius Acta deinceps obscura.

Habuisse quidem in animo redire in Orientem illa indicant ad Philipp. 2, 24. *Con-*

A *fido autem in Domino quoniam ipse veniam ad vos cito*; & ad Philem. ℣. 22. *Simul au-*
tem, & para mihi hospitium, nam spero per orationes vestras donari me vobis, & ad
Heb. 13, 23. *Cũ quo si celerius uenerit, uidebo uos*. An autẽ redierit, haud affirmari pos-
se, pro certo, videtur. Mutasse certe sententiã proficiscẽdi in Hispaniã, (de qua ad Rom.
15, 24. *Cũ in Hispaniã proficisci cœpero, spero quod prateriẽs videbo vos, & à vobis dedu*
car illuc. & paulo post. *Per vos deducar in Hispaniam*) apparet; non quidẽ ex leuitate,
sed forte ex instinctu Spiritus Sancti, sed hoc quoque incertum est. plerique tamen
Græcorum iuisse in Hispaniam affirmant, Hippolytus [a] Athanasius ad Dracontium.
Cyrillus Hierosolymit. [b] Epiphan. [c] Chrysost. pluribus in locis, [d] Theodoret. [e] So-
phronius Hierosolymit. [f] præter alios recentiores. Aliquot etiam ex latinis patribus
id confirmant. Hieronym. [g] Greg. [h] Isidorus, vel quicunque alius, de vitis, & obitu
B sanctorum cap. 71. Beda in Martyrolog. die 22. Martij. In Græcorum Menolog. die 27.
Sept. mentio habetur de Xantippe & Polyxena a Paulo ad fidem conuersis in Hispa-
nia, Gelasius Papa 22. q. 2. c. Beatus, (ex Act. Rom. Concilij) videtur negare Paulum
adisse Hispanias, Innocentius tamen primus, dum ad Decentium negare videtur, vl-
lum Apostolorum, excepto Petro, Hispanias & alias occidentis Prouincias docuisse,
non videtur voluisse Paulum a Petro separare. Potuit tamen Orientem & occidentem
octo reliquis, quibus vixit, annis, peragrasse. Sed res eius gestæ, siue in Oriente siue in
Occidente, postquam solutus vinculis egressus est Roma, ex varijs euentibus remanse-
runt obscuræ.

An Paulus profectus in Hispaniam.

a Lib. de 72. discip.
b Cathech. 17.
c Hæresi 17.
d In præfat. ad Hebr. & hom. 7. de laud. Pauli. & 76. in Matth.
e in 2. ad Timoth. c. ult. in 1. cap. ad Philipp. & 1 ps. 116.
f Serm. de Natalit. Apost.
g In 11. cap. Is.
h Moral. 31. c. 22.

De Luca, qui, hoc anno, Actorum scriptionem absoluit, incertum quo abierit. Epi-
phan. hær. 51. *Prædicat* ait, *primum quidem in Dalmatia & Gallia, & in Italia ac*
Macedonia; aliter habet Oecumenius, in Orientem nimirum esse reuersum, & ad vl-
C timam senectutem perueniße. Hieronym. cælibem vitam, ad annum 84. perduxisse, ait.
Alij tamen Martyrio functum affirmare videntur. Nazian. Orat. 1. in Iulianum: Pauli-
nus Nolanus ep. 12. Gaudentius Brixianus tractatu de dedicat. & alij.

Nero Agrippinam Matrem occidendam curat, Tacit. lib. 14. Cum autem idem di-
cat publica adulatione, publicam quoque omniũ lætitiam fuisse, vt de Imperatoris sa-
lute parta; fortasse ea de causa accidit vt Paulus, cum reliquis vinctis, liber permittere-
tur abire.

De Luca, post Actus Ap. scriptos.

Christi Annus	*Petri*	*Neronis*	*Nerone 4m. & Cornelio Cosso.* Coss.
62.	18.	6.	

D

CÆsar de Festi morte nuncio accepto, Albinum in Iudæam misit Præsidem. Rex
vero (Agrippa) Iosepho summo Pont. iusso priuatam vitam agere, sacerdotium
eius dedit Anani filio, & ipso vocato Anano, eodem quo pater nomine, seniorem istũ
Ananum aiunt fuisse omnium felicissimum, vt qui liberos habuerit quinque, omnes po
titos summi Dei Pontificio, cum prius ipse ad satietatẽ hac dignitate esset perfunctus,
quod, ad eam ætatem nulli antea summorum Pontificum contigerat. Iosephus. [i] Lao-
dicea nobilis in Asia vrbs, (cuius Paulus in epist. ad Colossenses meminit) terræmo-
tu collapsa prosternitur, [k] sed a ciuibus breui restituitur, nam opulentissima erat. Eius
namque diuitiarum occasione Ecclesiam ibi positam tepuisse, conqueritur Dominus
E apud Io. [l] Euseb. in chron. male refert in annum Neronis 10, addens Hierapolim, &
Colossas eiusdem prouincia nobiles ciuitates, eodem terræmotu corruisse.

i Antiq. 20. c. 8.
k Tacitus li. 14.
l Apoc. 3.

Christi Annus	*Petri*	*Neronis*	*Cæsonio Peto, & Petronio Turpiliano.* Coß.
63.	19.	7.	

IAcobus frater Domini, Cognomento Iustus, ab Anano Pontifice audace, sæuo, In-
genio fero, & secta Sadducæo, iudicio damnatus, lapidibus obruitur anno sedis

Iacobus Apost. lapidatur.

a 20. Antiq. c 8.

Lib. 2. c. 22.

29. occasione interregni, altero Præside mortuo, cum alter nondum in Prouinciam venisset. Ioseph [a] Euseb. in Chron. & in Historia. Hier. in Iacobo. Succedit in Episcopatu Simeon.

A

Excidium Hierosolymis à Deo immissum, in vltionem necis Iustissimi Iacobi, vulgatū fuisse apud Iudæos, Orig. 1. cōtra Celsum, ex Iosepho, affirmat. Cur non potius necis Christi? an quia propius abfuit mors Iacobi ab excidio, quod septimo post anno consecutum est?

Vnam tantum epistolam scripsit, quæ de 7. Catholicis est. Hier. Euseb. Athanas. Orig. Epiphan. Nicænum Concil. Laodicenum, & alia. In qua epistola, consentanee grassanti hæresi Simonis, omnia fidei tribuentis, multa dicit in commendationem operum. Vide Aug. de fide, & oper. cap. 24.

Sacramētum extremæ unctionis.

Quod ea in epistola, de inungendis oleo infirmis, ait, sacramentum intelligit, quod appellauit Innocentius. 1. epist. 1. c. 8. & Aug. in Ps. 44. & ser. 215. de temp. nam alterius generis fuit oleum illud, de quo Marci 6. 13. *Et ungebant oleo multos ægros Apostoli, & sanabant;* quo genere olei benedictione affecti, multi S. Patres vsi feruntur, ad sanitates. Tertull. [b] Hier. in Hilarione, Rufin. [c] Sozom. [d] Seuerus in Martino, & ante Omnes Clem. [e] in Const.

B

b ad scap. c. 4.
c 2. hist. c. 4
d 6. cap. 21. & 29.
e 8. cap. 35.

Missa extat Iacobi, id est forma sacrificij ab eo tradita suæ Ecclesiæ, cui consentanea pleraque habet Cyrillus, in suis mystagogicis Cathechesib.

Britanni rebellantes, per Paulinum Suetonium, iterum profligantur, cæsa ad octoginta millia Tacit. 14.

Albinus, Festo, Iudææ Præsidi, superiori anno mortuo, successor datus, in Prouinciam proficiscitur. Tacit. 14. Ios. 20. c. 8.

C

Christi Annus	Petri	Neronis Imp.	P. Mario Celso & L. Asinio Gallo. Coss.
64.	20.	8.	

Marcus primus Alexandriæ Episcopus, Martyr.

f 2. hist. c. 23.

MArcus Euangelista, primus Alexandriæ Episcopus, Martyrio coronatur. Euseb. [f] Hier. in Marco. Gelas. in Concil. Rom. Decr. de lib. authent. Martyrolog. & Menolog. Ecclesiam reliquit mira pietate & continentia florentem, quam descripsit Philo, sub nomine Essenorum, quasi in laudem suæ gentis, qualis est vita perfectissima Cœnobitarum. Hier. Succedit Anianus.

Optimos quosque tollere de medio incipit Nero. Tacit. 15. Octauiam vxorem, Calumnijs circumuentam & relegatam mori compellit, Ditissimum quemque Libertorū, ob auaritiam tollit. Exercitus Romanus sub Pæto, a Parthorum Rege Pacoro, sub iugum mittitur. Tacit. 15.

D

Christi Annus	Petri	Neronis Imp.	Memmio Regulo & Virginio Rufo. Coss.
65.	21.	9.	

QVadriennio prius quam bellum Iudaicum inchoaretur, plebeius quidam, per septem annos, cum dimidio ante obsidionem, triste præsagium assiduè inclamans, væ templo, væ Hierosolymis, nec fustibus nec flagris compesci vnquam potuit Ios. 2. belli cap. 12.

E

Christi Annus	Petri	Neronis Imp.	C. Lexanio & M. Licinio Crasso. Coss.
66.	22.	10.	

Prima Gentiliū persecutio in Christianos, Auctore Nerone.

Tertull. Apolog. c. 5. & in Scorpiaco cap. 14. durat ad eius cædem.

A Fœdissimo incendio, per sex dies, vrbe vastata, iussu Neronis, vt opinio fuit, Christiani ad minuendam inuidiam, in crimen vocati, atrocissimis, ingenti numero, subiecti tormentis & ludibrijs, neci dati. De Incendio, Sueton. c. 38. & Dio, in Nerone, nulla facta Christianorum mentione. Tacitus lib. 15. Vetus inscriptio habet, per dies nouem Vrbem arsisse. De 14. Regionibus Vrbis 4. Integræ manserunt, tres solotenus deiectę, septem reliquis, pauca tectorum vestigia superfuerunt, lacera, & semiusta. Tacit. Martyrolog. Rom. 8. Kal. Iul. Vrbis incendium.

Christi Annus	*Petri*	*Neronis. Imp.*	*Silio Nerua, & Attico vestino.* Coss.
67.	23.	11.	

Vel ut Plin. 8. c. 40. App. Iunio, & P. Silio.

B HOc initio, (ait Seuer. 2. hist. de incendio locutus) *in Christianos sæuiri cæptum; post etiam datis legibus, Religio vetabatur: palamque edictis propositis, Christianum esse non licebat.*

Simon Magus, huius occasione persecutionis, ne damnum in suis discipulis pateretur, quibus persuaserat se Christum esse, docuit eos palam negare, & si opus esset, etiam Idola colere. Origen. contra Celsum, lib. *6.*

Coniuratio in Neronem detecta, eius nomine cæsi, Plautius Lateranus, Consf. designatus: Seneca; Lucanus Poëta, alij plurimi, mox Poppæa Augusta, licet amatissima, ictu calcis, prægnans, occisa. Tacit. Dio, alij.

C *Christi Annus*	*Petri*	*Neronis Imp.*	*Suetonio, Paulino. Et Pontio Thelesino.* Coss.
68.	24.	12.	

PEtrus & Paulus, diuino consilio, ex diuersis orbis partibus, vt, afflictatæ Neroniano gladio, Romanæ Ecclesiæ, succurrerent, Romam conueniunt. Metaphr. 29. Iul. & alij. Petr', & Paulus Romam conueniunt.

Remissa Christianorum persecutione, conuerso Neronis gladio in Romanos, occasione detectæ coniurationis, Apostoli, Petrus & Paulus Romanis Euangelizant, cuius in prædicationis fragmento (quod extat apud Lactantium. 4. cap. 21.) est eorum vaticiniũ de clade, & excidio Hierosolymitano.

Achaiam, vt Isthmum perfoderet, nauigat Nero, & re infecta redit. Philostr. lib. 4.

D Petrus secundam scribit Epistolam ad fideles ex Iudæis, quam vt Canonicam citat Hippolyt. de Antichristo, Athan. in Synopsi. Nazian. Aug. Concil. Rom. sub Damaso ex Cresconiana collectione; Laodicenum, Carthag. 3. Romanum, sub Gelasio; scriptam vero haud longe ante consummatum martyrium, illa indicant cap. 1, 4. *Certus quod uelox est depositio tabernaculi mei &c.* Ad eam relationem quandam videtur habere Epist. Iudæ Apostoli, eodem ferme scripta argumento, ijsdemque sententijs, & fere verbis, de cuius peculiari tempore scriptionis, non constat; nisi quod post illam videtur scripta, & eiusdem esse auctoritatis, ex ijsdem auctoribus. Vterque in suis illis Epistolis insectatur hæreticos turpissimis libidinibus deditos, (qualis Simon & sectatores) atque in primis Nicolaitas, a Nicolao illo, vno de septem Diaconis, vt opinati sunt, Irenæus, Tertullianus, Hilarius, Epiphanius: sed alij, hæreticos illos abusos fuisse Nicolai nomine ad suas turpitudines, senserunt, vt Clem. Strom. Euseb. 3. hist. cap. 23. & Theodoret. 3. hæret. fab. sed in primis Ignat. qui ad Trallianos. *Fugite*, inquit, *impuros Nicolaitas, falsum sibi nomen sumentes*; & ad Philadelph. *Vt hi, qui falso nomine dicuntur Nicolaitæ.* & Clem. Constit. *6.* cap. 8. *Alij inuerecunde scortantur, quod nunc faciunt falsi nominis Nicolaitæ.* Porro Nicolaum illum Diaconum, vt virum probatissimum, ab Apostolis factũ Episcopum Samaritanum, tradit Hippolytus lib. de 72. discipulis, cui consentit Dorotheus in Synopsi. 2. Petri Epistola. E Nicolaitæ qui, & à quo dicti.

Simon magus occasione magiæ, Neroni insinuatus, & in eius gratiam volare pollicitus, idque Dæmonum arte præstare aggressus, ad preces B. Petri ad terram prosternitur Simõ Magus Neroni uolare pollicit'.

De quo Sueton. in Nerone cap. 12. his verbis. *Icarus primo statim conatu, iuxta Neronis cubiculum decidit, ipsumque cruore respersit*, & de nostris, Clem. 6. Constit. cap. 9. Arnob. contra gentes lib. 2. Epiphan. hær. 21. Cyrill. Catech. sexta, Philastrius c. 3.

Apostoli in carcerem cõijciuntur.

Occasione casus Simonis, Apostoli, mense Octobri, in carcerem conijciuntur, & nouem in eo menses, vsque ad Martyrium, detinentur. Martyrolog. Rom. Bedæ, Vsuardi; in quo Euangelizare de more, pergentes, & miraculis doctrinam confirmantes, Processum & Martinianum custodes, & alios 47. ad Christum conuertunt, quos & fonte, in ipso carcere erumpente, baptizant, qui carcer adhuc celebris, & fons perenni aqua scaturiẽs pietate fidelium frequentatur. diuturnioris in carcere detentionis fortasse causa fuit absentia Neronis in Achaia, de qua Philostratus lib. 4.

Extincto Simone, Diabolus alterum magum Romam adduxit, Apollonium Tyaneum, sub specie Philosophi Pythagoræi; de quo multa mentitus Philostratus, eum admirandum mundo exhibuit, & Hierocles, ex Areopagiticis Iudicibus, libro edito, eum Christo parem ostendere contendit, ab Eusebio egregie confutatus.

Prodigia & præludia belli, & excidij Hierosolymitani, recensentur a Iosepho 2. Belli. c. 12.

Iudæi deficiunt a Romanis, ingentibus oppressionibus a Præsidibus, maxime vero a Floro, prouocati Ios. 2 Belli.

Occupata a Seditiosis vrbe Hierosolyma, templo profanato, & ad instar arcis munito, cæsis & profligatis Romanis; Cestius Syriæ Præses, valido exercitu comparato Palæstina vastata, mense Octobri, Hierosolymam obsidet, cumque ea potiundi sæpius illi offerretur occasio, ab eo fuit prætermissa; diuino, vt videtur, consilio, ne Christiana Ecclesia, pari cum Impijs pœna inuolueretur; sed egrediendi ex Vrbe opportunitas & spatiũ daretur. Cum hæc autem (inquit Ioseph. 2. belli cap. 22.) Hierosolymis agerentur, quam plurimi Iudæorum, futurorum malorum non falsi coniectores, Hierosolymis lapsi, in alias emigrarunt Regiones. Ex his autem fuisse Christianos, qui Hierosolymis agebãt, testatur Epiphan. hær. 29. & 30. quod sic eos Christus admonuisset, dicẽs apud Matth. 24. *Cum ergo uideritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, qui legit intelligat, tum qui in Iudæa sunt fugiant ad montes &c.* quæ quidem abominatio non alia magis proprie intelligi posse videtur, quam occupatio exterioris & interioris templi a seditiosis facta, eiusdemque per cædes aliasque impuritates funestissima profanatio: desolationis vero, quod ea abominatio, (sic enim solet scriptura appellare, detestanda peccata) in signum data sit futuræ desolationis, Alterum vero signum Christianis a Domino datum ad euadendum, est apud Lucam 21. *Cùm autem uideritis circumdari ab Exercitu Hierusalem, tũ scitote quia appropinquauit desolatio eius, Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes*, quod de obsidione hac a Cestio Syriæ præside ad modicum tempus facta intelligendum potius videtur, quam de ea, cum postea a Tito Vespasiano est arctissima obsidione vallata, cum iam amplius fugæ locus non erat, & in Iudæa agentes iam penitus vastati erant. Fugisse plane Christianos, atque supellectilia forte etiam secum asportasse, argumento est Simeon Episcopus, qui ad Traiani vsque tempora superstes fuit, & Cathedra, quam ad suam vsque ætatem conseruatam, tradit Euseb. 7. c. 14. quæ alioqui cum Vrbe incendio absumpta fuisset.

Abominatio desolationis, quæ.

Nero Philosophos, edicto vrbe exigit Philostr. lib. 4. quod Magis affines illos putaret, a quibus se, licet sero, delusum agnosceret.

Christi Annus	Petri	Neronis Imp.	L. Fonteio Capitone Et. C. Iulio Rufo Coss.
69.	25.	13.	

Vespasianus, ex Achaia, a Nerone ad Iudæos comprimendos missus, ingentes eorum cædes facit. Ios.[a]

[a] De bello. lib. 3. & 4.

Petrus, & Paulus à Nerone damnati.

Petrus & Paulus 3. Kal. Iulij à Nerone ex Achaia reuerso; damnati, eodem anno eadem ambo die, martyrio coronantur. De anno testes sunt Caius Theologus peruetustus; Zephyrinus Papa, & Dionysius Corinthius, citati a Metaphr. 29. Iunij, quos & ip

A se Annalium auctor sequitur. Nam quod S. Hieronym. Euseb. secutus dicit 14. constare non potest; si quidem, cum Nero inierit Imp. m. Octobris, Marcello, & Auiola Coss. hic est eius ann. 13. qui terminatur, eodē m. Octobri quo 14. inchoatur, ad cuius anni m. Iuliū nō peruenit, occisus ad 3. K. Iulij. De die 3. Kal. Iulij consentiunt omnes, sed nō omnes eiusdē anni, alij enim, vt Prudētius, Peristephanon hym. 12. & Arator lib. 2. Actorum, in fine, & Aug. ser. de sanctis 28. anni sequētis putarūt, quam opinionē a quibusdā hæreticis fuisse vulgatā, ait Concil. Rom. sub Damaso, quod est in Collectione Cresconiana. sed in uno & eodē anno, præter supradictos, Caiū & alios, cōueniunt, Euseb. Epiphan. Hieron. & alij. Martyrologium, demūque Menologiū. præter allatā Apostolorū necis causam, casū scilicet Simonis Magi, alia accessit; quod feminas ad meliorē frugem, & præcipue ad castitatem conseruandam conuertissent. Nā Tacit. Sueton. Dio. & B alij testantur, Neronis libidinem in nobilissimas quasque feminas, impudentissime esse grassatam, Ambros. quidem (libro de non tradendis Basilicis in Auxentium Tomo 5. Edit. Rom.) *Idem* inquit, *Petrus, postea uicto Simone, cum præcepta Dei populo seminaret, doceret castimoniam, &c.* & Chrysost. aduersus vituperatores vitæ Monasticæ. Paulum, ait, Pellicem, quam tum impurissimus Nero deperibat, induxisse fidei, & religionis sacramenta suscipere, & impurum eius congressum declinare.

Petrus vrgentibus Romanis fidelibus, vt fuga se illis diutius seruaret, obsecutus, Christum obuium habet in porta, quem interrogans, *Domine quo uadis*, eoque Respondente. *Venio iterum Crucifigi*, intellexit Petrus, quod iterum Christus Crucifigendus esset in seruulo &c. Ambros. loco citato. Locus etiamnum Romæ celebris, fidem astruit facto. Eadem habentur apud Egesippum iuniorem lib. 3. de Excid. Hierosolymitano, c. 2. & C in Act. SS. Processi & Martiniani, apud Surium 2. Iulij.

Loca ipsa vbi Apostoli necati sunt, celeberrima, & in facti memoriam monumentis exornata, a fidelibus semper fuerunt frequentata.

Paulus quidem obtruncatus est extra portam Ostiensem, ad aquas Saluias lac reddēs pro sanguine, qui locus modo, ex mirando euentu, subsultantis ter capitis, & fonticulos efficientis (ad tres fontes dicitur) Petrus vero in ea Vaticani parte, quæ modo, Mons aureus dicitur, crucifixus, inuerso capite, sic ipse eligens. Acta Lini, nomine. Ambros. ser. 68. Chrysost. orat. de Princ. Apost.

Sepulchra ipsa, quod maxime mirandum est, etiam inter persecutores, & persecutiones, clarissima semper extiterunt. Caius enim antiquus Theologus circa annum Domini ducentesimum, vt refert Euseb. 2. Hist. c. 24. *Ego*, inquit, *Apostolorum Trophæa perspicue possum ostendere, nam si lubet in Vaticanum proficisci, aut in uiam, quæ Ostiensis* D *dicitur, te conferre; trophæa eorum, qui istam Ecclesiam suo sermone & uirtute stabilierunt, inuenies.* Eadem frequentata fuisse a fidelibus, ipsis persecutionum temporibus, ab vsque remotissimis regionibus, Acta plurimorum Martyrum indicant. Eorum corpora ab Orientalibus, quasi ciues suos repetentibus, tunc sublata & ad Catatumbas delata, illis diuino nutu, ne longius transferrentur, tonitru & fulgure deterritis, Romani sacra deposita recuperata, in locis, vbi nunc sunt, reposuerunt: Ex B. Greg. lib. 3. Ep. 30.

Sepulchra, ipsa Apost. etiam inter psecutiones clarissima.

Romana Ecclesia, Apostolorum Principum sanguine, & monumentis, mirifice illustrata, prædicatur a Patribus: Tertulliano de præscript. Chrysostomo hom. 32. in Epistolam ad Romanos. Theodoreto epistola ad Leonem, alijs.

Nec modo sepulchra Apostolorum, sed & ipsa passionis instrumēta, magno sunt sem E per in honore habita. De vinculis B. Petri. Acta Alexandri Papæ, & alia vetera monumenta, apud Sur. 3. Maij.

Apostolorum sanguine, quasi irrigata fides, mirifice est propagata. S. Leo ser. primo in Natiuit. Apost. *Vnde, duo ista præclara diuini germina seminis, in quantam sobolem germinarint, beatorum millia martyrum protestantur.*

Prodigia quædam visa portendere Religionis in melius mutationem, quæ Plin. tunc viuens, & videns, refert.[a] *super omnia quæ nunquam audita sunt*, inquit, *erit prodigium in nostro æuo, Neronis Principis ruina* factum, in Agro Marrucino, Vettij Marcelli, e primis Equestris ordinis, Olilueto vniuerso viam publicam transgresso, aruis inde e con-

[a] 2 Hist. c. 83. & 17. c. 25.

A

a Lib. 2. cap. 103.

trario in locum Oliueti profectis. & alibi.[a] *Amnes retrofluere, & nostra uidit ætas, Neronis Principis annis postremis.*

Beati quoque Petri vxorem Martyrium adeptam, testatur Clem. Strom. lib. 7. quo tamen tempore non constat.

De Petronilla.B.Petri, siue naturali filia, quod vulgo obtinuit; siue spirituali (quo modo & Marcum, filium suum vocauit) quod fortasse probabilius est, illud, sanctissimã Virginem fuisse, constat ex omnibus martyrologijs, & nobili cœmeterio exornatã, cuius modo corpus in Basilica Vaticana asseruatur.

Andreæ Apost. martyrium.

Andream Apostolum, post Petrum, multis peragratis Prouincijs, martyrio coronatum, habebatur in Passionibus Apostolorum, quæ ante Gelasij tempora legebantur. extat epistola Presbyterorum Achaiæ de eius Martyrio.

B

LINVS Papa, Tuscus, Volaterranus; Pauli Diaconus.

Vt habet Ignatius ep. 5. de quo Paulus 2. Tim. 4. meminit, Petro succedit.

Mira varietas de ordine & tempore horum trium Pontificum, Lini, Cleti, Clementis, apud auctores, sed, dimissis disceptationibus; nos, quod certius videtur, sequimur hoc porro ordine eos sedisse, plurium probat auctoritas, Ignatij Epistola ad Mariam Cassoboliten, in qua tamen Anacletus, falso est pro Cleto, Hegesippi apud Euseb.[b] Iren.[c] apud quem eodem errore, pro Cleto ponitur Anacletus. Epiphan. hær. 27. Hier. in Clemente de script. Eccles. Rom. denique Martyrol.

b Lib. 3. ca. 12.

c Lib. 3. c. 3.

C. Iulius vindex, Proprætore in Gallijs cum exercitu, à Nerone deficit.

Mox & Hispania audita defecisse, illum atrociter percellit, Suet. c. 42.

C

Romæ & per Prouincias martyres.

Apostolis neci traditis, non modo Romę, vbi Torpes & Euellius de Cæsaris domo, vt habet Martyrolog. Rom. Basilissa & Anastasia, & alij plurimi, quorũ nomina interciderunt, martyrio coronati; sed & per Prouincias rabies persecutionis desæuijt. Orosius.[d] quorum paucorum memoria superest in Rom. Martyrolog. Erga fideles & Martyres, eximium commendatur studium, & pietas duarum sanctissimarum mulierum Lucinæ, & Perpetuæ, in eodem Rom. Martyrolog.

d 7. c. 7.

Extat antiqua huiusmodi inscriptio in Hispania.

NERONI. CL. CAES. AVG.
PONTIF. MAXIM.
OB PROVIN.
LATRONIB. ET HIS
QVI NOVAM GENERI
HVM. SVPERSTITIONEM INCVLCAR.
PVRGATAM.

D

Sed est plane inanis & iactabunda adulatio, qua tamen significatur, & Ecclesiam in Hispania maxime floruisse, & acerrimam fuisse Neronis persecutionem, vt creditum sit Christianam Religionem ab eo penitus extirpatam.

E

Christi Annus	Lini Papæ.	Neronis Imp.	C. Silio Italico; Galerio Thræalo Turpiliano. Coss.
70.	1.	14.	

Nero se necat.

NEro, crebris defectionibus conterritus, desperatione meliorum, cum odiosus omnibus, quæri se sciret ad necem, profugus, sibi ipsi mortem infert 4. Id. Iun. anno ætatis 32. cum imperasset annis 13. m. 7. d. 28. Sueton. cap. 23. &c. Dio. in Nerone.

Vulgatum

Vulgata est fama Neronem fuisse subductum & non occisum, Suet. c. 57. idque etiam

A apud Christianos,& putatus est fuisse Antichristus,a magni nominis auctoribus,ex eo Pauli loco 2.ad Thessalon.2.ubi de Antichristo loquens,addit, *Mysterium iam operatur iniquitatis* cum tamen ea epistola sub Claudio,non sub Nerone scripta fuerit. Chrysostomus Serm. de Eleemos. & collatione,Seuerus 2. hist. & 2. Dialog. in fine; cuius rei,cum faciat auctorem S. Martinum, fortasse propterea ea opuscula a Gelasio apocryphis ascripta sunt. D.Aug.20. de Ciuit. c. 19. *Nonnulli*, inquit,*illum resurrecturum*, (Neronem) *& futurum Antichristum suspicantur; alij uero nec eum occisum putant, sed subtractum potius,ut putaretur occisus, & uiuum occultari, in vigore eius ætatis in qua fuit,cum crederetur extinctus,donec suo tempore reueletur, & restituatur in Regnum, sed multum mihi mira est hæc opinantium tanta præsumptio.* subductum, nō occisum.

B GALBA IMP.

GAlba Imperator a militibus,quibus præsidebat,acclamatus,tenet Imp.m. 7. d. 7. Sueton.

Vespasianus expugnata Galilæa, & transannana Regione,dum Hierosolymorum obsidionem parat,audita Neronis morte,& Galbæ Imperio, Titum filium legat ad Imperatorem nouum salutandum.

Christi Annus 71. *Lini Papæ* 2. *Othonis Imp.* 1. *Galba. A. & T. Viminio Rufo.* *Coss.*

C OTho,occiso a militibus Galba, 16.Ianuarij,arreptum tenet Imperium. m. 3. d.5. Sueton.

Vitellius,cum se ipso Otho interfecisset, inuadit Imperium tenetque turpissime.m. 8.d.5.Sueton.Ioseph.5.Belli.

Vespasianus,reliqua Iudæa expugnata,exceptis tribus propugnaculis,& ipsis Hierosolymis (quæ foris & intus acerrimis cladibus & calamitatibus seipsos conficiebant) de liberanda vrbe ipsoque orbe cogitans, opportune a Syriacis legionibus Imperator acclamatur. Præmissi in Italiam præfecti Vitellianos profligant,Vrbem occupant,Vitellium cædunt,Imperij,vt tradit Ios.m.8.d.5. Suet. Tacit. Dio.Ioseph. 5. de Bello. cap. 7. & 8.

D Vespasiano Alexandriæ certa maris operienti,multa miranda euenere,quæ Tacit.lib. 4.hist.recēset. Item Sueton.c.7.Sed verissimile est Apollonij Tyanei Magi,Vespasiano perfamiliaris,tumque Alexandriæ præsentis,fuisse commenta,Dæmonisque præstigias Philostr.lib.5.

Prædictiones de Messia, ex Iudæa per orbem regnaturo, plerique per id tempus de Vespasiano interpretabantur,Tacit.[a] Suet.[b] Ios.[c] 12. a L.5.hist. b Cap.4. c 7. belli. c 12.

Iudæi pergunt exitialibus inter se seditionibus conflictari Ios.6.Belli.c. 1.

Euodius Episcopus Antiochenus Martyrio coronatur. Martyrol. Rom. & alia, 6. Maij.Menologiū 7.Sept.Ex qua occasione potuerit id accidisse, cum nec Vespasianus, nec Titus mouerint persecutionem; colligitur ex Iosepho 7. Belli cap. 21. narrante de Antiocho Iudæo, Iudæis infensissimo, qui Antiochenos in Iudæos concitauit,In quibus & Christiani comprehensi forte sunt,vt ex illis progeniti, quos sacrificare in more
E Gentilium, renuentes,alios peremerunt,alios concremarūnt.

Euodio succedit Ignatius,Euseb.Chron.& hist.3.cap.16. Origen. hom.6.in Lucam Euodij epistola.lumen inscripta, quam citat Nicephorus,veteribus fuit incognita; Sed quid est quod Chrysostomus Homilia de Translatione S. Ignatij & Theodoretus in Immutabili, & Felix Rom.in epistola ad Zenonem Imperatorem,recitata in V.Synodo, affirmant,Ignatium omnium primum a Petro fuisse ei sedi Præfectum? omnino constat non modo ex Euseb.& Hieronymo,sed & ex Ipso Ignatio,post Petrum,& a Petro institutum,primum sedisse Euodium,& illi successisse Ignatium,scribit enim ad Antiochen Euodius an Ignatius primus Episcopus Antiochenus.

ses sic. *Mementote Euodij Beatissimi Patris uestri, qui primus post Apostolos gubernacula Ecclesiæ uestræ sortitus est.* An dicendum vtrumque creatum simul: Euodium quidem a Petro, vt præesset Christianis ex circumcisione, Ignatium uero a Paulo, vt ijs qui ex Gentibus, ob exortam inter eos contentionem? qua sublata, solus sederit Euodius, cui postea successerit Ignatius? id quidem videtur colligi ex Clem. Const. 7. cap. 46. vbi dicitur Ignatium ordinatum a Paulo, successisse Euodio. A

Christi Annus 72. *Lini Pap.* 3. *Vespasiani Imp.* 1. *Vespasiano. Aug. Et Tito.* *Coss.*

VEspasianus Romam nauigaturus, Titum filium ad conficiendum bellum Iudaicum dimittit. Is, præter Iudæorum expectationem, circa tempus Paschale, Hierosolymam, infinita refertam multitudine, festi causa, obsidet, 14. April. & 8. demum Sept. captam funditus excindit. Iosephus.[a] B

a Lib. 6. c. 1. 2. 4. 18.

Hierosolyma 38. a Christi morte, anno, capta, incensa & euersa, iuxta Domini prædictionem, Luc. 19. ℣. 41. & 21, ℣. 20. Ex quo fuit condita, bis millesimo centesimo septuagesimo septimo. A Rege Dauid, Millesimo centesimo septuagesimo. Ios. 7. Belli cap. 18.

Hierosolymæ & Templum captũ, & excisum.

Templum, toto orbe celeberrimum, decima die mensis Aug. incensum, quo etiam ipso die alias a Rege Babylonis fuerat concrematum, a prima structione templi, per Salomonem, anno Millesimo centesimo trigesimo, mense septimo, die decimo quinto; a posteriori vero per Cyrum facta, sexcentesimo trigesimo nono, & quadragesimo quinto die. Ios. 7. Belli c. 9. & 10. De hoc excidio non tantum meminit Iosephus, sed vt rem maxime memorabilem scriptores Ethnici suis historijs sunt id fuse prosecuti. C Tacit. lib. 5. hist. Sueton. Plutarcus, Dio. Phlegon. in chron. vt auctor est Origen. in Matth. tract. 29. Antonius Iulianus, vt habet Minutius Felix in octauio. Iudæos, cum se videant Templo ac ciuitate spoliatos, omniumque esse miserrimos, vt saltem lacrymis, quod aliunde non possent, solamen aliquod inuenirent, conuenisse scribit S. Hieronymus in Sophoniẹ c. 1. anniuersaria excidij die, persoluto tamen pretio, ea adire loca, in corporibus & habitu iram Domini demonstrantes, lacrimas fundere, & misere lamentari. legendus est locus.

Titus, captis Hierosolymis, ob victoriam se coronari non passus; arguentibus respõdit, non se talium operum auctorem, sed Deo, se, iracundiam contra Iudæos monstranti, manus suas præbuisse. Philostr. lib. 6.

Captiuorum, toto belli tempori, numerus, nonaginta septem millium; mortuorum D vero per totum obsidionis tempus, vndecies centenorum millium fuisse, est apud Ioseph.[b] Causa autem tantæ cladis & exterminij, quantum alias nullum expertum fuit natio Iudæorum, non alia existimari potest, nisi horrendum illud & maxime omnium execrandum facinus, quod in Christum, Dei filium, a Patre missum, tot oraculis prophetarum testatum, ac tot etiam tantisque miraculis illustratũ ac testimonijs declaratum, ante annos 38. iniquissime & immanissime admiserunt: non cædes Iacobi Apostoli, cum & alias, Prophetas Sãctissimos viros occiderint, non idololatriæ crimẽ, quo sæpius iã laborarunt, nec adeo sæua passi sunt, & tunc minime laborabant, imo vero vel umbram idololatriæ adeo horrebant, & auersabantur, vt nec profanas imagines legionum, per suam regionem deferri paterentur. quæ omnia cõstant apud Iosephum,[c] & Philonem.[d] E

b 7. belli. ca. 28.

Iudæi tributarij facti, didrachma, quod in templum inferre singulis annis consueuerãt, Ioui Capitolino pẽdere a Tito imperati Ioseph.[e] Quo anno serui effecti, nõ amplius seruire desierunt nec desinent, vsque ad finem mundi.

Capitolium Romæ, bello Vitelliano incensum, à Vespasiano sumptuosissime restitui tur. Suet. Tacit.

c 17. antiq. c. 8. 18. c. 7. 19. c. 6. 20. c. 4. & 5. & in fine.
d Legatione ad Caium.
e 7. bel. cap. 28.

Chri-

A

Christi Annus	*Lini Papæ*	*Vespaſ. Imp.*	*Vespaſiano A.* 2.m *&* *M. Cocceio Nerua* Coſſ.
73.	4.	2.	

TVmultuantibus in Ægypto Iudæis, plurimis cæſis, Onion eorum templum, ſic ab Onia Pontifice dictum, in ſchiſmate, aduerſus ceteros Iudæos, Hieroſolymis agentes, ædificatum, ante 333. annos, Veſpaſianus demoliendum mandat. Ioſ.[a]

Titus Veſpaſianus magnificentiſſimum de Iudæa deuicta Triumphum agit, quem Ioſephus deſcribit.[b]

B Veſpaſianus omnes ex Dauidis ſtirpe, diligenter conquiſitos, necari iubet, quia nimirum oraculis prophetarum ferebatur prædictum, ex Dauid progenie quendam æternũ regnaturum. Ioſ.[c] Euſeb.[d]

a 7. belli. ca. 29. & 31.
b 7. cap. 4.
c 7. belli. ca. 30.
d Libr. 3. ca. 11.

Christi Annus	*Lini Papæ*	*Veſpaſiani Imp.*	*Veſpaſ. Aug.* 3.m *&* *Tito Veſpaſ. Cæſare* 2.m Coſſ.
74.	5.	3.	

POſt excidium Hieroſolymorum, plures Hæreſes inualeſcunt Nazarænorum, Oſſenorum, Ebionis, Menãdri, aliorum, contra quos ſcripſere Iuſtinus, Origenes, Tertullianus, Irenæus, Epiphanius.

S. Martialis Epiſcopus Lemouicenſis, Apoſtolus Galliarum, a B. Petro in Gallias directus, poſt multos populos Chriſtiana fide imbutos, moritur. Duæ eius nomine leguntur Epiſtolæ, vna ad Burdegaléſes, altera ad Lemouicenſes, & Tholoſanos. Acta. Illud etiam memoria dignum de Martiale traditum, ſuſcitaſſe mortuum, admoto ei baculo S. Petri, quem ab eo ſibi datum, Romæ accepiſſet, meminit eius hiſtoriꝫ, & Innocent. Papa extra, de ſacra vnctione, in fine.

C — S. Martialis epiſtolæ.

Christi Annus	*Lini Pap.*	*Veſp. Imp.*	*Veſpaſiano* 4.m *&* *Valerio Meſſallino* Coſſ.
75.	6.	4.	

D ELeucadius Platonicus Philoſophus, a S. Appollinare, Epiſcopo Rauennate, ad Chriſti fidem conuerſus, eidem, his temporibus, Martyrio, vita functo, cum ſediſſet annos 29. in Epiſcopatu, poſt Abderitum, ſuccedit. Acta. Petrus Damian. in ſerm. de S. Eleucadio Martyrolog. Rom. & alia.

Veſpaſianus, Impellente Mutiano, Philoſophos, ob procaciam linguæ, quamuis ipſe leuiſſime ferret eorum contumaciam, vrbe exigit. Diogenem Iun. Cynicum, virgis cꝫdi permittit, alium quoque quemdam obtruncari. Dio. Suet. c. 13. reprehendit & Seneca li. 10. Epiſt. ad Lucil. huiuſmodi philoſophos temere potius, quã libere in omnes, ac prꝫcipue in Principes inuehentes.

Per hæc tẽpora, quaſi æmulantes Apoſtolos, & Apoſtolicos uiros, plerique Philoſophi orbem peragrantes, virtutem ſuadebant, retẽto Idolorum cultu, quales Apollonius Tyaneus, Demetrius Cynicus; Muſonius; Damis Pythagoræus: Epictetus, Diogenes E Iun. Dio. cuius etiam num extant aliquot conciones. Lucianus, his longe inferior, & alij. Philoſtr. in Tyan. lib. 5. Dio in Veſpaſ. Lucianus in Peregrino.

Philoſoph æmulantur prædicatores Euangelij.

Impoſtor quidam & nequam, ficte Chriſtianus, ne egeret, atque adeo abundaret, ex beneficentia Chriſtianorum, deſcribitur a Luciano, per hæc tempora peregrinatus, ſub nomine peregrini, ex quo colligitur effuſa largitas Chriſtianorum & effuſiſſimũ ſtudium hoſpitalitatis.

Peregrinus impoſtor.

A

Christi Annus 76.	*Lini Pap.* 7.	*Vespa.Imp.* 5.	*Vespas. A. 5.m & Tito Cæsare 3.m.*	*Coss.*

NOuissimum lustrum habitum, in quo, in media tantum parte Italiæ, intra Apenninum & Padum, plurimi, qui centesimum annum excesissent, vsque ad quinquagesimnm, reperti, Plin. 7. cap. 49.

Christi Annus 77.	*Lini Papæ* 8.	*Vespas.Imp.* 6.	*Vespasi. Sextum. Et Tito. Quartum.*	*Coss.*

B

TEmplum paci æternæ a Vespasiano celerrime & augustissime, conditur, & dedicatur: ornamenta & uasa Templi Hierosolymitani in eo reposita, Dio, in Vesp. Ios. 7. Belli c. 24. Lapid. Nummi.

Christi Annus 78.	*Lini Papæ* 9.	*Vespasiani Imp.* 7.	*Vespasiano. Septimum. Et Tito Quintum.*	*Coss.*
Christi Annus 79.	*Lini Papæ* 10.	*Vespasiani Imp.* 8.	*Vespasiano Octauum. Et Domitiano Semel.*	*Coss.*

C

VAcui sunt hi duo anni rerũ gestarum Ecclesiasticarũ, quæ quidem cõstent, cum tamen credibile sit christianos bene vsos occasione Pacis, ad propagandum ueri Dei cultum.

Christi Annus 80.	*Lini Papæ* 11.	*Vespasiani Imp.* 9.	*Commodo & Prisco.*	*Coss.*

LInus Romanus Pontifex, cum sedisset ann. 11. m. 2. d. 23. 9. Kal. Octob. Saturnini Consularis iussu, Martyrio coronatur.

D

Sanxit ne mulier aperto capite Ecclesiam iniret, Pontificale Rom. Martyrolog.

Acta passionis Petri & Pauli, sub nomine Lini, multis sunt referta erroribus.

De Vespasiano, Suetonius cap. 15. *Non temere quis punitus insons reperitur, nisi absente eo, & ignaro, aut certe inuito aut decepto.*

Quamuis igitur nullo edicto præcipuo perculerit Christianos; non putandum tamen absque pœna fuisse dimissos, qui impietatis nomine deferrentur, vt Linus Romæ, Appollinaris Rauennæ, Leontius, Hypatius, & Theodolus milites, qui Martyrio affecti dicuntur sub Vespasiano, apud Metaphrast. 19. Iunij.

Succedit CLETVS Romanus.

E

Christi Annus 81.	*Cleti Papæ* 1.	*Vesp.Imp.* 10.	*Vesp.9.m & Tito 7.m*	*Coss.*

VEspasianus moritur, anno ætatis 69. m. 1. d. 7. octauo Kal. Iul. Imp. 10. a Kal. Iul. qua die primùm in Ægypto Imperator salutatus est, qui dies, vt ait Sueton. c. 6. vt initium ac velut Natalis Imperij in posterum fuit obseruatus.

Suc-

A

Succedit TITVS.

DE Tito, hæc memoranda leguntur. Titus, ex quo tempore Principatum solus obtinuit, non cædes fecit, nec amoribus inseruiuit, sed comis, quantumuis insidijs peteretur, & continens, Berenice in Vrbem reuersa, fuit, adeo mores statim mutauit. Dio. in Tito. habuerat enim eam in delicijs, adeo vt nuptias ei pollicitus esse diceretur: tamen simul atque se huiuscemodi amore à populo ignominiæ notis sugillari sensit, licet inuitus, vt ait Suetonius, ab Vrbe dimisit inuitam. ex Suet.

Idem cap. 8. ait, eum adeo fuisse animo in omnes beneficentissimo, vt non permitteret quenquam a se minus voti compotem factum, tristem abire, Et aliquando, inquit, recordatus super cœnam, quod nihil cuiquam toto die præstitisset, memorabilem illam B meritoque laudatam vocem edidit. Amici diem perdidi, quam sententiam. Hier. vehementer admiratur, in cap. 6. ad Galat.

Pontificatum Maximum (Suet. c. 9.) ideo se professus accipere, vt puras seruaret manus, fidem præstitit: nec auctor posthac cuiusquam necis, nec conscius, quamuis interdum vlciscendi causa non deesset, sed periturum se potius quam perditurum adiurans.

Duos patricij generis conuictos in affectatione Imperij, nihil amplius quam vt desisterent, monuit, dicens, Principes fato dari, si quid præterea desiderarent, promittens se tributurum, hæc & alia, Suet. & Dio. non modo Senatorem nullum interfici iussit, sed nec alius quispiam sub eius Imperio morte affectus est.

De crimine impietatis nunquam cognouit, nec permisit alijs vt cognoscerent Dio. in Tito. Quo videtur significari, Christianos iure suo quietos agere voluisse, ac proin- C de nullum, sub eius Imperio, ea de causa multatum fuisse.

Immensum, veluti, mox casuri mundi, prodigium, obstupescenda Vesuuij montis eruptio, hoc ipso primo Titi anno contigit, quæ a Sueton. Cap. 8. summatim describitur: & a Dione in Tito fusius enarratur; atque adeo a Plinio, Epistola ad Tacitum. Hæc autem & alia id genus, à Deo viua exempla data esse hominibus ignis æterni, quibus peccatores apud Inferos punirentur, Tertull. declarat Apol. c. 49. Pacianus de Pœnit. & Confess. quo prodigioso euentu, vt & sequentis anni incendio, vsos Christianos ad profectum fidei credibile est.

Ingens prodigium.

D

Christi Annus	*Cleti Pap.*	*Titi Imp.*	*Tito. A. 8.^m & Domitiano Cæsare 7^m.* numerando etiam suffectos	*Coss.*
82.	2.	2.		

VAstissimum incendium Romæ; quod malum diuinum potius quam humanum fuit, quia non extiterit e terra, Dio ait, in Tito: quod per triduum durasse, ait Sueton. cap. 8.

Christi Annus	*Cleti Papæ*	*Titi Imp.*	*Flauio & Pollione.*	*Coss.*
83.	3.	3.		

E

TItus clementissimus, amor ac deliciæ generis humani, summo omnium dolore, a Domitiano fratre, veneno e vita tollitur, vt fama fuit, an. ætatis 41. Imperij, post Patrem 3. anno per tres menses fere inchoato. succedit Domitianus, natura sæuus, ferox & vafer. Dio. Sueton.

Domitiani Imp. ann. 1.

DOmitianus initio, ab omni abstinens crudelitate, laudatas sanxit leges. Ne quis intra fines Romani Imperij in posterum castraretur, quod huiusmodi homines

solerent esse in delicijs Dominorum. Legem Iuliam de Adulterijs restituit. Impudicitiā nobilium feminarum grauissimis pœnis coercuit. A

Probrosis lecticæ vsum ademit; iusque capiendi legata & hereditates. De Virginibus Vestalibus dirissimam exercuit quæstionem, in quas, more maiorū, animaduertit: Hinc illa adulatoria Martialis, qui hoc scribebat tempore, in quibus, *plusque* ait, *debet tibi Roma, pudica quod est.* Has pudicitiæ leges, ipse impudicissimus, sanxisse voluit, quo Tito sanctior videretur. Suet. cap. 7. Dio. in Domit.

Christi Annus	*Cleti Papæ*	*Domitiani Imp.*	*Domitiano 8.m & Flauio Sabino.* Coss.
84.	4.	1.	

Iosephus Romæ agens in magna gratia apud Domitianum, vt apud Titum, & Vespasianum fuerat, bene vtens hoc otio animā ad scribendum applicat. Idem in Vita sua, in finem. B

Christi Annus	*Cleti Pap.*	*Domitiani Imp.*	*Domitiano. 9.m & Virginio Rufo.* Coss.
85.	5.	2.	

Larua humanitatis deposita, immaniter sæuire incipit.

Philosophos Italia expellit, Musonium, Dionem cognomēto Chrysostomū, Epictetum Stoicum, & Peregrinum. Sueton. Dio. Philostrat. Lucianus in Peregrino. C

Christi Annus	*Cleti Pap.*	*Domitiani Imp.*	*Domitiano 10.m & Iunio Sabino.* Coss.
86.	6.	3.	

Templa sub Tito incensa restituit: Noua adijcit Gentilitiam superstitionem maxime auget. Martialis lib. 8. & 9. Epigramm. Sueton. & Dio.

Tres Virgines Vestales stupri damnatas, viuas, more maiorum infodi iubet, Euseb. Chron.

Duo viri totidemq; feminæ, alteri Græci, alteri Galli, ex libris Sibyllinis, viui defossi ad auertendum malum publicum. Plutarch. Probl. Rom. q. 83. Quos suspicari possumus delectos Christianos, ut quos, omnium malorum auctores habebant, vt impios & Deorum contemptores. Tertull. Apologetici. cap. 2. D

Christi Annus	*Cleti Pap.*	*Domitia. Imp.*	*Domitiano 11.m & Aurelio Fuluio* Coss.
87.	7.	4.	

a 3. c. 12. Aniano Episcopo Alexādrino, 22. anno sedis, defuncto, succedit Abilius, qui tenet sedem Ann. 13. Euseb. in Chron. & in hist.[a]

Christi Annus	*Cleti Papæ*	*Domitia. Imp.*	*Domitiano 12.m & Cornelio Dolabella* Coss.
88.	8.	5.	

Anni per agones Capitolinos numerari cæpti, qui Agon, quarto quoque anno exacto, quinto inchoabatur. primus incidit in secundum annum 216. Olymp. Suet. cap. 4. Censorinus. E

A

Christi Annus 89. *Cleti Papæ* 9. *Domitiani Imp.* 6. *Domitiano 13.m & Volusio Saturnino* Coss.

DOmitianus se Deum & Dominum appellari iubet. Sueton. c. 13. Euseb. Chron. opportune, ad confutandam superstitionem de multitudine Deorum Gētilium. Hinc assentatoris Poëtæ illud. *Edictum Domini Deique nostri.*

B

Christi Annus 90. *Cleti Papæ* 10. *Domit. Imp.* 7. *Domitiano 14.m & Minutio Rufo.* Coss.

PVgnaturus aduersus Dacos Roma discedit, superbissimus & Ignauissimus Imperator, Dio, Euseb. Chron.

Christi Annus 91. *Cleti Papæ* 11. *Domitiani Imp.* 8. *Aurelio Fuluio & Sempronio Atracino* Coss.

C

REuersus a Dacica expeditione in ciues gladium vertit: Cocceium Neruam, quod Apollonij consuetudine vteretur, in exilium mittit. Apollonium coma & barba coram se, per contemptum, radi iubet. Qui rursum euocatus, ut coram eo causam suam ageret, magicis artibus, se de eius conspectu eripit, omnibus stupētibus. Philostr. lib. 7. & 8. Neruam, Romam euocatum, Consulem designat.

Christi annus 92. *Cleti Pap.* 12. *Domit. Imp.* 9. *Domitiano A. 15.m & Nerua Cocceio* Coss.

D

S. Ioannes Apostolus, impietatis nomine, ex Asia Romam reus missus, in dolium (an in solium) feruentis olei, apud portam Latinam coniectus, & nihil læsus, in Patmon Insulā.[a] relegatur. Tertull. de præscript. c. 36. Hier. 1. in Iouin. & in Matth. c. 21. Traditio & monumētum Romę celebre, eius supplicij, apud portam Latinam extat. dies quoq; prid. Non. Iun. est perpetua memoria illustratus. Alij falso in aliud tempus referunt, vt Epiph. hær. 51. Aretas Cæsar. in Apocal. Eam Insulam Ioannem ad pietatē instituisse Metaphr. affirmat apud Oecumen. in Apocalyp.

Io. Apostolus in olei dolium conijcitur mox relegatur.

a Apoc. 1.

Christi Annus 93. *Clementis Papæ* 1. *Domit. Imp.* 10. *Vlpio Traiano & Acilio Glabrione* Coss.

E

CLetus 26. Aprilis martyrio coronatur, cum sed. ann. 12. m. 7. d. 2. succedit Clemēs Romanus, qui ordinatus a Petro, vt Tertullian. ait de Præscript. c. 32. & lib. de Rom. Pont. locum tamen cessit Lino, & Cleto. de quo Epiph. hær. 27. a viuente adhuc Petro manus impositionem accepisse, sed Episcopatu recusato, remoratum esse ad vtriusque obitum.

A

Secunda Persecutio, Domitiani.

a 3.c.13. IOannis in Patmon Insulam relegatione, & Cleti Rom.Pont.martyrio. inchoata Euseb.[a]

B.Ignatius, his temporibus, partim exilijs partim custodijs, partim vinculis se vexatum ait, epist. ad Mariam Cassoboliten. (quæ germana eius probatur ex Ignatij eiusdẽ 12. & 13.) vbi hunc annum significare uidetur scribens. *Cum Romæ apud B. Anacletum.* (Cletum legendum) *Papam esses, cui nunc successit Beatissimus Clemens, Petri & Pauli auditor &c.* hic ille creditur Clemens de quo ad Philipp. Apost. meminit cap. 4.

Antipas Mart. Antipas Pergamensis in Asia, per hæc tempora, martyrio coronatur, de quo Ioan. in Apocal. 2, 13. vt de iam ante occiso meminit, quam scripsit vltimo tempore Domitiani, iuxta Irenæum. B

Christi Annus	Clemẽtis Papæ	Domitiani Imp.	Domitiano, A. 16.[m] & Volusio Saturnino. Coss.
94.	2.	11.	

INchoata persecutio a Christianæ Religionis Antistitibus, in Consulares viros progressa, Acilium Glabrionem proxime Cõsulem, ἀθεότητος. crimine, vt ait Dio, in Domitiano, quod ad Iudæos transisset, (quo nomine ab Ethnicis censebantur Christiani) sustulit. Christianum eum fuisse, quæ scribit Dio, satis indicant.

Iudæos Romæ agentes, nouis & grauissimis exactionibus, vexat Domitianus, vsque adeo vt de arboribus agrorum, quos colerent, tributum pendere cogerentur Suet.c.12. C

Corneliam Vestalium maximam, absentem, & inauditam, damnatam, viuam defodi iubet, nouo immanitatis genere, Plin. lib. 4. epist. 11. Euseb. in Chron. Hinc colligi potest, quantam in Christianos exercuerit feritatem, qui sic in suos desæuijt.

Christi Annus	Clemens Papæ	Domitiani Imp.	Sex. Pompeio & Cornelio Prisco. Coss. Tacit. in V. Agricolæ.
95.	3.	12.	

b 3.c.3. Clementis Papæ epistolæ. SEDITIONE in Ecclesia Corinthiorum excitata, Clemens Epistolam de pace ad eam scribit; olim ob eius præstantiam in Ecclesijs legi solitam. Euseb. 3. hist. c. 2. ex Hegesippo, Iren. [b] Clem. 4. Strom. S. Hieronym. 1. contra Iouin. ait Clementem in suis epistolis omnem pene sermonem de Virginitate contexuisse. Epiphan. item hær. 30. meminit plurium Clementis epistolarum Encyclicarũ, quæ in Ecclesia legi solerent, quibus inter alia, conquestum eum fuisse ait de hæreticis, quod Petri circuitus a se conscriptos, deprauassent, addit cum Hieronymo eum prædicasse Virginitatem: Diuersæ sunt ergo ab eis, quæ modo extant 4. Epistolæ, eius nomine inscriptę. Alteram, sub eius nomine, ad Corinth. epistolam explosam, ait Photius. D

Clemens vt Petri successor, plures episcopos instituit, Taurinum, quem dedit Ebroicensibus, Lucianum Bellouacensibus; Dionysium Parisiensibus; Santonensibus Eutropium, Nicasium Rhotomagensibus, & alios alijs populis. Martyrolog. Rom. & alia, die 11. Aug. E

Christi Annus	Clemẽtis Pap.	Domitiani Imp.	L. Nonio Asprenate & M. Arricino Coss.
96.	4.	13.	

IOsephus Iudæus, uidens Ecclesiam Christianam vbique, maximè vero Romæ, florẽtem, statum vero Iudæorum plane collapsum: Vespasianum denique mortuum, cui

per

A per summam adulationem vaticinatus fuerat, quod Christo reuera, oraculis Prophetarũ, prænunciatum erat Imperium; ne inofficiosi historici nomine notari posset, prudentis potius, quam pij hominis partes agẽs, illud de IESV quod Christus haberetur a plurimis, tã Iudæis, quã Gẽtilibus, protulit testimonium, quod tamen aliter legit Hieronymus ex Græco exẽplari, sic nempe, *Et credebatur esse Christus*: magis consentanee Auctoris studio, & professioni, quam quo nostro, nunc Latine legitur; *Christus hic erat*; licet in ceteris, quæ de Christo scribit, nemine ipso cogente, professus sit veritatem.

Iosephi testimonium de Christo.

Hic libros suos 20. Antiquitatum Iudaicarũ, hoc anno absoluisse se ait in vita sua, Bella vero Iudaica, sub Vespasiano & Tito scripsisse affirmat, primo contra Appionem.

B *Christ. Annus* 97. *Clem. Papæ* 5. *Domit. Imp.* 14. *Domitiano. A. 17.^m & T. Flauio Clemente Coss.*

PRope finem Imperij Domitiani, id est hoc anno, Iren. lib. 5. ait, B. Io. Euangelistam scripsisse, quã vidit Apocalypsim, in Insula Patmo, in quam, decimo eius Imperij anno, relegatus fuerat.

Apocalypsis quando scripta.

Post martyrium Petri & Pauli Apostolorũ, Ioannem suscepisse potius, tuendas & curandas Asiæ Ecclesias, ab illis fundatas, quam ipsummet fundasse, quod scripsit Hieron. certius est. Epiphan. quidẽ Hær. 51. ait eum in senectute curasse Ecclesiam Asianã.

S. Hier. Epistola 129. ad Dardanum, duo hæc videtur de Apocalypsis libro affirmare; Inprimis veteres scriptores, eam vt Canonicam scripturam probasse, deinde temporibus suis, Græcarum Ecclesiarum consuetudine, illam minus habitam esse ratam, nec C eam in ceteris canonicis scripturis fuisse receptã, quod vltimum dixisse videri potuit, propter Basilium. Nazianz. & Nyssenum, qui interdum visi sunt abstinuisse ab eo libro citando; nec Nazianz. eius meminit in Catalogo scripturarum, vt nec Concil. Laodicenum, forte quia Can. Apostolicus 94. qui nomine Clementis habetur, nihil de eo dicit, Verumtamen vt liber Canonicus, ante Hieronymum ab omnibus Catholicis Græcis, & Latinis, habita est Apocalypsis. De Græcis hi numerantur Dionys. Ecclesiasticæ Hierarch. c. 3. Iren. lib. 5. Iustin. dialogo cum Triphon. Hippolytus de consummat. Mundi, Theophilus Alexandrinus, Meliton apud Euseb. [a] Clemens Alexandrinus [b] Origen. [c] Dionijs Alex. apud Eusebium [d] Athanasius in Synopsi. In Latinis. Tertullian. [e] Cypr. [f] Hilar. [g] Hieronymus, Damasus, in Concil. Rom. Innocentius. 1. Gelasius Papa, Rufinus, Augustin. alij. Præterea vero Concil. Ancyranum D Can. vlt. ante Nicænum celebratũ. Quamuis autem Patres illi abstinuerint ab eius citatione, non eam tamen pertinaciter impugnarunt, nam qui id ausi sunt, pro hæreticis sunt habiti, vt Cerdon. Marcion. Alogi, Theodosiani, vt est apud Epiph. hær. 45. & 51.

Apocalyps. liber Canonicus.

a 4. c. 23. & 25.
b 2. Pædag.
c hom. 7. in Iosue. & in ps. 1.
d 4. c. 24. & 26. & 7. cap. 23.
e de pscript. c. 33. & in Scorpiaco, c. 12. & alibi.
f contra Iudæos.
g præfat. in ps.

Dionysius Alexandrinus ob mysteriorum profunditatem, se non intelligere eam profitens, suspicit tamen, & credere se ait esse canonicam, vt est apud Euseb.[h] quamuis à Io. presbytero, non ab Apostolo, putaret esse conscriptam, in quo tamen vix quisquam Græcorum eum est secutus, ait Euseb. sed multo minus Latinorum.

h 7. c. 20.

Dionysius Areopagita epistola ad Io. scripta, numero decima, quam, vt legitimam agnoscunt, Metaphr. Hilduinus, & Hincmarus, de proxima eius ab exilio liberatione & mutuo congressu prænunciat, ex Diuina reuelatione, ex qua falsum conuincitur Areopagitam sub Domitiano Martyrium obijsse.

Dionys. Areop. ad Io. Apost.

E His vltimis Domitiani temporibus, PERSECVTIO in Christianos excitata, etiã in eos desæuijt, qui Iudæi essent, ex semine Dauid. Euseb. hist. 3. c. 15. ex Hegesippo.

Christi Annus 98. *Clementis Papæ* 6. *Dom. Imp.* 15. *Fuluio Valente, & Antistio Vetere Coss.*

FL. Clementem Domitiani Patruelem, vix Consulatu perfunctum, cuius etiam filios paruulos Imperij successores palam destinauerat, ob Christianam religionem, cũ

Flauiæ Domitillæ martyrium. vxore Fl. Domitilla, necandum curat, Suet. c. 15. Dio. Euseb. 3. c. 14.

Fl. item Domitillam alteram Fl. Clementis, ex sorore, neptim, virginem, ob eandem Christianam Religionem, in Insulam Pontiam relegat, Dio; Euseb. in Chron. eius memoria agitur 7. die Maij. hæc à Clemente Rom. Pont. ad pietatem instituta, &, cum Virginitatem Deo vouisset, sacro velamine consecrata fuit. Eam studio virginitatis Nerei, & Achillei sermones incenderant, qui eam primum in Insulam secuti, post inde abstracti, sub Memmio Consulari capite plexi sunt. Acta apud Sur. 7. Maij.

Clem. 7. Notarios instituit. Clemens Papa septem Notarijs Regiones Vrbis diuisit, qui, vt est in Pontificali, nomine Damasi, gesta Martyrum, curiose perquirerent, & describerent, quod arguit atrocissimam carnificinam Christianorum passim per Vrbem factam.

Domitianus, ob nimiam crudelitatem omnibus inuisus, a Stephano Fl. Domitillæ relegatæ, procuratore, confoditur, Sueton. c. 17. Dio. Philostr. lib. 8.

Succedit NERVA Senatu, & exercitu in eum consentientibus.

Domitiani statuæ omnes conflantur, arcus deijciuntur, nomen ipsum ex saxis eraditur. Dio. Macrob. [a]

a 1. Saturn. c. 12.

Nerua reos impietatis (in Deos scilicet) id est Christianos, absoluit; exules restituit; quemquam eo nomine accusari, aut Iudaicæ sectæ (quo nomine Christiani denotabantur) vetuit; grauissima Tributa Iudæis imposita sustulit, Dio. Num. *Fisci Iudaici calumnia sublata S. C.*

Christi Annus 99. *Clementis Papæ.* 7. *Neruæ Imp.* 1. *Nerua A. 3m. & Virginio Rufo.* *Coss.*

S.Io.Euangelium. S.Io. Euangelista Euangelium suũ in Patmo Insula scriptum, post alios, Ephesi euulgat, rogantibus Asiæ Episcopis, vt de Diuinitate Saluatoris altius scriberet, idque aduersus hæreses Christi Diuinitatem negantes. Athan. in Synopsi, Hippolyt. Portuensis Episcopus & Martyr. Epiphan. hær. 51. Hier. præfat. in Matth. & de script.

S.Io. Epistolæ. Tres eius extant Epistolæ, quarum duæ posteriores, non fuere semper eiusdem auctoritatis, cum prima: sed modo non licet dubitare. Prima citatur ab Hygino Epist. 1. & ab Aug. lib. qq. N. T. q. 39. vt scripta ad Parthos, sed inscriptio illa excidit, Hier. de scriptoribus, & ep. 85. Vt igitur scripto Euangelio, Cherintum, Ebionem, & alios Christi Diuinitatem negantes hæreticos visus est confutare voluisse: ita etiam duabus prioribus epistolis aduersus Basilidem et alios Christi carnem negantes, eam egregie testatam voluit reliquisse. 1. Io. 1. *Quod fuit ab initio, &c.* & 4, 2. *Omnis Spiritus qui confitetur Christum in carne uenisse ex Deo est &c.* & ep. 2. *Multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum uenisse in carne &c.* quos vocat Antichristos. Et, quod ad Martyrium, quod non subeundum dicebat Basilid. (ex Epiph. hær. 24.) 1. Io. 4, 16. *Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, Deus in eo manet, & Deus in eo.* ac rursum, *Tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, Aqua, & Sanguis*, 1. Io. 5. ℣. 8.

Apollonij Tyanei obitus. Apollonius Tyaneus, qui suis magijs mundum dementauerat, hoc anno, qua morte incertum, decedit e vita; cum ablegasset a se Damidem, (quem habuerat omnium suarũ actionum conscium) Romam ad Imperatorem Neruam, quo familiariter vsus fuerat; ne vltimi sui finis testis esset, adeo persuadendi cupidus erat, se semper esse victurum. Lucianus in Alexandro, Vitam Apollonij Tragœdiam vocat, vt non nisi malo exitu defunctus conijci possit. Discipulorum eius vitam, vt vitijs infamissimam & incantationibus, idem traducit.

Nerua, morbo consumptus, moritur, cum imperasset ann. 1. m. 4. d. 9.

Succedit NERVA TRAIANVS.

A

Christi Annus	*Clementis Papæ.*	*Neruæ Imp.*	*Nerua A. 4m. Traiano Cæs. 2m.* Coss.
100.	8.	2.	

MOrtuo Nerua 6. Kal. Febr. ſuccedit Nerua Traianus, Hiſpanus, Italicenſis, Turdetanæ Prouinciæ, ab eo adoptatus, & Cæſar dictus; nulla auita nobilitate inſignis, ſed quaſi pro munere, quod ductor x. Legionis in bello contra Iudæos, ſub Veſpaſiano, egregiam operam nauarat, Ioſephus.[a] ſic Deo, vltores tanti criminis, munerante. a de bello li. 3. c. 11. 16. 17

TRAIANI IMP. ANNVS. I.

B

TRaianus hic dilaudatus Imperator, ab ipſiſmet Ethnicis, turpiſſimorum criminũ nomine traducitur. Si quidem Dio, poſt multa de eo prædicata, ſubdit; Nihilque omnino erat, quod optime non exerceret. Vini duntaxat appetens, & in adoleſcentulos pronus, citra calumniam habitus eſt, Iuuenal. Sat. 2. Iulianus Apoſtata, Ælius Spartianus in Hadriano. hinc colligas vmbram ipſam virtutum Gentilium fœdiſſimis fuiſſe vitijs obſcuratam.

Traianus Neruam in numerum Deorum refert, impie pius. Plinius in Panegyrico. Dio in Nerua.

Status Eccleſiæ per hoc tempus erat florentiſſimus. Templis Idolorum prope deſolatis, oraculis mutis redditis. Plinius [b]. Plutarchus.[c]

C

Perſecutio ſub Traiano.

b lib. 10. ep. 97. c Dial. de oraculis.

PErſecutio in Chriſtianos mouetur hoc ipſo anno (non decimo, ut Euſebius ait, eius Imperij) vt colligitur ex Plinio epiſtola ſupra citata, nõ quidẽ ex aliquo nouo Edicto promulgato, ſed ex lege, qua Collegia ſeu Sodalitia vetuit, ex eadem Plin. Epiſtola anno eius 5. ſcripta. Poſt Neronem & Domitianum, ſigillatim, in vnaquaque Ciuitate, ſub Traiani Imperio, ex ſeditione populi excitata, grauem contra Chriſtianos perſecutionis tempeſtatem commotam, fama, & ſermone percrebreſcit. Euſeb. 3. cap. 26.

Clemens Papa Princeps Chriſtiani ſodalitij, vt Patriorum Deorum contemptor, ex reſcripto Principis, Cherſonam, vltra Pontum relegatur: Martyres plures Romæ, & in Prouincijs. Metaphr. Martyrol. Rom.

D Abilio Epiſcopo Alexandrino uita functo, ſuccedit Cerdo. Euſebius in hiſtoria & in Chronico, omnino diuers⁹ ab hæretico, qui nec Epiſcop⁹, & ſub Antonino Pio vixit.

Secundum Sæculum.

Christi Annus	*Clemen. Pap.*	*Traiani Imp.*	*C. Soſio Senecione A. Cornelio Palma* Coss.
101.	9.	2.	

HOc anno Traianus qui in expeditione Germanica apud Colon. Agrippinam exceperat Imperium, in vrbem redit. Plin. in Panegyr. Dio.

E In puerorum alimenta, duntaxat in Italia, multa largitur. Plin. Panegyr.

Hoc ipſo, a Paſſione Domini, 68. anno. S. Ioan. Apoſtolus & Euangeliſta, Epheſi mortuus ſepelitur, Hier. & Euſeb. in Chron. ex Iren. & Polycarpus apud Euſeb. Tertull. L. de anima c. 50. *Obijt & Ioannes, inquit, quem in Aduentu Domini remanſurum fuerat ſpes*. Beda mortuum ait, anno ætatis 98. vel potius 93, vt, 22. vocatus a Domino, 25. factus Sacerdos ſit, cum Hieronymus dicat pene puerum uocatum a Domino. Sepulchri in Epheſo meminere Euſeb. 3. c. 33. Hieronymus de ſcriptoribus in Ioanne. Chriſoſtomus hom. 20. in ep. ad Hebr. dicitque illud, ſicut aliorum Apoſtolorum, manifeſtum eſ- S. Io. Apoſtoli obitus.

A se,& hom.in laudem 12.Apost.ait eum post mortem,tanquam viuum, Ephesum curare,& Cœlestinus Papa litteris ad Concilium Ephesinum,eidem allusisse sepulcro uideri potest,dum ait:Reliquias eiusdem Ioannis Ephesi in honore haberi. sententiam Augustini vide,tract. 124.in Ioannem. Error aliquorum de Ioannis immortalitate,tum ex illis verbis, *& non dixit Iesus quia non moritur* &c. Io. vltimo; tum ex supradictis, refellitur.

Ioanne mortuo,eam regit Ecclesiam Onesimus,Pauli discipulus.Ignatius ad Ephes. epist.14.

Christi Annus	*Clementis Papæ*	*Traiani Imp.*	*Traiano 3.m & Frontone item 3.m Coss.*
102.	10.	3.	

B

Clemens,cum miraculis & Euangelica prædicatione,regionem exilij sui,longe lateque ad Christum adduxisset,ædificatis diuersis in locis 70. Ecclesijs, iussu Traiani in mare mergitur,9.Kal.Decemb.anno Pontif.9.m.6.d.6.ab ultima die vacationis sedis Cleti,Euseb.3.cap.28.Hieron. Acta,quæ de eius sepulcro mira produnt.Elogium Clementis,ex Eucherio,Ep.ad Valerianum.Clemens,vestuta prosapia Senatorum,atq; ex Stirpe Cæsarum,omni scientia refertus,omniumque liberalium artium peritissimus, ad hanc iustorum uiam transijt, ita que etiam in ea excellenter effloruit, ut Principi quoque Apostolorum successor extiterit.

Elogiũ Clementis.

C Quæ extant quatuor eius epistolæ ab his diuersę,quas commemorat Hieronymus 1. contra Iouin.& Epiphan.hær.30.non omnino certæ sunt fidei,uindicare tamen eas conatur Franciscus Turrianus,Societatis Iesu, a calumnia [a]

Clementis epistolæ 4.q̃ extãt nõ omnino certæ fidei.

a 2. li. cõtra Magdeb

Ab eodem Clemẽte scriptæ traduntur Constitutiones Apostolorum, quas non ignorauit antiquitas:(nam Athan.in Synopsi,eas,doctrinam Apostolorum Clemẽtinam appellat,)nõ inter Canonica sed Apocrypha ab omnibus relatę.Epiphan.hær.70. *Apostolorum Constitutio apud multos in ambiguo est, sed non reprobata, omnis enim regularis ordo in ipsa habetur, & nihil a fide adulteratum, neque à confessione,neque ab Ecclesiastica gubernatione & regula*,Per plura sæcula cum latuissent, nostra ætate in lucem prodierũt, Græce & Latine,pro quibus,ab hæreticis impugnatis,Turrianus egregiam edidit defensionem,libro contra Magdeburgens.

Constitutiones Apostolorum.

D Canones qui dicuntur Apostolorum,& ã Clemente editi putãtur, inter Apocrypha numerãtur a Gelasio,& diuerso numero feruntur,alias,60.alias 70.alias 80. aliquando etiã 50.Apocryphi porro dicuntur,quod minime certum sit ab Apostolis conscriptos; authentici uero etiam merito illi maxime dicendi,quos Sancti Patres & sacræ Synodi, & vniuersalis Ecclesiæ consuetudo,ut ab Apostolica traditione manantes, probauere, Nonnulli irrepsere minime sinceri.Vide Turr.contra Magdeb.

Canones Ap. quatenus ꝓbati.

Libros,Circuitus Petri,Itinerarium, vel etiam Recognitionum, appellatos a Clemente editos nouit etiam antiquitas, sed adhuc ipso viuente,ab Ebionæis deprauatos, Epiphanius hær. 30. affirmat. ab Eunomianis quoque, Rufinus in Præfatione ad Gaudentium; & Epiph. quidem ait ipsummet Clementem in suis Encyclicis eos redarguisse.de antiquis,præter Clementem Alexandrinum & Origenem, vix reperitur,qui hos libros in auctoritatem citarit.Traditio est,Clementem,quem acceperat a Petro,ritum offerendi sacrificium,Missam nempe ipsam, Romanæ Ecclesiæ scriptis consignat: E reliquisse.Proclus Constantinop.Biblioth.S.S.P.P.T.4.Alia nomine Clementis fuere scripta supposita,vt disputatio Petri & Appionis,quę coarguit Euseb. [b] Hieronymus in Clemente.

Clem. aliqui libri ab hęreticis corrupti.

Clem. scripta supposita.

b 3.c. 32.

Traianus hoc suo 3.Consulatu,adeo se æquum præbuit,vt abiturus Consulatu, iurarit nihil se contra legem fecisse.Plin.in Panegyr.

A

Christi Annus 103. *Anacleti Papæ* 1. *Traiani Imp.* 4. *Traiano* 4.[m] & *Sex. Arunculeio* Coss.

ANacletus 3. die Aprilis Pontifex creatur.

Traianus, Decebalo Dacorũ Rege victo, Dacicus appellat, Dio, vetus inscriptio.

Christi Annus 104. *Anaclet. Pap.* 2. *Traian. Imp.* 5. *Sura & Seruiano iterum* Coss.

B PLinius perfunctus superiore anno honorario Cõsulatu, hoc Anno Bithyniam Prouinciam suscepit administrandam, in qua Christianam Religionẽ admodum propagatam, & Deorum templa pene deserta inuenit. Igitur pro consuetudine Romana, curandi res Diuinas primum, mox humanas; multitudine Christianorum permotus, quod in omnes animaduertere, durum admodum videretur, Traianum consulit, per Epistolam [a] in qua hæc sunt verba, de ritibus Christianorum. *Affirmabant autem hanc fuisse, uel culpæ suæ, uel erroris* (qui scilicet infirmi desciuerant a fide) *quod essent soliti stato die ante lucem conuenire, carmenque Christo, quasi Deo, dicere, secum inuicẽ; seque sacramento* (non iuramentum opinor intelligunt, sed sacrum ritum, ipsamq; Eucharistiæ sumptionem, quam mundis tantum, & vitæ prauæ abdicationem spondentibus in futurum impartiebãt) *non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia,* C *ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati, abnegarẽt: quibus peractis, morem sibi discedendi fuisse, rursumque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen & innoxium, quod ipsum facere desijsse, post edictum meum, quo secundum mãdata tua, hetærias esse uetuerã.* Tum Traianus rescripsit. [b] hoc genus inquirendum quidem non esse, oblatos verò puniri oportere. Quam responsionem Tertull. Apologetici c. 2. exagitat, vt iniquã; qua, etsi feruor persecutionis extinctus fuit, non tamen Persecutio repressa, vt ait Euseb. [c] qui tamen in eo labi videtur quod in annum Traiani 11. litteras illas refert.

Religio Christiana floret in Bithynia.

a 97. lib. 10.

b ep 98. lib. 10. epi. Plin.

c lib. 3. c. 27.

Christi Annus 105. *Anacleti Papæ* 3. *Traiani Imp.* 6. *Traiano* 5.[m] & *App. Maximo* Coss.

D

HIs temporibus persecutione instante, Elxai Pseudopropheta turpissimus, ex Iudæis prodit, cogens ad nuptias, aduersãs Virginitati, multa alia mentiens. Epiphan. hær. 29. & 30. Idem ait Helcesæos, qui se ab eo descendere gloriarentur feminas duas, Martham & Marthanam, ex eius stirpe ortas ut numen adorasse hær. 33.

Traianus rebellantem Decebalum, ponte in Istro facto, debellat, & Daciam in Prouinciam redigit. Dio. Nummi.

Christi Annus 106. *Anacleti Pap.* 4. *Traiani Imp.* 7. *Surano atque Marcello* Coss.

E

ANacletus cum adhuc presbyter esset, construxit atq; composuit super corpus B. Petri insignem claramque memoriam, quam ad Zephyrini tempora perseuerasse, hæc verba Caij antiqui Theologi, apud Euseb. [d] qui sub eo vixit, probant: *Ego, ait, Apostolorum Trophæa perspicue possum ostendere. Nam si lubet in Vaticanũ proficisci, aut in uiam, quæ Ostiensis dicitur, te conferre, trophæa eorum qui istam Ecclesiam, suo sermone & uirtute, stabilierunt, inuenies.* lib. Pontif. in Anacleto. Hic B. Petri memoriã construxit atque composuit, idest Ecclesiam.

Anacletus illustrauit sepulchrum B. Petri.

d lib. 3. c. 24.

Traianus e bello Dacico reuersus, Romam, plurimis Barbararum gentium legatis, atque adeo Indorũ, prosequentibus, Bibliothecas extruxit, & columnã Ingentẽ in foro quod Traianum dictum est, statuit. Dio in Traiano, quæ inter nobilia uetera monumenta prostrata, vel quassata, adhuc integra manet, in cuius vertice Sixtus Quintus ingentẽ æneam statuam deauratam B. Petri Principis Apostolorum, solenni ritu dedicauit, anno suo tertio. A

Colũna Traiana.

Christi Annus 107. *Anacleti* 5. *Traiani Imp.* 8. *Candido & Quadrato* Coss.

TRaianus ab vrbe, in Armenos & Parthos, ac alios finitimos Populos mouẽs, alios subegit, alios in deditionem accepit, Dio. Tunc quoque accidit, quod Suidas meminit, vt Abagarus Rex Edessæ (a seniore fortasse, qui Christi temporibus vixit, progenitus) Traiano munera miserit. Edessena quidem Ciuitas sub Traiano persecutione vexata fuit. Martyres plures celebrãtur, Barsimeus Episcopus, Sarbellius, & Barbea soror 29. Ian. & 30. Martyr. Rom. B

Martyres Edesseni.

Christi Annus 108. *Anacleti Pap.* 6. *Traiani Imp.* 9. *Commodo vero & Cereale.* Coss.

TRaianus lustrans exercitum, inuentos vndecim mille Christianos, Dijs sacra facere recusantes, in Armeniam relegat, vt ignominia notati; Christiani esse desinerent. Cum vero Romulus V. C. Imperatoris domus præpositus, eum admoneret, vt de re minus prudenter gesta, professus se quoque Christianum, eius iussu verberibus cæsus, obtruncatur, Martyrolog. Rom. 5. Septembr. Menolog. item Græcorũ quod in Romulo, ait, Christianos plurimos in exilium misit, & in fidei confessione perstantes, morte affecit. Vt non leuis sit coniectura, hos esse illa decem millia martyrum, qui in Siluis montis Ararat, in Armenia, sunt crucifixi; leue quid veritati obstare videtur, quod sub Adriano, dicant ipsorum acta, vel quod in illud vsque tempus sint reseruati, quem Traiano scimus successisse, vel alia quapiam de causa aut errore. Martyrologium Rom. 22. Iun. C

Vndecim millia Christianorum militum relegata

Traianus Hiberos, Sauromatas, Hosdroenos, Arabas, Bosphoranos, Cholcos in fœdus accipit; Seleuciam, Ctesiphontem, Babylonem occupat, ac tenet, Mari rubro Classẽ, ad vastandos Indiæ fines emittit. Euseb. in Chron. D

Christi Annus 109. *Anacleti Pap.* 7. *Traiani Imp.* 10. *Senecione & Sura* Coss.

S. Simeon frater Domini dictus, Cleophæ filius, Episcopus Hierosolymit. 120. Annorum cruci affigitur Euseb. in Chron. & in Hist. 3. c. 26. ex Hegesippo.

Apostolis & Apostolicis viris vita functis, hæretici audacius, & impudentius falsa dogmata spargere cæperunt. Euseb.[a]

a 3. c. 26. & 4 c 21.

S. Ignatius Episcopus Antiochenus, vt primus totius orientis, Romam vinctus mittitur, sequenti enim anno 11. Traiani, eius Martyrium ponitur ab Euseb. in Chronico, & a Hieronymo. E

S. Ignatius abducitur Romam.

Abducto Ignatio, Ecclesiæ Antiochenæ pax datur a persecutione. Ignatius Epistola 9. & 12. ad Antiochenos, & Philadelphios & ad Smyrnen. Smyrnam cum venisset, Maritimam Ioniæ vrbem, comitibus Gauia ex Syria, Agathopode & Philone ex Cilicia, Omnium ferè Asiæ Ciuitatum legationibus, per Clericos, & Episcopos, cultus & recreatus est, ipsemet in suis epistolis, inde scriptis ad Ephesios, Trallianos, Magniesianos, inde item scripsit ad Romanos, quæ est omnium nobilissima epistola, in qua ingen-

A tem sui animi submissionem ostendit, & ardens Martyrij desiderium expromit, & egregium de Ecclesia Romana præconium edit, Troadem delatus, inde scribit ad Philadelphenos, & ad Ipsos Smyrnen. & ad Polycarpum, eorum Episcopum. Inde Neapolim Macedoniæ, & mox Philippos progressus, scribit ad Antiochenos, ad Heronem Diaconum, & ad Tharsenses. Philippis terra discedens in Dalmatiam, scribit ad Philippenses.

S. Polycarpus has Ignatij epistolas collegit, ipse Polycarpus ad Philippenses. Eusebius, & Hieronymus priorum septem Smyrnæ & Troadæ scriptarum, tantum meminerunt; cui collectioni a Polycarpo factæ, quatuor postea additæ sunt, tres Philippis datæ ad Antiochen. Tarsen. & Heronem Diaconum, quarta vero ad Philipp. quæ posterior collectio, Philippensium vt opinor, & Græcis & Latinis postea innotuit, quarũ germana similitudo cum prioribus, omnem aufert ambigendi occasionem. eius generis est & ea, quæ data est ad Mariam Cassobolitem. S. Polycarp. colligit Ignatij ep.

B

Ignatij epistolæ ditissimum sunt promptuarium Traditionum Apostolicarũ, magno Dei consilio, inter tot naufragia scriptorum, conseruatæ, plenissimum item Armamentrium cautionum ad vitandos Hæreticos. Ecclesia Roma. quam florens.

Quam florens esset Romana Ecclesia per id tempus, numero & sanctitate, indicat exordio Epistolæ ad Romanos idem Ignatius.

Plures quidem alias eum scripsisse epistolas oportet, sed non extant, nisi quod tres alię feruntur, ad S. Ioannem Apostolum & Euangelistam, ad Sãctissimam Deiparam, & ipsius Deiparæ ad Ipsum, sed dubiæ sunt fidei. citauit tamen eas S. Bernardus Ser. 1. in Ps. 90. & alij recentiores.

C Primus Ignatius in Ecclesia nomina nouem ordinum Angelorum vna coniunxit epistola ad Trallian. S. Dionysius Areopag. lib. de Diuinis nominibus citat ex epistola Ignatij ad Romanos. illud: *Amor meus crucifixus est*. Ex quo colligitur Dionys. post Ignatium scripsisse, nec sub Domitiano Martyrio affectum, quod aliqui affirmarunt. Nomina nouem ordinũ Angelorum ex Ignatio.

Consueuisse S. Ignatium in singulis suis epistolis ad calcem illa apponere, tãquam speciale aliquod signum epistolarum Apostolico more, Amẽ Gratia, quo etiam charactere eius successores vsi fuere; constat hoc ex Gregorio lib. 4. ep. 37.

Zosimus & Rufus & alij martyres hoc anno Philippis in Macedon. Polycarp. ad Philipp.

Christi Annus	*Anacleti Papæ*	*Traiani Imp.*	*Gallo & Bradua Coss.*
110.	8.	11.	

D

S. Ignatius Episcopus Antiochen. Romæ leonibus expositus in Theatro, ab eis deuoratur, dimissis tantum asperioribus ossibus, quæ magno cum honore Antioch. delata, innumeris coruscant miraculis. Euseb. in Chron. Hieronymus, Chrisostomus Metaphrast. apud Sur.. 1. Ian. S. Ignatij Martyrium.

Hero Diaconus succedit illi in Episcopatu Antiocheno, iuxta Ignatij prænotionem, epistola ad ipsum, & ad Antiochen.

Onesimus item Ephesiorum episcopus, Pauli discipulus, Romam vinctus perductus, lapidatur, cuius post Reliquiæ Ephesum transferuntur. Martyrologiũ Rom. 16. Febr.

E In Macedonia Dyrrhachij S. Astius, siue Antistius Episcopus, supplicio crucis martyrium consummat, cuius exemplo septem Christiani, ob persecutionem Italia profugi, Christum apertè profitentes, in mare merguntur, Martyr. Rom. 7. Iulij.

Cerdoni Episcopo Alexandrino defuncto, anno sedis vndecimo, succedit Primus. Euseb. in Chron.

A

Christi Annus	*Anacleti Papæ*	*Traiani Imp.*	*Messala & Pedone* } Coss.
111.	9.	12.	

Ratio chronologiæ cōstat ex Euagrio.

QVasi in ultionem mortis Ignatij, funestissimo terræmotu Antiochia, ibidem agente in hybernis Traiano, & ægre per fenestram erepto, afflicta est, Pedone altero Consule extincto. Dio, ratio temporis extat ex Euagrio lib. 2. c. 12. dum interlapsos annos ab hoc terræmotu, ad eum qui fuit, Leone Imper. exacte numerat.

B

Christi Annus	*Euaristi Papæ*	*Traiani Imp.*	*Pisone & Hasta Crispino & Orsito* alijs } Coss.
112.	1.	13.	

Sed de Cōsulibus non est laborādum cum de Annis Imp. constat.

ANacletus Martyrio coronatur 13. Iulij Martyrologiū Rom. cum sedisset an. 9. m. 3. d. 10. leguntur eius titulo Epistolæ tres, Euaristus Græcus post dies 13. sufficitur.

Tituli presbyt. diuisi.

Hic titulos in Vrbe Roma presbyteris diuisit, id est domos recens Diuino cultui mācipatas, quas Ecclesias dicimus, sic dictas, a titulis fiscalibus sumpta nomenclatura; fuisse autem titulum, quo aliqua Domus Diuino cultui manciparetur, signum crucis, colligitur ex edicto quodam Theodosij.[a]

C

[a] L. ultima de Pagan. C. Theodos.

7. Diaconos ordinauit qui custodirent Episcopum prædicantem, propter stylum veritatis, idque ob muneris Maiestatem, gaudet quippe multorum testimonio veritas, Pont. Romanum.

Perseuerauit diu in Ecclesia Romana numerus 7. Diaconorum, ex primæ ordinationis ab Apostolis factæ, memoria, & reuerentia. Ijdem 14. Regionibus à Fabiano post præfecti, vnde & Regionarij dicti, & in Concilio Rom. sub Siluestro, Diaconi Cardinales. Pantheon Romæ templum celeberrimum quod erat Iouis vltoris delubrum (Plin. lib. 36. c. 15.) iuste numine vlciscente, de cęlo tactum, incenditur, cum uera religio, Romanorū persecutione vexatur. Euseb. in chronico.

Maro, Euthyches, Sulpitius, Seruilianus, Hiacynthus, Cęsarius, Diaconi, & alij complures martyrio Coronati. Martyrologium Rom.

D

Christi Annus	*Euaristi Papæ*	*Traiani Imp.*	*Calpurnio Pisone & Rustico Bolano.* } Coss.
113.	2.	14.	

IVsto, Hierosolymitano episcopo, succedit Zacheus, deinceps Tobias, Beniamin, Ioannes, Matthias, Beniamin alter, omnes sex intra 13. annos consumpti, Euseb. Chron. vnde colligere licet Ecclesiam Hierosolymitanam fuisse dira persecutione vexatam, cum & Dio affirmet, Traianum Iudęis, non modo Christianis, infensissimum fuisse.

E

Christi Annus	*Euaristi Papæ*	*Traiani Imp.*	*Traiano 6m. & Africano.* } Coss.
114.	3.	15.	

CHristiani mutationes rerum & Clades Romæ prænunciantes, ex tanta Traiani, vt videbatur, felicitate, irrisioni erant, quasi vani, & vana iactantes (vt colligitur ex Luciani Philopatro) quæ tamen, haud falsa Vaticinia probauit euentus. Quæ aduersa & ingentia prodigia contigerunt, lege apud Dionem.

Traianus, qui ante biennium, transmisso Euphrate, Assyrios, Persas, Arabes, & alias

plures

A plures gentes subegerat, hoc anno Parthicus, Arabicus, & optimus a Senatu est appellatus, & Romæ Triumphalis ei arcus decretus, & alia multa in eius honorem. Sed ipse languescente corpore, & deficientibus viribus, neque Romam redire neque quidquam superiore vita, & rebus gestis dignum deinceps amplius efficere valuit. Imo vero præ tædio bellorum, & magnitudine curarum coactus, aliqua ex parte, gẽtes, quos subegisset, liberas facere. Dio.

Annus, Rebellione gentium domitarum, Romano Imperio plane funestus.

Christi Annus	*Euar. Pap.*	*Traiani Imp.*	*Ninnio Hasta, & Manilio Vopisco.* *Coss.*
116.	5.	17.	

B IVdæi rebellant, & ducenta amplius hominum millia, circa Cyrenen, cędunt. Dio. Euseb. in Chron. & in hist. [a] sed male refert in annum Traiani 18. a lib. 4. c. 2.

Ijdem in Cypro, ad ducenta quadraginta millia trucidant, qua facti atrocitate, de cętero, Iudæis capitale fuit Cyprum attingere, Dio. Euseb. in Chron.

Credibile est, Iudæos adeo in Romanos sæuientes, Christianis non pepercisse, quin eorum ingentes cædes fecerint, quos infensissime odissent.

Traianus per suos duces, Iudæos, per vniuersum orbem terrarum, profligat.

Christi Annus	*Euar. Papæ*	*Traiani Imp.*	*Hadriano & Salinatore.* *Coss.*
117.	6.	18.	

C FLorescente in dies magis Ecclesia, Iudæorum natio miris modis conflictabatur, Euseb. 4. Hist. cap. 2. Iudæi in Mesopotamia rebellantes, à Romanorum exercitibus, infinito numero, trucidantur, Euseb. in Chron.

Christi Ann.	*Euar. Pa.*	*Traian. Imp.*	*Aeliano & Vetere vel secundũ Cassiod. Hadr. 2ⁿ. & Rustico.* *Coss.*
118.	7.	19.	

TRaiano Antiochia reuerso, & persecutionem continuante, rem prodigiosam narrat Nicephorus [b] de quinque Christianis virginibus combustis, & cineribus ęri b lib. 3. c. 23.

D admixtis, de quibus, vasis conflatis, & lauacro, quod magnificentissime exstruxerat, dicatis, quicunque ea, lauationis causa ingrediebantur, caligine & vertigine correpti, cũ impetu procurrebant, & concidebant.

Quod tradit Suidas de edicto cessationis à persecutione, a Traiano promulgato, quod Tiberianus Palæstinæ Præfectus eum admonuerit, se non esse parem occidendis Christianis qui se offerebant, hoc anno promulgatum oportuit.

Millenarij error à Papia Hierapolit. Episcopo, tempori Apostolorum proximo, & Io. Senioris auditore, ex male intellecto loco Apocal. 20. inuehitur, in quem Iren. & Iustinus Martyr, & complures alij magni nominis viri inciderunt, nec tamen transijt in hæresim, nisi postquam Damasus illum damnauit in Apollinare, pugnacius illũ defendente. De cuius Papiæ libris quinque, expositio sermonum Domini inscriptis, fragmenta citantur, ex Irenæo, apud Euseb. [c] Millenarij error.

E c lib. 3. c. 39. & 33.

Memoria Papiæ, vt spectatæ sanctitatis viri, Extat in Ecclesia 22. Febr. Martyrolog. Rom.

Crescens Episcopus in Gallia 27. Iun. Zacharias item eius successor, in Ecclesia Vienn. 26. Maij. Maurus quoque Episcopus in Apulia 27. Iulij. Martyres sub Traiano habentur in Martyrolog. Romano.

A

Christi Annus	*Euaristi Pap.*	*Traian. Imp.*	*Nigro & Aproniano vel Catilio & Fuluo.* Coss.
119.	8.	20.	Iuxta Cassiod. vel iuxta Spartianum Hadriano 2.m

TRaiano mortuo Selinunte in Cilicia, quæ post dicta est Traianopolis, siue morbo, siue veneno, quod etiam ferebatur (ait Dio) cum imperasset ann. 19. m. 6. d. 15. Hadrianus, siue adoptatus vere, siue commento Plotinæ Aug. Legatus in Syria, capessit Imperium.

Traianus inter Diuos refertur, & solus omnium intra vrbem sepelitur, ossibus in vrna aurea conditis, in foro ab eo ædificato, super columna, cuius altitudo centum quadraginta pedes habet. Eius probitatis tanta opinio fuit, vt vsque ad nostram ætatem (ait Eutropius) non aliud Principibus a Senatu acclametur, nisi Felicior Augusto, melior Traiano. Dio, Spartian. Victor. Eutrop. B

Christi Annus	*Euarist. Pap.*	*Hadriani Imp.*	*Vero & Augure.* Coss.
120.	9.	1.	Cassiodoro. Alijs Hadriano 3m. & Salinatore quod verius videtur ex inscriptione.

C

PLacidas Græcis, Placidus Latinis, Magister Equitum in bello Iudaico, cum Traianus dux esset decimæ Legionis, quique postea in bello Dacico enituit, denique Christianus Diuinitus factus, & Eustachius dictus, is probabiliter creditur, qui sub Hadriano cum vxore Theopista & filijs, insigni martyrio coronatus est. 12. Kal. Octob. Acta. Martyrolog. Menolog.

Compositis rebus Orientis, Hadrianus Romam venit antiq. nummus.

Viginti duas myriadas auri cum dimidia, Hadrianus Ciuibus Romanis dimittit, Syngraphis in Romano foro combustis. Dio. Spartian. Vetus inscriptio.

Imp. Cæsar Traianus Hadrianus Aug. P. M. Tr. P. Coss. III. Reliqua vetera H. S. Nouies Mill. abolita. S.C. D

Hadrianus quoniam sibi in Politicis omnibus æmulandum atque adeo superandum Traianum proposuerat, persecutionem dirissimam in Christianos continuat, eoque atrociorem, quod a Iudæis prognati credebantur, qui per hæc tempora, vbique fere rebellantes, odio Gentilium laborabant.

Dion. Areop. martyrium.

Dionysium Areopagitam Parisiorum Episcopum, cum Eleuthero & Rustico, martyrio coronatum, sub Hadriano, edunt Beda, & Ado, ex Aristide Atheniensi, lib. de Christiana religione, quem quidem hoc anno centum & decem annorum fuisse constat, si quidem se 25. annorum fuisse, cum Solis illud deliquium contigit in Passione Domini, ad Apollophanem scribens, ipsemet testatur: Nam sub Domitiano passum mortem, quod Metaphr. Hilduinus, & Hincmarus affirmant, constare non potest, Vide A. D. 97. & 109. vbi de Ignatio fit mentio. Porro de eius operibus, quod aliqui ambigunt, certum est, vt eius cognita ab antiquioribus, Dionysio Alexandrino, Athanasio, Ioan. Chrysostomo, Cyrillo Alexandrino, Gregorio Magno, Martino Papa, & Martyre, Agathone, Hadriano, & denique Nicolao primo, præter innumeros recentiores. Quod vero Eusebius, vt Arianus, de illis reticuerit, id dolo malo ab eo factum possumus suspicari, cum ea, hæresi illi aduersentur; & S. Hieronymus non laborauit colligere auctores ab Eusebio prætermissos, sed de illis plures extant Apologiæ veterum, & recentiorum, quibus omnia obiecta diluuntur. E

Dionysij opera antiquiorib. cognita.

HÆRETICI qui adhuc viuentibus aliquibus viris Apostolicis, vt Ignatio &

alijs

A alijs clam virus ſpargebant; illis vita functis, latius effuderunt, Menander fœda Simonis propago, ex quo Saturninus Antiochenus, Baſilides Alexandrinus, Carpocras, omnium nefandiſſimus, patria item Alexandrinus & alij. Ignat. ad Trallian. Clem. 7. Strom. Euſeb. in hiſt. [a] 1 4.c.7.

Hi fere ſpecioſo nomine, Gnoſtici appellati, ſuis nefandiſſimis flagitijs, Diabolo id agente, Chriſtianam profeſſionem infamarunt, & odioſiſſimam ipſis Gentilibus reddiderunt, quaſi omnes illis ſimiles eſſent, ad quam infamiam abſtergendam plures editæ fuerunt Apologiæ, a Iuſtino Martyre, Athenagora, Ireneo, Origene, contra Celſum; Tertulliano, & alijs. Ipſemet Plotinus, Platonicus Philoſophus, aduerſus Gnoſticos ſcripſit, quod doctrina Platonis abuterentur, ad ſuas ſordes honeſtandas, eoſque Epicuræis deteriores eſſe ait Porphyr. in vita Plotini. Gnoſtici hæretici peſſimi.

B

Christi Annus	*Alexandri Pap.*	*Hadriani Imp.*	*Auiola & Panſa.* } *Coſs. Caſsiod.*
121.	1.	2.	

EVariſtus Papa, cũ ſed. an. 9. m. 3. 26. Octob. Martyrio coronatur Martyrolog. Rom. Alexãder poſt dies 18. ſublegitur, de ingreſſu hoc anno 121. Alexandri, Index, ab Honorio Collectus, manuſcriptus in Vaticana Biblioth.

Iudæi, occaſione abſentiæ Principis, rurſus rebellantes, rurſus domantur. Euſeb. in Chron. Hiero. in cap. 9. Danielis.

C

Christi Annus	*Alexandri Pap.*	*Hadriani Imp.*	*Paterno & Torquato.* } *Coſs.*
122.	2.	3.	

Caſſiod. Alij Aurelio Antonino poſt Pio dicto (de quo Cõſulatu Spart. in Anton.) & C. Atilio Seuero.

PRimo, in Sede Alexandrina defuncto, anno ſedis 12. ſubrogatur Iuſtus Euſeb. in Chron.

Hadrianus rebus Vrbanis compoſitis, peregrinationem per vniuerſum orbem Rom. inſtituit, ſingularum prouinciarũ proſpiciens ſecuritati atque vtilitati. Quamombrem
D cuſus eſt nummus, cũ hac inſcriptione. Locupletatori orbis terrarum. De Prẹſidibus & Procuratoribus ſeuere iudicat, Aſſeſſores adhibet I. C. Senatui probatos, præcipue Iulium Celſum, Saluium Iulianum, Neratium Priſcum, & alios. Spartian.

Pergens perſequi Chriſtianos, Fauſtinum Presbyterum & Iouitam Diaconum, Brixiæ, damnat ad beſtias, quæ cum illis parcerent, Calocerus, & alij complures ex familia Principis conuertuntur: item Afra, Rhetiarum Præſidis vxor, qui poſt omnes obtruncantur, Acta, apud Sur. die 16. Febr.

Papa, cum multis, ob perſecutionem, latet in Cryptis. Acta eadem.

Calimerum Epiſcopum ordinatum, Mediolanum mittit.

Martyres, per hæc tempora, Seraphia virgo Antiochena, Martyrolog. Rom. 3. Sept. Sabina nobiliſſima Romana 29. Aug. Sophia, cum tribus filiabus, ad pietatem egregie
E inſtitutis, 1. Aug.

Christi Annus	*Alexand. Pap.*	*Hadri. Imp.*	*Glabrione & Torquato.* } *Coſs.*
123.	3.	4.	

Caſſiod. Alijs Annio Vero & Augure.

HAdrianus tranſgreſſus in Britanniam, muro ducto per octoginta paſſuum millia, Romanos à barbaris diuidit, Spartian.

A

Alexandriæ seditio ob Apim inuentum, concitatur, pro quo, trahente eum ad se vno quoque, cædes fiunt. Spart. De Api. Herodot. in Thalia, & Euseb. de Præp. 2. c. 11.

Aurelius Antoninus, qui et Arrius Antonin. ab auo materno, post Augustus & Pius dictus, Asiæ Proconsulatum gerit, Spart. Huic quæstiones in Christianos exercenti, tota vna ex Ciuitatibus Asiæ, Christiana, se illi ad necem obtulit, qua re perterritus, paucis damnatis, exclamat; O miseri, si cupitis perire, præcipitia & restes habetis. Tertull. ad Scapulam, c. Vltimo.

Inde ingens Christianorum alacritas ad mortem, pro fide subeundam, satis colligitur.

B

Christi Annus	*Alex. Papæ*	*Hadriani Imp.*	*Asiatico & Quincto.* Coss. Cassiod.
124.	4.	5.	Alijs, Auiola & Pansa.

HAdrianus in Lybiam, a Iudæis sub Traiano vastatam, colonias ducit. Euseb. in Chron. Hispanias peragrat. Spart.

Christi Annus	*Alex. Pap.*	*Hadriani Imp.*	*Vero & Ambiguo.* Coss. Cassiod.
125.	5.	6.	Alijs, Arrio Pettino, & Aproniano.

C

HAdrianus ex Hispania in Achaiam venit. Euseb. Spart.

Athenas venit, Sacris Eleusinijs turpissimis, initiatur, illis leges dat. Euseb. 4. c. 3. Spartianus.

Atheniensiū Ecclesia florentissima. Atheniensem Ecclesiam fuisse florentissimam, colligitur ex Orig. contra Celsum lib. 3. vbi eam & Corinthiorum & Alexandrinorum, & omnem omnino Ecclesiam Christianam præstantiorem omnibus rebus publicis Gentilium ostendit. Eam persequitur Hadrianus, occiso Publio Episcopo, cui succedit Quadratus. Euseb. [a] Hier. in catal.

a lib. 4. c. 3.

D

Christi Annus	*Alex. Pap.*	*Hadriani Imp.*	*Gallicano & Tatiano.* Coss. Cassiod.
126.	6.	7.	Torquato & Glabrione. Græcis. Fast. Consulum Fasti sub Traiano & Hadriano sunt confusi, nullo tamen damno Chronographiæ, quæ constat ex annis Impp.

ADrianus Athenis Romam redit, in Africam transmittit, Spart. Nummus. Restitutori Africæ. De statu Ecclesiæ Africanæ & Hadriani persecutione, ob veterum monumentorum iacturam, nihil constat.

E

Christi Annus	*Alex. Papæ*	*Hadriani Imp.*	*Scipione & Aquilino.* Coss.
127.	7.	8.	

POst Philippum, Seneca Hierosolym. Episcopus, post quem, Iustus, cui succedit Leui, more Ephrem; inde demum Iudas, vsque ad euersionem; sub Hadriano anno 19. Euseb. in Chron.

Hadrianus ex Africa Romam redit. Spartian.

Gra-

A GRAVISSIMA PERSECVTIO, vt nullo iudicio sed clamore tantum vulgi, Christiani neci darentur. de tanta iniquitate, Serenius Granianus Asiæ Proconsul, apud Imp. conqueritur. Euseb. [a]

a 4. lib. c. 8. & 9.

Christi Annus	*Alex. Papæ*	*Hadria. Imp.*	*Vero & Bibulo.* Coss.
128.	8.	9.	

Alij Celso & Marcellino.

HAdrianus in Orietem proficiscens, Athenas repetit, & Iouis Olympij Ædem et Aram sibi dedicat. Spartianus.

B Quadratus Apostolorum discipulus & Athen. Episcopus, orat coram Adriano, pro Christianis & Apologiam tradit. Euseb. Chron. & Hist. [b] In ea asserit quosdam a Christo sanatos, & a mortuis excitatos, ad longinquum tempus superstites, sibi cognitos fuisse. Eidem Adriano Aristides, pro Christianis, dat Apologiam. Euseb. Hier.

Quadratus Apolog. edit b 4. c. 3. Aristides it&

Ex his Hadrianus, & ex litteris Serenij Graniani, Asiæ Procõsulis, mitior redditur, extat rescriptum ad Serenij successorem, Fundanum, apud Euseb. 4. cap. 8. 9. ex Iustino.

Christi Annus	*Alex. Pap.*	*Hadr. Imp.*	*Gallicano & Titiano.* Coss.
129.	9.	10.	

C ASiam peragrat, erecta sibi templa dedicat. Præsides Prouinciarum seuere punit. Spart.

Christi Annus	*Alex. Pap.*	*Hadr. Imp.*	*Torquato & Libone.* Coss.
130.	10.	11.	

HAdrianus ex Asia in Syriã uenit. Hierosolymã pridem euersam, rursum habitari iubet; Vrbem Æliam Capitolinam appellat. Ioui, ex aduerso Templi, ædem excitat. bellum hinc graue, & diutinum exoritur, indignantibus Iudæis peregrinos secum habitare, externa sacra fieri, & externorum Deorum imagines in ipsa constitui. quieuerunt tamẽ donec Hadrianus in proximo esset. clam interim se parantes ad bellum, quo D longius digresso, in arma vertuntur: contempti primo, mox cogniti quantum bellum mouissent. fere, vt sic dicam, vniuersus terrarum orbis, ex motu Iudæorum, concussus est, ex Dione in Hadriano. Barchochebas Iudæorum Dux, nolentes Christianos Christum abnegare, & aduersus Romanos militare, omnibus cruciatibus necat. Euseb. in Chronico. A Rufo Iudeæ Præfecto infinita prope Iudæorũ millia cæduntur. Eusebius [c]

c Li. 4. hist. c. 6.

Aliam causam belli affert Spartianus, quod mutilare genitalia vetabantur.

Iustinus Samaritanus, huius belli occasione profugus; quomodo, post tentatas omnes Philosophorum sectas, uni Christianæ doctrinæ adhærendum censuerit, idemmet narrat. Dial. cum Triphone.

E

Christi Annus	*Alexandri Pap.*	*Hadrian. Imp.*	*Celso & Balbo.* Coss.
131.	11.	12.	

HEros Episcopus Antiochenus, Martyr. 17. Octob. succedit Cornelius, Euseb. Chron.

Hadrianum maxime infensum fuisse Ecclesiæ Antiochenæ, ut florentissimæ, & ab Apostolis excultæ credibile est, Antiochenses quidem odisse scribit Spart.

Ex Syria in Arabiam venit. Spartian.

Christi Annus	*Sixti Pap.*	*Hadriani Imp.*	*Catullino & Apro.* Coss.
132.	1.	13.	

A

ALexander Papa, cum complures Senatores, & Præfectum vrbis Hermetem, cum omni familia, aliosque Romanos ciues, ad Christi Religionem perduxisset, V. Nonas Maij, sub Aureliano Iudice, post dira tormenta, obtruncatur, cum sed. ann. 10. m. 5. d. 20. Acta, ex parte tamen mendosa.

Euentius, Theodolus, Hermas Præfectus cum suis, Quirinus Tribunus, & alij complures Martyrio coronati, Acta.

Ale. Pap. Decreta.

Quod in Pontificali dicitur de eo, Miscuisse Passionem Domini in Precatione sacerdotum, intelligendum videtur aliquid scripto sancitum, nam id iampridem Apostolica institutione atque ipsius Domini, erat traditum. Luc. 22. 1. Cor. 11. B

Quod item dicitur, Hic constituit aquam aspersionis cum sale benedici; non solum aquam, sed & oleum & alias creaturas ex Apostolica traditione benedictione sanctificari, habet Ecclesia, 1. Timo. 4. exemplo etiam Christi, Luc. 9. præter id quod de aqua benedictione sanctificanda est apud Clem. in Constitutionibus[a] Hunc igitur Alexandrum aliquid scripto sanxisse, ea de re credibile est, quod nihilominus traditione esset vsurpatum.

a lib. 8. c. 35.

Hoc ipsum de Vino, aqua mixto, in Sacrificio adhibendo, dicendum; eum scilicet scripto firmasse, quod Dominica institutione & Apostolica traditione vsurparetur. Cypr. ep. 63. edit. Pam. Iustin. Apol. ad Antoninum.

Alexandro post dies 25. subrogatur Sixtus Romanus. C

Antinous Hadr. amasius, pro nefas, in Deos refertur.

Hadrianus ex Arabia in Ægyptum venit: Antinoum puerum, quem habebat in delicijs, mortuum, siue in Nilum ceciderit, vt Hadrianus scribit (ait Dio) siue immolatus, quod veritas habet, vel quod se sponte morti obtulerit, ob magiam scilicet, muliebriter deflet: in Deos refert; Tēpla illi & Aras statuit: Antinopolim eius nomine condit, Spartian. Dio. Euseb. Chron.

Hæc probra Gentilitatis, in 8. Oraculorum Sibyllinorum libro, prædicta leguntur: de Hadriano & Antinoo: Mysteria cuncta tenebit arcana magici, puerum monstrabit, & ipsum; Esse Deum; tollet, Sancte quæcunque coluntur.

b 4. c. 10.

Scriptores pro Christiana religione contra Gentiles.

Pleriq; qui pro Christiana Religione contra Gentiles hoc tempore & deinceps scripserunt, hoc exemplum factitij Dei in os Gentilium ingesserunt, Hegesippus apud Euseb.[b] Iustin. Theophil. ad Autholycum, Origenes contra Celsum, Athenagoras, alij.

Antinopoli, Irais Virgo, & alij plures martyrio affecti habentur in Rom. Martyrologio. 22. Sept. Menolog. D

Christi Annus	*Sixti Papæ*	*Hadriani Imp.*	*Pontiano & Rufino.* Coss.
133.	2.	14.	

IVsto Episcopo Alexandrino defuncto, anno sed. 12. succedit Eumenes annis 13. Euseb. Chron.

Christi Annus	*Sixti Pap.*	*Hadriani Imp.*	*Pompeiano 2.m & Commodo.* Coss.
134.	3.	15.	

E

HAdrianus perpetuum Edictum a Saluio Iuliano edi curat, Edictum Saluianum dictum.

c L. 3. C. de edicto D. Hadr. tollendo

Idem edictum proponit de vigesima parte hæredit. fisco applicanda, ex quo fortasse primus aduocatum Fisci constituit. Id edictnm Iustinianus post abrogauit.[c]

Celsus Epicureus scrib. contra Christianos.

Celsus Epicuræus viuit sub Hadriano, & scribit contra Christianos, quem post Origenes valentissime confutat.

A

Christi Annus	*Sixti Pap.*	*Hadriani Imp.*	*Hybero & Silano.* Coss.
135.	4.	16.	

IIudæi Palestinam populantur. Iulius Seuerus, præter alios duces, ab vsque Britannia euocatus, nullo iusto prælio, sed diuisos carpẽs, tardius quidem, sed minori cum periculo, penitus opprimit, Dio, Euseb. in Chron.

Christi Annus	*Sixti Papæ*	*Hadriani Imp.*	*Seruiano & Vero.* Coss.
136.	5.	17.	

B

HOc anno ab Euseb. in Chron. ponitur ieiunium Quadragesimale, a Rom. Pont. institutum, atque præceptum, sed falso; cum plerique tribuant Telesphoro, quod tamen iam ex traditione Apostolica erat vsurpatum.

Christi Annus	*Sixti Papæ*	*Hadriani Imp.*	*Pompeiano & Aciliano* Coss.
137.	6.	18.	

BEllo Iudaico confecto, Hierusalem instaurata, in honorem Ælij Hadriani Ælia dicta. In fronte portæ, qua Bethleem egressus est, sus sculptus in marmore. Iudæi
C sic e regione pulsi, vt nec ab edito quidem loco paternũ solum aspicerẽt. Euseb. Chron. & in hist.[a] a 4.c.6.

Hadrianus non modo Iudæis, sed etiam Christianis infensus, in eorum fidei abolitionem, sanctissimis mysterijs insignita terræ sanctæ loca, simulacris profanare studet. Paulinus ep. 11. Hieronymus 13. Seuer. 2. hist. *Mansit hoc sæculi prioris nefas in tempora, nostris proxima, Constantini*, ait Paulinus, sed nec sic tamen effecerunt, quin ea loca, etiam apud Gentiles essent illustria, colligitur ex Origene primo contra Celsum.

Aquila Ponticus, è Gentili Christianus, sed ob studium Astrologicæ vanitatis, Ecclesia eiectus, post Iudæus, scripturam ex Hebreo praue vertit, contrarius editioni 70. Epiphan. lib. de pond. & mensur. Hieronymus vocat illum Hæreticum Iudaizantem: Aquila scri-pt. Græce in Hebr. uertit.
D & duas ait, edidisse, scripturæ interpretationes, posteriorem, priore fideliorẽ. In Zachariæ cap. 3. & 4. & in qq. Hebr. quod vero in Isa. c. 8. ex quorundam opinione ponit, hũc Aquilam ante Christi tempora vixisse, discipulum Achilæ, improbabile est.

Christi Annus	*Sixti Pap.*	*Hadriani Imp.*	*Commodo Vero & Pompeiano* Coss.
138.	7.	19	

IVdaicis rebus compositis, totoque Oriente sedato, Hadrianus Imperator, Romam, peragrato iam toto orbe Romano, regreditur, & Commodum Verum Adoptat futurum Imperij hæredem, quo proximis Kal. Ian. defuncto, adoptat Arrium Antoninum, post Pium dictum, ea lege vt L. Aurelium Verum & M. Antoninum adoptet. [b] Spart.
E

Phlegon Trallianus Hadriani libertus, Chronographus, Olympiadas supputauit, res gestas breuiter attingens, ad hunc vsque annum, quo incipit numerari Olympias 229. Suidas.

Exclusis Iudæis ab Hierosolymis, & deficientibus Episcopis ex circũcisione, primus ex Gentibus, Marcus ordinatur Episcopus, Euseb. Chron. & 4. hist. cap. 5. Seuer. L. 2.

Christianismi nomine delati Getulius Christianorum hospes, & monitor, & frater eius Amantius Tribunus, & Cerealis, Vicariam agens Præfecturam, cum alijs, necantur, mox Symphorosa, Getulij vxor, cũ septem filijs, Acta. Alij extant Martyres

sub Hadriano, Terentianus Episcopus Tudertinus, vna cum Flacco, Eleutherius Episcopus Illyrici, cum Anthia matre: Chorebus Præfectus: Eupsychius in Cappadocia; Ariadna in Phrygia. Exuperius, Zoes, Cyriacus, & Theodolus: Maria ancilla, Theodorus & Pausilippus: Thamelus cum Socijs, Philetus, Lydia, Macedonius, Theoptepidus Dux, Chronidas commentariensis, præter alios, quorum nomina exciderunt, Martyrolog. Rom. A

Christi Annus	*Sixti Pap.*	*Hadriani Imp.*	*Aelio Vero & Vibulio Pio* Coss.
139.	8.	20.	

Ecclesia lõge diffusa.

ECclesia, per hæc tempora, longè lateque per omnes regiones & Prouincias, vltimæ vsque Barbariæ, peruagata, omnia impleuerat. Iustinus Dialogo cum Triph. B Irenæus lib. 1. cap. 3. Tertullianus Apolog. cap. 37. *Externi sumus*, inquit, *& vestra omnia impleuimus, Vrbes, Insulas, Castella, Municipia, Conciliabula, Castra ipsa, Tribus, Decurias, Palatium, Senatum, forum, sola vobis reliquimus templa* &c. & aduersus Iudæos cap. 7. & 8.

Hadrianus in Tiburtina villa, quam sumptuosissimam extruxerat, profluuio sanguinis, pene ad exitum venit; mox Phthisi, & aqua intercute laborans, tædio vitæ, expetens qui sibi vim afferret, nec inueniens, misere ex Diuina vltione excruciatur, tam dirè Hadrianum numine vlciscente, quod Seruianum virum optimum occiderit, vt opinati sunt Dio, & Spartianus: sed verius ob ingentem Christianorum carnificinam.

Arrius Antoninus, in successionem Imperij adoptatus, ex eo Pij cognomen inuenit, quod Hadrianum tam diu viuere coegerit. Iulius Capitolin. in Antonino. Miracula per C hoc tempus, ex Maxij Marimi nobilissimi historici sententia conficta, Spartianus affirmat; alia quoque nonnulla ex veteribus monumentis commentitia feruntur, ad fulciendum quoquo modo collabentem Idolorum cultum.

Christi Annus	*Sixti Pap.*	*Antonini Imp.*	*Camerino & Magno.* Coss.
140.	9.	1.	

HAdrianus annos agens 62. m. 5. d. 6. Imperij uero anno 20. & mens. vndec. exoptatam mortem sibi inferri non obtinens, inedia vitam finit. Famæ admodum cupidus. Dio. Magiæ deditus, Dio & Spartian. Matheseos peritus, Marius Maximus; D hinc Tertullianus, Hadrianum omnium curiositatum exploratorem appellat.

Antoninus excipit Imperium, Ingens Hadriano Sepulchrum constituit quod postea moles Hadriani appellata: inter Diuos refert, Templa erigit, Sacerdotes instituit, Spartian. Iul. Capitol. alij.

Christi Annus	*Sixti Papæ*	*Antonini Imp.*	*Anton. Aug. 2.m & Bruttio Præsente* Coss.
141.	10.	2.	

PEr legatos plurima bella gessit. Nam & Britannos, per Sollium Vrbicum legatum, vicit, alio muro cespitio, summotis barbaris, ducto; Mauros ad pacẽ postulandam E coëgit; & Germanos, & Dacos, & multas gentes, atque Iudæos rebellantes cõtudit. In Achaia etiam atque Ægypto rebelliones repressit, Alanos molientes sępe refrænauit. Iul. Capitolin.

A

Christi Annus 142. *Telesphori Pap.* I. *Antonini Imp.* 3. *Augusto* 3.m *&* *M. Aurelio Antonino* *Coss.*

Sixtus Papa 8. Idus Aprilis martyrio coronatur, cum sedisset annos decem, vno mense minus & d. 22.

Eius extant nomine duæ epistolæ, in quarum altera, Sixtus vniuersalis Apostolicę Ecclesiæ Episcopus inscribitur.

Sub huius Sixti Papæ nomine, Sixti Philosophi Pythagoræi, Gentilis hominis, Cõmentariũ a se Latinũ factũ, vulgauit Ruffinus, de quo sæpe illum arguit Hieronymus. Sixti Pythagorici liber vulgat', sub nomine Sixti Pontif.

Decreuit ne sacra vasa ab alijs, quam a sacris Ministris tangerentur.

B Item vt Missarum actionem, Sacerdote incipiente, Populus Hymnum decantaret, Sãctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth, &c. quod vsitatum ab vsque temporibus Apostolorum, ex Clem. 8. Constit. cap. 26. ipsum scripto sanxisse credibile est; liber de Rom. Pont. in quo & illud habetur, constituisse, vt quicunq; Episcopus euocatus fuerit ad Sedem Romanam Apostolicam, rediens, ad Parochiam suam, nõ suscipiatur, nisi cum formatis salutationibus ad plebem a Sede Apostolica. Earum formatarum comercio, vnius Ecclesiæ Catholicæ seruari, ac proinde probari solere vnitatem, tradit Optatus Mileuit. 2. c. Parmen. quarum post forma quædam stabilita est in Concilio Nicæno. Qua occasione notandæ variæ appellationes epistolarum Ecclesiasticarum. Variũ genus litterarũ Ecclesiasticarũ.

Formatæ, quæ & Communicatoriæ, & Canonicæ, & Pacificæ, & Ecclesiasticæ, Commendatoriæ, Tractoriæ, Dimissoriæ, Memoriales seu Commonitoriæ, Synodicæ, Encyclicæ, Catholicæ, Decretales, Pastorales, Confessoriæ, Captiuorum, Apostolicæ, in quibus, quæ Breues dicuntur, Clericæ, Tractatoriæ, Priuatæ. De quibus singulis consule Annales. C

Idem Sixtus S. Peregrinum Antisiodorensibus dedit Episcopum, qui post martyr extitit. Martyrolog. Rom.

Telesphorus Græcus, ex Anachoreta, post duos dies vacantis sedis, sublegitur, lib. de Rom. Pont.

Faustinam Augusti vxorem mortuam, Senatus consecrat. Iul. Capitolin.

Sed qua impostura pietatem ornarent, ut mendacium veritas crederetur, audi, quę Iustinus ad eundem Antoninum, Christiana sit libertate loquutus; Porro cur apud vos Imperatores semper immortalitati consecrare dignamini, producẽtes quempiam, qui D iureiurando confirmet, vidisse se e rogo ascendere in cœlum ardentem Cæsarem?) Hãc turbam nouorum & factitiorum Deorum, apud cordatiores Gentiles, monentibus præcipue Christianis, credibile est multum profuisse, vt plurimi indies se ad Christianam Religionem adiungerent.

Christi Annus 143. *Telesphori Pap.* 2. *Antonini Imp.* 4. *Priscino &* *Seuero* *Coss.*

Cornelio episcopo Antiocheno succedit Hero secundus, sed. an. 27. Euseb. in Chron. Libri Gentiũ interdicti quod facere uiderẽtur Christianæ religioni

E Instinctu Dæmonis, pœna capitis, interdicitur lectione librorum Hystaspis, Sibyllarũ, & Prophetarum, quod multi per eorum lectionem ad Christianam Religionem inducerentur. Iustinus Apolog. ad Antonin. & Arnobius contra Gentes, affirmat non defuisse ex Gentilibus, qui auersarentur lectionem librorum M. Tullij de Diuinatione, & de Natura Deorum, & censuisse oportere statui per Senatum, vt abolerentur hæc scripta, quibus Christiana Religio comprobetur, & vestutatis opprimatur auctoritas.

Gentiles, quo minus in Christianos ratione valebant, eo vehementius aduersus eos calumnijs agebant, omnia Gnosticorum scelera & portenta, in uniuersos conferentes, & eo solo nomine neci eos tradentes. Iustin. in Apolog.

A

Christi Annus	Telesphori Pap.	Anton. Imp.	Rufino & Quadrato Coss.
144.	3.	5.	

MArcus secundus Eumeni in sede Alexandrina succedit. sed. an. 7. Euseb. in Chron.

Christi Annus	Telesphori Pap.	Antonini Imp.	Torquato & Attico Herode Coss.
145.	4.	6.	

Valentinus hæresiarcha.

VAlentinus Platonicus, non obtento Episcopatu, quem ambibat, hæresim fabulosam & portentosam euulgat in Cypro, cum fidem Catholicam in Ægypto, Ægyptius ipse, & Romæ, prædicasset, ingenio potens, & eloquio. Euseb. in Chron. quem impugnarunt, Tertullian. Irenæus, Epiphan. Theodoretus, alij plures. aduersus quem, & cæteros hæreticos, nullum fortius telum esse censet Iren. traditione Ecclesiastica, in Ecclesia maxime Romana cōseruata. lib. 3. c. 3. Ex Valentinianis, qui etiam Gnostici, Ophitæ prodierunt, auctore Euphrata; Serpentem vt Dei Sapientiam colentes. quam stultitiam Christianis obiecit Celsus, quem redarguit Origenes lib. 6. B

Hoc eodem tempore Alexander quidam Magus, ex discipulis Apollonij, Asiaticos populos, commento serpentis Æsculapij, & cōfictis oraculis dementauit, tanta fama, vt ab vsque Roma consuleretur, idque per plures annos, Lucianus in Pseudomante. Plures aliæ hæreses ex Valentino prodiere, Caiani, Sethiani, & alia portenta. Tertull. de Præscr. c. 47. C

Christi Annus	Telesphori Pap.	Antonini Imp.	Auito & Maximo Coss.
146.	5.	7.	

Marcion hæresiarcha.

MArcion, Cerdonis discipulus, Ponticus, Stoicus Philosophus, Episcopi viri sancti filius, propter stuprum virgini illatum, Ecclesia pulsus, in Oriente primum hæresim docet, mox Romæ Catholicam fidem profitetur, rursum vero impia docet; famosi eius discipuli, Potinus, Basilicus, & alij. Euseb.[a] Tertull. Iustin. Epiphā. Iren. qui traditione maxime contra eos pugnarunt. D

a lib. 5. c. 3.

Apelles.

Apelles, Marcionis discipulus, Philumenæ feminæ, nequam spiritu instinctæ, fidem adhibens, multa profana docet, Tertull. Rhodon, apud Euseb.[b] Aug. c. 24. de Hæres.

b 5. c. 13.

Celsus insultat Christianis de varijs sectis.

Quod per hæc tempora plures hæreses emerserint, occasio data Celso Epicuræo Philosopho, Christianis, de sua ipsorum dissensione insultandi, cui respondit Origen. lib. 3. eidem obiectioni respondit Isidor. Pelusiota,[c] & Lact. Firm. lib. 4. c. vltimo, post multa, scite indicans, inter tot sectas, quomodo agnoscenda Ecclesia vere Catholica, non tantum nomine: *Sciendum est*, ait, *illam esse ueram, in qua est Religio, Confessio, & Pœnitentia, quæ peccata & vulnera, quibus est subiecta imbecillitas carnis, salubriter curat.* Ex occasione porro hæresum, Catholicum nomen inuentum, ait Pacianus ad Sympron. quæ porro vtilitas ex illis existat, docet Aug. ser. 98. & 16. de ciuit. c. 2. E

c lib. 2. ep. 90.

Ecclesia Catholica quomodo agnoscenda inter tot sectas.

Catholicum nomen cur inuentum.

Christi Annus	Telespho. Pap.	Antonini Imp.	Torquato & Iuliano Coss.
150.	9.	11.	Gr. Fasti. Romulo & Glabrione. Cassiod.

Iustinus Apolog. scribit.

IVstinus Philosophus scribit Apologiam ad Imp. Senatum, & vniuersum populum Romanum, in qua numerat 150. annos a Christi Natiuitate ad illud tempus quo

eam

A eam scribebat orationem, male igitur Eusebius & Cassiod. in alium annum eam referunt. meminit eius idem Iustinus in Dialogo cum Triphone. *Nostra quidem*, inquit, *ratio est, a nemine nos quidquam mali posse &c. Vos autem occidere quidem potestis*, Magna in ea libertate vsus, ad finem hæc addit. *Illud autem vobis prædicimus, vos minime euasuros futurum Iudicium Dei, si in hac iniquitate perdurаueritis, Et nos clamabimus; quod Deo gratum placitumque est, id ipsum obtineat, & fiat.*

Christi Annus	*Telesphori Pap.*	*Antonini Imp.*	*Orfito & Prisco* / *Præsente & Rufo*	*Coss.* / *Cassiod.*
151.	10.	12.		

B CEladion succedit. Marco iuniori, in Ecclesia Alexandrina Episcopus sed annos 14. Euseb. in Chron. & in Hist. 4. c. 18.

Christi Annus	*Hyginij Pap.*	*Antonini Imp.*	*Glabrione & Veriano.*	*Coss.*
154.	1.	15.		

TElesphorus 5. Ianuarij. cum sed. an. 11. m. 9. minus tribus diebus, gloriosissime, ait B. Iren. [a] martyrium fecit. Martyrolog. Illi suffectus est Hyginius Græcus, Atheniensis, ex Philosopho. lib. de Roman. Pont. Telesphorus porro statuit, vt in Natali Domini Missæ noctu celebrarentur, cum ordinarie ante horam tertiam celebrari non C solerent; & vt ante Sacrificium Hymnus Gloria in excelsis diceretur. Pontif. liber. a Lib. 3. c. 3.

Quod in Pontif. libro, de Institutione Ieiunij Quadragesimalis scribitur; cum certum sit id ex Apostolica traditione manasse; intelligendum videtur, quod traditione seruaretur, forte aliqua cum diuersitate, scripto illud vniformiter seruandum præscripsisse.

Alexander. Episcopus, Via Claudia, Martyr. 21. Octob. Martylorog.
Spoleti, Pontianus & plures alij in Italia.
In Oriente, complures alij, sub Antonino passi leguntur.
Pergami in Asia Agathodorus, & Carpus & Agathonice.
Pergæ in Pamphilia Theodorus eiusque mater Philippa. & alij plures.
Heracleæ, Glycerium: Apameæ Alexander: Damasci, Victor & Corona. — Martyrol. Ro.
Apud Comanos, in Ponto, Hermias miles.
D Marcianopoli, Melitina.
Augustoduni in Gallia, Flocillus, & alij.

In Sardinia Potitus, plures alij, quorum nomina, & memoria excidit ex Martyrol. Romano.

Imperator conterritus aduersis casibus incidentibus, quasi Deo, Gentilium impietatem vlciscente, dato Rescripto inhibet persecutionem. Extat apud Iustinum, in fine orationis ad ipsum. Euseb. 4. c. 12. & 25.

Aduersa porro illa recensentur a Capitolino, fames, Circi ruina, terræmotus, quo Rhodiorum, & Asiæ Opida conciderunt: Romæ incendium, quod trecentas quadraginta insulas, siue domos absumpsit. Narbonensis Ciuitatis, Antiochensis Opidi, & Carthaginensis fori incendium, denique Tyberis inundatio.

E

Christi Annus	*Hyginij Pap.*	*Antonini Imp.*	*Præsente & Rufino.*	*Coss.*
155.	2.	16.		

VAlentinus, Cerdo, & Marcion, sub Hyginio Romam cum venissent, & vsque ad Eleutheri tempora peruenissent, sub catholico nomine latentes, hęreses ibi suas spargere cæperunt. Iren. [b] Tertull. de præscript. [c] Euseb. [d]

b lib. 1. c. 28. & lib. 3. c. 3. & 4.
c c. 30.
d 4. c. 10.

A

Christi Annus	*Hyginij Pap.*	*Antonini Imp.*	*Seuero atq; Sabino.* Coss.
157.	4.	18.	Al Sabiniano Quintillo ac Prisco. Cassiod.

MArco in sede Hierosolymitana succedit 17. Cassianus, 18. Publius, 19. Maximus, 20. Iulianus, 21. Gaianus, 22. Symmachus, 23. Caius, 24. Iulianus, 25. Capito, Euseb. in Chron. exploratam sibi quidem Episcoporum Hierosolymitanorum successionem fatetur, sed quot quisque sederit annos, sibi esse incompertum, hos ponit vsque ad annum Commodi Imperatoris quintum.

B

Christi Annus	*Pij Papæ*	*Antonini Imp.*	*Siluano & Augurino.* Coss.
158.	1.	19.	

HYginius Martyr moritur, cum sed. an. 4. duobus minus diebus, vt ex ingressus eius, & exitus die colligitur, Martyrolog. Romanum. Euseb. in Chron. & histo. 4. c. 10.

Quod legitur. Hic Clerum composuit, & distribuit gradus, aliqua antiquæ formæ, iã ante, a tempore Apostolorum institutæ, auctore Ignatio, intelligendum est addidisse, extant eius nomine epistolæ duæ, & plura citantur eius nomine a Gratiano Decreta, reliqua eius acta plane obscura.

C

a Lib. 4. cap. 21. b cap. 3. & 4. Ei successit Pius, Italus, Aquileiensis, iuxta Hegesippum, (apud Euseb.)[a] Irenæum[b] Tertullianum 3. contra Marcionem, carmine, in fine. Euseb. Epiphan. alios, nam Optatus, 2. contra Parmen. & Augustinus Epist. 163. & Hier. de script. in Hegesippo, Anicetum ponunt, postea Pium, sed prior sentẽtia potior, vt eorum, qui ijsdem temporibus vixerunt, Hegesippi scilicet & Irenæi.

Christi Annus	*Pij Pap.*	*Antoni. Imp.*	*Barbato & Regulo.* Coss.
159.	2.	20.	

D

Decretũ de Paschate. PIus decretum edit de celebrando Paschate, die Dominico. Euseb. in Chron. quod sic oportet intelligi, Decreto firmasse, quod ex traditione Apostolica obseruabatur, vt constat ex Ignatio epist. 6. ad Magnesianos, & 8. ad Philipp. atque adeo ex ipsomet S. Ioanne Euangelista Apocal. 1. cap. (quantumuis de S. Ioanne secus affirment Polycrates, apud Euseb.[c] & Irenæus) quod ipsum ab Angelo in habitu Pastoris sibi apparentis, Hermes Pij frater, (de quo Apost. ad Rom. cap. 16. meminit, vt testantur Orig. Euseb. Hieronymus) libro qui Pastor inscribitur, mandatum affirmat.

c 5. c. 23. & 24.

Hermæ hic liber, Pastor inscriptus, Græcis inprimis cognitus, & probatus, citatur ab Irenæo, apud Euseb. 5. c. 9. Clem. Alexandrino, Origene, Athanasio, qui eum vtilissimum appellat. Apud quasdam Ecclesias etiam publice legitur, ait Hier. de scriptoribus, re vera, ait, vtilis liber, sed apud Latinos pene ignotus est. Tertullian. quidem libro de pudicitia, cap. 10. asserit, a Concilio Ecclesiarum inter Apocrypha relatum, quod iudicium perseuerasse in Ecclesia testatur Rufin. in exposit. Symb. Apostolici, & Prosper aduersus Collatorem. Gelasius, c. Sãta Romana, suspicionẽ auctoris Annal. de hoc libro lege apud ipsum. E

A

Christi Annus 161. *Pij Pap.* 4. *Antonini Imp.* 22. *Quintillo & Prisco.* Coss.

PLures exterę gentes, æquitate Antonini permotæ, depositis armis, se eius voluntati subdiderunt, Bactri, Hyrcani, & Indi. Euseb. in Chron. Aurelius Victor. Iulius Capitolinus.

Legem tulit, ne maritus adulterij accusare possit vxorem, si ipse impudice vixerit, quam vt æquissimam laudat S. Augustinus 2. de Adulterin. Coniug. cap. 8. Extat lex in Codice Gregoriano, in qua illa extant verba. *Periniquum enim mihi videtur, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibet &c.* multo æquius dictũ, quam Ælij Veri Cæsaris, in Vxorem, de extraneis voluptatibus conquerentem, Vxorem dignitatis nomẽ esse non voluptatis, quasi viris liceret alijs se feminis, voluptatis causa miscere. Spartian. in Ælio Vero.

Adultero uiro, ne liceat accusare uxorem adulterij.

B

Christi Annus 162. *Pij Pap.* 5. *Antonini Imp.* 23. *Vibio Baro & Annio Bradua.* Coss.

PIus Papa in Thermis Nouati erigit Romæ Titulum, qui Pastoris dictus est, occasionem exprimunt litteræ Pastoris ad Timotheum, Nouati, Pudentianæ atque Praxedis, Germani, & Timothei ad Pastorem, quæ extant.

C

Christi Annus 163. *Pij Pap.* 6. *Antonini Imp.* 24. *M. Aurelio 3.m & L. Vero secundum.* Coss.

SEptima die Martij moritur Antoninus, cum imperasset ann. 24. quod indicat vigesima eius quarta Tribunitia potestas, in inscriptionibus illi tributa. Xyphilinus ex Dione, & Eutropius, sed. 22. tantum expletos, & amplius à decima Iulij, qua, mortuo Hadriano, cepit imperare ad 7. Martij, qua decessit, duos imperfectos. m. 7. & d. 26.

D

M. Aurelij Ant. Philosophi & L. Veri Impp. A. I.

SVccedunt in Imperio. M. Aurelius, Antoninus, cognomento Philosophus, & Ælius Verus Antoninus, quos, viuente & iubente Hadriano, adoptauerat, sed Marcus. S. C. declaratus Imperator, Lucium sibi collegam asciuit Imperij, sicque nunc primum duo simul regnare visi sunt Imperatores, qui & Diui fratres appellati.

Marcus Lucium, desponsata illi filia Lucilla, sibi generum facit, & ad Bellum Parthicum destinat, Dio, Capitolin. Euseb. in Chron.

Conuenerat autem inter eos, vt Lucio in Prouinciam profecto, Marcus Lucillã filiam Ephesum ad eum mitteret, vt ibi nuptias celebraret; sed casus incidens coëgit differre nuptias in sequentem annum, arrepta siquidem Lucilla est à prauo Dæmone, contestante, se, non nisi à Hierapolitano Episcopo fore pellendum, Is erat Abercius, notæ sanctitatis vir, qui Romam euocatus, (extant litteræ in Actis Abercij) Lucillam liberauit, & Regie donatus est ijs, quæ ipse rogauerat, nempe vt Hierapolitanæ Ecclesiæ Mendicis, (tota enim ciuitas acceperat Euangelium) ter mille modij frumenti, quotannis donarentur ex publico, & balnea calidarum aquarum, quæ nuper eruperant, ædificari iuberet; quæ pia largitio, quod mirum est, inter tot hostiles persecutorum animos, durauit vsque ad Iulianum Imperatorem, Acta Abercij apud Metaphrast. 22. Octob. Ex his intelligitur, quid sibi voluerit Capitolinus cum scripsit, *ob hanc coniunctionem, pueros*

E

Lucilla Impe filia a Dęmone p Abericũ Episcopum liberatur.

& puellas nouorum hominum frumentariæ perceptioni ascribi præceperunt: nimirum de frumento pauperibus erogando ab Abercio, singulisq; annis præstãdo, intelligẽdũ esse. A

Christi Annus 164. *Pij Pap.* 7. *M. Aurelij. L. Veri Impp.* 2. *Iunio Rustico & Vectio Aquilino* Coss.

Antonini Persecutio V. a Seuero ordine posita.

PErsecutio grauis in Christianos est excitata, non quidem vllo edito publico edicto, quod Tertull. affirmat, Apolog. c. 65. in fine, sed ex iure veteri Romanorum, quo peregrina religio vetabatur, & impia Marci pietate in Deos, quorum cultui erat addictissimus. quare cum alibi, tum in Asia, varie Christiani fuere exagitati a Proconss. quorum eadem erat potestas in Prouincijs, quoad Religionem, quæ erat Romæ Pontificũ. B Meliton Sardensis Apolog. ad Imperatorem Antoninum, apud Euseb. 4. c. 25. & in 8. T. Biblioth. S. S. P. P. *Iam*, ait, *quod nunquam antea accidit, totum genus piorum hominum, qui se Diuino cultui penitus addixerunt, persecutione affligitur, & nouis edictis* (nimirum Proconsularibus) *per vniuersam Asiam exagitatur, &c.*

Ex ijs quæ respondit consultus, a Præside Galliarum, quid de Attalo, & alijs Christianis ageret, quos in carcere haberet, Vt, scilicet qui Christum confiterentur, durissime torquerentur; qui vero negarent, libere dimitterentur; satis apparet Marcum Imperatorem aduersus Christianos, priuata saltem mandata dedisse.

Iustini 2. Apologia.

Iustinus Philosophus secundam pro Christianis ad Imperatores edit Apologiam, ea vero est, quæ præpostero ordine edita, inscribitur tantum ad Senatum, vt colligitur, perspicue ex Euseb. [a] occasionem eius suæ scriptionis, ipso exordio, ipse Iustinus disserit: de tribus ad necem traditis, nullo alio nomine, quam quod Christiani essent, Ptolemæo, Lucio, & alio quodam anonymo, quorum celebris agitur memoria 19. Octobris. C

[a] 4. cap. 16. & 17.

Hoc persecutionis exordio, aliquos ex Romano Clero, nobilitatos esse martyrio, Acta S. Praxedis, quæ a S. Pastore habentur conscripta, docent, in quibus Actis pia S. Praxedis erga Christianos officia, & eius obitus habentur.

Marcus Antoninus, natura quidem clementissimus, pluribus exemplis a Gentilibus historicis comprobatur, & Capitolinus testatur, eius assertione, sine sanguine Senatorio Imperium transegisse. Vt erat etiam secta Stoicus, sic se vultu & animo componebat, vt nec tristibus doleret, nec iucundis lætaretur. Philosophos, ipse glorians Philosophi nomine, in pretio habuit; quare quod ait Capitolinus, Fama fuit sane, quod sub Philosophorum specie quidam Rempub. vexarent, & priuatos: quod ille purgauit; de veris Philosophis, id est Christianis, intelligendum videtur, & maxime de Iustino, qui sequenti anno obtruncatus est. D

Cum Philosophi eius temporis procaci libertate dicendi, in magistratus quosque amplissimos, ac in ipsos quoque Imperatores, temere inuehi solerent, vt ait Dio Chrysost. in Alexandro, & Lucianus in Peregrino; qua furiosa petulantia debacchari solitos putamus in Christianos? Crescentem, Megalopolit. Cynicum. Philos. Christianis importunius insulantem, Iustinus sæpius conuicit: de quo & Tatianus, Orat. ad Gentiles.

Christi Annus 165. *Pij Pap.* 8. *M. Aur. L. et Veri Impp.* 3. *Papirio Aeliano & Iustino Pastore.* Coss. E

Iustini Martyrium.

INgrauescente persecutione, Iustinus, qui pro Christiana professione, Apologias duas ediderat, mercedem eruditę linguæ, martyrium promeruit; sub Rustico Pręfecto, quod in Apologia secunda expectare se dixerat, vel ab ipso Crescente Philosopho Cynico, flagitiosissimo & procacissimo, quem sæpe coram confutarat, cuius etiam studio, & insidijs accusatus, quod Christianus esset, pro Christo sanguinem fudit. Passos cum eo, Caritonem, Caritinam, Euelpistum, Hieracem. Peonem, & Valerianum seu Liberianum, Acta referunt sincera & fidelia.

A Iustini Scriptorum, Euseb.[a] catalogum texuit, & Hier. de scriptoribus. Quod in Epistola ad Zenam, & Serenum de vita Christiana, ait se ad Papam scripsisse, de inutili disciplina, iuxta traditionem hominum &c. & hæretici calumniantur, corruptam disciplinam Ecclesiæ Romanæ, per humanas traditiones, quod sæpe impudentius clamitāt; de ea non posse intelligi satis probat S. Iren. qui, cum suis scriptis Eleutheri Papæ meminerit, ea edidisse oportet post S. Iustini obitum, in quibus de incorrupta Ecclesiæ Romanę disciplina, luculentissimum profert testimonium, lib. 3. c. 34. vbi inter cætera eam appellat, Diues depositorium Apostolicarum traditionum.

a 4. c. 17.

Ecclesia Romana diues depositoriū Apostolicarum, Traditionum.

Tatianus Syrus, ex Philosopho Platonico, Christianus, Iustini in fide discipulus, Romæ docens, infinita, ait S. Hier. edidit volumina, e quibus vnus contra Gentes florentissimus extat liber, qui inter omnia opera eius fertur insignis. habetur T. 8. Bibl. SS. PP. B Non decet nos ô Græci &c. Euseb.[b] Iren.[c] Hier. in scriptoribus.

Celadion Episcopus Alexandrinus, postquam sed. an. 14. successorem habuit Agrippam, qui sed. an. 12. Euseb.[d]

b L. 4. c. 15.
c 2. c. 3.
d 4. c. 18.

Christi Annus 167. *Pij Pap.* 10. *M. Aurel. & l. Veri Impp.* 5. *Arrio Pudente & Gabino Orfito.* *Coss.*

PIus Papa Martyrio coronatur 11. Iulij, cum sed. ann. 9. m. 6. minus 3. diebus. eius nomine feruntur duæ epistolæ, vna ad omnes Ecclesias; altera ad Italicos fratres, T. 1. Concil. & T. 1. epist. Rom. Pont. extant item aliæ duæ perbreues, ad Iustum Viennen C sem Episcopum, altera superiori anno data, in qua *Missas*, ait, *agimus in Titulo Eupre pia*: altera hoc anno eius postremo, quæ nunc primum, ex Archiuo Ecclesiæ Viennensis prodiere. T. 2. Biblioth. S. S. PP.

ANICETI PAP. I.

ANicetus Syrus quarta decima post die, 25. Iul. subrogatur, Iren. Tertullianus, qui iisdem fere vixere temporibus. Epiphanius, duo Nicephori, & reliqui, posteriores item Græci & Latini; quod est vero similius, quam quod produnt Optat. & Aug. qui Anicetum Pio præponunt.

D Marcellina Gnostica femina, Romam veniens, sub Aniceto, multos corrumpit. Iren. lib. 1. cap. 24. Epiphan. hær. 27.

Marcion Ponticus hæresiarcha, sub eodem Romam venit, Ire.[e] & Tertull. lib. 3. aduersus Marcionem, carmine, in fine. hic ut hoc eodem fere tempore, Valentinus, & paulo ante Cerdon, fidem Catholicam simulans, in Ecclesiam receptus, sed detectus & reiectus; ac rursum ad poenitentiam admissus, demum, sub Eleuthero, ab Ecclesia penitus omnes sunt proscripti. Tertull. de præscriptionib. cap. 30. Tantum abest vt Rom. Ecclesia horum sordibus sit inquinata, vt Iren. qui his temporibus vixit, ad hos omnes errores redarguendos, Rom. Ecclesiæ in medium adducat; fidei, quam ab Apostolis acceperat, integram puritatem, ac solidam firmitatem, lib. 1. cap. 28.

e Lib. 3. c. 4.
Marcion Pōticus hæresiarcha.

Polycarpus Romam veniens sub Aniceto, de controuersia Paschatis; Marcioni E roganti, *Nosse nos amabo*: respondit: *Noui equidem primogenitum Sathanæ*, & vt qui cum Apostolis versatus esset, ob idque in magna existimatione esset, multos, a Valentino & Marcione seductos, ad Ecclesiam reduxit. Euseb.[f] ex Iren.[g]

Hegesippus (vt Hieronymus scribit ex eius scriptis) Romā venit sub Aniceto, ibique mansit vsque ad Eleutherum, vel, vt Euseb.[h] vsque ad Anicetum. hic omnem a passione Domini, vsque ad suam ætatem, Ecclesiasticorum actuum texens historiam, quinque libros composuit, sermone simplici. Hieronymus in Catal. Alterius Hegesippi est commētarius qui fertur de excidio Hierosolymitano, & ad ipsum Anacephaleosis, qui post Constantinum floruit.

f 4. c. 13.
g 3. c. 3.
Hegesippi duo.
h 4. c. 21.

A

Chri. Annus 168. *Anice. Pa.* 2. *M. Aure. & L. Veri Impp.* 6. *Seruilio Pudēte & Suffidio Pollione* Coss.

ANno sexto belli, de Parthis superatis, agunt triumphum Imperatores, Iulius Capitolin. Euseb. in Chron.

Chri. Annus 169. *Anicet. Pap.* 3. *M. Aure. & L. Veri Impp.* 7. *M. Aur. 3.m & Vinidio Quadrato* Coss.

PERSECVTIO in Christianos iam olim excitata, acrius recrudescit, imminente Marcomannico bello, quo tempore, vt Deos sibi conciliaret M. Aurelius, in eorum contemptores, Christianos, magis deseuiendum putauit. Iulius Capitolinus affirmat, totum, eum fuisse in concilianda numinum gratia. B

S. Polycarp' Martir. a 4. c. 14. S. Polycarpus Ecclesiæ Smyrnensis episcopus, glorioso Martyrio, cum alijs plurimis coronatur, cum 86. annos, ipso affirmante, Deo inseruisset; in eius Martyrio Miracula fulsere, Euseb. [a] Ex epist. Ecclesiæ Smyrnen. Eius reliquias pio studio colligunt Christiani, eiusque martyrij diem celebrant.

Plures verisimile est Polycarpum reliquisse Epistolas, pro summo suo studio erga omnes Orientis Ecclesias, vnam quidem ab eo datam ad Dionys. Areopag. tradit Suidas: & vnam ad Philippenses legi publice solitam in Ecclesia, tradit S. Hieronymus. C

Eius discipuli plures celebrantur, ab eo in Gallias directi, Irenæus Lugdun. Episcopus & Martyr, Andochius Presbyter, Tyrsus Diaconus, martyres apud Augustodunū; Benignus presbyter, Martyr, apud Diuionem, in Gallia; Martyrologium Rom. 24. Sept. & 2. Nouembr.

Chris. Annus 170. *Anice. Pap.* 4. *M. Aur. & L. Veri Impp.* 8. *Vettio Paulo & Iunio Montano* Coss.

HEro Antiochenus Episcopus moritur, cum sed. ann. 26. succedit Theophilus, vir perquam eruditus, cuius operum Catalogum texunt Euseb. 4. c. 23. & Hier. in Catal. D

Fuit eius fati (L. Veri de Oriente reuertentis, ait Capitolinus) vt in eas Prouincias, per quas redijt, Romam vsque luem secum deferre videretur, quæ pestilentia grauissima & longissima, (vt ait Galenus libro de præsagijs ex pulsibus, qui eam fugiēs, Roma profugit in Patriam) Romam & Italiam adeo vastauit, vt ad Marcomannicum bellum, seruos, gladiatores, latrones armare necesse fuerit, & Germanorum auxilia emere, contra Germanos. Capitolin. in Marco. Ex quo acrius in Christianos Gentiles insiliebant, arguentes eos, vt omnium orbis calamitatum causas, qui Deos contemnerent, quā calumniam Tertull. Arnob. & post, Orosius & Diuus Augustinus luculentissime confutarunt.

Hermogenes hæresiarcha. Cum tam Eusebius quam etiam D. Hieronymus tradant Theophilum Antiochenū scripsisse aduersus Hermogenem Hæresiarcham, oportet eum vixisse per hæc tempora; hic a Christianis conuersus ad Philosophos, & ab Ecclesia ad Academiam & Porticū, vt ait Tertull. (vnde sumpsit a Stoicis materiam cum Domino ponere &c.) docuit plures errores in Africa, ex quo Manichæorū hæresis, & Sabellianorū, contra illū scripsit Tertull. Origen. in Periarchon. lib. 1. & 2. Euseb. de præparatione [b] Philastr. August. Lactantius. [c] E

b lib. 7. c. 8. & 9.
c 2. c. 9.

Chri-

A

Chri. Annus	Anice. Pa.	M. Aur. & L. Veri Impp.	Sosio Prisco & Cælio Appollinare Coss.
171.	5.	9.	

SAncti Geruasius & Protasius, tempore Marcomannici belli, martyrio coronantur, expetentibus eorum mortem Deorum Sacerdotibus, ab Astasio Duce, si Barbaros vincere vellet. Acta, nomine D. Ambrosij, apud Surium 19. Ianuarij.

Imperatores transcensis Alpibus, longius progressi, composuerũt omnia, quæ ad munimen Italiæ ac Illyrici pertinebant, Capitolin.

B In reditu L. Verus apoplexia moritur, anno sui Imperij 9. Marcus ad Bellum Marcomannicum statim reuersus, magnam stragem accipit, falso oraculo deceptus. Lucianus in Pseudomãte. Hũc Lucianum, cum omnes affirment claruisse temporibus Traiani tñ ad vsque hæc tempora peruenisse, atque adeo ea supergressum esse, ex eius scriptis constat. extat dignum eius impietate Elogium apud Suidam. creditur fuisse a Christiana religione Apostata, res certe nostras calluisse constat.

Christi Annus	Aniceti Papæ	M. Aurelij Imp.	Seuero Cethego & Iulio Claro. Coss.
172.	6.	10.	

C MElito Sardensis, in Asia Episcopus, pro Christianis, sæua persecutione exagitatis, M. Aurelio Imperatori grauissimum offert Apologeticũ. Euseb. in Chron. Catalogum aliorum eius operum texit in hist.[a] vbi præclarum eius recitat fragmentum. a 4. cap. 25.

Apollinaris Hierapolit. Ecclesiæ Episcopus, pro fidei Christianæ defensione librũ scribit. Euseb.[b]

Philippus Ecclesiæ Gortynensis in Creta Episcopus, accuratissime contra Marcionẽ scribit. Euseb.[c] Item Modestus, Musanus, Pinytus Episcopus Cretensis, & alij plures doctissimi viri, per hæc tempora, florent. Euseb.[d] Hieronymius in Catal.

b lib. 4. c. 25. & 26.
c 6. c. 24.
d lib. 4. c. 20. & 27.

D

Christi Annus	Aniceti Pap.	M. Aurelio Imp.	Seuero & Herenniano Coss.
173.	7.	11.	

MOntanus Phryx, neophytus, primatus cuiusdam appetens, hæresim, varijs erroribus contextam, in societatem adhibitis, Prisca, seu Priscilla & Maximilla, nobilibus & opulentis feminis, sub specie pietatis inuehit quæ κατα' φρυ'γας dicitur, spiritu nequam arreptus, & prophetias iactans, quasi spiritu sancto, amplius quam Apostoli, afflatus, se Paracletum dicebat; secundas nuptias, quasi fornicationem, damnabat: matrimonia dissoluebat: Tres ieiunorum Quadragesimas instituebat: Prophetas in extasi loquutos nescisse quid dicerent: Non esse in Persecutione fugiendum, sed loco sistẽdum & Martyrium expectandum, nec quauis occasione redimendum: Pœnitentiam & E confessionem tollebat, alia denique plura falsa & nefanda garriebat, quæ apud Epiphanium,[e] Eusebium, Hieronymum, Augustinum, Philastrium,[f] & alios leguntur. Damnata est hæresis per Concilia Episcoporum Asiæ, & Græciæ, sed non est credibile, absque nutu Romani Pontificis, cuius communicationis litteras, cum illi per fraudem surripuissent, hæresibus occultatis, ijs postea detectis, reiecti sunt.

Montanus hæresiarcha.

e hæresi 48.
f In Chron. & in hist. li. 4. cap. 26. & 5. cap. 15.

Aduersus hanc hæresim scripsere eius ætatis nobilissimi scriptores, Claudius Apollinaris, Hierapolit. Episcopus, Miltiades, Apollonius, quorum præclara fragmenta extant, apud Euseb.[g] Tertullianus (post, ab hac insana hæresi dementatus,) cũ adhuc sanæ mentis esset, in fine eruditi illius commentarij aduersus hæreticos, hæc habet: Accesserunt alij hæretici, qui dicuntur secundum Phrygas, sed horum non vna doctrina est, sunt enim qui Kata Proclum dicuntur, sunt qui secundum Æschinem pronun-

g lib. 5. c. 15. 16. 17.

cia-

ciãtur. hi habent aliã communẽ blaſphemiam, aliam blaſphemiam non communem, ſed peculiarem & ſuam. Et communem quidem illam quod in Apoſtolos quidẽ dicant, Spiritum ſanctum fuiſſe, Paracletum non fuiſſe; & qua dicant, Paracletum, plura in Mõtano dixiſſe, quam Chriſtum in Euangelio protuliſſe, nec tantũ plura, ſed meliora atq; maiora; priuatam autem blaſphemiam illi qui ſunt κατὰ Aeſchinem, hanc habent qua adijciunt etiam hoc, vt dicant Chriſtum ipſum eſſe filium & Patrem. hactenus Tertullianus. A

Eundem porro vitæ exitum Montanum & Maximillam, vna cum Iuda proditore adeptos, fama eſt, ait Apollinaris, apud Euſeb. 5. cap. 15. Theodotum quoque illum, qui primus hæreſis illius quaſi procurationem ſuſcepit, fertur, ait idem ibidem, de ſtatu mentis deturbatum, Diabolo ſe credidiſſe, qui ſublimem eum aliquando in aërem ſublatum, ac de repente præcipitem deiectum, miſere perdidit. B

Christi Annus	Aniceti Pap.	M. Aurelij Imp.	Maximo & Orfito Coss.
174.	8.	12.	

TAtianus hæreticus agnoſcitur, a quo Encratitæ; hic natione Syrus, ex Philoſopho Platonico, Chriſtianus, S. Iuſtino Martyre magiſtro, Romæ docuit, & ſcripſit, pro Chriſtianis aduerſus Gentes, egregium volumen, quod extat. Roma digreſſus in Orientem, in ſuperbiam elatus, in varios errores, Valentini, Marcionis, & Saturnini delapſus, nuptias damnauit, continentiam & abſtinentiam ſuperſtitioſe prædicauit & coluit. Euſæb. in Chron. Iren. [a] Epiph. [b] Euſeb. [c] Theodoret. [d] ſcripſere aduerſus eum Muſanus Apollinaris Hierapolit. Clem. Alexandr. Origenes, Rhodo quoque olim eius Romæ auditor. Theodoretus [e] Euſeb. [f] C

Eius extat opus quod διὰ τέσσαρων ex quatuor Euangeliſtis vnum appellauit, amputatis genealogijs, & alijs quæcunque oſtendunt Dominum natum eſſe ex Dauid, ſecundum carnem, quod falſo iam præfert nomen Ammonij, ut contra Tatiani harmonia, Ammonij, Euſeb. 4. cap. 27. Theodor. hæret. fab. lib. 1.

a 1. cap. 3. b hær. 46. c 4. c. 27. d hæret. fab. lib. 1. e hær. fab. li. 3. f li. 5. c. 13.

Christi Annus	Aniceti Pap.	M. Aurelio Imp.	Aurelio Seuero 2.m Claudio Pompeiano Coss.
175.	9.	13.	

ANicetus Papa Martyrio coronatur, cum ſed. an. 9. minus m. 3. d. 7. ſuccedit ei Soter 17. poſt die, 4. Maij. Fundanus, ex Campania. D

Plures ea perſecutione Martyrio coronati Romæ, in quibus Felicitas cum 7. filijs, Soræ, Iulianus: Spoleti Concordius presbyter & Pontianus.

Peruſię Conſtantius eius Ciuitatis Epiſcopus & plurimi alij, per Prouincias, de quibus Martyrolog. Rom.

SOTERIS PAPÆ I.

Eccleſiæ Ro. opulentia.

MIrum eſt de opulenta Eccleſiæ Romanæ, quæ in medijs perſecutionibus large ſuppeditaret afflictis & egentibus, non modo Romæ, & in Italia, ſed & per Prouincias. audi quæ Dionyſius Corinthi Epiſcopus in epiſtola ad Romanã Eccleſiã apud Euſeb. [g] *Apud vos iam mos inueterauit, vt omnes fratres varijs afficeretis beneficijs, & Eccleſiis permultis, quæ in quaque Ciuitate ſunt, vitæ mitteretis ſubſidia, ſed plane non ſolum egentium ſubleuatis inopiam, verum etiam fratribus, qui ſunt ad metalla damnati, opem fertis, ſicque per ea beneficentiæ ſubſidia, quæ iam a primis Eccleſiæ veſtræ iactis fundamentis paſſim mittere conſueuiſtis; cum ſitis Romani, Romanorum conſuetudinem a Patribus traditam ſedulo obſeruatis, quam quidem certe Beatus Soter veſter piſcopus, & hactenus cuſtodiuit diligenter, & mirum in modum ſuo propenſo ſtudio ad* E

g 4. c. 23.

duxit,

A *duxit, idque non modo opes in sanctos reficiendos, delegatas benigne subministrando, verum etiam fratres ad ipsum aduenantes, tanquam Pater indulgens, & clemens in liberos, beato ac pio sermone ad virtutem cohortando.* Hactenus ex epistola Dionysij. Quam consuetudinem seruat Ecclesia Romana vsque adhuc vt pia mater omnium fidelium. sed maxime id probauit Greg. XIII. Rom. Pont. cuius effusa beneficentia in omnes gentes ad Antipodas vsque penetrauit, cui merito ex S. C. in Capitolio statua posita est, cum communis Patris & Pastoris elogio, atque his verbis, inter cetera, sestertium octingenties, singulari beneficentia in egenos distributa, est horum summa vicies centena millia aureorum. Greg. XIII. beneficētia.

De Clementis ad Corinthios epistolis duabus, ibidem meminit Dionysius, quas legi semper solere in Ecclesia affirmat, apud Euseb.[a] tanti enim faciebant veteres ab Apo- a 4. cap. 22.
B stolica sede scriptas Epistolas, vt eas perinde ac si Apostolum Petrum in ipsis loquenté audirent, in Ecclesia festis diebus populo recitarent.

Hic Dionysius ob eximiam doctrinam & spectatam sanctitatem in magna apud omnes Ecclesias existimatione, litteris suis ad plures Ecclesias, multum illis profuit; quas & hæreticos conatos deprauare, ipsemet conqueritur, vt tantum Episcopum sibi consentientem habere viderentur. Ibidem ex Euseb.

Bardesanes Syrus, alterius hæreseos princeps, notus efficitur, Euseb. in Chron. Hic doctissimus & Syra lingua eloquentissimus, scripsit contra Marcionem & alios hæreticos, & ad Antoninum de Fato, contra Genethliacos accuratissime, cuius operis fragmentum extat apud Euseb. de præp. Euang. lib. 6. cap. 8. sed demum incidit in insanum dogma Valentini, & præterea resurrectionem negauit. Euseb. cap. vlt. Epiphan. Bardesanes hæresiarcha.
C hær. 56.

Alij præterea fuere per hoc tempus discipuli, & sectatores Valentini, Ptolemæus, Secundus, Heracleon, Colarbasius, & Marcus, omnium nequissimus impostor, & Magus. Iren. Tertull. Epiphan.

Iren. horum se Commentarios legisse, & cum ipsis congressum esse affirmat, in libri primi proœmio, qui cum recensens seriem Rom. Pont. perducit eam vsque ad Eleutherum, qui Soteri successit, perspicue significat, se ea aduersus hæreticos, eiusdem sedis tempore, lucubrasse.

Christi Annus	*Soteris Pap.*	*M. Aurelij Imp.*	*Gallo & Flacco.* Coss.
176.	2.	14.	

D

Romanus exercitus aduersus Marcomanos, Quados, & alias complures barbaras nationes, iam quadriennio, difficili bello in expeditione positus, in maximumque discrimen adductus, ope tandem Christianorum militum, precibus ad Deum fusis, non solum ab infestis casibus, quibus vrgebatur eripitur; sed victoria, diuinitus parta, potitur. Extat hac ipsa de re luculenta Epistola Marci Imperatoris ad Senatum, qua conuincuntur impudentis mendacij Gentiles scriptores; Iulius Capitolin. & Dio, in M. Aurelio. vt suspicari liceat eadem fraude, ab eo translatum a Christianis ad Magos, quod narrat simile præsenti miraculo. lib. hist. Romanæ Sexagesimo. Tertullian. Apol. c. 5. ad Scapulam, c. 4. Euseb. 5. c. 5. Oros. lib. 7. cap. 15. Xiphilinus ad Dionem. alij. Christ. milites victoriā impetrant.

E

Christi Annus	*Soteris Pap.*	*M. Aurelij Imp.*	*Pisone & Iuliano.* Coss.
177.	3.	15.	

M. Aurelius debellatis Marcomannis, vertit in Orientem, vbi Auidius Cassius Syrus (quo duce Verus Parthos vicerat) falso nuntio de morte Marci audito, inuaserat Imperium, quod tenuit, m. 3. d. sex, ab exercitu occisus, Dio, Capitolin. Volcatius in Cassio. apud quem extat Marci epistola præclara ad vxorem Faustinam de

sua

sua clementia. Is legem Maiestatis ampliauit, statuens vt in defunctum posset iudicium instaurari.[a]

a L. 6. & 7. ad l. Iul. Maiest.

Christi Annus	Soteris Pap.	M. Aurel. Imp.	Pollione & Apro. Coss.
178.	4.	16.	

M. Aurelius proficiscitur in Orientem cum vxore & liberis, vt nutans Orientale Imperium, sua præsentia stabiliret. Capitolin.

Marcus, eū, qui de motu Cassiano, vaticinatus erat, & multa quasi instinctu Deorū, dixerat, in Insulam Syrum (est vna ex Cycladibus) relegauit, Vlpian. lib. 7. de Off. Procons. *Et sane* inquit, *non debent impune ferri huiusmodi homines, qui sub obtentu & monitu Deorum, quædam vel renunciant, vel iactant, vel scientes effingunt.* His notatos esse Christianos, qui signis & prodigijs, & malorum futurorum prædictione, Gentiliū animos perterrerent, probabile est. Fuit hęc eadē querela Celsi Epicurei, eadem in Christianos obijcientis, in quem hæc Origen. lib. 3. *Qualibus autem calliditatibus terriculisve fictitijs vulgus attrahamus, vt Celsus temere obijcit, proferat qui vult, nisi forte, quod de Iudice Deo, deque hominibus in eo Iudicio rationes factorum suorum postulandis, docemus, astruentes id varijs modis, vel scripturarum auctoritate, vel argumentis probabilibus, iste habet pro terriculis fictitijs, &c.*

Christi Annus	Soteris Pap.	M. Aurel. Imp.	Commodo Aug. & Quintillo Coss.
179.	5.	17.	

Persecutio atrox.

IMmanis & atrox, in nonnullis Prouincijs excitatur in Christianos, ex temerario populi impetu, persecutio, horrendis criminibus illis obiectis, quæ cum propria essent Gnosticorum, in omnes Christianos conferebantur. Atrocitas, & immanitas persecutionis in Gallijs, ex litteris Ecclesiæ Viennensis & Lugdunensis ad Ecclesias Asiæ & Phrygiæ, luculenter scriptis, ostenditur, vt ex Martyrijs, in vna natione confectis, colligi possit, in alijs omnibus prouincijs, infinitum prope numerum Martyrum extitisse, Euseb.[b] Ado in Martyrolog. die. 2. Iun. & die 4. & 15. Sept. Turon. de glor. martyr. cap. 49.

b Lib. 5. c. 1.

Athenagoras Apolog. scribit pro Christianis.

Orientis quoque Ecclesias, eadem persecutione exagitatas fuisse, legatio, pro illis, ab Athenagora Atheniensi, Christiano Philosopho, tunc ad Imperatores suscepta, & Apologia pro ijsdem tunc scripta, ac dictis Principibus oblata, manifestam certamque fidem faciūt. Imperatores, porro non annuisse postulatis, sed perseuerasse persecutionem illis saltem dissimulantibus, vsque ad Marci obitum, ex lib. 3. Theophili Antiocheni ad Antolycum in fine, qui his diebus viuebat, satis constat.

Soter Papa hac eadem persecutione, hoc anno, Martyrio coronatur, (ex epistola Lugdun. Martyrum, ad Eleutherum Papam, Euseb. lib. 1. cap. 1.) 22. April. cum sed. an. 5. minus dieb. 12. succedit Eleutherus 3. Maij, Græcus, Nicoplitanus.

ELEVTHERI PAPÆ. I.

MArtyres Lugdunen. e vinculis scribunt ad Eleutherum, de more, eum de rebus gestis certiorem facientes, per Irenæum presbyterum, non tam vt tabellarium quam vt virum doctissimum, ob quasdam Ecclesiæ quæstiones, Euseb. 5. c. 3. in fine.

Marcomanni & finitimæ gentes, quasi in vltionem Christianorum, bellum aduersus Romanos instaurant, cōtra quos mouet M. Aurelius; & pestilentia iterum sęuit: de qua, moriens Aurelius, flentibus suis, Quid me fletis, & non magis de pestilentia, & communi morte cogitatis? Capitolinus.

Christi Annus	*Eleutheri Papæ*	*M. Aurel. Imp.*	*Ruffo & Orfito.* Coss.
180.	2.	18.	

A

PHotino Episcopo Lugdunen. octogenario, glorioso Martyrio, proximo anno, perfuncto, subfectus est Irenæus presbyter, tunc legatum agens apud Eleutherum, hic Polycarpi & Papiæ, qui Apostolos audierant, discipulus, a B. Polycarpo amãdatus fuit in Gallias, vir insigniter doctus, quem Tertullianus nominat omnium doctrinarum curiosissimum exploratorem, sub Eleuthero scripsit Græce plures libros aduersus hæreticos, de quibus legitur egregium opus contra Valentinianos, tum Romæ, & alibi vigentes, quos sæpe prouocat ad Apostolicas traditiones, in Ecclesia Romana inuiolabiliter custoditas per successores Romanos Pontifices, numerans eos à Petro, vsque ad Eleutherum; in eodem opere [a] recenset Ecclesiæ Catholicæ Charismata, quibus semper, & suo etiam tempore abundare soleret, excitandi mortuos, Dæmones fugandi, futura prædicendi. Euseb. [b] Hier. Epistola 29. ad Theodorum. Epiphan. hær. 24. & 31. Turon. hist. Francorum. [c]

B

Irenæus Episcopus Lugdun.

a Lib. 5. c. 6.

b Lib. 5. c. 19

c lib. 1. c. 29.

Christi Annus	*Eleutheri Pa.*	*M. Aurel. Imp.*	*L. Aurelio Cõmodo 2.m & Candido Vero.* Coss.
181.	3.	19.	

C

AGrippino Episcopo Alexandrino, an. sedis 13. vita functo, subrogatur Iulianus, sub quo Serapidis Templum conflagrauit.

Iudæus in itinere cum Christianis, languens subito, orat baptizari, & penuria aquæ, arena consperfus, ex rudi illorum simplicitate, repente conualescit; qua re, delata ad Corynthium Dionysium, & cum Ecclesia collata, per aquam regenerandum statuitur. Nicephorus. [d]

d 3. c. 37.

Christi Annus	*Eleutheri Pap.*	*Commodi Imp.*	*Bruttio Præsente 2.m & Gordiano.* Coss.
182.	3.	1.	

D

M. Aurelius Antoninus Imp. 17. Aprilis, in expeditione Marcomannica, in Pannonia, mortem voluntariam obit, morbo affectus, abstinentia cibi, an. æt. 59. minus diebus nouem, vt ex Capitolin. colligitur. *Fertur*, inquit idem, *illum mori voluisse, cum filium talem videret futurum, qualis extitit.* Post eius mortem, Commodus in castris agens cum Patre, hæreditarium capessit Imperium, annorum natus decem & nouem.

Diuino plane permissum iudicio, vt in pœnam tanti innocentis effusi Christianorũ sanguinis, is imperaret, qui nequissimus, & crudelissimus, nulla interim Christianis illata molestia, Vrbem, Senatum, Ciues, Principes, Præfectos, immanissime trucidaret, de quo Dio, Herodianus, Lampridius.

Nequissim⁹ Imperator pace Ecclesijs permissa Gentiles immaniter trucidat.

Martia Commodi concubina, ac prope vxoris loco, vt ait Herod. Christianorum studiosissima. Dio in Commodo.

E

Christi Annus	*Eleutheri Pap.*	*Commodi Imp.*	*Commodo 3.m & Antistio Burrho.* Coss.
183.	5.	2.	

DIuino plane miraculo pax Ecclesię (sub tali Imperatore) reddita, & concursus omnis hominum generis, etiam illustrium & clarorum virorum ad eam factus. Euseb. [e]

e lib. 5. c. 20.

Lucius Britannorum Rex, missa legatione, & impetratis sacrorum ministris, Chri-

a Aduers. cõtra Iud. c. 7.

stianus efficitur, Beda, Ado, Martyrolog. antiq. Tertullian. [a] quidem, qui his viuebat temporibus, miratus, testatur Britannos subiecisse colla Christo. *Britannorum*, inquit, *inaccessa Romanis loca, Christo sunt subdita.* A

Christi Annus	*Eleutheri Pap.*	*Commodi Imp.*	*Petronio Mamertino Et Trebellio Rufo.* Coss.
184.	6.	3.	

Theodotio script. Interpres.
b li. 3. c. 24.

THeodotionis noua scripturæ translatio innotescit, eaque Tertia dicta, cum prima sit 72. secunda Aquilæ Pontici, sub Hadriano. Epiphan. lib. de Mens. & pond. Iren. [b] Hic ex Tatiani sectatore, & mox ex Marcionita, transijt ad Iudęos, & editionem illam ex Hebræo elaborauit. multum 72. Interpret. consentaneam, quam Epiphan. & Athan. quartam vocat, quod quarto loco esset in Hexaplis Origenis. Eam, Ecclesia, quamuis hominis infidelis, non proscripsit, quippe quæ Danielem ab eo translatum, vt tradit Hieronymus, in præf. in Danielem, in frequentiorem vsum olim recepit, ea forte de causa, quod ad conuincendos Iud. vt Iudæi, & Christianis infensi, auctoritatem haberet, vsi sunt Patres eius interpretatione adhibita censura Origenis. B

Christi Annus	*Eleutheri Pap.*	*Commodo Imp.*	*Commodo 4.m Aufidio Victorino* Coss.
185.	7.	4.	

Christiana Religio propagatur ad Indos.
c L. 5. c. 10.

CHristiana religio apud Indos felicissime propagatur, Pantæno Philosopho Christiano, Alexandriæ sub Iuliano Episcopo docente, prædicandi cõsilio ad eos profecto. Euseb. [c] Hier. ponit eum profectum ad Brachmanas, sub Demetrio Iuliani successore, in scriptoribus. & ep. ad Magnum 84. C

Christi Annus	*Eleutheri Papæ*	*Commodi Imp.*	*Marcello & Aeliano* Coss.
186.	8.	5.	

d 5. c. 12.

HIerosolymis ordinatur Episcopus Maximus, ordine 26. & hi deinceps, quorum anni minime reperiuntur, Antoninus, Valens, Dulychianus, Narcissus, Aelius, Germanio, Gordius, rursum Narcyssus. Euseb. in Chron. & in Hist. [d] D

Christi Annus	*Eleutheri Pap.*	*Commodi Imp.*	*Materno & Bradua* Coss.
187.	9.	6.	

HIs Consulibus consignata est epistola Eleutheri ad Episcopos Galliarũ, de escis irrationabiliter non vitandis, de quo Sedem Apostolicam consuluerant Martyres, occasione Alcibiadis Abstinentiæ, eo maiori tum periculo superstitionis, quod Mõtanistæ illegitimas, & superstitiosas conarentur in Ecclesiã inferre Xerophagias, itẽq; Marcionitæ, qui hæc a malo principio creata asserebant. Euseb. li. 5. c. 3. in ea nonnulla sunt, quo Annalium auctor vindicat à calumnia. E

Christi Annus	*Eleutheri Papæ*	*Commodi Imp.*	*Commodo 5.m & Acilio Glabrione* Coss.
188.	10.	7.	

Eugenia Virgo.

PHilippus Augustalis Ægypti Præfectus, Iudæos & Magos, vt pessimum hominum genus vehementer exagitauit, & cum Christianis benigne egit, hic fuit Pater illustris Martyris Eugeniæ, quæ desponsa Aquilio Consuli, (an suffecto, an Acilio ordinario?) in Christum credens, nuptias auersata, vna cum fidelibus Eunuchis, Proto, &

A Hyacintho secedens, virili habitu, delituit inter Monachos, hæc omnia perficiente S. Heleno Episcopo Heliopoleos. Acta eius a Metaphr. recitata 25. Decemb. & ante mille centum annos ab Alcimo Auito cognita, de laude castitatis ad Sororem.

Christi Annus	*Eleutheri Papæ*	*Commodi Imp.*	*Crispino & Aeliano Coss.*
189.	11.	8.	

APollonius Senator, deferente seruo, quod Christianus esset, (cui propterea crura suffracta, ex Aurelij edicto) iussus a Iudice Perenne, seu Perennio, fidei suæ rationem in Senatu reddere; cum accuratissime orationem Apologeticam, pro fidei defensione, coram omnibus recitasset; sententia Senatus securi percutitur. Euseb. in Chron. & in Hist.[a] Apollonius Apologiam habet ad Senatum.

B In Capitolium fulmen irruit, Euseb. in Chron.

Magna subinde secuta est pestilentia, qua, cum vniuersa Italia afflictata est, tum Roma præcipue, cum ad duo millia mortuorum corpora quotidie efferrentur. Dio.

a lib. 5. c. 20.

Christi Annus	*Eleutheri Papæ*	*Commodi Imp.*	*Fusciano & Silano Coss.*
190.	12.	9.	

DEfuncto Iuliano Episcopo Alexãdrino, an. sedis decimo, substituitur Demetrius, Euseb. in Chron. sed in hist. plures annos tribuit.[b]

b lib. 6. c. 2.

C

Christi Annus	*Eleutheri Pap.*	*Commodi Imp.*	*Iunio & Seruilio, Silanis. Coss.*
191.	13.	10.	

MAximino, Antiocheno Episcopo, mortuo, subrogatur Serapion, celebris inter scriptores Ecclesiasticos huius temporis. Euseb. in Chron. & in hist.[c] hic Euangelium, secundum Petrum dictum, confutauit, quo Docitę, ad suam hæresim abutebantur. Theodoretus Decr. diuin. lib. 5.

c lib. 6. c. 10

Christi Annus	*Eleutheri Pap.*	*Commodi Imp.*	*Commodo 6.m & Petronio Septimiano Coss.*
D 192.	14.	11.	

COmmodum omnium celeberrimam munerum editionem exhibuisse tradit Eusebius in Chron. qui cum habitu Hercules videri vellet, & pellem, clauamque gestaret, risum mouebat, sed capitalem; quo nomine & occasione plures Christiani Martyrio affecti, in quibus Iulius Senator. Acta apud Sur. 25. Augusti. De Iulio quidẽ Proculo Senatore, a Commodo occiso, cum suis. Lamprid. tradit.

Christi Annus	*Eleutheri Pap.*	*Commodi Imp.*	*Bradua 2.m & Aproniano. Coss.*
193.	15.	12.	

E TEmplum Pacis, opus tota vrbe maximum, pulcherrimum, munitissimum, opulentissimum, repentino incendio consumitur, itemq; Palatium & vrbis pars magna; nec prius sedatum incendium, quam repentinis imbribus extingueretur, vt Diuino nutu, & inchoasse, & desijsse incendium putaretur. Herodianus, Dio, Lamprid. Euseb. in Chron. Verum, templum non fuisse penitus flammis absumptum, illud indicat, quod Ammianus lib. 16. scribit Constantinum Imperatorem Romam cum venisset, inter cætera vrbis ædificia, ipsum templum Pacis spectantem, in admiratione habuisse: vel refectum dicere oportet. Consumpta tunc fuisse incendio sacra spolia, quæ e templo Hierosoly-

Templũ Pacis exuritur.

solymitano sublata, Vespasianus in Templum Pacis intulerat, certū est. licet Vasa quædam integra alibi seruata, ad Honorij vsque Imp. tēpora, permansisse, eaque cessisse Vuandalorum spolijs Procop. tradat. A

Christi Annus	*Victoris Papæ*	*Commodi Imp.*	*Commodo 7.m & Pertinace 2.m Coss.*
194.	1.	13.	

ELeutherus Papa moritur, (gladio, an aliter non constat, martyr tamen vocatur in Martyrolog. quod ipsum nomen Confessoribus etiam aliquādo tribuitur) cum se diss. ann. 15. & dies 23. septimo Kal. Iunias, cessat Episcopatus dies 5. Victor Afer subrogatur, Kal. Iunij. Euseb. in Chron. & Pontificalis liber.

Clemens Alexandrinus celebris scriptor, primo Stromatum, supputans tempora, affirmat, ab anno, quo natus est Dominus, vsque ad mortem Commodi annos numerari cētum nonaginta quatuor, quo auctoris Chronologia confirmatur. B

Chronologia hæc confirmatur, ex Clemente.

Commodus, quorundam conspiratione, a Narcisso Athleta, compressis faucibus strāgulatur. Herodian. Dio, quanto cum omnium gaudio, acclamationes relatæ a Lamprid. indicant, Regnauit annos 12. m. 9. d. 14. Vixit an. 31. m. 4.

Eum Seuerus retulit in Diuos, quo nihil fuit turpius, & nequius, & voluit diem eius Natalem celebrari. Lamprid.

Christi Annus	*Victoris Pap.*	*Pertinax Imp.*	*Sosio Falcone & Erutio Claro Coss.*
195.	2.		

C

AElius Pertinax, Italus, ex laude Pōpeia, ex Pręf. Prætorio, Pretorianis Militibus iuuantibus, Senatu libentissime consentiente, decernitur Imperator, cum esset annorum 67. qui cum perditissimum Reipub. statum, quam primum in pristinum restituere festinaret, a militib. occiditur 82. Imp. die, Dio, alij.

Didius Iulianus, militiæ, domique spectatus, a militibus emit Imperium, & à Senatu perterrito, confirmatus, cum, reclamante populo, dies 66. illud tenuisset, a militibus occiditur.

Interim Pescennius Niger in Syria, Albinus in Britannia, Seuerus in Pannonia capessunt Imperium. Seuerus Idib. Aug. Carnuti ab exercitu acclamatur Imp. & attractis ad se Prætorianis militibus consensu Senatus & militum, rursum Imperator appellatur; qui creato Cæsare, Albino, postquam exegisset Romæ 30. dies, in Orientem aduersus Pescennium Nigrum mouet. Dio, Herodian. Spartianus. D

Seuer' Imp. fauet Christianis.

Seuerus Christianorum memor fuit, nam & Proculum Christianum. Euodi educatoris Antonini filij, procuratorem, qui eum per oleum aliquando curauerat, requisiuit, & in Palatio suo habuit, vsque ad mortem, quē Antoninus optime nouerat, lacte Christiano educatus; sed & clarissimas feminas, & clarissimos, viros, Seuerus, sciens Christianos esse, non modo non læsit, sed & testimonio exornauit, & populo furenti in os palam restitit, ex Tertull. ad Scap. c. 4. qui & æque Christianos fauisse Seuero, quod nō adhæserint alicui Tyrānorum, nec Albino, nec Nigro; tum ad Scapulam cap. 2. tum in Apologetico cap. 35. gloriosè prædicat. E

Res Christianorum, tum iam longa pace florebant, indiesque fidei professio augmenta capiebat, in maximis potissimum vbique vrbibus, vniuersæ enim multitudines, & domus totæ ad fidem accedebant &c. ex Nicephoro.[a]

a lib. 5. c. 26.

A

Christi Annus 196. *Victoris Pap.* 3. *Seueri Imp.* 2. *Seuero Imp. & Albino* Coss.

THeodotus Byzantinus, arte quidem Coriarius, sed multæ eruditionis ac doctrinæ, in Marci persecutione lapsus, Christo abnegato, opprobrium non ferens, Romã profugus, diu delituit, post detectus, in sui defensionem, se non Deum, sed Christum hominem abnegasse male confingens, a Victore Papa excommunicatus, Ecclesia eijcitur; sed, quo potissimum anno, incertum. Tertull. de præscript. cap. vltimo Epiph. hær. 14. Theodor. hæret. fab. lib. 2. Theodoti hæresim secutus est Artemon, & asseclæ, impie calumniantes omnẽ antiquitatẽ, & Victorẽ ipsũ, quod secũ sensissent. Euseb.[a] Post hũc extitit alter Theodotus argentarius & ipse Christũ hominẽ tantũ asserens, & inferiorem Melchisedech à quo Melchisedechiani hæretici. De quibus Theodor. lib. 2. hæret. fab. Sub eodẽ Victore, Praxeas, prius Montanista, post, ab illis desciscẽs, nouã hęresim induxit, affirmans Iesum Christum esse ipsum Deum Patrem omnipotentem, huncque Crucifixũ fuisse, a quo secũdi. erroris, sectatores dicti fuere Monarchici, quod vnã tantũ personam statuerent Sanctissimæ Trinit. & Patropassiani, quod æque Patri passionem ascriberent. De quo Praxea Tertull. extremo lib. de Præscript. & proprio lib. adu. eum.

B

[a] li. 5. c. 26. 27. 29.

Scriptores, qui per hæc tempora floruerunt, recensentur ab Euseb. loco citato Heraclitus, Candidus, Apion, Sextus, Arabianus, & alij prope infiniti, in quibus numerandus est Athenogenes, insignis doctrina & Martyrio, sed incertum quo anno, de quo Basilius de Spir. S. cap. 29.

C

Clementem Alexandrinum, clarissimum Ecclesiæ scriptorem, ponit hoc anno Euseb. in Chron. qui cũ sæpius in Stromatum libris texens Chronolog. non vltra Commodi obitum eam perducat, ostendit eos se sub Seuero scripsisse, sed cum in illis mentionem faciat de Persecutione tum vigente, ipsum post annum Seueri decimum, scripsisse necesse est.

Opera eius inter Apocrypha retulit Gelasius, in Concil. Rom. ob quosdam næuos in illis respersos, ne fideles, occasione eius nominis celeberrimi, ad omnia, quæ ab eo scripta essent, sectanda, incaute in errorem inducerentur. Corrupta ea quidem fuisse ab Arianis, Rufin. scribit in Apol. pro Origene. In eius tamẽ scriptis extant expressi, mores, & disciplina Ecclesiæ Catholicæ.

D

Christi Annus 197. *Victoris Pap.* 4. *Seueri Imp.* 3. *Fl. Seuero & Tertullo* Coss.

TErtullianus Afer Carthaginensis, patre Centurione Proconsulari, omnibus scientijs instructus, & Latinorum omnium, eius temporis, disertissimus, per hæc tẽpora floret. Hier. de Script.

Adolescens scribit librum de Molestijs nuptiarum. Hier. contra Iouin. lib. 1. & ad Eustoch. epist. 22. sed verissimile est, eum librum, ab eo esse conscriptum, cum iam & Christianus, & vxoratus esset.

Circa hæc tempora eum scripsisse egregium illum Commentarium aduersus hæreses de Præscriptione, argumento est, quod recensitis omnibus hæresiarchis, de Artemone, qui sub Victore prodijt, nullam fecit mentionem, quod scilicet nondum cognitus esset, cum tamen impietate nulli secundus esset, vt qui Christi Diuinitatem negaret.

E

Seuerus Pescennium Nigrum, qui Orientale Imperium occuparat, profligat, & interficit, & Byzantium obsidet. Dio, Spart. Herod.

A

Christi Annus 198. *Victoris Pap.* 5. *Seueri Imp.* 4. *Dextero et Prisco. Coss.*

Plura Concilia de Pascha te legitime celebrando.

a lib. 5.c.22.

PLurima Concilia per Ecclesiam celebrata, ex auctoritate Victoris Papæ, de agendo Paschate die Dominico, quæstione orta in Asia inter Episcopos, an 14. Mensis, secundum legem Moysi obseruandum esset; Romanum a Victore; Palestinum a Theophilo Cæsariensi; Ponticum a Palma; Gallicum ab Irenæo; Osrooenum; Corinthium a Bacchyllo, & alia prope infinita. Euseb.[a] Asiæ itẽ Ecclesiarum, ex eadem auctorititate Victoris, coactum est a Polycrate ephesi Bpiscopo Cõcilium, quod ex antiqua traditione se celebrasse, & porro celebrare deinceps velle Pascha decimaquarta, die, inquemcũque hebdomadæ diem; 14. incidisset, affirmabat Euseb. ibidem. B

Victor excõmunicat omnes qui diuerse ab Eccle. Rom. Pascha celebrarent.

Aureum fragmentum Concilij Palestini extat apud Bedam in Cõmẽtario de Æquinoctio Vernali, de dignitate diei Dominici. quod ascribendum videtur. Episcopi dixerunt: Nunquid potest Dominicus dies præteriri, vt in eo Pascha minime celebretur, qui tot & tali b. benedictionibus sanctificatus est? Theophilus Episcopus dixit; Dicite ergo quibus, & qualibus benedictionibus eũ esse sanctificatum asseritis, vt scribere possimus. Episcopi dixerunt. Prima illi benedictio est, quia in ipso tenebræ sunt remotæ, & lux apparuit. Secunda est illi benedictio, quod de terra Ægypti, velut de tenebris peccatorum, quasi per fontem baptimi, per mare rubrum, populus fuit liberatus. Tertia illi benedictio est, quia eodem die cœlestis cibus Manna hominibus datus est. Quarta illi benedictio est, quia Moyses mandat ad populum, sit vobis obseruatus dies primus & nouissimus. Quinta illi benedictio est, vt in Psalmo 117. dicitur Circumdederũt me, sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis, &c. De resurrectione enim Domini dicit: Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea, vsq; ad Cornu altaris. Sexta illi benedictio est, quod in ipsa Dominus resurrexit, &c. C

Porro ad quoddam Concilium Romanum circa hæc tempora a Victore celebratum, accersitum fuisse Theophilum ipsum, liber de Rom. Pont. tradit, licet perperam ibi scriptum sit Theophilus Alexandrinus, qui vixit sub Arcadio.

b lib. 5.c.24 & 25.

Victor, pro sua summa auctoritate, omnes Ecclesias, aliter quam Romana, Pascha celebrantes, excommunicat. quod asperius factum, visum est pluribus; vt Ecclesijs Galliæ, quæ cum alioqui censerent die Dominico celebrandum Pascha, per Irenæum de ea re expostularunt cum Victore, non quidem vlla ex parte de potestate dubitantes, sed quod non iudicarent expedire, ob huiusmodi rem, tantam Ecclesiæ portionem, a communione segregare, quod antecessores eius facere nunquam attentassent. Euseb.[b] At longe alia fuit ratio antecessorum & Victoris ipsius, nam illi hoc indulserunt, cum Catholicis agẽtes, qui illam obseruationem, ex quadam traditione retinentes, non propterea, aliter facientes damnabant, nec se ab Ecclesia segregabant; Iam vero Victoris tempore obseruatio transierat in dogma, & hæresim, affirmantium 14. die necessario, ex præscripto Legis, cum Iudæis, Pascha celebrandum, in quorum numero erant Montanistæ, qua de re Blastus quidam, Romæ iam Schisma fecerat, vt ait Tertull. de Præscriptione, cap. 53. vt iam conniuere, esset Schisma, & hæresim fouere. Merito igitur, & summo iure, Victor, violentum quidem, sed necessarium adhibere remedium coactus est; Qui, ex hac causa, ab Ecclesia se auulserant, diu in Schismate perseuerarunt, sub nomine Quartadecimanorum. D E

Seuerus tertio obsidionis anno Byzantium expugnat, & in vicum redigit, quod obstinate Nigri partes fouisset. Dio, alij.

Eadem expeditione aduersus Barbaros, qui fauissent Nigro, Arabas cladibus affecit: & Parthos, Adiabenos & Medos, in deditionem accepit, quorum Nobilissimi eum Romam, vt socij comitati sunt, adeo gemmis ornati, vt præ admiratione omnium oculos in se converterent, Dio, &c. Tertull. de habitu muliebri cap. 7. qui tunc Romæ aderat.

A

Christi Annus	*Victoris Pap.*	*Seueri Imp.*	*Laterano & Rufino Coss.*
199.	6.	5.	

NArcissus, Hierosolymorum Episcopus, fama celebris, & miraculis clarus, a nequã hominibus, falsis accusationibus & calumnijs appetitus, clam se, præ desiderio sanctæ quietis, subducens, diu vitam Anachoreticam agit. calumniatores, imprecationibus, quibus se obstrinxerant, ad calumniam confirmandam, diuino iudicio inflictis, pœnas dant. Narcisso successor datur Dius, mox, eo mortuo, Germanion; ac paulo post Gordius, cuius temporibus Narcissus, quasi ex mortuis, ad vitam reuocatus, comparet, B nec tamen rogantibus, vt ministerium assumeret, assentitur, ingrauescẽtem ætatem causatus; post autem, Diuina reuelatione, Alexandro alterius Ciuitatis Episcopo, Sacra Hierosolym. loca inuisente, Episcopo illis dato, cum eodem esse in ministerio, eorũ precibus, acquieuit, centum & sexdecim annos prætergressus. Euseb. lib. 6. cap. 8. 9.

Seuerus Bassianum Antoninum, filium, Cæsarem appellat.

Albinum qui ab eo desciuerat, difficillimo in Gallijs prælio dimicans victor occidit, iam solus imperans.

Iudæi a Nigro tributis vehementer oppressi, eo mortuo, a Claudio Romano, ex Nigri partibus, vexati, rebellant a Romanis.

Iudaicum & Sarmaticum bellum ortum vel resumptum. Euseb. in Chron. Quam infeliciter tum agerent Iudæi, indicant illa verba Tertulliani Apolog. c. 21. sed quanta deliquerint, &c. & si ipsi non confiterentur, probaret exitus hodiernus ipsorum, dispersi C palabundi, & cœli & soli sui extorres, vagãtur per orbem, sine homine, sine Deo Rege, quibus nec aduenarum iure terram patriam saltem vestigio salutare conceditur.

Christi Annus	*Victoris Papæ*	*Seueri Imp.*	*Saturnino & Gallo Coss.*
200.	7.	6.	

SEuerus ex Gallijs ouans Vrbem ingreditur, recusato triumpho, ne videretur de Ciuili sanguine gloriam captare; & excipitur a Senatu & Populo ingenti pompa & lætitia. Magnam mox cædem facit clarissimorum virorum, qui cum Albino & Pescẽnio D sensissent, recenset nomina Spartianus, quadraginta & vnius Consularium & Prætorianorum. Damnauit & plerosque, qui iocati dixerant, vere sui nominis Imperator, vere Pertinax, vere Seuerus. multos præterea qui Chaldæos, aut Vates, de sua salute consuluissent, præcipue suspectos, vnumquemque idoneũ Imperio quod ipse paruos filios tantum haberet. Herod. Spart. Dio.

Commodum spurcissimum & nequissimum Imperatorem refert in Deos. Dio. alij. quod ludibrium, non modo Christianis irrisui, sed ipsismet etiam Gentilibus fuisse credibile est, atque adeo probabiliorem reddidisse Christianam, sanctissimam religionem.

E

Tertium Sæculum.

Christi Annus	*Victoris Papæ*	*Seueri Imp.*	*Anullino 2.m & Frontone Coss.*
201.	8.	7.	

DOnatiui occasione dati militibus, ad quod accipiendum, procedebant coronati, illud accidit, quod Tertullianus, libro de corona militis cap. 1. retulit, de Christiano milite, qui, quasi non liceret in capite, manu coronam gestabat, ex quo in carce-

rem coiectus, & verberibus affectus, Christianos in odium vocauit, & grauissimam in eos persecutionem excitauit, quod militis factum, cum multi improbarent, Tertullianus cum iam ab Ecclesia Catholica ad Montanistas defecisset, defendendum suscepit, libro ea de re edito, titulo de Corona militis, in Catholicos inuectus. A

Cur Tertullian. desciuerit ab Ecclesia.

Causam defectionis ab Ecclesia S. Hier. in lib. de script. Eccl. inuidiam, & contumelias Clericorum Romanæ Ecclesiæ fuisse dixit; sed ipsimet potius Tertulliano, de seipso, credendum est, sic dicenti, aduersus Praxeam, cap. 1. *Et nos quidem postea, agnitio Paracleti, atq; defensio disiunxit a Psychicis*, (sic enim sæpius appellat Catholicos). Quod vero ait, postea, id significat, post cognitam, atque damnatam a Romano Pontifice prophetiam Montani; quam cum & ipse detestari debuisset, miser probauit, & tuendam suscepit; cum antea aureo libro de Præscriptione, Montanum inter hæreticos numerasset; & cap. 36. omnes ad Romanæ Ecclesiæ fidem prouocasset, quam & digno præconio celebrauit. Porro lapsus eius post Eleutherum fuisse videtur, quem & benedictum appellat, sub gentili suo Victore; vel quod indigne tulerit, eum sibi honore prælatũ, vel quod ab ipso, non adeo, vt sibi præsumpserat, haberetur honore, aut coleretur officijs; sane quidem, in Comment. in epist. 1. ad Corinth. c. 13. qui tribuitur Ambrosio (qui antiquus certe auctor est quisquis fuerit) Tertullianus Nouatiano coniungitur, ambosq; inuidiæ tabo confectos, ab Ecclesia desciuisse legitur. Nec vero admodum mirum, hominem durioris ingenij, & seuerioris disciplinæ, eo prolapsum amentiæ, vt ex asperioris vitæ cultu, de veritate dogmatum iudicium faceret, qua occasione deceptus fuit a Proclo, Cataphrygum omnium disertissimo, qui cum præseferret veritatem Catholici dogmatis, in his quæ ad Christum, atque Sanctissimam Trinitatem spectarent, omnesque aduersantes damnaret hæreses, Castitatem & continentiam celebraret; noua ieiunia, eademque austeriora, seruanda indiceret; vigilias & preces multiplicaret; martyriũ adeo extolleret, vt nec fugam aliasque latebras, vel redemptionem admitteret, atque hęc omnia a Paracleto, qui in hominem descendisset, habere se diceret, in fraudem miserrime inductus est. Porro instituta semel defensione pro milite, qui coronam gestare, in lętitia publica recusaret, longius errore prolapsus Tertullianus, negauit Christianum hominem, salua fide, militem agere posse, cap. 11. sed illud in eodem libro, non male, licere, non ex scriptura tantum, sed etiam ex lege non scripta, Traditionibus scilicet & consuetudinibus Ecclesiæ, argumentari, qua occasione, antiquas retexit, Ecclesiæ traditiones, nobilissimum plane Christianæ Religionis monumentum cap. 3. B C

Tertullian. Apolog. pro Christianis Romæ scribit.

Christiani varijs calumnijs in crimen vocati, varie vexantur, cruciantur, necantur. Tertullianus Romæ agens, horum omnium spectator, Apologeticum scribit, pro Christianis, ad Vrbis Antistites, cum tutum non esset verbis agere defensionem, quod ipse his verbis cap. 16. *Si denique quod proxime accidit, domesticis indicijs nimis operata sectæ huius infestatio, obstruit viam defensioni, liceat veritati vel occulta via tacitarum litterarum, ad aures vestras peruenire* in quo libro, fortiter, & luculenter, Christianos purgat, ab impositis calumnijs & criminationibus. D

Seuerus Antoninum filium Cæsarem appellatum ex S. C. Imperatorem creat, collatis ei insignibus Imperatorijs, nimirum Augusti nomine, cum Tribunitia potestate. Spart. Herod.

Parans se ad Parthicum bellum, ad conciliandum Populos, preter munificentissimas munerum editiones, magnum illi dat Congiarium, & militibus donatiuum.

Profectus in Parthos cum filijs Imperator, Plautianum virum clarissimum, cuius filiam filio suo Antonino dederat in vxorem, relinquit Romæ, qui omnia curaret, & vel leuissime suspectos fauisse Albino, vel Nigro interficeret, a quo ingens carnificina edita, maxime Christianorum. Dio. Spart. Herod. E

Christi Annus	Victoris Pap.	Seueri Imp.	Claudio Seuero & Aufidio Victorino Coss.
202.	9.	8.	

A
EXtant Proconsularia acta Martyrum Scillitanorum (qui sub Consulatu Claudij, Proconsule Saturnino passi habentur) certa, & explorata, & styli simplicitate veneranda. De hoc Saturnino, Tertullianus libello ad Scapulam cap. 3. Vigellius Saturninus, qui primus hic gladium in nos egit, lumina amisit. Idemque paulo superius, ob Christianum sanguinem fusum, excrescentibus imbribus, homines grauia passos esse testatur.

B
Seuerus agens aduersus Parthos, Abagarum Regem Osrhoœnorum (quem Christianum existimant, ex eius progenie, quem Thaddæus Apostolus ad Christi fidem perduxit) ad se venientem, in gratiam recepit, a quo auxiliaribus acceptis copijs, feliciter bellum Parthicum conficit. Herodian. lib. 3.

Christi Annus	Victoris Pap.	Seueri Imp.	Annio Fabiano & Nonio Mutiano Coss.
203.	10.	9.	

VIctor Papa, anno sui Pontificatus 10. inchoato, per mensem vnum & dies 28. martyrio coronatur, & sepelitur in Vatic. iuxta corpus Sancti Petri. Euseb. [a] Post dies vndecim, 8. Aug. die ordinatur Zephyrinus Romanus. a lib. 3. c. 27

C
Seuerus victor, rediens in Syriam, Antoninum filium, in sequentem annum Consulem designat, & Getam Cæsarem dicit, Spart.

Iudaicus Triumphus Seuero a Senatu decernitur. Spartian. de quo bello vix extat memoria, nisi apud Euseb. in Chron. anno Seueri 5.

ZEPHYRINI PAP. Ann. I.

D
SAturnino Africæ Proconsuli, subrogatur Scapula, qui persecutionem in Christianos excitatam, non quidem ex Edicto Principis, nec Christianitatis titulo, sed potius Crimine maiestatis, ex propria malitia, & in eos odio, latius propagat. Porro Tertullianus Roma Carthaginem rediens, quod ibi fecerat ad Pontifices scribens Apologeticũ, pro fidei Christianæ defensione, hoc ipsum Carthagine præstitit, scribens ad Scapulam libellum declamatorium potius, quam supplicem, quo violentos illius impetus sisteret, sæuitiamque retunderet, quem quidem hoc anno scriptum apparet, ex eo quod ante persecutionem, per Seuerum excitatam, scriptum constat, cum in eo, eius meminerit, vt Christianorum fautoris, non vt persecutoris, qui anno sequenti, persecutionem mouit, vt omnes cõsentiunt; nec vero superiori anno scribi potuisse, constat, quod eo anno sub Consulatu Claudij, Saturninus agebat Proconsulem Africæ, non Scapula, de quo est sermo. Hic igitur Plautiani accepto mandato, vt in suspectos Maiestatis animaduerteret, ea occasione, vt Romæ acciderat, eodem nomine, aduersus Christianos persecutionem mouit. Cum autem ipso ingressu Magistratus Mauilum Adrumetinum Christianum hominem damnasset ad bestias, mox quædam insecuta sunt immensa prodigia, quasi quidam Cataclysmus, nocturni ignes, supra mœnia Carthaginis proxime pendentes; ingentia tonitrua, & extraordinaria portentosa Solis Eclipsis, in Conuẽtu Vticensi, ex quibus signis, immanem persecutionem Edicto Seueri, consequutam, præeuntibus, apud fideles increbuit, (quod tradit Euseb. [b]) Antichristum appropinquasse, ac proinde mundi interitum breui affore. Hac eadem persecutione vrgente, sed incerto anno, Tertullian. egregiam orationem ad Martyres in carcere constitutos, scribit.

Tertullian. scribit in Scapulã Procõs.

E

b lib. 6. c. 3.

Symmachus Script. interpres. A

Post Aquilam Ponticum, atque Theodotionem, Symmachus, ex Samarita, Iudæus, secundo circumcisus, (vt Epiphan. lib. de mensura & pond. Vel ex Christiano Ebionita, vt Hier. in Apolog. contra Rufinum, & præfat. in Is. & in Iob.) nouam Diuinæ scripturæ interpretationem edit, sub Seuero, sed annus incertus, quā fuisse duplicem testatur S. Hier. nec verbū ex verbo reddidisse, sed sentētias ex sentētijs, & sensū ex sensu.

Christi Annus	Zephyrini Pap.	Seueri Imp.	Seuero Aug. 3.m & Antonino Aug. } Coss.
204.	2.	10.	

Persecutio, Seueri Edicto, Generalis indicitur: Orosio V. Sulpitio sexta. B

Euseb.[a] in Chron. & in historia.

a lib. 6. c. 2.

Philipp⁹ Præfectus Augustalis Aegypti Christiā.

OCCASIO potuit esse, conuersio Philippi Præfecti Augustalis Ægypti ad Christianismum, quam ægerrime tulisse, Seuerus indicat epistola ad eum scripta, digna quæ legatur, in qua Deorum cultum repudianti, & cessatio a Magistratu, & ablatio facultatum indicitur, quibus ab Imperatore acceptis litteris, morbum simulat, vt interim secreto, quæ supererant facultates, erogaret in pauperes, & sic se ad martyrium præpararet, ex quibus quid rescripserit Imperatori, de immota animi sui sententia coniectari potest; at Seuerus è vestigio, qui illi succederet, Terentium Lætum misit, qui meditans illi necem inferre, ex Seueri, vt credibile est, voluntate, nec libere & aperte, ob populi in eum studia, posset, clamper immissos sicarios fecit, Martyrolog. Rom. Idib. Sept. Euseb. 6. cap. 2. Claudia vxor, vna cū Eugenia filia, (de qua supra anno 188.) ac ceteris liberis Romam reuertitur. Acta apud Metaphra. 25. Decemb. Martyrolog. Rom. Idibus Septemb. Euseb. ibidem. C

Iudas scriptor Ecclesiasticus, in Commentarijs in 70. Danielis Hebdomadas, temporum ordinem, ad decimum annum Imperij Seueri, tradidit; & ob furorem, quo hæc persecutio grassari cœpit, Antichristi aduentū, omniū ore & sermone iactatum, iam tū appropinquare arbitratus est. Euseb.[b]

b lib. 6. c. 6.

Leonides martyrio, abscisso capite, coronatur, Origene filio adolescente relicto; qui ad Patrem vinctum in carcere, hortatoriam ad Martyrium scripsit Epistolam, & ipse vix a matre retractus, ne curreret ad illud fidei præclarum certamen, Euseb.[c]

c lib. 6. c. 2. & 3.

Ad Gentiles, insultantes Christianis, quod non solum ceteris dijs, sed suo ipsorum Deo, quem colerēt, inuisi essent, qui tanta, ac tam acerba, illos pati permitteret, egregie respondit Clem. Strom. lib. 4. qui his temporibus docebat Alexandriæ, & præterea ad Gentes luculentam scripsit orationem, de falsitate Deorum gentium, & omnes ad Christum vt venirent, hortatus est. D

Seuerus, ad generale edictum aduersus Christianos, speciale etiam Rescriptum dedit Romam, vt Præfectus Vrbis cognosceret de illicitis Collegijs, nempe de Christianis cōuentibus, ne cogi ea sineret. Vlpian. l. 1. in fine. ff. de off. Præf. Vrb. particulam eius Rescripti recitat.

Christi Annus	Zephyrini Pap.	Seueri Imp.	Plautiano 2.m & Geta. } Coss.
205.	3.	11.	

E

HOc anno primum Consulatus suffecti, cum ordinarijs, numerari a Seuero cœpti in Plautiano; quod alij deinceps exemplum sequuti sunt, Dio lib. 46.

Durante persecutione, Præsides Romæ, & per Prouincias, carnificinam de Christianis exercent. Alexander, qui post, viuente adhuc Narcisso, ascitus est in Sedem Hierosolymitanam, ob confessionem Christi nominis, insignis habetur. Euseb. in Chron.

Origenes adolescens, ob proscriptionem bonorum paternorum, egens relictus, a locuple-

A cupletissima Christiana muliere adoptatur. Euseb.[a] apud Palladium quoque in Lausiacis c.51. habetur, eum insidias Paganorum fugitantem, apud Iulianam fidelissimam Virginem Cæsareæ Cappadociæ, per biennium, latuisse. a Lib.6.c.3.

Omnibus doctis persecutionis minis, a docendo absterritis, ardore fidei incensus, Origenes ludum aperit, adeo felici successu, vt plures Gentiles, non modo ad Christi fidem, sed etiam ad Martyrium induxerit, vt Plutarchum, Serenum, Heraclidem, Heronem, alterum Serenum, Rhaim Cathecumenam, Basilidem; ex quo sæpius insidijs appetitus, aliquando fuga, semper diuina protegente eum gratia, liber euasit. Euseb.[b] b li.6. c.3.& 14.

De excipiendo martyrio, vel fuga declinando, varie per hæc tēpora, plures, sub Christiano nomine, sectæ & senserunt & scripserunt. Catholici quidem, parati semper ad vitam, pro fide profundendam, latebris tamen vel fuga, iusta ratione, se a furore persequētium subducebant; idque ex præscripto Euangelij, cum persequentur vos in ciuitate B ista, fugite in aliam (Matt.10,23.) nisi Spiritus Sancti peculiari impulsu ad aliter faciendum impellerentur. Origen. in Io. cap.32. Clem. Strom. lib. 4. Marcionitæ contra, in odium Creatoris, vt loco citato ait Clem. morti se temere ingerebant. Montanistæ quoque hac in parte, Marcionitarum cognati, cum initio nullam, vel leuem, nomine fidei, persecutionem paterentur, idque illis Catholici exprobrarent, instigatione post pseudo paracleti, Martyria affectarūt, quorum studia probauit Tertullianus, inuectus in Catholicos, libro de fuga. De Martyrio subeūdo, uel declinando.

Hac vrgente sæuissima persecutione, excogitata est a Catholicis, non modo singulis, sed etiam Ecclesijs redemptio vexationum, per pecuniarum solutionem, quā idem Tertullianus improbauit, eodem lib. de fuga, cap.12. & 13. sed probauit S. Petrus Alexand. Episcopus & Martyr. Can.12. ex Prou.13. Pretium redemptionis animæ viri, propriæ C diuitiæ, & ex Act.17. per satisdationem datam a Sosthene, & alijs. In redimendis uexationibus mos Christianorum.

Hoc tempore probabile est, scripsisse Tertullianum librum Scorpiacum, quasi dicas, Antidotum aduersus ictum Scorpij: & de bono Martyrij, contra Gnosticos & Valentinianos, illis assentientibus, qui prædicabant non esse subeundum Martyrium, cum ille cum Cataphrygibus seu Montanistis, in contrariam partem acrius se concitaret, Catholica interim Ecclesia mediam tenente viam, & Gnosticos detestante, & Montanistas, & Marcionitas æque improbante.

Santa Gundenis virgo, Carthagine sub Rufino proconsule, post varia & atrocia tormenta, ob Christi fidem, gladio cæditur. Beda & Ado. Martyrolog. Rom. 18. Iul. Martyres in Africa.

Perpetua & Felicitas Nobiles feminæ, cum alijs pluribus viris, Tuburbi in Mauritania, illustrissimo Martyrio perfunguntur 7. Martij, cuius Perpetuæ Visionis cuiusdam D meminit Tertull. lib. de anima cap.55. Acta earum perijsse videntur, ex quibus aliqua præclara fragmenta extant apud S. Aug. lib.1. de anima, cap.10. & lib.3. cap.9, & lib.4. cap.18, & apud eundem de temp. Barbarico cap.5. Alibi.

Zoticus Episcopus Otrenus, in Armenia, qui aduersus Montanistas laborauit verbo & scriptis, Martyrio coronatur. Martyrolog. 21. Iul.

In Ægypto Serapion, inter alios, Martyr illustris habetur. Martylorog. 13. Iulij.

Andeolus Subdiaconus, a B. Polycarpo directus in Gallias, præclarum agit Martyrium. Martyrolog. 1. Iulij.

S. Irenæus Lugdunensis Episcopus, vir plane Apostolicus, Galliam, quam mirifice doctrina illustrauit, nobilitauit & sanguine. de anno Martyrij plane non constat, sed E initio persecutionis occisum credibile est. quem Seuerus, qui Lugdunensem Legatus administrauerat Prouinciam, vt ait Spartianus, probe nosse potuit, cum tota eius Ciuitatis florentissima Ecclesia, in fide constantissimum; ex cuius Martyrij actis, hoc tantū extat, eius iussu circumdatam militibus Ciuitatem, & omnes in ea repertos Christianos, gladio obtruncatos. De pluribus eius præclarissimis lucubrationibus, quas recensent Euseb.[c] & Hieronym. de script. libri tantum quinque aduersus hæreses extant, & ipsi diu sepulti iacuerunt, cū nec in Gallijs, nec in Vrbe, solicite perquisiti, reperiri potuerint, vt scribit S. Greg. ad Æther. Vienn. Episcopum, lib.9. ep.50, sed nec Cassiodor. habuisse videtur, qui in sua Bibliotheca de ijs non meminit; fortasse, quod Græce editi Irenæus Episcopus Lugdun. Mart. c lib.5.c. 25.

essent, minus cogniti fuere apud Latinos, cum tamen sæpius a Theodoreto in Dialogis citentur. A

Christi Annus	*Zephyrini Pap.*	*Seueri Imp.*	*Chilone Septimio 2.*[m] *& Annio Libone Coss.*
206.	4.	12.	

L. Septimius Plautianus, Superiori anno Conf. Afer, Seueri municeps, ex humili fortuna, in tantam amplitudinem elatus, vt penè ipsum Principem æquaret, in tantam gratiam apud ipsum, vt palam affirmaret Seuerus, non posse vllũ malum a se, Plautiano accidere; plurimis statuis honoratus, ascitus Socer Antonini Augusti, Seueri filij, locata illi filia, cum tantis opibus, quantæ quinquaginta Reginis satis fuissent, cui aliquando inclamatum in Circo, *Quid tremis, cur palles? Tu quidem certe, plus quam tres viri,* (Seuerus scilicet & duo filij) *possides*: adeo horribilis & truculentus, vt, eo procedente, aliquot anteambulones denunciarent, ne quis in proximo consistere, neue illum contueri auderet; Christianorum hostis infensissimus, & insectator acerrimus, quorum & spolijs occisorum locupletatus est, ingenti ludibrio humanæ felicitatis, & tremendo exemplo Diuinæ vltionis in impios, siue quod vere machinaretur in Principum necem, siue insidijs generi appetitus, ab eo interficitur, & in viam proijcitur, statuæ deijciuntur, nomen abraditur: Filius & Filia relegati, magnis ærumnis macerati, tãdem occiduntur. Dio. Herodianus. B

Plautiano interfecto, persecutio non sublata quidem, sed non mediocriter remissa est. C

Seuerus ex Ægypto Romam rediens cum filijs, amplissimum de Parthis triumphum agit, & Decennalia celebrat. Herod. & Dio, in Seuero.

Arcus ei a Senatu Triumphalis erigitur.

Pantheon, quod Traiani tempore ictum fulmine, conflagrarat, restituit. Inscriptiones.

Ludi sæculares celeberrimi editi. Herod. lib. 3. Zosimus lib. 2.

Horum ludorum occasione, putantur a Tertulliano scripti libri de Spectaculis, & de Idololatria, quibus satis declaratur, quantopere Christiana Religio abhorreat, ab istiusmodi spectaculis, a Gentilibus edi solitis, Diuinamq; vltionem illos expertos esse, qui præter institutum, ijsdem non vererentur esse præsentes. D

Christi Annus	*Zephyrini Pap.*	*Seueri Imp.*	*M. Aurelio Antonino 2.*[m] *& Geta fratre Coss.*
207.	5.	13.	

Mirum exẽplum diuinę misericordię.

NAtalius Confessor in Theodoti Coriarij hæresim, pecuniæ largitione inductus, & eorum creatus Episcopus, miro exemplo diuinæ misericordiæ, per diuinas visiones sæpius admonitus, tandem per integram noctem a S. Angelis cæsus, resipiscẽs, primo mane surgens, cilicio indutus, cineribus conspersus, magno cum mœrore & lacrymis, ad pedes Zephyrini Pontif. se supplicem abijciens, & non modo ad Cleri, sed laicorum genua etiam aduoluens, magnam totius Ecclesiæ commiserationem commouit; & post multas preces, & ostensiones vibicum plagarum quas acceperat, vix tandẽ in communionem Ecclesiæ recipitur. Euseb.[a] E

Nota hæresiarchas, erroris pœnitentes, pristino more, adire Rom. Pont. ab eodemq; Ecclesiæ Catholicæ communionem, facta exomologesi, promereri.

a lib. 5. c. 27.

A

Christi Annus	Zephyrini Pap.	Seueri Imp.	Annio Albino & Fuluio Aemilio Coss.
208.	6.	14.	

ORigenes creditur per hoc tempus, quod & valde adolescens esset, & non cum viris modo, sed etiam cum mulieribus institutionis causa, sermones conferret, ad tollendam omnem impudicitiæ suspicionis occasionem, sententiam illam Domini Math. 19. imprudenter interpretatus, seipsum excidisse, Euseb.[a] a lib. 6. c. 7.

Idem, audaci consilio, hoc tempore iam euiratus, putatur interpretationem edidisse in Cātica Canticorum, quam postea maturioris ætatis factus, emendatam, & pluribus auctam, in lucem edidit; quod testatur S. Hiér. in præfatione Commentariorum in Ab-B diam, temeritatis seipsum arguens, & alios, qui ipso iuuentutis exordio, diuinas scripturas adhuc inexperti, audeant interpretari.

Christi Annus	Zephyr. Pap.	Seueri Imp.	Flauio Apro Allio Max. Coss.
209.	7.	15.	

EVseb. in Chron. hoc anno meminit Tertulliani Afri, filij Centurionis Proconsularis, ea forte occasione, quod idem ipse Tertull. contra Marcionem agens, lib. 1. ca. 15. se hoc anno 15. Seueri Imp. illum Commentarium elaborasse perspicue ostendit: cū scripsisset idem iam olim, adolescens, aduersus eundem Marcionem, opus rude nimis. C Tertull. lib. 1. contra Marcionem cap. 1. Hieronym. præfat. in Abdiam.

Scripsit tunc quoque commentarium de resurrectione carnis, in quo meminit librorum aduersus Marcionem, & in horum quinto, citat librum a se scriptū de resurrectione Carnis, vt appareat vtrumque opus eodem tempore elucubratum, hæc Tertull. aduersus grassantes Marcionitas, & Valentinianos.

Christi Annus	Zephyr. Pap.	Seueri Imp.	Antonino A. 3m. & Geta Coss.
210.	8.	16.	

OPtatus Mileuitanus, de hoc tempore sic. *Marcion, inquit, Praxeas, Sabellius, Va-* D *lentinus, & cæteri, temporibus suis a Victorino Pictauiensi, & Zephyrino Vrbico, & Tertulliano Carthaginense, usque ad Cataphrygas, & ab alijs, adsertoribus Ecclesiæ superati sunt.*

Tertull. per hoc fere tempus, librum scribit de pallio, quo Christiani, qui seuerioris vitæ genus sectabantur induebantur, in cuius exordio hæc felicia tempora notat.

Antonini Decennalia Romæ celebrantur. Dio, Quibus celebratis, Seuerus cum filijs & exercitu, mouet in Britannos, Dio.

Hoc ipso anno Geta Cæsar cum Tribunitia potestate Imperium accipit. Atque hoc est quod Tertullian. lib. de pallio, de felicitate Imperij. *Deo,* ait, *tot Augustis in unum fauente;* Patre scilicet Seuero, cum duobus filijs.

Seuerus Britannos coërcet, & muro, per transuersam insulam ducto, vtrinque ad fi-E nem Oceani communit, vnde etiam Britannici nomen accipit. Dio. Spartian.

Christi Annus	Zephyr. Pap.	Seueri Imp.	Claudio Pompeiano Lolliano Auito Coss.
211.	9.	17.	

MInutius felix, insignis Romæ causidicus, Dialogum scribit Christiani & Ethnici, disputantium, qui Octauius inscribitur. S. Hier. de script. qui eius esse non putat Dialogum de Fato, vel contra Mathematicos, ob differentiam Styli, in Octauio

tamen

tamen de eo Argumento, se scripturum significat, illis verbis: *Alias, & uerius, & plenius*, scilicet de Fato. Minutij meminit Lactantius, & eum laudat Hier. ep. 84. ad Magnū. Cæcilius porro qui in eo Dialogo interloquitur, Christianam Religionem vehementer impugnans, is putatur, qui natione Afer, professione Rhetor, his temporibus Romę claruit, datusque est postea Diadumeno Magist. quem, ab Octauio ad Christum adductum, multa sunt quæ suadeant, illum fuisse Cæcilium, insignem eruditione, & Cypriani Episcopi Magistrum, à quo & nomen, honoris causa, acceperit, an vero potius pietatis, quòd ab eo in Christiana religione institutus esset? A

Calūnia in Christ. Ad antiquas in Christianos calumnias, noua addita reperitur, in Octauio, Christianos colere Antistitis genitalia: ob eam occasionem, quod Christiani omnes ad genua Sacerdotis, flexis genibus procumberent, manibusque suppliciter iunctis, exomologesim, more maiorum, facerent.

Quod obijcit Christianis, dicens. Cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota simulacra, & a Nouatoribus transfertur, ad demoliendas Ecclesias, altaria, & imagines, quasi ea non sint ex antiquo Ecclesiæ instituto, vanum plane est & inane, nam constat habuisse ab vsque primis initijs Christianos sacras ædes, & precatorias domos, quas frequentiori vsu Ecclesias nominarent, non quidem templa, id est vasta & ingentia ędificia (cum nec possent, vrgentibus fere persecutionibus, quæ tamen post, amplissima habuerunt) habuisse & altaria, non tamen aras, ad animalium cædes, & imagines, plane Gentilibus ignotas, non tamen Deorum simulacra, certum est. B

Christi Annus	*Zephyrini Pap.*	*Seueri Imp.*	*Acilio Faustino & Marco Rufiniano Coss.*
212.	10.	18.	

C

TErtullianus aduersus Iudæos scribens, hæc, cap. 7. de præsenti temporis statu. *Britanniæ, intra Oceani ambitum, conclusæ sunt. Maurorum genus, & Getulorum rabies, a Romanis obsidentur, ne Regionum suarum fines excedant. Quid de Romanis dicam, qui, de legionum suarum præsidijs Imperium muniunt.* & mox iustissime gloriatur de inermi Christiana Religione, latius, quàm Imperium Rom. se protendente. *Quippe* ait *cum Romani, tot legionibus, suum Imperium muniant, nec trans istas gentes, porrigere uires Regni sui possint, Christi autem Regnum, & nomen ubique porrigitur, ubiq; creditur, ab omnibus gentibus supranumeratis, colitur, ubique regnat, ubique adoratur.*

Seuerus firmat Imperium, distributis per Prouincias, præsertim limitaneas, triginta duabus legionibus. Dio. Et qui hactenus habebatur felicissimus, ob adeptum Imperiū, & tot gētes debellatas, in filijs se esse omnium miserrimum expertus est; ab Antonino filio sæpe occidi tentatus, & conscius Getam alterum filium interfectum iri a fratre, cū primum illi potestas daretur, Diuino illum vlciscente numine, ob innoxiū fusum Christianorum sanguinem. D

Christi Annus	*Zephyr. Pap.*	*Antonini & Getæ Impp.*	*Gentiano & Basso Coss.*
213.	11.	1.	

SErapioni succedit Asclepiades, in Ecclesiæ Antiochenæ Episcopatu, seditque annos nouem. hic in persecutione præclaram edidit confessionem. Euseb. in Chron. & in hist.[a] E

a lib. 6. c. 10.

Alexander nobilitatus præclara confessione, in persecutione, Hierosolymorum Episcopus ordinatur, adhuc viuente Narcisso, & cum eo pariter Ecclesiam gerit. Euseb. Chron. & hist.[b]

b lib. 6. c. 8.

Tertullianus sex voluminibus aduersus Ecclesiā editis, quos scripsit περὶ ἐκστάσεως septimum proprie aduersus Apollonium elaborauit. Hier. in Apollonio.

Seuerus non tam corporis morbo, quam animi mœrore confectus, Eboraci in Britannia, moritur, cum imperasset annos decem & septem, menses octo, & dies tres, vixisset-

que

A que annos sexaginta quinque menses nouem, & dies quindecim. Dio.

Antoninus & Geta fratres capessunt Imperium. Ab Antonino egregium honestissimæ pueritiæ, Christianis imbutæ moribus, (siquidē Christiano & lacte educatus est) specimē editum recēset Spartianus: adultior post factus, ferus, & truculētus euasit. Is igitur diu expectata potestate potitus, vniuersos ab ipso lare, vt dicitur (inquit Herodianus) interficere cœpit, Medicos, & nutritios sui, & fratris, & domesticos Patris. Fratres inuicem dissentientes, & alter alteri insidias molientes, Romam se referunt, allatis secū parentis cineribus; quem, vt in Diuos retulerint, eam solemnem cerimoniam, plene exequitur Herodianus lib. 4, Scriptor suorum temporum. Antoninus cognominatus vulgo Caracalla, quod, sic dicta vestimenta, donasset populo, ad talos vsque demissa; quibus vsos Clericos tradit Beda, primo libro de gestis Anglorum c. 7.

B

Christi Annus	*Zephyr. Pap.*	*Antonini Caracallæ Imp.*	*Asperis duobus* Coss.
214.	12.	2.	

ANtonini Aug. iussu Geta frater in matris gremio occiditur deinde omnes qui illum vel leuissime coluissent; vel post eius mortem, vel scripsissent, vel pronunciassent Getæ nomen; ex Getæ militibus, viris ac mulieribus in palatio commorantibus ad viginti millia; Senatores quoq; & clarissimi viri, illi maxime, qui Patri cari fuissent in quibus & Papinianus I. C. Præfectus Prætorio, quod noluissent Antonini Parricidium, composita oratione excusare, immisso deniq; exercitu in Populum Romanum, Circenses spectantem, quod in aurigam, cui ipse studebat, nescio quid cauillatus esset, magna cædes facta, quæ tanta crudelitas in Gentiles tantum desæuijt, Christianis interim alta pace fruentibus, vt satis appareat diuina vltio in eos, qui proximis annis in Christianos adeo dire bacchati essent. Dio, Herodianus.

Antonini Caracallę immanitas.

C

Christi Annus	*Zephyrini Pap.*	*Antonini Imp.*	*Antonino Aug. 4.m & Balbino* Coss.
215.	13.	3.	

COnsopito externo Gentilium in Ecclesiam bello, Ciuile quoque hæreticorum, Zephyrinus Papa cōponere statuit, & illud in primis, quod latius, & periculosius grassabatur, Cataphrygarum, adeo, vt fortissimos viros, atque adeo ipsum Tertullianū oppresserit, cuius consilio factum existimari potest, vt Romæ, coram Ecclesia, de ea re disceptatio haberetur; pro illis pugnante Proclo, inter eos celeberrimo; pro Ecclesia, Caio, spectatissimæ vitæ, & eruditionis viro, qui de ea disputatione librum edidit, de quo S. Hier. *Caius sub Zephyrino Romanæ vrbis Episcopo, id est sub Antonino, Seueri filio, disputationem aduersus Proclum, Montani sectatorem, valde insignem habuit, arguens eum temeritatis, super noua Prophetia defendenda* & prius Euseb.[a] *Disputatio porro Caij, uiri eloquentissimi, Romæ, Zephyrino Ecclesiam regente, cōtra Proclum Phrygum erroris propugnatorem habita, ad nos peruenit &c.*

D

Disputatio Romæ insignis Catholici cum Cataphryga.
a lib. 6. c. 14.

Confutatis Cataphrygum doctrinis, & conuictis, credibile est Zephyrinum, anathema contorsisse, aduersus omnes pseudo prophetiæ defensores, vt colligitur etiā ex Tertulliano de Ieiunio, cap. 1. in fine. Conspirantibus iam omnibus Episcopis in eandē cū Pont. sententiam, & Ecclesijs pace reddita, diuersis in locis Concilia cōgregata, innuit Tertullian. libro de Ieiun. cap. 13.

E

Christi Annus	*Zephyrini Pap.*	*Antonini Carac. Imp.*	*Messala & Sabino* Coss.
216.	14.	4.	

TErtullianus cōfutatas & Damnatas Cataphrygum opiniones, pugnacius tueri cōtendens, primum Bigamiam, humanæ infirmitatis remedium, secundum Aposto-

Tertulliani li. de Monogamia.

licam

licam institutionem, & antiquam traditionem in Ecclesia toleratam, sed, Pseudo paracleti instinctu, damnatam, penitus proscribit, edito libro de Monogamia, hoc ipso anno ut colligitur, ex supputatione ipsius eiusdem libri cap. 3. Mox in Catholicos, qui ieiunia, a pseudo paracleto indicta abrogassent, de Ieiunio scribit, sic exordiens; *Mirarer Psychicos istos, si sola luxuria tenerentur, qua sæpius nubunt; si non etiā ingluuie ducerentur, qui ieiunia oderunt.*

De Ieiunio.

Tertio aduersus decretum Pont. Max. de recipiendis lapsis, etiā si fornicarij fuissent & mœchi, de pudicitia commentarium scripsit, prænotatum etiam aduersus Psychicos Catholicos sic appellans. *Erit igitur, & hic,* ait, *aduersus Psychicos titulus. Audio etiam* ait, *edictum esse propositum, & quidem peremptorium. Pontif.* scilicet Maximus, *Episcopus Episcoporum dicit, Ego &c.* vbi notandus est titulus Papæ. Ritum in recipiendis pœnitentibus vsurpatum in antiqua Ecclesia, pulchre in eo libro repræsentat his verbis. *Et tu quidem pœnitentiam mœchi; ad exorandam fraternitatem in Ecclesiam inducens, Conciliciatum, & Concineratum, cum dedecore, & horrore compositum, prosternens in medium, ante uiduas, ante presbyteros, omnium lacrymas suadentem, omnium uestigia lambentem, omnium genua detinentem: inque eum hominis exitum, quantis potes misericordiæ illecebris, bonus pastor, & benedictus Papa, concionaris. & in parabola ouis, capras tuas quæris; tua ouis ne rursus de grege exiliat; quasi non exinde iam liceat, quod nec semel licuit; ceteros etiam metu comples, cum maxime indulges.*

De pudicitia

Rit⁹ recipiēdi pœnitentes ad Ecclesiam.

Aliud præclarum antiquitatis monumentum, in eodem libro colligitur in illis verbis, *A parabolis licebit incipias, Vbi est ouis perdita, a Domino requisita, & humeris eius reuecta. procedant ipsæ picturæ calicum vestrorum, si uel in illis pellucebit, interpretatio pecudis illius, utrum ne Christiano, an Ethnico peccatori de restitutione colliniet.* Et Iterum, *Patrocinabitur Pastor, quem in Calice depingitis* & cum subdit, *Ego eius Pastoris scripturam haurio, quæ frangi non potest:* plane significans. ea allusione, calices illos fuisse vitreos, patenas quoque ministeriales fuisse vitreas, eiusdem Zephyrini Pont. Decretum ostendit. qui vsus durasse videtur, vsque ad tempora Caroli magni, cum in Concilio Rhemensi, calix vitreus, merito, ob periculum, vetitus est, de Cons. d. 1. vt Calix. De calice ligneo item vetito, eadem distinct. can. Vasa, in quibus.

In calicibus pingebatur Christus ouem gestās. Calices olim vitrei.

Idem porro Tertullianus, cum sapiebat, libro de Pœnitentia, longe aliter docuit, nimirum, Ecclesiam iure, recteque recipere pœnitentes, & peccata dimittere.

Quid post hæc egerit Tertull. nulla extat memoria: nisi quod Augustinus testatum reliquit, cap. 86. de hæresibus, eum post hæc, desciuisse a Cataphrygibus, suoque nomine sectam instituisse Tertullianistarum dictorum, quos, ait, sua ætate, plane defecisse. Propter errores, quibus pleraque eius opuscula sunt respersa, a Gelasio relata fuerunt inter Apocrypha, neque tamen eorum lectio est penitus interdicta. S. Cyprianus eū frequenter lectitabat, eruditi, & ardētis viri ingenio delectatus, vt Hieronymus in script. & ep. 63. qui & de eo dixit in Apolog. aduersus Rufinum, laudo ingenium hominis, damno hæreses.

Christi Annus 217. *Zephyrin. Pap.* 15. *Anton. Carac. Imp.* 5. *Æmilio Læto et Anicio Cereali Coss.*

ANtoninus Imperator, cum Germaniam, inde Asiam, ac postea Syriam peragrasset Alexandriam veniens, dum de Ægyptijs, eum illudentibus, vindictam, ingenti edita cæde, excipit, Christianum sanguinem in persecutione sub Seuero ibi præcipue immaniter fusum, nesciens, vltus est. De cæde, lege Spartianum, Dionem, Herodianum.

Hoc tempore Christianis pacatissimo, (certus tamen annus ignoratur) Agrippinus Carthagin. Ecclesiæ Episcopus, qui his Tertulliani temporibus, sedere cepisse creditur, primus antiquam Ecclesiæ consuetudinem, qua ratus haberetur hæreticorum baptismus, secūdum Catholicæ Ecclesiæ formam collatus, prætextu quodam pietatis, quod quæcunque hæreticorum essent, Catholica Ecclesia deberet abominari, conuellere nisus, ingentium turbarum in Ecclesia auctor fuit, cum ex sententia Concilij, omnium

A Africæ & Numidæ Episcoporum, de iterando baptismate hæreticorum, Canonem statuit: nisi tamẽ primus huius erroris auctor fuerit Tertullianus, qui cum adhuc Catholicus esset, ingẽti odio hæreticorum, commẽtarium ea de re Græcè scripsit, qui non extat, quod ipsemet testatur, in libro de Baptismo, aduersus Quinctillam cap. 14. quia tamen incertum est, quo potissimum tempore vixerit Agrippinus, nec etiam exploratum haberi posse videtur, vter ab altero sententiam de hæreticorum baptismo fuerit mutuatus.

Christi Annus 218. Zephyrin. Pap. 16. Anton. Carac. Imp. 6. Sabino 2.m & Annullino Coss.

B Abagarus per hæc tempora Regnat Edessæ, Christianus & vir sanctus. Africanus apud Euseb. in Chron. ad ann. 220. Eum quidem iniјsse amicitiam cum Seuero, eamque, datis obsidibus, confirmasse, Herodian. affirmat lib. 3.

Antoninus magiæ impensè studet, & fauet, ob eamque causam Apollonium Tyaneum, iam diu mortuum, in honore habet, monumento ei extructo. Dio, Herodianus. Quod tamen damnarit omnes, qui remedia quartanis collo annexa gestarent (quod tradit Spartianus) quæ fragmenta Claui, aut sparti a cruce accepti, esse solere, prodit Plin. lib. 28. cap. 4. magna suspicio est, ea auferri solita a crucibus illis, quibus Christiani affixi fuissent, vnde & virtutem aliquam hausissent, nam si ex magica superstitione, ea illis præstandi vis inerat, quomodo non eius facultatis studiosissimus, ea potius in pretio

C habuisset?

Ambrosius vir nobilis & opulentus, Valentiniani errore infectus, Origenis disputatione cõuictus, Ecclesiæ Catholicæ restituitur per hoc fere tempus, nimirum sub Caracalla, sed quoto eius anno, certum non habetur. Aliàs etiam, disputationibus habitis cũ Hæreticis, & Gentilibus, Ethnico Philosopho iudice, multi tum Hæretici, tũ Gẽtiles, ad Christi fidem accesserunt. Ille porro Ambrosius, Origeni admodũ addictus, illi notarios, & librarios suppeditabat, & ipse vir doctus, & gloria confessionis clarus, vt refert S. Hieronymus de script. lege plura de Origene apud Euseb.[a]

[a] lib 6. c. 23.

Chri. Annus 219. Zephyr. Pap. 17. Macrino & Diadumeno Impp. 1. Præsẽte & Extricato Coss.

D Adhuc viuente Antonino, hoc anno, Quinta Editio Diuinæ scripturæ, Hiericho, in dolio occultata, inuenitur ab Origene. Epiphanius de Mensuris, Euseb.[b]

Quinta scripturæ Editio.

[b] lib. 5. c. 12

Antoninus Imperator in Mesopotamia, Macrini opera, à Marciano Centurione, pugione confossus, occiditur, cum imperasset, annos sex. m. 2. d. 5. æt. an. 29. Dio, Spartian. Hic tamen omnium dirissimus, ait idem Spartian. parricida & incestus, timore militum Prætorianorum inter Deos relatus est.

Post diem quartum a nece Imp. Opilius Macrinus, Maurus, Cæsariensis, Præfectura Prætorij nobilis, conciliatis militibus Imp.m adipiscitur, vna cum filio, Diadumeno, æque Imperatore dicto, Lamprid. in Diadum. Iul. Capitolin. Macrino imperante, defuncto Asclepiade Episcopo Antiocheno, sufficitur Philetus, qui sed. ann. 12. Euseb. 6.

E cap. 15.

Chri. Annus 220. Zephyr. Pa. 18. M. Aur. Anto. Heliogabal Imp. 1. Diadumeno & Aduento Coss.

M. Aurelius Antoninus, Caracallæ filius, quod in Phœnicia Sacerdotẽ ageret, in templo Solis, quem Heliogabalum vocant, Heliogabalus dictus (Nummi, Elagabalum, quod sic Phœnices Solem vocãt) 16. K. Iun. Imp. ab exercitu acclamatur, &

A 8. Id. Iun. Macrino, ob ingentem sęuitiam, cum filio Augusto, necatis, cum imperassent tantum annum vnum. m. 1. dies. 28. in Imperio stabilitur.

Hic Romam veniens, Anno sequenti (cum hoc hyemarit Nicomediæ) cum Matre & Auia, necnon Mammea sorore matris ipsius Aug. matre Alexandri, laudatissima femina, Deum suum Heliogabalum secum aduexit, & ei in Palatino Templum erexit; illud summo studio enitens, vt antiquatis omnium Deorum religionibus, Deus vnus ille coleretur, quod Gentilitię superstitioni, magnum attulit detrimentum. id quidem magna Dei prouidentia effectum, vt ab impurissimo Imperatore, omnia illa impura sacra polluerentur. Dio, Herodianus, Lamprid.

Origenes ob sui celeberrimam famam a Mammea Alexandri, qui post imperauit, matre, spectatissima femina, euocatus Antiochiam, apud eam aliquandiu hæsit, veritate illi fidei exposita. Euseb.[a] quem, cum idem scribat Euseb.[b] sub Zephyrino Papa Romam venisse, his vltimis Zephyrini temporibus, id accidisse putandum est, & fortasse eo Mãmeam sequutus est, cum tamen Eusebius asserat, eum scribere, propterea se Romam iter suscepisse, quod sibi admodum erat in optatis Ecclesiam Romanam plane antiquissimã viscere, Romæ tamen non diu commoratus, Alexandriam, ad consuetum docendi munus reuertitur. Eusebius ibidem. B

a lib. c. 15.
b li. 6. c. 12.

Christi Annus	*Callisti Pap.*	*Anton. Heliog. Imp.*	*Anton. Aug. 2.m & Sacerdote* } *Coss.*
221.	1.	2.	

C Vigesima sexta Augusti, Zephyrinus Papa, cum sedisset annos decem & octo, totidemq; dies, moritur. Euseb. in Chron. quod vero in Martyrolog. legatur subijsse Martyrium, vel id priuatim illi accidit, vt alijs nonnullis, in pace Ecclesiæ, quod fortasse restiterit Heliogabalo, omnes, etiam Christianorum, religiones, sub sui Dei cultũ, redigere conanti; vel quod aliquando consueuerint appellari Martyres, qui Christianæ professionis occasione supplicia sustinuissent, licet post tormenta superstites, diem extremum in pace clausissent.

Vacationis sedis die sexto, secunda Septembris, creatur Callistus Romanus.

Christi Annus	*Callisti Pap.*	*Anton. Heliog. Jmp.*	*M. Aur. Anton. & Eutychiano 2.m* } *Coss.*
222.	2.	3.	

D

Iulius Africanus historicus.

Iulius Africanus, inter uiros eruditos huius temporis, clarus, legationem obit ad Imperatorem (fortasse suadente Origene, qui eo vtebatur familiarissimè, in Palęstina tunc agente) pro restituẽda, olim incensa Ciuitate Nicopoli Palestinæ, quæ ex Rom. victoria nomen illud consequuta fuerat, cum Emmaus antea vocaretur. Re obtenta, sequenti anno est Ciuitas excitata. Euseb. in Chron.

c li. 6. c. 24.

De Iulij Africani lucubrationibus Euseb.[c] quarum fragmenta aliqua extant apud eum. Extat etiam eius epistola ad Origenẽ, de historia Susannæ, a Daniele literis prodita, quasi adulterina esset & commentitia, magnoperè dubitantis; ad quam Origenes plenissime respondet. Eius historia extabat tẽpore Photij, a Creatione mundi ad Christi aduentum, & a Christi aduentu ad Macrini Imp. quo tempore illa scribebat, ait idẽ in sua Biblioth. addens illum numerum a Creatione Mundi, ad illud vsque tẽpus, quinque mille, septingentos, viginti tres annos. Is scriptum reliquit, se Alexandriam, propter incredibilem Heraclæ famam, quæ vbique manauerat, profectum esse. Fuit Heraclas Origenis discipulus, quem inter ceteros eminentissimum, socium sibi in docendi munere asciuit. Euseb. 6. c. 12. E

A

Christi Annus 223. *Callisti Pap.* 3. *Anton.Heliogab.Imp.* 4. *Grato & Seleuco Coss.*

ALexander Mammeæ, filius, Heliogabali cõsobrinus, Cæsar creatur, & insequentem annum Consul designatur. Ipse de se apud Senatum, post mortem Heliogab. *Gratias ago vobis P.C. non nunc primum, sed & de Cæsareo nomine, & de uita seruata, & de Augusti nomine addito, & de Pontificatu maximo, & de Tribunitia potestate, & Proconsulari imperio, quæ omnia nouo exemplo, uno die in me contulistis.* Herod. Lamprid.

B

Christi Annus 224. *Callisti Pap.* 4. *Alexan. Imp.* 1. *Antonino Aug. 4.m & Alex. Cesare Coss.*

HEliogabalus ann. natus decem & octo, ob nefandas suas turpitudines, Senatui Populoque Romano, atque militibus, redditus execrabilis, occiditur, raptatur, in Tyberim proijcitur, cum imperasset annos 3. menses 9. & dies 4. hæc Dio; proxime intuens; cui potius credendum, quam Aurelio Victori, & Herodiano, aliquanto aliter narrantibus. Alexander, conspirantibus omnibus, militibus, Senatu, Populoque Romano, acclamatur Imperator, prid. Non. Mart. annum ætatis agens decimum sextum.

C Alexãder vt a matre, a Christiana Religione non abhorrẽte, & inter Christianos educatus, non modo Christianos esse passus est, sed etiam Christo Deo, aliquem qualẽcumque cultum exhibuit, vna tamen cum Gentilitijs Dijs: & ei volens templa ædificare, quod & Hadrianus cogitasse fertur, prohibitus est ab ijs, qui consulentes sacra, repererant, omnes Christianos futuros, si id optato venisset, & reliqua templa deserenda. — *Alex. probat istituta Christianorum.*

Instituta etiam Christianorum, in ordinandis Sacerdotibus, imitatus est, quantum fas fuit, in designandis Magistratibus; dicens graue esse, cum id Christiani, & Iudæi facerent, in prædicandis Sacerdotibus, qui ordinãdi sunt, non fieri in Prouinciarum Rectoribus, quibus fortunæ hominum committuntur, & capita. Clamabat sæpius, quod a quibusdam, siue Iudæis, siue Christianis audierat, & retinebat; idque per Præconem D cum aliquem emendaret, dici iubebat, QVOD TIBI NON VIS, ALTERI NE FECERIS, quam sentẽtiam vsque adeo dilexit, vt & in Palatio, & in publicis operibus perscribi iuberet. Cum autem Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contra popinarij dicerent, sibi eum deberi, Rescripsit, melius esse, vt quomodocunque illic Deus colatur, quam popinarijs dedatur. Hæc ex Lampridio. Verisimile est, locum illum fuisse tabernam illam meritoriam, ex qua, Augusti tempore oleum magno miraculo effluxit, in signum Christi humani generis Redemptoris, in mundum proximi aduentus, in quo loco, sibi adiudicato, Christiani Ecclesiam erexerint, quam ipsam illam fuisse valde credibile est, de qua legitur in libro de Rom. Pont. in Callisto, qui tempore Alexandri viuebat, *Hic fecit Ecclesiam Sanctæ Mariæ trans Tiberim.* quæ etiamnum extat, veneranda antiquitate nobilis, & tantæ rei memoria E celeberrima. De antiquo porro more proclamandi, vt cuique esset liberum, ordinãdo, si quid haberet, coram obijcere, præter rituales libros, S. Cypr. ep. 68. & Origen. lib. 8. contra Celsum, ad finem, attestantur. — *Quod tibi non vis alteri ne feceris, probatum & celebratũ ab Alex. Imp.*

Fauit & Iudæis, quos, nisi Regem, Præfectum certe habere permisit, qui eis ius diceret, concessitque in Palestina habitare, quod testatur Origen. in epistola de Susanna ad Africanum; hinc est, quod idẽ Imperator, Syrus Archisynagogus, derisionis causa, vocari consueuerit. Lamprid. — *Alex. fauet Iud. Præfecturã eis p̃mittens.*

Hippolytus episcopus, rationem Paschæ, temporumque Canones scripsit, vsque ad primum annum Alexandri Imperatoris, & sexdecim annorum circulum, quam Græci — *Hippolyt. Portuẽsis Episcopus.*

ἑκκαιδεκαετηρίδα vocãt reperit, & Eusebio, qui super eodem Pascha, Canones decem, & nouem annorũ circulum, ideſt ἐννεα καιδεκαετηρίδα, composuit, occasionem dedit. S. Hieronymus. A

Porro eiusdem scriptionis præclarum monumentum ante 40. circiter annos, simulacro, e ruderibus effosso, eiusdem Hippolyti præseferenti imaginem, in portu Romano apparuit: nam in sede eiusdem, Græcis literis temporis Canon inscriptus legitur, trãslatum vero illud fuit in Vaticanam Bibliothecam, viuens semper testis Christianæ antiquitatis, qua pij solerent, sanctorum atque eruditorum virorum effigies, sculptura reddere, ac imagine repræsentare.

Christi Annus	*Callisti Pap.*	*Alexandri Imp.*	*Maximo et Aeliano Coss.*
225.	5.	2.	B

ALexander quos putauit viros optimos, & Iuris consultissimos, Vrbanis præfecit negocijs, & sibi adhibuit Consiliarios, quos plures recenset Lampridius, qui omnes inquit Iuris professores, discipuli fuere splendidissimi Papiniani, & enumeratis alijs, subdit, his tot, atque alijs talibus viris, quid mali potuit cogitari, vel fieri, cum ad bonum consentirent? sed hæc, homo Gentilis de illis; quod non putaret delictum esse, Christianis inferre molestias, quos impios crederẽt Ethnici omnes: vel fortasse ipsum præterijt, (nam primis Constantini temporibus scripsit) quanta mala eiusmodi adeo celebres I.C. Christianis irrogarint. Horum omnium facile princeps apparuit Domitius Vlpianus, quem, Alexandrum Imp. habuisse pro tutore, assidentẽ Principi, primo loco, eidemque Præfecturam Prætorij, dignitatem amplissimam, contulisse, atque scriniorum Magistrum creasse, idem affirmat, proximumque huic locum tenuisse Paulum I.C. quorum arbitrio cuncta faceret Alexander. Lactantius, post recensitas multas molestias, sæpius Christianis illatas,[a] hæc addit. *Quin etiam sceleratissimi homicidæ, contra pios, impia iura condiderunt. nam & Constitutiones sacrilegas, & disputationes Iuris peritorum leguntur iniustæ. Domitius, de Officio Proconsulis, libro septimo, Rescripta Principum nefaria collegit, vt doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui se cultores Dei cõfiterentur. Quid ijs facias, qui ius vocant, carnificinas veterum Tyrannorum, aduersus innocentes rabie sæuientium? & cum sint iniustitiæ, crudelitatisque Doctores, iustos esse se tamen ac prudentes videri volunt, cæci ac hebetes, ac, rerum & veritatis ignari, adeo ne vobis, o perditæ mentes, inuisa iustitia est, vt eam summis sceleribus adæquetis? adeo ne apud uos perijt innocentia, vt ne morte quidem simplici dignam iudicetis, sed supra omnia facinora habeatur, nullum facinus admittere, pectusque purum, ab omni sceleris contagione præstare?* hæc Lactant. in I. C. ac præcipue in Domitium Vlpianum, cuius nefariorum Statutorum collectionem in Christianos, alius Collector, & emendator, vt iniustam & impiam proscripsit.

Vlpianus, assessor, primo loco, Alexandri, carnifex Christianorum.

a lib. 5. c. 11. & 12.

Quod Herodianus ait, Alexandrum quatuordecim annis, quibus regnauit, deduxisse Imperium sine sanguine, falsitatis coarguitur a Lampridio. Sed & Mãmea sanguinaria, eiusdem Herodiani sententia, habenda est, quæ Patrem vxoris Alexandri, clarissimum virum, impie admodum occidi mandauit, eiusque filiam Alexandri coniugem in Africam relegauit, ne Augustæ nomen illa sibi vindicante, ipsa contemptui haberetur, & Lamprid. de ea. Mulier sancta, sed auara, & auri atque argenti cupida. Hæc autem necessario præmittenda fuerunt, ne commentum putetur, quod dicetur, aliquot Romæ Martyres sub Alexandro esse passos, licet de eo tradat Lãp. permisisse Christianos esse. E

Christi Annus	*Callisti Pap.*	*Alexandri Imp.*	*Iuliano & Crispino Coss.*
226.	6.	3.	

PRid. Id. Octobr. Callistus Papa martyrio coronatur, cum sedisset an. 5. m. 1. d. 12. Euseb. in Chron. & in hist.[b] sub Alexandro passum esse, cum acta eius Martyrij

b lib. 6. c. 15

A (in eo tamen corrigenda, quod habent, promulgatam ab eo in Christianos persecutionem, contra quam Lamprid. & nostri quoque antiqui scriptores affirmant) tum Martyrologia omnia asseuerant. Extat adhuc domus, in qua custoditus fuit, feliciter in Ecclesiam conuersa, in qua & ipse cernitur puteus, in quem deiectus est sanctus. hic constituit ieiunium, ter in anno fieri, frumenti, vini & olei gratia, secundum prophetiam, an potius quater, vt est in prophetia Zacharię [a] citata; sic tamen vt non Callistus primus institutor habeatur, sed primus, qui scriptis id seruari mandarit, quod antea Apostolica traditione obseruabatur. Hic fecit Ecclesiam S. Mariæ trans Tyberim, & cœmeterium, vbi multi Sacerdotes, & martyres requiescunt, quod appellatum est Callisti. at sepultus est ipse in Cœmeterio Calepodij, via Aurelia. lib. de Rom. Pont. De Cœmeterijs, de quibus in actis Martyrum frequens mentio, hic videtur aliquid dicendum, plura qui volet, adeat fontem, ipsos Annales.

a Cap. 8.

B Cogebantur Christiani, ex Romanis legibus, mortuos suos extra mœnia sepelire, quos non vt Gentiles cremabant, sed vnguentis delibutos condiebant, & in ea loca deferebant, quæ modo cœmeteria, interdum areæ, tumbæ, seu catatumbæ, seu catacumbæ, vel cryptæ arenariæ, ex natura loci, nomine comparato, dici consueuerunt, sed cœmeteria vsitatius, quod fides doceret, Christianos non mori, sed rursus excitandos, interea in domino obdormire, quæ consuetudo sepeliendi mortuos in cryptis, sumpta videtur ab Hebræis, de quibus, præter loca scripturæ, habemus recentius exemplum, apud Epiphan. hær. 30. *Abducunt miserum Adolescentem*, inquit, *post occasum solis, in propinquas tumbas, sepulchra autem sic appellantur, speluncæ videlicet in petris effosæ ac constructæ.* Quadraginta tria huiusmodi cœmeteria in tabulis Vaticanis recensentur. antiquitus autem cum in eis essent corpora sanctorum Martyrum, frequenti cætu, visitari C consueuisse cœmeteria, multa sunt, quę aperte demonstrāt, & inprimis illud, quod edictis Imperatorum, ab eis Christiani, (vt scribit Euseb. [b]) arcerentur, reddita vero Ecclesiæ pace, eadem frequentare loca permitterentur, quæ se, diebus Dominicis frequentasse scribit S. Hieronymus in Ezechielem cap. 40. & breuiter interim describit. Cessarunt autem fidelium studia in cœmeterijs adeundis, postquam ea quæ ibi sita erant corpora sanctorum Martyrum, intra vrbem sunt delata, & in diuersis Ecclesijs honorificentius collocata. Sed & accidit, vt sicut maiorum consuetudine, etsi non in ijsdem sepulchris, in eisdem tamen cœmeterijs sepeliebantur, aliorum quoque corpora Christianorum; translatis iam sub Christianis Imperatoribus, sanctorum Martyrum reliquijs, in Ecclesias, intra Ciuitates positas, in eisdem etiam, aliorum fidelium corpora cæpta sint sepeliri: quod eos doceret pietas, meritis sanctorum Martyrum adiuuari ani-D mas defunctorum, nam & S. Maximus ait; *Ideo hoc a maioribus prouisum est, ut sanctorum ossibus nostra corpora sociemus; ut dum illos Tartarus metuit, nos pœna non tangat: dum illos Christus illuminat, a nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum sanctis ergo Martyribus quiescentes, euadimus Inferni tenebras eorum proprijs meritis, attamen consocij sanctitatis.* hæc Maximus Serm. in Nat. SS. Octauij, Aduentoris, & Solutoris. Eodem quoque consilio S. Ambrosius, prope SS. Martyres voluit sepeliri, sed de his pluribus S. August. de cura pro mortuis agenda.

De Cœmeterijs.

b Li. 7. cap. 10. & 12.

Plures alij feruntur Martyrio coronati sub Alexandro, in omnibus Martyrologijs, vt Calepodius, Palmatius Consularis: Simplicius Senator, cum vxore & familia; Felix cum vxore, & reliqua familia, Priuatus, Asterius, & alij, quorum necis auctores fuerunt Iuris illi consultissimi, qui vrbem administrabant, & in primis Vlpianus, cuius no-E men, vt persecutoris, insigniter notatur, in alijs Martyribus, Quiriaco Episcopo Ostiensi, & socijs, eodem quoque modo, qui dicuntur, iubente Alexandro fuisse occisi, sic videtur accipiendum; quod quidquid hi fecissent, Imperatoris nomine atque auctoritate se fecisse iactarent.

Vacat sedes post obitum Callisti, diebus sex, sicque 21. Octob. substituitur ei Vrbanus Romanus.

A

Christi Annus	Vrbani Papæ	Alexandri Imp.	Dextero atque Rufo Coss.
227.	1.	4.	

Mascula publica Venus a Christianis Impp. sublata.

PLuribus legibus promulgatis, Alexander conatur restituere optimum Reipub. statum. Lenonum, meretricum, & exoletorum vectigal, in sacrum Ærarium inferri vetat, & sumptus publicos ad instaurationem Theatri, Circi, Amphiteatri & Ærarij deputat: exoletos, quod volebat, nō tollit, (quod postea fecit Philippus) ne prohibens publicum dedecus, in priuatas, cupiditates conuerteret, cum homines illicita magis postulent, prohibitaque furore prosequantur. Lāprid. Sed Principibus Christianis, purgatio vrbis, & Orbis, a tantis sordibus obscœnissimis debebatur. perfecit enim Constātinus, quod Philippus iam cæperat. S. Hieron. in If. cap. 2. *Inter scorta quoque fornicibus spectaculorum, pueri steterunt, publicæ libidini expositi, donec sub Constantino Imp. Christi Euangelio coruscante, & infidelitas uniuersarum Gentium & turpitudo deleta est.* B

Christi Annus	Vrbani Pap.	Alexandri Imp.	Alexand. Aug. 2.m & Marcello Coss.
228.	2.	5.	

Martina virgo Ro. Mart.

IPsis Kal. Ian. cum adhuc quartus Imperatoris Alexandri annus duraret, (nam mense Martio quintus cæptus est annus) S. Martina Virgo Romæ passa est (Acta eius M. S.) 17. K. Nouemb. decem & septem milites, Carnificinæ sanctorum Ministri, Martinæ opera ad Christum conuersi, martyrio coronati. Acta Sanctę Martinę, apud Suriū, in multis tamen emendanda. Iulius quoque emeritus miles in Mysia, & Hesychius ibidem Martyrio coronati. eorum memoria fit 27. Maij & 15. Iunij. C

Christi Annus	Vrbani Pap.	Alexand. Imp.	Balbino & Maximo Coss.
229.	3.	6.	

GEminus presbyter Antiochensis, & Hippolytus, & Beryllus Episcopus Bostrenus in Arabia, clari scriptores habentur. Euseb. in Chron. Hic Beryllus cum declinasset in hæresim, asserens Christum non habuisse ex se Diuinitatem, sed solam Patris in eo extitisse; a conuentu Episcoporum, sed maxime ab Origene confutatus, ad Ecclesiam rediјt. Euseb. [a] D

a lib. 6. c. 16. b lib. 6. c. 14. Hippolyti Portuensis scripta.

Hippolyti plures lucubrationes recenset Euseb. [b] & Hier. in scriptoribus, eum Gelasius Papa in commentario, de duabus naturis in Christo, Metropolitanum Arabiæ vocat. Discipulus fuit Clementis Alexandrini. Nonnum vero fuisse cognominatum, Petrus Damianus, scribens ad Nicolaum secundum Rom. Pont. tradit, additque ab eo, cum ageret in Oriente, plusquam triginta millia Ethnicorum, ad Christi fidem fuisse conuersa. Quod vero illi tribuit Pelagiæ famosissimæ meretricis conuersionem, falsus est, similitudine nominis deceptus, siquidem ille alter Nonnus floruit sub Theodosio iuniore. Romam veniens, vt limina Apostolorum inuiseret, & sanctorum cœmeteria curiosius perquireret, a Callisto Rom. Pont. digne exceptus est, & Portuensis episcopus creatus, vt tantum hominem apud se retineret. Nicephorus quoque eum vocat Episcopum Portuensem, [c] Passum autem sub Alexandro, Vlpiano vrbis præfecto, Martyrologia declarant, vna cum alijs multis. Ad ostia Tyberina, extat adhuc & inuisitur, memoria olim celebris, puteus ille, seu profunda fouea, aquis plena, in quam ligatis manibus, pedibusque præcipitatus, Martyrij coronam accepit. de S. Hippolyti martyrio, & Sociorum, Acta S. Aureæ, in multis corrigenda, narrationem continent. Vide in Martyrolog. 5. 22. 23. Aug. Prudentius Peristephanon hymno secundo in Hippolytum, qui errore lapsus, tres in vnum iungit Hippolytos: Militem passum sub Valeriano, Episcopum E

c lib. 5. c. 25.

A scopum sub Alexandro, & Presbyterum Antiochenum olim Nouatianum passum sub Decio. Ad huius Hippolyti æmulationem Ambrosius, Origenem incitauit ad scribendos commentarios in scripturam, suppeditans ei notarios & librarios, & incredibili studio ab eo quotidie opus exigens. Nihil Hippolyti tot tantarumque lucubrationum extat, quod est dolendum, præter libellum de Antichristo, seu Iudicio.

Christi Annus	*Vrbani Pap.*	*Alex. Imp.*	*Modesto & Probo* Coss.
230.	4.	7.	

PHileto Episcopo Antiocheno, post annos 12. e vita sublato, subrogatur Zebennus, B vel Zebinus, Euseb. in Chron. & in Hist. [a] Quibus temporibus (pergit ibidem Euseb.) Origenes necessitate cuiusdam negocij Ecclesiastici obeundi flagitante, in Græciam, per Palęstinam iter fecit, & Cęsareæ per manus impositionem Episcoporum, qui in illis partibus rexerunt Ecclesiam (Alexandri Hierosolymorum, & Theoctisti Cæsareæ) munus suscepit presbyterij. Demetrius, non quidem inuidia ductus, dignitatis & claritatis Origenis, vt calumniatur Euseb. [b] ordinationé illam improbauit, sed potius, quod illi Episcopi, Alexandrinæ Ecclesiæ hominem in primis, deinde etiam sponte abscissum, ordinassent, quòd contra erat regulas Ecclesiasticas, *Qui sibi ipsi uirilia amputauerit, clericus ne efficiatur, sui enim ipsius homicida est, & inimicus* creationi Dei. rursum, *si quis cum Clericus esset, uirilia sibi ipsi amputauerit, deponitor, &c.* Can. Ap. 21. & 22. Nec ob id tamen damnandus Alexander, qui excusans se pro Origene, contra C Demetrium scripsit, se iuxta testimonium ipsius Demetrij, illum presbyterum ordinasse, vt refert S. Hieron. in scriptoribus, in Alexandro. credibile enim est, Demetrium, dedisse Origeni litteras commendatitias ad Alexandrum, quarum auctoritate, satis visũ eidem fuerit Alexandro, Origenem esse probatum. Erat hoc anno Origenes natus annos 43. siquidem anno decimo Seueri, orbatus est patre, annorum decem & septem.

[a] lib. 6. c. 17.

[b] Lib. 6. c. 7.

Causa porro profectionis Origenis in Græciam, quam non explicat Euseb. probabile est, fuisse inuentionem sextæ editionis, quæ hoc ipso anno, medio tempore Imp. Alexandri, vt auctor est Epiphan. lib. de mensuris, Nicopoli, apud Actium, in dolijs occulta ta, reperta est; vt qui indefesso studio, quinque, iam versiones inuenisset, sextam nactus, quinque illis adiungeret.

D *Christi Annus*	*Vrbani Pap.*	*Alex. Imp.*	*Alexandro 3.m & Dione historico* Coss.
231.	5.	8.	

INuenta sexta editione sacræ scripturæ, Origenes, (qui ante Tetrapla collegerat, nẽpe in singulis paginis, quatuor ordine dispositis columnis, vt prima esset Editio septuaginta Interpretum; secunda Aquilæ, tertia Symmachi, quarta & vltima Theodotionis,) ad Hexapla elaboranda animum adiecit, in quarum singulis paginis, sex essent distinctæ columnæ, quarum prima contineret, textum ipsum Hebraicum, Hebraice scriptum; secũda eundem textum Hebraicum sed Græco charactere exaratum: tertia Aquilæ versionem, quarta Symmachi; quinta Editionem 70. sexta denique Theodotionis translationem, additis autem ad has, Quinta & sexta Editionibus, ab Hebræis, sed pijs E hominibus, vt putat Hieronymus, elaboratis, octapla perfecit. hæc fere ex Epiphanio. Quidam, ex ordine & dispositione Origenis, harum Editionum, putarunt primos interpretes esse Aquilam, & Symmachum, ante editionem 70. quod non est ita; sed Origenes sciens 70. Editionem exactam esse atque sinceram, ipsam in medio locauit, quo hinc, atque hinc positas interpretationes redargueret. Quando autem hoc immensæ molis opus perfecerit Origenes, non omnino constat: nam quod ait Epiphan. de secessu Tyrio, ad aliud tempus est referendum. Et quia Origenis itinera, ab Eusebio, diuersis in locis, paulo confusius sunt descripta, cum ex eis rerum gestarum, magna elucidatio comparetur, hic summatim ea relegere operæ pretium erit. Is igitur, Zephyrini Papæ tẽ

Vltima Editio scripturæ

Octapla Origenis.

a lib.6.c.12. b Cap.13. poribus, Romam se contulit, (ex Euseb.)[a] indeque Alexandriam reuertit; post hæc, in Arabiam amandatus, Alexandriam denuo rediit[b] Post vero profectus in Palæstinam, Cæsareæ docere cœpit, nondum presbyter. hic cœptæ dissensiones, inter Demetrium Episcopum Alexandrinum, & Alexandrum, Episcopum Hierosolymitanum, quod pateretur hominem laicum docere Episcopos. post hæc, factus iam presbyter, in Græciam profectionem instituit,[c] post vero rediit Alexandriam[e] vbi mansit biennio, vsque ad annum decimum Alexandri Imperatoris, ac subinde iterum reuersus est in Palæstinã, atque hoc est quod ait Epiphanius, Venit delatus in Cæsaream Stratonis, & conuersatus Hierosolymis modico tempore, deinde progressus in Tyrum, ad annos 28. (veluti fama refert) & vitam exercuit, & scripturas interpretatus est, & Hexapla, atque octapla perfecit. Ordo porro temporis, quo innotuerunt hæ editiones, hic est. A

c Cap. 17. d Cap.20.

Editionum scripturæ tẽpora.

Prima scripturæ Diuinæ interpretatio ex Hebraico fonte in Græcam linguam facta fuit, (quidquid aliqui aliter opinati sint, vt Clem. Alexan. in Strom. & Euseb. de præparatione Euang. lib. 10. cap. 1. 2. 3. cum planè constet contrarium, ex Iosepho lib. 12. cap. 2. Antiq. ex Phil. 2. de vita Moysis, & ex Aristæa) à 72. Interpretibus Hebræis, rogante Ptolemęo Philadelpho, & quidem diuino consilio elaborata, ante aduentũ Christi, annis ducẽtis octoginta, vt exactè numero deducto, colligitur ex septuaginta Olympiadibus apud Euseb. B

Secunda ab Aquila Pontico, Iudaizante hæretico, sub Hadriano, ut plurium opinio est, anno Domini 138.

Tertia, a Theodotione Ephesio, & ipso hæretico, primis Commodi annis, circiter annum Domini 184.

Quarta, a Symmacho, ex Samarita Iudæo, vt Epiph. vel hæretico, Ebionæo, vt Hier. sub Seuero, circa A.D. 203. C

Quinta porro Editio, inuenta fuit ab Origene in Hiericho, sub Antonino ad A. D. 219. vt est apud Epiph. & Euseb.

Sexta denique Nicopoli apud Actium, medio tempore Alexandri Imp. A.D. 230. vt habet Epiphan. Ex his conflata fuerunt ab Origene Hexapla illa, & Octapla laudatissima, hæc quoque fere ex Epiphan.

De Edition. 70 72. Interpretes qui?

Circa porro editionem 70. multa inter veteres auctores quæruntur, & controuertuntur, quæ hic breuiter tantum sunt attingenda. Ac primum qui fuerint hi 70 Interpretes? plerique affirmant ad hoc peculiare opus, delectos fuisse ex singulis tribubus senos, vtriusque linguæ peritissimos: alij putant amplissimum illum Senatum 72. seniorum a Moyse primitus Dei consilio institutum, quorum munus erat de Lege, Rege, Sacerdote, atque Prophetas decernere, hoc tantum opus, quasi ex officio, obijsse. quam suã Sententiam confirmari putant ex Aristæa, & Origene, qui frequenter eos vocant Seniores, cuius etiam Sententiæ fuit S. Hilarius in psalmum secundum. D

Quorũ libr. interpretes.

Deinde, quorum librorum facta ab illis interpretatio? S. Hieronymus aliquando visus est propendere in eam sententiam, vt Pentateuchum tantùm verterint; sed longè probabilius est, vniuersam vertisse, vt scribit Iustin. Irenæus, Clem. Alexan. Epiphan. Euseb. & alia plura argumenta confirmant.

Quo modo.

Quo vero modo facta hæc interpretatio? illud certum esse videtur, quod omnium consensu celebratur, eos, spatio dierum septuaginta duorum, mirabili consensione, diuinas literas apud Pharum Ægypti, ex Hebraico sermone, in Græcum idioma transtulisse; vtrum autem singuli, singulis cellulis inclusi, quod magni auctores tradiderunt, Iustinus, Irenæus, Clem. Alexan. Cyrill. Hierosolymitanus & alij plures; an bini & bini, vt Epiphan. prodidit; an potius omnes simul inter se conferentes, interpretationem illam fecerint, magna quæstio est. E

Quo genere vsi interpretationis.

Quo genere vsi interpretationis? alij ex Phil. lib. 2. de vita Moysis. putãt eos omnia transtulisse ad verbũ. At S. Hier. ep. 101. ad Pãmachiũ, de optimo genere interpretãdi, sæpius testatur, eos, non verba verbis, sed sententias sententijs reddidisse; legerat vtiq; ipse Aristæam, atque Philonem, nec tamen eo sensu eorum verba accipienda putauit.

Cuius auctoritatis?

Cuius vero illa auctoritatis? summæ; si quidem Interpretes illos, diuino afflatos spiritu, eam perfecisse interpretationem, & propheticè interdum fuisse locutos constanter

A omnes testati sunt, Aristæas, Philo, Iosephus, Iustinus, Irenæus, Eusebius, Clem. Alex. Epiphanius, Chrysostomus, Cyrillus, Tertullianus, Hilarius, Augustinus, & alij. Quin & B. Hieronymus, qui aliquando iniquior 70. interpretibus videri potest, aliquid supra humanas vires, & studium, ijsdem tribuit, dum in præfatione prima in Paralipom. scribit: si versio 70. integra haberetur, vt ab eis edita fuit, frustra se laboraturum in Biblijs transferendis, & præfat. 2. dicit, 70. Interpretes spiritu sancto plenos, quæ vera sunt transtulisse; & Apologiæ in Ruf. lib. 2. affirmat, se nunquam 70. Interpretibus detrahere voluisse. Hanc interpretationem Iudæi vniuersi probarunt, eam in Synagogas induxerunt, Philo, & Iosephus ea vsi sunt; denique oblato supplice libello Iustiniano Imperatori, petierunt eandem, sicut antea factum erat, in suis ipsorum Synagogis legi debere, Apostoli eam citarunt, & Ecclesiæ eam legendam tradiderunt. Merito igitur eadem in Ecclesia, communis est habita, quamdiu sincera permansit. Post vero multæ

Editio 70. Iudæis probata, & vsurpata.

B tandem corruptelæ in eam inuectæ sunt, negligentia, vel malitia, aut etiam ignorantia aliquorum, quamobrem ea primum ab Origene, deinde a Luciano Martyre, postea ab Hesychio, quartò demum a Hieronymo fuit mendis expurgata. Cum vero ob triplicem communem 70. Editionem, dum suam quisque propriam commendaret, non leues conflarentur seditiones; ob eamque causam sæpe veritatem Hebraicam, vel alias a profanis editas, translationes, consulendi pateret occasio, h s, & alijs rationibus permotum, se fuisse dicit S. Hieronymus, vt Hebraicam quoque editionem, in Latinum conuerteret. Inter omnes autem veteres Latinas interpretationes 70. Itala, nempe Romana, præstitit cæteris, quod verborum tenacior esset, & feliciùs exprimeret sententiæ perspicuitatem, vt S. Augustinus affirmat. Latina Hieronymi posterior editio ex Hebræo, Ecclesiæ, antiquitatem excolere consuetæ, initio minus grata fuit, donec paulatim, quænam,

Triplex communis Editio 70.

Latinæ interpretationes 70.

C qualisve esset, omnium eruditorum studio, & labore perspecta, atque pia, pura, vera synceraque comperta, magno honore tandem, summaque laude in Ecclesiam fuit intro ducta, veteri non explosa. Eandem S. Aug. multum probauit, nequaquam tamẽ antiquæ illi 70. præferendam putauit. Isidorus autem 6. Etymolog. cap. 6. Eius, inquit, Hieronymi, interpretatio, merito ceteris anteponitur, nam est verborum tenacior, perspicuitate sententiæ clarior atque (vtpote Christiana interpretatio) verior. Cum igitur duplex vsurparetur in Ecclesia Romana editio, Vetus 70. noua Hieronymi, (sic enim eas distinguunt Eucherius, & S. Gregorius) accidit post Gregorij tempora (quoto uero potissimum anno, quoue auctore incertum,) vt quoniam duæ simul vulgatæ editiones, Ve

De Latina script. Editione. S. Hieronymi.

Duplex Editio in Ecclesia, Vet 70. Noua Hieronymi.

D tus & Noua, dissensionum ac contentionum interdum ministrarent occasionem, & in diuersa studia fideles ea in re distraherentur ab inuicem, dum alij Veterem, & Nouam alij sequerentur, diuino afflante numine, prouisum est, optimeque consultum, vt ad Ecclesiasticum communem vsum, vna ex duabus, quæ vsui omnibus esset ecclesijs, conflaretur, quæ communis omnibus, atque vulgata, vno nomine, a cunctis diceretur, explosa illa Veteris & Nouæ nomenclatura, quæ res plane euenit ex sententia. quæ quidem vulgata Editio cum conflata fuerit, ex ea interpretum 70. a Hieronymo emendata, & ex illa altera, quam, ex Hebræo idem vertit, merito esse Hieronymi dici posse videtur. Nec vero sic passim mixta fuit, vt, veluti centones, fuerit coagmentata, cum in ea reperiantur libri integri secundum 70. editionem positi, nempè Psalmorũ, & alij. Porro Psalterium, quo vtimur in vulgata, non ex Hebræo, nec ex Hexaplis, sed

Vulgata, ex quibus cõflata.

Hier. Vulg. dici potest.

Psalterium quo vtitur Ecclesia quale.

E est ex illa communi, quam diximus, editione 70. ab alij sæpius emendata: rursum vero vulgata continet Prophetas minores, secundum factam a Hieronymo, ex Hebraico versionem; sed & quattuor maiores, paucis tamen exceptis. Librum Iob itidem, prout ab eodem ex Hebraico & Arabico est translatus. Recepta igitur vna communis editio, magna consensione à tota Occidẽtali Ecclesiæ, duæ illæ Vetus, & Noua, vulgatæ, paulatim negligi cæperunt, & obliterari; atque etiam Veterrima illa Editio 70, vt iam pene extincta videretur, quæ tamen his prope diebus quasi rediuiua, opera atque industria Antonij Cardinalis Carafæ Bibliothecarij apparuit, tum Græca tum Latina. Hactenns de Editionibus veteris Testamenti. Quo ad nouum, cum exemplaria valdè essent corrupta, & mendis scaterent, iussu Damasi, Hieronymus illud emendauit ex Greco, pluribus Latinis codicibus inter se collatis, *Quæ emendatio*, inquit, præfatione ad Damasum, in

Vulgata scripturæ editio qualis.

Editio 70. tũ Græca tũ Latina, restituta.

quatuor Euangelia, *ne multum a lectionis Latinæ consuetudine discreparet, ita calamo temperauimus, vt ijs tantum, quæ videbantur sensum mutare, correctis, reliqua manere pateremur, vt erant.* Sunt qui contendat, editionem Noui Testamenti, non esse Hieronymi, plures qui affirment, & eam a calumnijs fortiter vindicent. Quod vero offendantur aliqui rudiore quadam & impolita eius editionis dictione, ac propterea Hieronymi esse negent, a cuius stylo penitus discrepet; hoc ipsum probat, eius esse, qui cum non nouam ipse cuderet, sed veterem emendaret editionem, illa ipsa verba rudia, simplicemq; dicendi stylum, ne in minimo quidem mutare voluit, vbi verba atque sententiæ a Græco, vt ait, non dissentirent. Et certe non est verisimile, editionem, auctoritare tanti Pontificis, a tanto viro, emendatam, recognitam, probatam, traditam Romanæ Ecclesiæ, totoque statim Occidētali orbe diffusam, a posterioribus fuisse neglectam atque reiectā. Hæc eadem Editio, ex decreto Sacrosancti Concilij Tridētini, ad veteres Codices emēdata, opera Cardinalis Carafæ & aliorum doctissimorum hominum, iussu Sixti V. Pōt. tandem proximis annis prodijt. Atque hæc de diuinæ scripturæ editionibus, occasione Hexaplorum Origenis, sub vnum aspectum subijcere opportunum iudicauimus, licet pleraque minus ad hæc tempora pertinerent.

Noui Testamēti Editio Latina.

Christi Annus	*Vrbani Papæ*	*Alexandri Imp.*	*Agricola & Clementino* Coss.
232.	6.	9.	

Origenes Alexandriæ quinque Tomos absoluit Commentariorum in Ioannem, vt idem scribit in sexto. ex illis porro, quos in Ioannem scripsit, vigintiduo Tomi solum ad nos peruenerunt, ait Eusebius.[a]

a lib. 6. c. 18.

De duodecim libris, quos scripsit in Genesim, octo priores ibidem composuit; in vigintiquinque etiam primos Psalmos; alios etiam in Lamentationes Hieremiæ, quorum quinque ad nos peruenerunt; in quibus obiter librorum, (duo qui desunt) quos de resurrectione exarauit, facit mentionem. Porro libros de Principijs, priusquam Alexandria demigraret scripsit. Stromaton quoque decem, ibidem, Alexandro imperante scripsit. Ex Euseb. ibidem.

Magna per hoc tempus, concitata est tempestas aduersus Origenem, de qua idem in præfatione sexti Commentarij in Ioānem, non quidem ratione abscissionis, aut ordinationis, nam hæc ante præcesserāt, sed quod vulgata ab eo scripta, vel (vt ipse excusabat) eius nomine edita, multis hæresibus abundarent, quo nomine a Demetrio Alexandriæ Episcopo fuit excōmunicatione damnatus, & prolata contra eum sententia, a ceteris quoque Ecclesijs rata habita; cuius rei gratia, mox Origenes, pro sui defensione litteras ad vniuersam Ecclesiam scripsit, amaritudine plenas, quarum Hieronymus, his verbis, meminit lib. 2. Apolog. aduersus Ruffinum. *Cumque illa epistola tota, Demetrium Alexandriæ Vrbis Pontificem, laceret, & in totius Orbis Episcopos, & Clericos inuehatur, & frustra ab Ecclesijs excommunicatum esse se dicat,* & mox. *Contra Sacerdotes ergo Ecclesiæ, generaliter disputans, a quibus indignus communione eius fuerat iudicatus hæc intulit &c.* Verum vtcunque res acciderit, cum neget eos à se dictos, vel scriptos errores, hæreticus dici non potuit, satis enim ea improbauit, dum constanter sua esse negauit: sed in eo minus videtur excusatione dignus, quod cum sciret tā multa sua ab omnibus impugnari, nullum tamen ediderit retractatorium Commētarium, cum sibi satis superfuerit otij & temporis, vt ad Catholicæ fidei normam ea attemperaret.

Origenes excōmunicatur

Inexcusabilis Origen. quod non retractauerit, quæ multa ī suis scriptis impugnari sciebat.

Vltimo anno Vrbani Papæ, rursus nouæ in Christianos excitatæ sunt turbæ, cum a Cæcilia Clarissima Virgine, eius sponsus Valerianus admonitus, ab eodem Pōtifice baptizatus, Angelico est factus dignus aspectu, simulque Tiburtius eius germanus, ab eadem ad Christum conuersus, & ab eodem Pontifice baptizatus est; qui iubente Turcio Almachio, Vrbanam Præturam administrante, tenti sunt; additusque his Maximus, cubiculi Imp. Præfectus. hi tres ob Christi nominis confessionem gladio cęsi, nobilis martyrij coronam adepti sunt. Tenta post hos Cæcilia, perstansque in fidei confessione, distributis per Vrbanum Papam, reliquis substantijs in Pauperes, & rogans vt domum

Cęcilię Virg. Martyrum.

A suam Ecclesiam consecraret, cum nec balnei calore, ad eam extinguendam parati, læsa esset, nec triplici spiculatoris ictu, obtruncata; triduo post, animam suam Domino commendans, martyrium consummauit, quam idem Vrbanus Papa sepeliuit in Cæmeterio Callisti, vbi & Valerianum cum alijs, antea sepelierat, & locus dictus in Cæmeterio, ad S. Cæciliam. Acta fideliora. Quod porro de eadem S. Cæcilia in ijsdem actis legitur, consueuisse Euangelium Christi gestare in pectore ab alijs quoque id factitatum inuenitur, & si fides præstatur S. Andreæ actis, etiam Apostolorum temporibus id vsurpatum apparet. sancta, piaque maiorum hæc fuit consuetudo, nisi aliqua accedente superstitione labefactaretur, eius meminit S. Ioannes Chrysostomus hom. 73. in Matth. dicens: *Multæ mulierum modo faciunt, Euangelia ex collo appendentes.*

B *Christi Annus* 233. *Pontiani Papæ* I. *Alexandri Imp.* 10. *Pompeiano & Feliciano* Coss.

VRbanus Papa Martyrio coronatur, cum sedisset annos sex. m. 7. & d. 4. ex Indicibus Vaticanis, nam aliter Euseb. in Chron.

Hic fecit ministeria sacra omnia argentea, & patenas argenteas viginti quinque apposuit. lib. de Rom. Pont. & cum refoderetur crypta illa, qua fideles sacra agẽtes, occlusi fuerant, inuenta sunt in ea, multa sacra ministerialia vasa, ex argento confecta, Greg. Tur. de gloria Mart. cap. 38. sed & Prudent. sacro hymno de S. Laurentio, refert persecutorem sic S. Laurentium alloquentem: Ministeria sacra argẽtea.

Hunc esse vestris Orgijs.
C *Moremque, & artem proditum est.*
Hanc disciplinam fœderis,
Libent vt auro antistites.
Argenteis scyphis ferunt,
Fumare sacrum sanguinem.
Auroque nocturnis sacris.
Adstare fixos cereos.

Statuente hæc Vrbano, & hac ex parte Christi Ecclesiæ gloria effulgente, diuino plane consilio, sacra profana Gentilium obsolescebant, auctoribus ipsismet Impp. Nã Alexander in templis sane nunquam, præter quatuor, aut quinque Argenti libras, auri ne guttulam quidem aut bracteolam posuit, susurrans illud Persij. In sanctis quid facit aurum? & Maximinus eius successor, auctore Herodiano, quæ erant in templis auri vel argenti sustulit. Herodian. lib. 7. D

Post dies 30. Vacationis sedis, subrogatur Pontianus Romanus.

Origenes ex Alexandria in Palestinam profugiens, partim Cæsareæ docet, confluente ad eum audiendum infinita multitudine, non solum indigenarum, sed etiam exterorum; partim secedens Tyrum, Hexapla, & Octapla inchoata, absoluit, ex Euseb. 6. c. 20. & 23. & Epiphan. de Mensuris.

Inter Origenis discipulos, maxime insignes fuerũt, Theodorus, (post Gregorius appellatus, & Neocesareæ in Ponto, quæ eius Patria erat, Episcopus, ob miraculorum copiam magnus & Thaumaturgus appellatus) & Athenodorus eius frater (post ipse etiã Episcopus, qui vitam suam egregie omnibus disciplinis excultam, nobiliorem etiã reddidit martyrio) qui ambo, ex Gentilibus parentibus geniti, atque Alexandriæ primum Philosophicis literis imbuti, & Christi fidem amplexati, ex patria, quo ex Alexãdria remearant, in Palestinam ad Origenem profecti, illi quinquennio operam dederunt. Ex Euseb.[a] & maxime ex Greg. Nysseno in vita Thaumaturgi, qui alia plura, & eximia de eo narrant, vt de mirabili eius ordinatione in Episcopum, & præclara quadam reuelatione, qua etiam Symbolum fidei ei reuelatum est. Huic etiam diuinitus reuelatus est Alexander, ex Philosopho ob sui contemptum, Carbonariam exercens, & Carbonarius dictus, quem detentum, Commanæ in Ponto ordinauit Episcopum. Hier. de script. in Theodoro. E Origenis discipuli.

a lib. 6. c. 23. & l. 7. c. 21.

Dionysius item numeratur, inter celeberrimos eius auditores qui Heraclæ, eiusdem Origenis discipuli, & in Schola Alexandrina successoris, in Episcopatu Alexandrino successit. Euseb.[a] A

a Li. 6. c. 20. & 23.

Christi Annus	Pontiani Pap.	Alexan. Imp.	Lupo & Maximo Coss.
234.	2.	11.	

DEmetrius cum 43. annos integros Episcopatum Alexandrinũ tenuisset, moritur, ei succedit Heraclas. Euseb.[b] in historia qui tamen in Chron. illi tribuit 44.

b lib. 6. c. 20

Ammonium & Origenem, vt Platonicos Philosophos (licet Christianos) non paruo interuallo, Philosophos sui sæculi superantes, Longinus clarissimus & ipse, huius temporis Philosophus, laudat. Porphyr. in Plotini Vita. B

Ammonius vir disertus, & eruditus, in Philosophia, eodem tempore Alexandriæ, clarus habitus est, qui inter multa ingenij sui, & præclara monumenta, etiam de consonantia Moysi & Iesu elegans opus composuit, & Euangelicos Canones excogitauit, quos postea secutus est Euseb. Cæsar. hunc falsò accusat Porphyr. quod ex Christiano Ethnicus fuerit, cum constet eum vsque ad extremam vitam Christianum perseuerasse. Hieronymus in scriptor. ex Euseb.[c]

c lib. 6. c. 13.

Plotinus 28. annos natus, Alexandriam profectus, Ammonio Christiano Philosopho publicè profitenti, vndecim annis dat operam. Porphyr. in vita Plot.

Platonica doctrina introductio ad Christianismum.

Philosophi Christiani in florentissima Ciuitate Alexandria, Philosophiam, maxime Platonicam, publicè profitebantur, auditoribus etiam Gentilibus hominibus; experientia edocti, eiusmodi scholas, esse introductionem quandam ad Christianam fidem. ac de vtilitate Philosophiæ, quomodo conducat ad Christianam Religionem, & quomodo ea vtendum sit, Clem. 1. lib. Stromatum docet. Cum vero perfectam sapientiam, apud Platonicos inuenire minus concessum esse viderent, alterum de duobus solebat accidere; vt, aut verè amatores ac indagatores sapientiæ, ad Christianam Religionem se transferrent, vel ad Magicas se conuerterent impietates, vt de Plotino eiusque discipulis scribit Porphyrius. C

Exprobrat Origenes lib. 7. contra Celsum, Philosophis Gentilium, quod post disputationes in Scholis, de Deo rebusque intelligibilibus, mutarent gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis hominis corruptibilis, atque etiam volucrum, quadrupedum, reptilium, & quod rudes alioqui & imperiti homines Christiani, continentia, & sanctitate vitæ, longè Gentilium sapientibus anteirent. D

Christi Annus	Pontiani Papæ	Alexandri Imp.	Maximo & Vrbano Coss.
236.	4.	13.	

ALexander Artaxersem Persarum Regem, litteras pacis, barbarica insolentia contemnentem, & ingenti apparatu Romanum inuadentem Imperium, felicissimè superat, & Romam rediens 7. K. Octob. triumphat. Herodianus, Lamprid. Deo nimirũ fauente ei, qui licet veræ religionis expers, recti tamen & æqui obseruatissimus fuit.

E

Christi Annus	Pontiani Papæ	Maximini Imp.	Seuero & Quinctiano Coss.
237.	5.	1	

POntianus Episcopus, & Philippus presbyter, in exilium, ab Alexandro, in Sardiniam deportantur, Seuero & Quinctiano Coss. ex lib. de Rom. Pont. quod potius calumnia aliqua, in eum a Gentilibus excogitata, quam Christianæ Religionis causa, (cum ipse Imperator familiam haberet refertam Christianis hominibus) ab Alexãdro factum suspicari licet.

A Alexander in expeditione Germanica, Maximini dolo, vna cum Mammea Matre, apud Magũtiam seu Moguntiam occiditur, cum imp.ann. 13. & dies 9. vixissetque ann. 29. m. 3. d. 7. Lamprid.

Alexandro occiso, Maximinus acclamatur Imp. barbarus, & sæuissimus, cuius immanitatis cruciatibus auditis Senatus, eũ adeo extimuit, vt vota in templis publicè, priuatim, mulieres etiam cum suis liberis facerent, ne ille vnquam vrbem Romam videret. Erat enim ei persuasum, nisi crudelitate, Imperium non teneri, Iulius Capitolinus.

Qui se adeo ferum & trucẽ exhibuit in suæ ipsius superstitionis cultores, qualẽ in Christianos, quos publicos hostes reputabat, se gesisse credendum est.

Maximinum filium Imperij collegam adsciscit.

B

Sexta Persecutio Maximini, Augustino & Seuero.

Maximinus, propter grauem inuidiam, qua contra Alexandri familiam, in qua cõplures fideles & Christiani versabantur, flagrabat, acerbam persecutionis tempestatem concitauit, iussitque solos Ecclesiarum Præsides, tanquam auctores doctrinæ Euangelicæ, neci dari. Euseb.[a] Omnes quidem Alexandi ministros, a Maximino variè occisos esse, ad quattuor hominum millia, bonis eorum direptis, testatur Iulius Capitolinus. a Li. 6. c. 21.

C Ex terræ motibus plurimis & ingentibus, quibus concussus est Oriẽs, quique Christianis, pro Gentilium more, imputabantur; Origenes tomo 28. in Ioan. & Firmilianus Episcopus Cæsareæ in Cappadocia, epistola ad Cyprianum, quæ apud eum est 75. grauem persecutionem excitatam affirmant, sed breuem.

Pontianus Romanus Episcopus, Alexandri iussu in Sardiniam deportatus, eiusdem Maximini mandato, fustibus verberatus, martyrium consummat. 19. die Nouemb. cuius postea corpus a Fabiano Romam deportatum, in Cœmeterio Callisti sepultum est. Cessat Episcopatus dies 13.

Anterus Græcus substituitur, tertia Decembris.

Origenes occasione tam dire tempestatis, qua vexabatur Ecclesia, librum scribit de Martyrio. Euseb. [b] b Li. 6. c. 21.

D *Christi Annus* 238. *Anteri Papæ* 1. *Maximini Imp.* 2. *Maximino Aug. & Iulio Africano* } *Coss.*

Anterus Papa vix mense vno in Pontificatu exacto, sæuiente Maximino Imp. Romæ, per Vitalianum Præfectum Prætorio, & Sabinum Vrbi Præfectũ, pro Christi nomine Martyrio coronatur, 3. Ian. Euseb. in Chron. & in Hist. 6. cap. 22.

Hic gesta Martyrum diligenter a Notarijs exquisiuit, & in Ecclesia recondidit, propter quod a Maximo Prȩfecto, (an potius a Maximini Prȩfecto) Martyr effectus est. lib. de Rom. Pont.

Notarij, quæ extra cancellos, cum Martyribus agerentur, vel dicerentur, magna adhibita cautela, consuetis notis, quam celerrimè, in tabulis adnotabant; Exceptores vero, Notarij qui. Exceptores qui.
E siue Notarij publici, quȩ intra cãcellos, obducto velo corã Iudicibus, cũ de ipsis quȩstio haberetur, quæ agerẽtur, dicerẽturve notabãt, & in Acta referebant, quæ in Prouincijs Procõsularia dicebãtur. quorũ Actorũ exẽpla Christiani, collata pecunia, redimere solebãt, & inter Acta Martyrũ sedulo asseruare. Cȩterum Notæ olim à Tirone Ciceronis liberto primũ excogitatæ, vt Euseb. tradit in Chron. vel a Mecænate, vt Dio. hist. lib. 33. nõ verba tãtũ, sed ẽt sententias integras cõtinebant, vt non mireris, aut impossibile ducas, descriptas fuisse longas Martyrum orationes, quæ ipsorum Actis interdum reperiuntur intextæ, licet non negandum, aliquas ex illis postea superadditas; certè quidẽ, si quid apud Iudices ius valebat, & spatium suæ dicendæ causæ, reis, lege concessum, no-

A uem horarum, vt ait Plin. 4. epist. 9. vt accusatoribus sex, dabatur, poterant longiores apud eos habere orationes, horum Notariorum perniciſſimam operam, non in conſcribendis tantum actis Martyrum, ſed & in publicis excipiendis, cum hæreticis diſputationibus, mutuiſque collationibus, atque in Sanctorum Conciliorum geſtis ſcribendis, laudat aliquando Auguſtin. 2. de doctr. Chriſtiana.[a]

a cap. 26.

Anterus, ordinato Fundis Campaniæ Epiſcopo, in Cœmeterio Calliſti ſepultus eſt. lib. de Rom. Pont.

Fabianus 13. poſt die, 16. Ian. ſubrogatur, patria Rom. per columbam eius capiti inſidentem, dum de electione ageretur, a S. Spiritu electus, & probatus ſtatim ab omnibus Euſeb.[b]

b Li. 6. c. 21.

De tribus quæ eius nomine feruntur epiſtolis, prima uarie deprauata, ſpuria habetur, niſi in eo maxime corrigatur, quod habet de Nouato & Nouatiano; quod non niſi ſub Cornelio, eius ſucceſſore contigiſſe conſtat, ex Pontificali in Fabiano, & in Cornelio ex Cypriano epiſt. 49. 52. 76. & ex Paciano ad Sympron. epiſtola 3. B

Gordiano & filijs delectis Impp. in Africa ab exercitu, & Senatu eos probante, ac Maximinum hoſtem iudicante, Vitalianus Præfectus Prætorio, & Sabinus Vrbis Præfectus, ſæuiſſimi, & ad ingenium Maximini facti, occiduntur. Capitolinus.

Prætoriani, ſtantes a Maximino, & populus, ſe inuicem cædunt, & Vrbs a militibus inflammatur, Capitolin. Gordianis a Capeliano, Numidæ & Mauritaniæ Præfecto, extinctis: a Senatu deliguntur, Clodius Maximus Pupienus, & Cælius Balbinus, qui ſubeant Imperij curam, a quibus & cooptatus eſt Gordianus nepos, puer, in Cæſarem.

Senatus Legatos mittit per Romanum Imperium, ad ſolicitandas Prouincias, vt a Maximino deficerent. Capitolin. & Herodian.

C

Christi Annus	*Fabiani Pap.*	*Maxim. Imp.*	*Perpetuo & Cornelio ſeu Corneliano Caſſiodorus*	*Coſſ.*
239.	1.	3.		

VOtis tantummodo agebant, læſa implorantes numina, nullo ſcilicet audente profiteri ſe vindicem, donec exacto triennio, exigua leuique occaſione, (vt lubricæ ſunt Tyrannorum res) primo arma ſumpſerunt, rebellaruntque Afri &c. Herod. lib. 7.

Christi Annus	*Fabiani Papæ*	*Maximini Imp.*	*Vlpio & Proculo Pontiano*	*Coſſ.*
240.	2.	4.		

D

Chronographica ratio ex Cenſorino.

HI Conſules hoc anno Olympiade 254. anno 2. nimirum, a prima Olympiade, anno milleſimo decimoquarto, a Cenſorino in libro de die Natali ponuntur, quibus numeratur ab eo annus ab V. C. 991. cum ait. *Hic annus cuius velut index, & titulus quidam eſt Vlpij & Pontiani Conſulatus, ab Olympiade prima, mille & quatuordecim, ex diebus duntaxat æſtiuis, quibus Agon Olympiacus celebratur; a Roma autem condita 991. & quidem ex Palilibus, vnde Vrbis anni numerantur.* Hæc Cenſorinus.

Maximinus Imperator ex Germania, in Italiam veniens, Aquileiam, munitiſſimam vrbem, expugnare fuſtra conatur. Milites fatigati, & pertæſi ſæuitia Maximini, eum cũ filio obtruncãt, & capita Romam mittunt. In ea obſidione maxima enituit Aquileienſium virtus & conſtantia, ac tum forte accidit, vt Romana Ciuitas, honoris, & virtutis cauſa, diceretur. quo nomine in poſterum appellatam, obſeruatum eſt. E

Aquileia Romana Ciuitas quãdo dicta.

Extinctus Maximinis, Maximus Pupienus, & Cælius Balbinus, liberas Imperij capeſſunt habenas, ſumma cõcordia. ſed ægre ferẽtes milites, parere a Senatu datis Impp. ambos, Agonalibus ludis Capitolinis, occidunt. Capitolinus.

Hoc anno ijſdem Conſulibus, Vlpio, & Pontiano, cęptum numerari Agonem trigeſimum nouum, abſoluto eodem anno Agone trigeſimo octauo, Cenſorinus, qui hoc ipſo anno, ſub ijſdem Conſulibus, (vt ipſe tradit) ſcribebat librum de die Natali, teſtatur. Hac igitur ex Cenſorini ſententia, firmiter ſtatuta Chronologia, qui dixerunt Maximũ

atque

A atque Balbinum imperasse annum vnum, a morte Maximini, sed ex quo Senatus Decreto, dicti sunt Impp. annum illum numerasse oportuit.

Occisis Maximo & Balbino, milites e vestigio Gordianum Cæsarem acclamant Augustum annum ætatis agentem decimum sextum. Capitolin.

Christi Annus	*Fabiani Papæ*	*Gordiani Imp.*	*Gordiano Aug. & Auiola* Coss.
241.	3.	1.	

DEfuncto Zebino Episcopo Antiocheno, sufficitur Babylas, qui sedem tenuit vsq; ad Decium Imperatorem, annos 12. Is præscius venturæ asperrimæ sub Decio, B persecutionis, non viros tantum, sed & pueros, quos Christianæ fidei imbuebat elementis, ad subeundum pro Christo martyrium, assiduis sermonibus inflammabat.

Christi Annus	*Fabiani Papæ*	*Gordiani Imp.*	*Sabino & Venusto* Coss.
242.	4.	2.	

PAce Ecclesiæ reddita, Origenes iterum Athenas profectus, ibi 25. libros in Ezechielem absoluit, & in Isaiæ tertiam partem, vsque ad visionem quadrupedum in deserto, triginta. In Cantica quoque decem. Ex Euseb.[a] a lib. 6. c. 25.

Hac pace Ecclesiæ bene vsi sanctissimi Episcopi, omnem nauarunt operam, vt hæreticos, a Dominico grege fugarent.

C Gordianus Sabinianum in Africa rebellantem comprimit. Capitolinus, sicque extinctis penitus bellis ciuilibus in Romano Imp. otium, & in Ecclesia pax fuit tranquillissima.

Concilium in Africa Nonaginta Episcoporum, aduersus Priuatum hæreticum, quem omnium sententia damnatum, Fabianus quoque Romanæ Ecclesiæ Episcopus, & Donatus Carthaginensis, Ecclesiastica communicatione priuarunt. Cypr. ad Cornel. epist. 55.

Synodus in Arabia, aduersus errores Berylli Bostrorum Episcopi, asserentis Christũ non habuisse ex se diuinitatem, sed solam Patris in eo extitisse, qui confutatus a Synodo & maxime ab Origene, resipuit. Euseb.[b] b lib. 6. c. 26.

D

Christi Annus	*Fabiani Papæ*	*Gordiani Imp.*	*Gordiano & Pompeiano ambobus 2.*[m] Coss.
243.	5.	3.	

ORigenes contra Celsum lib. 3. hæc tempora videtur innuere, cum ait, *Denuo, calumniatores nostri, causam tãtorum motuum, quibus nũc res Romanæ agitantur, in multitudinem fidelium, conferre cœperunt, quod non impugnemur a Principibus sicut superiore tempore.*

Helconidis Corynthiæ nobile Martyrium, hoc tempore accidisse putatur, 28. Maij in Menolog. & Martyrolog. sępe enim in summa pace Ecclesiæ, etsi non aperte Christianitatis titulo, multos tamen circumuentos eius causa calumnijs Christianos, morte E te damnatos constat. Acta quæ feruntur Tryphonis Martyris, sub Gordiano (apud Metaphr. 2. Febr.) cuius filiam a Dæmonio liberauit, si vera sunt, oportet, sub maiori Gordiano contigisse, si quidem hic hoc anno vxorem duxit, ex Capitolino.

Bellum Persicum exoritur, Sapore, eo impetu, inuadente Romanum Imp. vt in Syriam vsque populabundus aduenerit, & Antiochiam ceperit. Gordianus antequam ad bellum proficiscatur, Vxorem ducit, filiam Misithei doctissimi viri, quem causa eloquẽtiæ, dignum parentela sua putauit, & Præfectum statim fecit. Capitolinus.

Ingenti terræmotu orbis concutitur, vt ciuitates etiam, terræ hiatu, cum populis, deperirent. Capitolin.

A

Christi Annus	Fabiani Pap.	Gordiani Imp.	Attico & Pretextato Coss.
244.	6.	4.	

GOrdianus aperto Iano gemino, quod indicti belli erat signũ, cũ ingenti exercitu, contra Persas profectus, effecit, vt Persæ, qui etiam in Italia timebantur, in Regnum suum, Imperatore eos oppugnante, redirent, totumque Orientem Rom. Resp. obtineret, quæ omnia se accepta ferre Soceri Misithei Consilijs, Gordianus, litteris ad Senatum, professus est; quamobrem magna in eum conflata inuidia, creditum est, arte Philippi, qui post eum, Præfectus Prætorij creatus est, fuisse morte sublatum, Medicis ad scelus adhibitis. Capitolinus.

Plotinus in Persas primum, ac subinde ad Indos peregrinaturus, Gordiani exercitui se iungit. Porphyrius. B

Christi Annus	Fabiani Pap.	Gordiani Imp.	Apiano & Pappo Coss.
245.	7.	5.	

PACE Ecclesiæ bene vsi episcopi, Christianam Religionem propagare, & illustrare ædificijs studuerunt. Hinc Fabianus Papa multa ædificia fieri in cœmeterijs iussit. quæ enim subtus terram latebant, in cryptis arenarijs, Sepulchra Sanctorum Martyrum, erectis desuper ædificijs, reddita sunt clara & conspicua, Christianorumque vsui opportuna; qui ex more, eadem cœmeteria, vt orarent, frequenter adire solerent; idem fecere in Prouincijs, alij episcopi; & inter alios Gregorius Thaumaturgus, immenso, C Ciuium suorum numero, ad fidem conuerso, nobilem erexit Ecclesiam, vniuerso fideli populo, pecuniam, & operam conferente, quod, vt acceptum Deo gratissimum munus, nullo unquam valuit terræmotus impetu labefactari, cæteris publicis & priuatis ædificijs prostratis. Lib. de Rom. Pont. Greg. Nyssen. in V. Greg. & Theodorus lector, Collectan. lib. 2.

Misitheo Imperatoris socero, vita functo, Præfectura Prætorij Philippo, a Gordiano est collata, qui regnandi libidine percitus, dolo egit, vt Collega Imperij à militibus posceretur, quod tandem est consecutus. Capitolinus.

D

Christi Annus	Fabiani Pap.	Philippi Imp.	Peregrino & Aemiliano Coss.
246.	8.	1.	

GOrdianus Imp. à Philippo collega occiditur, quàm crudeliter, & turpiter, Capitolinus narrat, Imperauit annis sex.

Mærens Senatus Gordianum locat inter Diuos. Capitolin.

Milites, ingrati licet, corpus eius honorant sepulchro, in finibus Persidis, cum hac inscriptione, *Diuo Gordiano, Victori Persarum, Victori Gothorum, Victori Sarmatum, Depulsori Romanarum seditionum, Victori Germanorum, sed non Victori Philipporum*. Capitolin.

Philippum, cum inuasit Imperium, minimè credibile est fuisse Christianum, cum nemo Gentilium historicorum, id vel leuiter innuerit, & ex lib. 8. Origen. contra Celsum prope finem, (quem, ab eo, sub Philippis, elaboratum scribit Euseb. [a]) idem colligatur. Primus qui tradiderit eum fuisse Christianum, Euseb. fuit, qui & cap. 29. scribit, extare Origenis Epistolam ad Philippum Imp. & alteram ad eius vxorem Seueram, quas quidem, post elaboratum Commentarium contra Celsum, scriptas fuisse, colligi posse videtur ex eodem Euseb. Præter Græcos autores, Latinorum quoque ex antiquis, assertores Christianitatis Philippi, sunt. Vincentius Lerinẽsis, & Orosius, ambo S. Augustini æquales, & post hos omnes Cassiodorus in Chron. recentiorum vero planè innumeri. E

a lib. 6. ca. 27 & 29.

A meri. Vincentius autem cum de Origene agit, hæc ait: *Eiusdem epistolæ testimonium perhibent, quas ad Philippum Imp. qui primus Romanorum Principum Christianus fuit, Christiani Magisterij auctoritate conscripsit*, aduersus hæreses cap. 23.

Ceterum, sicut constantissimè affirmari potest Philippum, cum inuasit Imperium, fuisse Gentilem, ita a Christiana fide alienum non decessisse. Acta etiam Pontij Martyris non obscure significant, eorum enim testimonio de ambobus Philippis, Patre, & filio, traditur, Christianam fidem suscepisse, eo anno, quo Vrbis Natalis millesimus numeratur, nempe quarto eius Imperij. Quæ acta extant apud Sur. die 14. Maij, & alia manuscripta: extat item memoria, in Martyrolog. Rom. Vsuardi atque Adonis.

Quæ recitat Euseb. [a] de Episcopo, qui Philippum in Ecclesiam ingredi vetuit, antequam peccata pœnitentia diluisset, hæc Romæ contigisse sub Fabiano Papa, est omniũ B prope sententia. a lib. 6. c. 27.

Christi Annus	Fabiani Pap.	Philippi Imp.	Philippo Aug. & Fabio Titiano Coss.
247.	9.	2.	

PHilippus Imper. Romam reuertitur.

Plotinus, imperante Philippo, Romam venit, quadragesimum iam natus ætatis annum. Cum vero Herennius, & Origenes, & Plotinus olim inter se constituissent, ne Ammonij, (quem Christianum Philosophum Alexandriæ docentem, audiuerant,) dogmata ederent; quæ audita ab eo, tanquam inprimis purgata, præcipue comprobarétur: C Plotinus quidem stetit promissis, &c. Herennius autem, primus pacta dissoluit: & Origenes anticipantem Herennium, est deinde sequutus. Porphyrius in Vita Plotini.

Tunc Plotini Schola Romæ floruit, habuitque condiscipulos multos acutissimos, & solertissimos viros: sed aliqui eorum, magicarum artium curiositate deprauati sunt, aliqui Dominum Iesum Christum, ipsius veritatis, atque sapientiæ incommutabilis, quam conabantur attingere, cognoscentes, gestare personam, in eius militiam transierunt ex Augustino Epist. 56. ad Dioscorum, in fine.

Plotinus inter alios a se editos libros, scripsit aduersus hæreticos, tum ex Christianis, tum ex antiqua Philosophia egressos, quod opus ait Porphyrius, nos contra Gnosticos, inscripsimus.

Amelius libros 40. contra librum Zostriani scribit. Porphyrius.

D Ego vero (Porphyrius) argumentationibus multis ostendi, librum Zoroastris ab illis inscriptum, adulterinum, nouumq; esse, & ab eis confictum, qui struebant hæresim, vt institutiones suæ, esse Zoroastris crederentur.

Philippus Pater, Philippum filium creat Augustum, Nummi, Aduentus Augg. S. C.

Christi Annus	Fabiani Papæ.	Philippi Imp.	Præsente, & Albino Coss.
248.	10	3	

HEraclas, Alexandrinus Episcopus vndecimo, vel potius quartodecimo suæ sedis anno moritur, qui fauit Origeni. Succedit Dionysius, qui & ipse fuerat Origenis discipulus. hic, maiorem veritatis, quam amicitiæ habens rationem, ipsum Origenem, qui scripta sua multis erroribus aspersa, euulgaret, cœpit acriter impugnare, & in multis, hæreseos accusare. At Origenes, ex hac occasione, rectæ suæ fidei professionem, primo ad Fabianum Romanum Pont. tanquam, ad totius Catholicæ Ecclesiæ Præsulem, mox ad alios misit Episcopos. hæc fere ex Euseb. [b] qui eam se ait intexuisse in sua, pro illo Apologia, quæ excidit. Quod vero compertum est Origenem, his Philippi temporibus, Romam iuisse, par est credere, eum à Fabiano, in re tanta, ad dicendam causam euocatum, vel quod sua fidei confessio, recepta non esset; Romam, ad eum, se purgaturum, accessisse. de hoc eius aduentu Romam, nihil prorsus Eusebius, at venisse ipsum Romam his temporibus, cum Plotinus Romæ doceret, Porphyrius, qui aderat,

E Origen. reddit rationem suæ fidei apud Fabianũ P. per literas.
b lib. 6. c. 28 & 29.
Mox Romã adit, forte citatus.

in

A in vita Plotini, perspicue demonstrat, dum hæc ait de eo: *Cum Origenes aliquando venisset in Scholas; Plotinus statim genas rubore suffusus, assurgere voluit. Sermones vero ab Origene continuare rogatus, respondit: Studium loquendi cessare, quando qui loquitur, animaduertit se ad illos, qui idem ipsi nouerint, verba facturum.* Atque ita cum pauca quædam disseruisset, inde surrexit. hæc Porphyrius. Ex quibus quanti fieret Origenes, etiam ab externis Philosophis, satis colligitur. Ceterum non diutius Romæ moratus esse Origenes videtur, qui ad Orientem regressus, aduersus obortas in Arabia hæreses, vna cum Orthodoxis Episcopis, certamen inijt.

Christi Annus	*Fabiani Papæ*	*Philippi Imp.*	*Philippis Patre 2.m Filio 1.m* Coss.
249.	11.	4.	

B HOc anno Philippi Augg. Christiana Religione initiantur. Acta S. Pontij Martyris.

Certæ leges a Philippo sancitæ, magnum specimen reddunt Principis Christiani, nã primum, sentinam illam detestabilium turpitudinum, exoletorum classes, sustulit, Lamprid. in Alexandro.

Deinde etiam garrulam Poëtarum linguam, honestissimorum hominum famam carpentem coercere conatus est, quod etiam ea abuterentur arte, ad inficiendos iuuenum animos, turpitudine, ex albo bonarum artium professorum, expunxit, dum eos à priuilegijs, illis concessis, exclusit, ea lege [a] *Poetæ nulla immunitatis prærogatiua iuuantur.* C

a Poetæ c. de Profess. lib. 10.

Ex quibus, alia plura piè, & sanctè statuta, quæ exciderint, facile possumus intelligere, quibus, & labem inuasi Imperij studuit abolere, sacro baptismate expiatus. Si quid autem post hæc, quauis occasione deliquit, quo ab Ecclesia, deberet esse extorris, facta exomologesi, (vt ex Euseb. dictum est) publicè in Ecclesia, Fabiano Papa id exposcente, magnæ pietatis Christiani Imperatoris culmine dignum exemplum edidit. Ceterũ, quod ad res ab eo gestas pertinet, non absque inuidia & odio Christiani nominis factum esse existimandum est. vt septennium eius Imperij temporis, obscurum plane remanserit, si enim improbæ illæ fuissent, perinde atque eius ingressus, scriptores Ethnici non tacuissent, qui scelus illud egregie reliquere testatum.

Millesimus annus ab vrbe condita, quem Philippus, insignibus editis muneribus celebrauit. Capitolinus in Gordiano. Aurelius Victor in Philippo. Nam quod negat Zosimus, ludos sæculares, post Seuerum, fuisse instauratos, falsum esse apparet; cum Capitolinus, Nummi, inscriptiones, Euseb. Cassiod. affirment, sub Philippo Imp. esse habitos, nisi forte Zosimus, eos tacendos esse existimauit, quod cum à Christiano Imp. fuerint celebrati, non more maiorum (vt Orosius lib. 7. testari videtur) immolatis Sacrificijs dijs, alijsque Gentilitiæ superstitionis officijs, sed editione tantùm munerum; ceteris vero Idololatriæ cultoribus Pontificibus, agendis relictis. D

Philippopolim Ciuitatem in Thracia ædificat. Zosimus.

Concilium habetur in Arabia aduersus quosdam, asserentes hominum animas vna cum corporibus, vno eodemque momento temporis interire, & penitus extingui; at demum tempore resurrectionis vniuersæ carnis, cum eisdem vitam denuo recuperaturas. Inuitatus Origenes, & partes veritatis suscipiens, aberrantes ad rectam fidem traduxit Euseb.[b] E

b lib. 6. c. 30.

Per hæc tempora, instauratur hæresis Helcesaitarum, nuper oborta, Euseb. ex Origene.[c] docebant licere fidem solo ore negare. epist. Pauli nõ recipiendas. Christũ esse creaturam, & alia impia. In Arabia quoque exoritur hæresis Valesiorum, a Valesio Arabe diffamata, quæ & Eunuchorum dicta est, eo quod omnes pariter castrarentur. Hi vero, Origenis exemplo, talia se recte facere existimasse putantur, Euangelium secundum literam intelligentes. Epiph. Hær. 19. & 53. Aug. cap. 32.

c lib. 6. c. 31.

A

Christi Annus	Fabiani Papæ	Philippi Imp.	Philip. A. A. Patre 3.m & filio 2.m Coss.
250.	12.	5.	

Cæcilius Cyprianus, defuncto Donato Episcopo Carthaginensi, summo tum Cleri, tum populi totius consensu, vno tantum aduersante Felicissimo Presbytero, eiusdem sedis Episcopus eligitur. Tempus quidem colligitur ex Epistola 55. ad Cornelium. De antecessore Donato, ex eadem epist. De aduersante porro Felicissimo cum Socijs, qui & schismaticorum dux eum Romæ accusauit, ex ep. 40.

B Fuisse Cyprianum genere illustrem, potentia clarum, suæque Ciuitatis Senatorem, amplissimam, primariamque eius ordinis obtinuisse dignitatem, atque disciplinis Philosophicis, insigniter ornatum, & eloquentissimum, testatur S. Greg. Nazianz. oratione, qua eum laudat; Lactant. de eo sic scribit, lib. 5. cap. 1. Vnus præcipuus & clarus extitit Cyprianus, qui magnam sibi gloriam, ex artis oratoriæ professione quæsierat, & admodum multa conscripsit, in suo genere admiranda: erat enim ingenio facili, copioso, suaui, & quæ sermonis maxima est virtus, aperto; vt discernere nequeas, vtrum̄ne ornatior in loquendo, an facilior in explicando, an promptior in persuadendo fuerit. Cæcilius presbyter, eum ad fidem perduxit, à quo & grati animi significatione nomen accepit, vt diceretur Cæcilius Cyprianus, qui forte is fuit nobilissimus Rhetor, Afer, Diadumeni olim Magister, quem Cyprianus (inquit Pontius) toto honore, atque omni obseruantia diligebat, obsequenti veneratione suspiciens, non iam vt amicum, animæ coæqualem, sed tanquam nouæ vitæ parentem. Cyprianus qualis & quãtus vir.

C Meditans Christianam suscipere Religionem Cyprianus, nouam illam per baptismũ natiuitatem, vix capere poterat, atque adeo pene impossibilem putabat, quam tamen post, magnopere expertum se affirmat, epistola 2. ad Donatum, ad quem inter plura; *scis*, inquit, *& mecum pariter recognoscis, quid detraxerit nobis mors ista criminum, vita virtutum.*

Senior accessit ad Christum (ex epistola secunda) vxoratus, & cum filijs, & diues, vt docet Pontius, dum ait, ipsum non longo solum tempore acquisitas diuitias in Pauperes erogasse, sed sæculo nũcium remisisse, charissima cõiuge, & dulcissimis liberis, Christi amore libentissimo animo, (commendatis illis, Cæcilio Presbytero) relictis, eminentioris vitæ iter confestim arripuisse. demumque subdit; longum est ire per singula, sancta eius facta, onerosum est enumerare. Ad probationem bonorum operum, arbitror so-

D lum hoc satis esse, quod iudicio Dei, & plebis fauore, ad officium Sacerdotij, & Episcopatus gradum, adhuc neophytus, &, vt putatur, nouellus, electus est, magno namque studio, vehementique animi ardore, se a populo Carthaginensi esse petitum Episcopum, ipsemet ad eundem populum scribens, testatur ep. 40. Cum paulo post baptismum adscitus sit Episcopus, vnde ei tanta Theologię doctrina, & Ecclesiasticæ disciplinę vsus? forte, quia adhuc Gentilis, contriuit legendo Christianæ Religionis libros, (si quidem & Tertulliani fuisse studiosum scimus) nisi res miraculo adscribatur.

Excultam illam suam, & singularem facundiam, ad Christianam simplicitatem demisit, vt testatur ipse de se, epist. 2. *In iudicijs*, inquit, *in concione, pro rostris, opulenta facundia, volubili ambitione iactetur: cum de Domino Deo vox est, vocis pura synceritas, non*

E *eloquentiæ viribus nititur, ad fidei argumenta, sed rebus. denique accipe, non diserta sed fortia; nec ad audientiæ popularis illecebram, culto sermone fucatam; sed ad Diuinam Indulgentiam prædicandam, rudi veritate simplicia*, & tamen admirabilis semper est visa omnibus, eius Christiana eloquentia, de qua vtraque & sæculari, & Christiana B. Aug. de doctr. Christiana, libro 4. c. 14.

A

Christi Annus	Fabiani Pap.	Philippi Imp.	Decio atque Grato Coss.
252.	14.	7.	

MAgus quidam Alexandriæ, (is forte sacerdos Ægyptius, quem Porphyrius scribit in vita Plotini, excantationibus deditum fuisse) instigat Ægyptios in Christianos, qui cædes & direptiones bonorum, cum gaudio passi sunt. in occisis numerantur insigniores, Metras, Quincta, Apollonia, Serapion. Dionys. Episcopus ad Fabium Antiochenum Episcopum, apud Euseb.[a] *Non ex Imperatoris Edicto*, inquit; *persecutio apud nos incœpta fuit, sed integro anno præuenerat.*

a lib. 6. c. 34.

Ægyptios contentiosos, & seditiosos, vsque ad sanguinem & cædes, eosdemque ad bellum, eiusque labores, omnium esse ineptissimos, ait Dio.[b] Philo. in Flaccũ. Iuuenal. Satyra 13. B

b lib. 39.

Christi Annus	Fabiani Pap.	Decij Imp.	Decijs Seniore. & Iun. cog.to Etrusco Coss.
253.	15.	1.	

Chronographia præsens ex Orosio statuitur.

HIs Consulibus (inquit Cassiod.) occisi sunt, Philippi, Pater, & filius Impp. ille Veronæ, hic Romæ. Imperiumque capessit Decius, qui mox Decium filium Cæsarẽ dicit. Vetus inscriptio Veronæ. *Anno Christi 253. Imp. Diuus Philippus senior Veronæ; & Romæ iunior a Satellitibus interficitur.* His consentit Paulus quoque Orosius, cũ tradit occisos esse Philippos, & subrogatum Decium, anno Millesimo quarto ab Vrbe condita, huic Chronographiæ suffragatur. Sic itaq; omni genere Chronographię, nempe, Christi, Imperatoris, Vrbis annis, atque Consulibus, hoc anno occisos esse Philippos, & Decium imperare cæpisse, habetur expressum. C

Viuentibus adhuc Philippis, Decius, post Macrinum, qui cito sublatus est, ab exercitu Illyricorum, Imperator est acclamatus.

Quod autem vnus Eutropius dicit, Philippos inter Diuos fuisse relatos, indicat eũ, qui ex Gordiani cæde odio esset Senatui, populoque Romano, optimis meritis eos sibi adeo conciliasse, vt etiam post necem, supremo illo officio, Pater & filius culti fuerint. Colligitur & illud, sic eos fuisse Christianos, vt tamen propterea nullum negocium facessiuerint Gentilitiæ superstitioni.

De Seuera Augusta, Philippi maioris coniuge, an & ipsa a Decio occisa fuerit, quod Christianam Religionem coleret, nihil superest, memoriæ proditum. D

Decius continuo, cum inuasisset Imperium, ob quod se etiam Philippos interfecisse docuit, ad persequendos, interficiendosque Christianos, *Septimus, post Neronem, feralia sparsit edicta, plurimosque sanctorum ad coronas Christi, de suis cruciatibus misit.* Euseb.[c] Orosius.[d]

c lib. 6. c. 32.
d lib. 7. c. 21.

Sub Philippis, longe, lateque peruagata diuina prædicatio, ingentem numerum vbique ad Christi fidem aggregarat, languescente indies magis, & obsolescente Gentili superstitione; ex quo, ira & inuidia, incitatus Decius Imp. putãs Diuinum consilium, humana vi posse eludi, indicit acerrimam, & omnium atrocissimam persecutionem. Ex Greg. Nyss. in Vita Thaumaturgi. E

Decij Edictum erat iam vulgatum, illudque tale profecto videbatur, quale Dominus prædixerat futurum, in quo terribilissima illa, iam propemodum complebatur sententia: nimirum electos, si possibile esset, in errorem inducendos fore, hinc omnes certe metu perculsi, obstupuerunt &c. Dionys. Alexand. ad Fabium Antiochenum, ex Euseb.[e]

e lib. 6. c. 34.

Ob corruptã Christianam disciplinam permissa persecutio grauis.

Quæ præcesserit causa, cur tam immanem persecutionem, Deus in Ecclesiam sæuire permiserit, luculẽter B. Cyprianus, oculatus testis, libro de lapsis, disserit. *Si*, inquit, *cladis causa cognoscitur, & medela vulneris inuenitur, Dominus probari suam familiam uoluit, & quia traditam nobis diuinitus disciplinam, pax longa corruperat; iacentem fidẽ, & pœnè dixerim dormientem, censura cœlestis erexit. cumque nos peccatis nostris, am-*

A *plius pati mereremur, clementissimus Dominus, sic moderatus est, vt hoc omne quod gestum est, exploratio potius, quam persecutio videretur. Studebant augendo patrimonio singuli, & obliti, quid credentes, aut sub Apostolis ante fecissent, aut semper facere deberent, insatiabili cupiditatis ardore, ampliandis facultatibus incubabant. Non in Sacerdotibus religio deuota; non in ministris fides integra; non in operibus misericordia; non in moribus disciplina. Corrupta barba in viris, in feminis forma fucata. Adulterati, post Dei manus, oculi, capilli mendacio colorati. Ad decipienda corda simplicium, callida fraudes, circumuenientibus fratribus, subdolæ voluntates: iungere cum infidelibus vinculum matrimonij, prostituere Gentilibus membra Christi, non iurare tãtum temerè, sed adhuc etiam peierare: Præpositos superbo tumore contemnere, venenato sibi ore maledicere, odijs pertinaciter inuicem dissidere, Episcopi plurimi (quos & hortamento oportet esse cæteris*
B *& exemplo) diuina procuratione contempta, procuratores rerum sæcularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas Prouincias oberrantes, negociationis quæstuosæ, nundinas aucupari, esurientibus in Ecclesia fratribus, non subuenire, habere argentum largiter velle, fundos insidiosis fraudibus rapere, vsuris multiplicantibus fœnus augere. quid non perpeti tales pro peccatis eiusmodi mereremur. &c.*

Persecutionem hanc venturam, præuidit B. Cypr. diuinis visionibus admonitus. *Hoc prius* inquit, *longe ostensum est, quam tempestas vastitatis huius oriretur; & videmus impletum, quod fuerat ostensum.* epist. 8.

S. Fabianus Papa, initio Persecutionis, Martyrio coronatur, vigesima Ianuarij. vacat sedes anno vno & amplius.

C
Sedes Vacat.

DE immanitate persecutionis in Africa. Cypr. ep. 8. *Tormenta venerunt, & tormenta sine fine tortoris, sine exitu damnationis, sine solatio mortis, tormenta, quæ ad coronam nõ facile dimittant, sed tamdiu torqueant, quam diu deficiant; nisi, si aliquis Diuina dignatione subtractus inter ipsa cruciamenta profecerit, adeptus gloriam non termino supplicij, sed velocitate moriendi* Dionys. Alexandrinus ad Fabium Antiochenum, apud Euseb.[a] Et Greg. Nyssen. in Thaumaturgo. *Neque aliud tum publicum*, inquit, *aut priuatum quidquam agebatur, aut ullum ponebatur studium ab his, qui tractabant publica, quam vt obsiderent, & punirent eos, qui fidem sequebantur. Erant autem non solum minæ verborum terribiles, sed cum ijs varius apparatus suppliciorum, nullum non* a lib. 6. c. 34.
D *afferebant stuporem, & antequam veniretur ad periculum, metum incutiebant hominibus: Enses & ignes, & bestiæ, & fossæ, & instrumenta ad torquendum membra accommodata, & ferreæ in igne cathedræ, & ligna erecta, in quibus eorum extensa, qui persistebant, corpora porrectis, horrendis laniabantur vngulis, & alia innumerabilia, ad multiplices corporum cruciatus, inuenta, ab eis excogitabantur, Vnumque studium erat ijs, qui hanc habebant potestatem, vt nullus eo posset ostendi scelere superior. Alij quidem deferebant, alij uero indicabant, alij vero scrutabantur eos, qui erant absconsi, alij inuadebant eos, qui fugiebant: alij autem iniectis oculis in facultates fidelium vt rebus eorum potirentur, prætextu pietatis, & religionis, eos, qui fidem amplectebantur, exagitabant. huc vsque Gregorius.* Immanitas Decianæ persecutionis.

Grassans hunc in modum in Ecclesiam persecutio, primo ipso sui furoris impetu, Corruptiores vita proniores in lapsum à fide.
E complures vbique miserando spectaculo, prostrauit: ipsos nimirum, quos antea, deliciæ & concupiscentia subiugassent, & cuius magis malè acta vita, esset sordibus inquinata, eius turpior erat lapsus atque negatio, quos deplorat inprimis Cyprianus in libro de lapsis, & Dionys. Alex. Episcopus ad Fab. Antioch. apud Euseb.[b] b lib. 6. c. 34.

Lapsorum porro duplex à Cypriano ponitur differẽtia: aliorum scilicet, quos nominat Sacrificatos, vel thurificatos, ac Idololatras, communi voce; aliorum vero, quos appellat libellaticos. de quibus plura in epistola ad Antonianum, quæ est 52. Dicebantur autem Sacrificati omnes, qui quomodocunque immolassent, vel immolata gustassent; Thurificati autem, qui thus obtulissent. Idololatræ æque omnes, qui quemlibet Reli- Lapsorũ duple genus.

gionis cultum Idolis publice exhibuissent; Libellatici porro, ij videntur fuisse, (quidquid aliqui aliter opinati sint) qui propositis a Præsidibus Decij edictis, vt Christiani omnes sacrificarent, id facere erubescentes, Magistratum adirent, vel ad eum alios, suo nomine mitterent, rogarétq; ne ad sacrificandum compellerentur: certum se Christum negare: ijdemque etiam pro huiusmodi dispensatione consequenda, pecuniam sponderent. Magistratus vero post negationem, concessionis libellum scriberet, atque eis qui petijssent, daret, vel absentibus mitteret, quo muniti, tuti absque pœna, consisterent. A

Qui igitur hunc in modum, fidem prodidissent & perdidissent, libellatici dicebantur, quod libellum securitatis a Magistratu conscriptum accepissent, cum negassent. Ex Cypr. ep. 52. lib. de lapsis, epistola Cleri Romani, inter ep. Cypr. 31. De huiusmodi libellis concessionis & indulgentiæ, dari solitis a Proconsulibus, meminit Vlpianus, *L. nec quidquam §. Vbi decretum. ff. de off. Proconsf.* quamuis alij, de alio genere libellorũ, sed perperam, meo iudicio, interpretentur. B

Ob atrocitatem persecutionis i Ro. Ecclesia diutius, quã unquã, vacat sedes.

Atrocitas Persecutionis, in Romanam Ecclesiam, satis ex eo colligitur, quod occiso S. Fabiano, alijsque Presbyteris, in carcerem conclusis, vel dispersis, ne per annum quidem, (quod nunquam aliàs accidisset) valuit ei subrogari successor, licet causæ grauissimæ intercederent, quibus consultandis, vniuersali opus esset Episcopo. Pauci autem ex Clero Romano residui, magno modestiæ exemplo, ab electione Rom. Pont. abstinuerunt. Post excessum nobilissimæ memoriæ Fabiani (scribit Clerus Romanus ad Cypr. ep. 31.) nondum est Episcopus, propter rerum, & temporum difficultates, constitutus, qui ista omnia moderetur.

Vacante sede Cler' Rom. capitis munera explet.

Idem Clerus Romanus, probe sciens, ex antiquiori consuetudine, sublato visibili vniuersalis Ecclesiæ capite, suarum esse partium (quippe qui vt propinquiora membra, capiti inhærent) catholicæ Ecclesiæ vbique locorum positæ, prospicere atque consulere, in ijs quæ licerent, ipsius capitis munera expleuerunt, quæ autem hoc anno vacantis Sedis, ab eo in unum collecto, erga ceteras, in orbe Rom. positas Ecclesias, acta sunt, licet non appareant, ex his tamen, quæ gesta sunt in Ecclesia Africana, ex eiusdem Cleri, ac Cypriani Carthaginensis Episcopi litteris, vltro citroque datis ac redditis, quid cum principalioribus ceteris Ecclesiis actum sit, facile possumus intelligere. C

Fabiano Martyrio coronato, scripsisse Clerum Romanum, ad Episcopũ Carthagin. Ecclesiæ, litteras, de eius Martyrio, missæ à S. Cypriano ad eum, significant ep. 4.

Vacasse porro vltra annum Rom. Eccl. colligitur ex epistola S. Cypr. 16. ad Confessores in carcere, Moysen & Maximum, antequam Cornelius crearetur Episcopus.

Inter innumerabiles pene Romanos Martyres, recensentur nobilissimæ virgines, Victoria & Anatolia: Calocerus, Præpositus cubiculi vxoris Decij, & Parthenius, alterius muneris Primicerius; Secundianus, Valeriani Præfecti assessor, Marcellinus, ac Verianus, in quorum actis, nomen Papæ Xysti irrepsit, cum sub Decio constet esse passos. D

Ob persecutionem secedit Cyprian. ex diuina inspiratione.

Indictio Persecutionis per Prouincias, adeo Ecclesiam vniuersam concussit, vt complures, licet fortissimi, se subduxerint, ac inter alios Sanctissimus Cyprianus, diuino spiritu, eum propemodum impellente, cum magna Gentilium siti posceretur ad necẽ. Cypr. epist. ad Presbyteros Carthaginensis Ecclesiæ nu. 9. & ad Clerum Romanum num. 15. qua reddit rationem secessionis suę, & tredecim epistolas a se in secessu scriptas, pro sollicitudine Ecclesiæ suæ ad eos mittit, & ad Cornelium Papam nu. 55. quarum 13. epistolarum, 10. tantum extant; de qua secessione Pontius in eius vita. *Credidit se, nisi Domino latebram tunc iubenti, paruisset, etiam ipsa passione peccare.* E

Idem absens proscriptus, & bonis omnibus spoliatus. ep. 69.

Illud nefandum tunc accidit, vt ex Clero Carthaginensi quinque Presbyteri, fidei desertores facti, sese ad persequendos fideles, magistratibus adiunxerint. Cypr. ep. 40.

Clerus Romanus, probata Cypriani ad tempus, secessione, vt opportunius prodiret, sollicitus est pro Ecclesia Africana, atque adeo pro omnibus Ecclesijs. Cleri Romani. epist. circularis ad Clerum Carthagin. apud Cypr. epistola 3.

Historia rerum Ecclesiasticarum in

Historia huius anni, rerum Ecclesiasticarum in Africa, tempore Decianæ persecutionis, ex Epistolis B. Cypriani, collecta, breuiter est, attingenda. Epistola numero quinta,

A in editione Pamelij, ad Clerum Carthaginensem data, monet de cura solicitè gerenda, persecutionis tempore, erga pauperes, & vinctos Confessores; item, de moderatione adhibenda, in visitandis Confessoribus in carcere, vt non glomeratim, nec per multitudinem simul iunctam, vt cum hoc temperamento agi tutius possit; illud quoque addens, vt presbyteri, inquit, qui illic apud Confessores offerunt, singuli cum singulis Diaconis, per vices alternent, quia & mutatio personarum, & vicissitudo conuenientium, minuit inuidiam, &c. quod est notatu dignissimum, adeo flagrasse desiderio, sanctissimos illorum temporum Christianos, sacratissimi illius in Ecclesia offerri soliti sacrificij, quod Missam maiores vocarunt, vt Sacerdotes Christianæ Religionis, intimos etiam Carceres penetrarent, offerrent, & eisdem ibi positis confessoribus participarent.

Africa, in Deciana persecutione ex Epistolis S. Cypriani De cura pauperũ & vinctorum confessorum.

Sexta eiusdem fere est argumenti, ad eundem Clerum de solicitudine adhibenda, erga pauperes Confessores, quos præterea moneri vult a Clero officij sui, vt humilitati B dent operam, & presbyteris ac Diaconis morem gerant, de quibus illa scribit obseruanda. *Doleo*, inquit, *quando audio quosdam improbè, & insolenter discurrere ad ineptias, vel ad discordias vacare, Christi membra, & iam Christum confessa, per concubitus illicitos inquinare, nec a Diaconis aut Presbyteris regi posse; sed id agere, vt per paucorum prauos & malos mores, multorum, & bonorum Confessorum gloria honesta maculetur, &c.*

Septima, ad Rogatianum & ceteros confessores, hortatur ad perseuerantiam in Confessione, & ad totius obseruantiam disciplinæ, monens vt aliquos dissolutiores obiurgent.

Cohortatio ad perseuerãtiam.

Octaua, ad Clerum & Plebem, de promerenda a Deo venia pro peccatis, diuina se C ait fuisse reuelatione compulsum. *Quanquam sciam*, ait, *fratres carissimi, &c. admoneo tamen etiam ipse religiosam solicitudinem vestram, vt ad placandum, atque exorandũ Dominum, non uoce sola, sed & Ieiunijs & lachrymis, & omni genere deprecationis ingemiscamus, intelligendum est enim & confitendum, pressuræ istius, tam turbidam vastitatem, quæ gregem nostrum, maxima ex parte populata est, & ad huc vsque populatur, secundum peccata nostra uenisse, dum uiam Domini non tenemus, nec, data nobis ad salutem cœlestia mandata, seruamus, &c.*

Et ad placandum iram diuinam ieiunijs & lacrymis.

Nona epistola ordine, ad Martyres & Confessores, eos miris modis à constantia commendans, inuitat ad perseuerantiam, exemplo Mappalici, eorum Collegæ, cũ quo, & alij plures corona Martyrij insigniti fuerunt, quos recenset Lucianus, vnus e Confessoribus, eodem carcere detentis, ep. apud S. Cypr. 22.

D Decima, Presbyteros Ecclesiæ Carthagin. admonitos reddit, ne temerè lapsis aperiant Ecclesiam, nondum pace reddita, nec episcopo annuente; & ijs, qui hoc præsumpsissent, nec desinerent, presbyteris, ecclesiasticam suspensionis censuram minatur. sic dicens, *Vtar ea admonitione, qua me uti Dominus iubet, vt interim prohibeantur offerre, acturi apud nos, & apud Confessores ipsos, & apud plebem vniuersam, causam suam, cum Domino permittente, in sinum Matris Ecclesiæ recolligi cœperimus.*

Ne temere lapsis venia detur.

Vndecima ad Martyres & Confessores, conqueritur, quod erga ipsos consuetam muneris functionem Diaconi minus impleuerint, vnde factum sit, vt propemodum nesciẽtibus, regulam Ecclesiasticam transgrediendi data ab illis videretur occasio. *In præteritum semper, sub antecessoribus nostris, factum est, vt Diaconi ad Carceres commeantes, Martyrum desideria, consilijs suis, & scripturarum præceptis gubernarent* post hec E vero, commendat eorum modestiam, qui supplices litteras pro lapsis scripserint, ea adhibita cautione, vt pace in Ecclesia restituta, coeunte Episcopo, vna cum Clero, id maturo consilio fieret. at in eo illos emendari cupit quod ait: *sed & illud adĳ diligentiam vestram redigere, & emendare debetis, vt nominatim designetis eos, quibus pacem dari desideratis, audio enim a quibusdam sic libellos fieri, vt dicatur. Communicet ille cum suis, quod nunquam omnino a Martyribus factum est, ut incerta, & cæca petitio, inuidiã nobis postmodum cumulet; latè enim patet, quando dicitur. Ille cum suis, & possint nobis uiceni & triceni, & amplius offerri, qui propinqui & affines, & liberti, & domestici esse asseuerentur, eius, qui accipit libellum, Et ideo peto, ut eos quos ipsi uidetis, quos nostis, quorum pœnitentiam satisfactioni proximam conspicitis, designetis nominatim libello, &*

Diaconorũ munus erga Cõfessores: ꝙ dolet ab eis minꝰ impletum.

Reuerentia erga Cõfessores, et Martyres.

sic ad nos fidei ac disciplinæ congruentes litteras dirigatis. tanta enim reuerentia & honore, non laici tantum, sed & Clerici, ac ipsorum præsertim Episcopus, Martyres & Confessores in carcere detentos, prosequi consueuerant, vt ab illorum rogatione desciscere, & quos illi litteris commendassent, despicere, inuidiosum nimis, & asperum censeretur. Quamobrem & populum, ne pro eiusmodi lapsis litteras extorqueret, pro quibus festina communicatio rogaretur, ac inuidia de pace negata, in Episcopum conflaretur, duodecima epistola admonuit. Ceterum, haud recens est vsus, nec tempore Cypriani primum excogitatus, vt consistentes in Carcere Martyres & Confessores, pro eorum, qui a fide, persecutionis tempore, excidissent, reconciliatione, cum Ecclesia, ad Episcopos darent libellos: Si quidem Tertullianus eorundem libellorum sæpius meminit, vt cum lib. de pudicitia, cap. 22. ait. *Quam pacem quidam in Ecclesia non habentes, a martyribus in carcere exorare consueuerunt.* Fluxisse autem inde ea consuetudo videtur, quod lapsi, ad Confessores ab Episcopis, pro pace consequenda, priusquam reconciliarentur Ecclesiæ, mitterentur, vt ab illis primo veniam peterent, in quos inuerecundiùs deliquissent, dum fortiter confitentibus illis, ipsi ignauiter pernegassent. magna certè inprimis huiuscemodi pœna esse videbatur, ipsos turpi negatione fœdatos, vel vultus eorum inspexisse, confessionis gloria fulgidos, atque decoros consulebatur hac via, & Confessorum dignitati, & lapsorum vtilitati, qui sic cogerentur, vt victi, victoribus subijci, eaque animi demissione, eorum precibus, veniam ab Ecclesia promereri. sed quod in remedium, fuerat olim introductum, humana nequitia cæpit conuertere in delictum, dum lapsi spreto Episcopo ac alijs Sacerdotibus, spontè conuolarent ad Martyres, extortisque ab eis supplicibus ad Episcopum, de communicatione, libellis, quasi oppignoratam, ac Martyrum precibus debitam communicationem ab Ecclesia, exigebant potiùs, quàm petebant. Verum & illud certissimùm est, quod ad huiusmodi libellos pertinet, non satis fuisse lapsis, a martyribus pacem obtinuisse, nisi per Episcopum reconciliarentur Ecclesiæ, id quidem Cyprianus in commentario de lapsis, in secùs facientes, his uerbis declamat: *contra Euangelij vigorem, contra Domini & Dei legem, temeritate quorundam, laxatur incautis communicatio: irrita, & falsa pax, periculosa dantibus, & nihil accipientibus profutura.* Post hæc decimatertia & decimaquarta epistola, vtraque, eiusdem fere argumenti, ad Clerum scribit, vt, ad lapsorum violentiam, interim aliquo genere mitigandam, si qui libello, a martyribus accepto, de sæculo excederent, exomologesi facta, & manu eis ad pœnitentiam imposita, cum pace sibi a Martyribus promissa, ad Dominum remitterentur. De his igitur omnibus a se gestis, Cyprianus, pro sua excusatione, scribens ad Romanum Clerum, missisque ad eum a se tunc scriptis epistolis, (quæ decem hæ memoratæ extant, de tredecim quas se ad eum mittere ait) omnia se egisse, ex præscripto litterarum, quas per Clementium ille miserat, contestatur.

Martyres & Confessores in carcere pro lapsorum reconciliatione libellos ad Episcopos dabant.

A B C D

Sic igitur admoniti a Cypriano, de lapsis magna cautela recipiendis, Martyres & Confessores, omnes æque magna animi submissione, vt par erat, Episcopo monenti obtemperarunt: vnus tantummodo Lucianus confessor repugnans & contradicens, inuentus est, cuius causa magnæ excitatæ sunt turbæ; adeo, vt quid in ea re agendum foret, visum sit Cypriano, ceu in re magni momenti, Apostolicam sedem, tametsi Pastore vacantem, consulere, epistola, quæ apud eum est 23. in qua, inter cetera: *Postquam uero ad eos litteras misi,* (scilicet Confessores) *vt quasi moderatiùs aliquid, & temperatiùs fieret: vniuersorum Confessorum nomine, idem Lucianus Epistolam scripsit, qua pene omne vinculum fidei, & timor Dei, & mandatum Domini, & Euangelij sanctitas & firmitas solueretur. Scripsit enim omnium nomine, vniuersis eos pacem dedisse, & hanc formam per me, alijs Episcopis innotescere velle, cuius epistolæ exemplum ad uos transmisi quod est huiusmodi. Vniuersi Confessores Cypriano Papæ. Scias nos vniuersis, de quibus apud te ratio constiterit, quid post commissum egerint, dedisse pacem, & hanc formam per te, & alijs Episcopis innotescere uoluimus, optamus te cum S. Martyribus pacem habere. Præsente de Clero, & Exorcista, & Lectore. Lucianus scripsit.* Hactenus libellus Luciani, inter Cyprianicas, epistola 17. cuius occasione quãta mala oborta sint, Cyprianus narrat, epistola sua ad Clerum Romanum, quæ est 23. Quanta porro maturitate at-

Confessores & Martyres Episcopo obtẽperant, præter unũ Lucianũ qui visus est contumacior.

E

A que consilio, prudentiores Episcopi, soliti fuerint lapsos ad Ecclesiam restituere, Caldonius episcopus manifestauit exemplo, in ea quã ad Cyprianum dedit epistola num. 19. his verbis. *Necessitas temporum facit, ut non temere pacem demus: sed oportebat nobis scribere, quoniam ij, qui, posteaquam sacrificauerunt, iterato tentati, extorres sunt facti. Videtur ergo mihi abluisse prius delictum, dum possessiones & domos dimittunt, & pœnitentiam agentes Christum sequuntur, &c. quamuis mihi videantur pacem debere accipere, tamen ad consultum uestrum eos dimisi, ne videar aliquid temerè præsumere.* Dicebantur extorres, qui ne Christum negare cogerentur, dimissis omnibus, se subtraherent; qui etiam inter confessores adnumerabantur; nam etsi coram Iudice, libera voce minus confiterentur, tamen facti potius, quam verborum ista confessio videbatur, dũ ut Christi fidem saluam custodirent, bona sua fisco possidenda relinquerent, in exteras

B regiones migrantes, quamobrem hos iure, in Ecclesiam recipiendos esse, ad eum rescribens, statuit Cypr. ep. 20.

Lapsi ad Ecclesiã quanta maturitate restituebantur.

Extorres q dicerentur.

Cyprianus, pro sua obseruantia erga Ecclesiam Romanam, Caldonij ad se litteras, & suas ad illum; Celerini item ad Lucianum, & Luciani ad Celerinum, ad Clerum Romanum mittit, Romanæ Ecclesiæ iudicio cuncta probari cupiens, quæ faceret; & de faciendis ab eadem sibi regulam tradi; qua primariæ sedis auctoritate suffultus, oblatrantium ora compesceret. Interim a Clero ipse Romano, & ab ijs, qui ex eis in carcere erãt detenti, accepit epistolas duas, de quibus idem in appendice suarum litterarum ad Romanum Clerum, sic scribit: *opportunè uero superuenerunt litteræ vestræ, quas accepi ad Clerum factas; item quas beati Confessores Moyses & Maximus, Nicostratus, & ceteri, Saturnino & Aurelio, & ceteris miserunt, in quibus Euangelij plenus vigor, & disciplina robusta legis Dominicæ continetur. Laborantes hic nos, & contra inuidiæ impetum to*

C *tis fidei viribus resistentes, multum sermo vester adiuuit, vt Diuinitùs compendium fieret, & priusquã venirent ad vos litteræ, quas vobis proxime misi, declararetis nobis, quod secundum Euangelij legem, stet nobiscum fortiter atque vnanimiter etiam vestra sententia.* Verum his ad Clerum Romanum, Cyprianus, adiecit litteras ad Moysen, Maximũ, & alios item Rom. Clericos, detentos in carcere Confessores, quos pluribus laudibus prosequutus est, quippe qui, cum primi omnium confessi essent Christi nomen, nobile ceteris exhibuissent imitationis exemplum; tanti ponderis, erat Romanorum Clericorum, quodcunque virtutis specimen editum, vt alios, quamlibet longè positos, in transmarinis prouincijs, ad imitandum alliceret.

Cypriani obseruantia erga Eccles. Rom. etiam vacantem.

D Missurus porro ad Rom. Clerum litteras Cyprianus, quod nefas esset, Ecclesiasticos, alio quopiam, quam ecclesiasticis hominibus tabellarijs vti: quod ceteri abessent Clerici, nouos creare, ad eandem obeundam functionem, opus habuit. quam ob rem Saturum tum ordinauit Lectorem, & Optatum Confessorem, Subdiaconum constituit, de quibus ad Clerum Carthaginensem epistola 24.

Lectores, tabellarij Eclasiastici vice fungebantur.

Lapsorum temeritatem, ardentius pacem petentium, idque tanquam Ecclesiæ nomine, retundens epistola 27. in Episcopis ac fidelibus ceteris, non in lapsis, Ecclesiam consistere demonstrat.

Epistola 28. ad Clerum Carthagin. eum laudat, quod Caium presbyterum Diddensem, & Diaconum eius communione mouissent, qui lapsis temerè communicauerat, & de alijs addit: *Interea, si quis immoderatus, & præceps, siue de nostris Presbyteris, & dia*

E *conibus, siue de Peregrinis ausus fuerit, ante sententiam nostram communicare cum lapsis, a communione nostra arceatur, apud nos causam dicturus temeritatis suæ, quando in vnum, permittente Domino, conuenerimus* illud etiam est obseruatione dignũ (quod ad exactam disciplinam Ecclesiasticam spectat) haud sine aliqua pœna relinqui Clericos illos voluisse, qui in persecutione, sua sponte, absque petita licentia, Carthagine recessissent, quos (quantumlibet Episcopi haberent exemplum, qui se subtraxisset, & adhuc, persecutione durante, ijdem in certamen etiam redijssent) Cyprianus a diuisione mẽsurna, nempe a stipendio Clericorum, voluit abstinere, donec eorum causa, ipso redeunte Episcopo, plenius cognosci posset; hæc pluribus, ipsa dicta 28. epistola. De quibus omnibus, epist. 29. scribit ad Clerum Romanum. Clerus Romanus epistola 30. sententiam Cypriani de lapsis per omnia confirmat, paucis; sed 31. latiùs & solidiùs, qui-

Clerici, qui se in persecutione, absq; licentia subtraxisset, priuat diuisione mensurna, vsque ad sentẽtiã Cõcilij.

Clerus Ro. sententiam Cypr. de lapsis cõfirmat.

bus litteris illi nequaquam se aliquid noui, in re tanta decernere, sed semper seruatam in Ecclesia disciplinam perscribere profitentur, commendantes Cypriani studium, quo Romanæ Ecclesiæ iudicio, sua exhibeat examinanda atque probanda; & Ecclesiasticam disciplinam, etiam persecutionis tempore mordicùs retinendam affirmantes. At hæc præcepta, non tantum Siculis & Afris, de quibus meminerunt in ea. 31. epistola, scripserunt, sed & vniuerso orbi, quod illa declarant. *Aspice totum Orbem penè vastatum, & vbique iacere deiectorum reliquias, & ruinas. & idcirco tam grande expeti consilium, quam latè propagatum videtur esse delictum. Non sit minor medicina quam vulnus est; nec sint minora remedia quam funera.* Porro idem Clerus Romanus, ad euitandam inuidiam, odiumque lapsorum, ne ipsi tantum viderentur auctores atque peruulgatores Ecclesiasticæ disciplinæ, hoc ipso tempore, persecutione adhuc instante, Romę synodum habuere, conuocatis vicinis Episcopis, præsentibus, & ijs, qui ex alijs gentibus extorres Episcopi, Romam, ad tutum portum fidei conuenissent, quod ex eadem Cleri epistola constat. sed & quas leges præscribant, & admonitionem ingerant Romani Clerici lapsis pœnitentibus in Ecclesiam redire conantibus, audiamus. *Pulsent* (inquiunt) *sane fores, sed non vtique confringant; adeant ad limen Ecclesiæ, sed non vtique transiliãt; Castrorum cœlestium excubent portis, sed armati modestia, qua intelligãt se desertores fuisse; resumant precum suarum tubam, sed qua non bellicum clangant; arment se quidem modestiæ telis, & quem negando, mortis metu, fidei dimiserant Clypeũ, resumant, sed ut contra hostem Diabolum, vel nunc armati, non contra Ecclesiam, quæ illorum dolet casus, armatos esse se credant. multum illis proficiet petitio modesta, postulatio verecunda, humilitas necessaria, patientia non ociosa; mittant Legatos, pro suis doloribus, lachrymas; aduocatione fungantur, ex intimo pectore; prolati gemitus, dolorem probantes commissi criminis, & pudorem.* hæc & alia, de præscriptis legibus pœnitentibus lapsis, Clerus Romanus.

Clerus Ro. habet Synodum.

Synodi Ro. decreta, etiã mortuo Põt. obligãt omnes.

Quæ autẽ Romæ in hac sunt Synodo de lapsis coërcendis, uel recipiendis, decreta, eadem vniuersæ Ecclesiæ Catholicæ seruanda præscripta, ad singulas, toto Orbe diffusas Ecclesias, missa sunt, vt constat ex Epistola Cypriani ad Antonianum, quæ est numero 52. Tantam enim in sede Petri inesse auctoritatem omnes intelligebant, vt vniuersus, longè lateque diffusus Catholicus orbis, sibi seruandum esse indubitanter haberet, quod sciret a Petri Cathedra dimanare.

Cyprianus ep. 25. ad Confessores Romanos, eos celebrat a constantia, & a disciplina, circa lapsos seruata, ad quem illi contra Epist. 26. flagrantem fidei ardorem ostendunt, & magnopere se animatos eius hortationibus confitentur, & denique ab eo facta, & statuta circa lapsos, probant omnia, & confirmant.

Sciens Cyprianus maximi ponderis futuras epistolas, a Sede Apostolica profectas, mittit eas ad Eccl. Carthagin. monens, vt eas euulgent etiam ad peregrinos Episcopos, & Presbyteros, & omnibus describendi faciant facultatem.

His litteris iam tertiò vltrò citroque datis, annus propè interlapsus esse videtur, cũ mense Decembri adueniente, more maiorum, sacris ordinationibus habendis pręstituto tempore, Cyprianus præter illos duos, quos vrgens necessitas ante omnes compulit ordinari, delegit, præ ceteris alios duos, ob anteactæ vitæ digna merita commendatos, quos huius persecutionis furore, velut aurum igne probatum, redditos clariores, lectoratus initiauit ordine, ijs enim non vitæ solum claritudo, Confessio, atque Martyrium, sed & diuina voluntas, Apostolico more, præcedentibus prophetijs, fuerat suffragata. fuerunt hi quos recenset, Aurelius Confessor ac Martyr, lector ordinatus; & Celerimus martyrio, & ipse multa passus, insignis, de quibus sunt epi. 33. & 34. plane dignę, quæ perlegantur, vt & sequens 35. de Numidico, ex Presbytero alterius Ecclesiæ, allecto in Ecclesiam Carthagin. honoris causa, vt clarissimo Confessore. sed quod lectores, ait, ascensuros fore, pro functione muneris, in Pulpitum, illicque toto spectante, & audiẽte populo, Euangelium alta voce lecturos, indicat diuersam in hoc Africanę Ecclesiæ a ceteris Latinis fuisse consuetudinem; cùm Romæ, & in alijs Ecclesijs eam functionem solerent Diaconi exercere, in Africa vero, lectores minorum ordinum, Clerici, infra Acoluthos positi. quod ipsum manifestius redditur ex Concilio Carthagin. 4.

Lectores in Africana Ecclesia Euangelium legebant: in Romana tantũ Diaconi.

A cap.4. & 8. ex quibus satis colligitur, ab eo obseruatum, quod sexta epistola ad Clerum suum professus erat his verbis; Solus rescribere nihil potui, quando a primordio Episcopatus mei statuerim nihil sine consilio vestro, & sine consensu plebis meæ priuata sententia gerere. &c.

Præter memoratos Martyres, his litteris a Cypriano, iungendi qui memorantur in libro de lapsis, Castus & Æmilius, in prima congressione deuicti, in secundo prælio victores. plures alij in tabulis Ecclesiasticis habentur descripti. Zeno, Alexander, Theodorus, & alij triginta tres, sub Fortunatiano Præside, sub quo etiam passi sunt Terentius, Maximus, Pompeius, & Africanus, quorum omnium extant passionis Acta apud Sur. 30. Apr.

Rursus etiam in Africa passi habentur, Quinctus, Simplicius, & alij plures Socij, de quib. Martyrolog. Romanum 18. Decembris.

B Studium S. Episcopi Cypriani, circa curam Confessorum, & memoriam Martyrum propagandam, extat ep. 37. Corporibus etiam omnium, qui etsi torti nō sunt, in carcere tamen, glorioso exitu mortis, excedunt, exhibeatur & vigilantia, & cura propensior, neque enim victus eorum, aut honor minor est quo minus ipsi quoque inter beatos martyres aggregentur. &c. *Denique & dies eorum quibus excedunt inquit adnotate, vt commemorationes eorum, inter memorias martyrum celebrare possimus* &, paucis interiectis, *celebrantur hic a nobis oblationes, & sacrificia ob commemorationes eorum, quæ citò vobiscum, Domino protegente clebrabimus* Hactenus de actis huius anni Africanus ex epistolis Cypriani.

Studium S. Cypriā. erga memoriam Cōfessorū & Martyrum.

Deinceps quid aliæ aliquæ nobiliores Ecclesiæ passæ sint, a ceteris & fid is auctoribus colligamus. Primum igitur S. Dionysius, eruditione ac pietate insignis, Alexādrinus Episcopus, quo admirabili modo, manus persecutorum euaserit, ipsemet exposuit, epistola ad Germanū, apud Euseb.[a] Deinde ingentē fuisse lapsorū numerū, opulentiorū maxime & nobiliorum, idque ob atrocitatem persecutionis, idem exponit epistola ad Fabium Antiochenū, apud Euseb. ibidem. Pergit inde commemorare, fortissimos athletas Christi. Iulianum podagricum, cum altero seruo succollante, nomine Croniō, qui Camelis circumducti, & cæsi; tandem combusti sunt: Besam militē, ob vindicatos Martyres ab iniuria, ad Iudicem abreptum, & in confessione constantem, securi percussum. Macatem Afrum, ob fidei professionem, viuum crematum, Epimachum & Alexādrum, post varios cruciatus, incēsos. quattuor mulieres, Ammonarium Virginem, post multa supplicia ad mortem abductam; Mercuriam, anum venerandam; Dionysiam, multorum liberorum matrem, quos Domino minimè in amore prætulit: Ammonarium alteram, quas tres, veritus Iudex ne in tormentis vinceretur a mulieribus, statim obtruncari iussit. Heronem, Aterem, & Isidorum, Ægyptios, & Dioscorum Adolescentem, quindecim annorum; quem propter singularem animi magnitudinem, & prudentia responsa, iudex admiratus dimisit, quasi tempus dans ad resipiscendum; reliquis, cruciatibus dilaceratis, rogo tādem crematis. Nemesim Aegyptium, quem exemplo Christi inter duos latrones combussit. Ammonem, Zenonem, Ingenem, Ptolemæum, & Theophilum senem, Milites, qui assistentes tribunali, & vacillantem quendam Christianum in tormentis, vultu & gestu confirmare studentes, conuersis omnium in eos oculis, ipsi ad subsellia præcurrerunt, se Christianos confitentes, tanto cum præfecti, & assessorum stupore, vt sententiam in eos ferre perhorrescerent. Alij præterea in vrbibus complures, & pagis agentes, a Gentibus distracti, & quasi membratim discerpti sunt, ex quibus vnum exempli caussa, commemorat Ischyrionem, quendam, mercede conductum, qui conductori, nullo modo cedens, trahenti ad Idola, præacuto fuste, intestinis transfossis, interimitur.

De Ecclesia Alexandrina

[a] lib. 6. c. 33. & 34.

(Margin letters: C, D, E)

Quid attinet, pergit idem, percensere multitudinem eorum, qui in solitudine & montibus vagi, errātesque fame, siti, frigore, morbo, latronibus, bestijs, fuerunt extincti? in quibus Cheræmō, Episcopus Nilopolis iam grandæuus, vna cum vxore, ad mōtem Arabiæ confugiens, nusquam amplius, licet diligenter conquisitus, comparuit. Permulti certe in eo Arabico monte, a Barbaris Sarracenis captiui facti, quorum alij, vix ingenti summa redempti. alij nullo modo.

Passi sunt tunc etiam in Thebaide Timotheus, & Maura Coniuges, de quibus in Martyrolog. 3. Maij, & in Græcorum Menolog. De huius persecutionis atrocitate, S. Hier. in vita S. Pauli Eremitæ; *Multas* inquit *apud Aegyptum & Thebaida Ecclesias tempestas sæua populata est. Voti enim tunc erat Christianis, pro Christi nomine gladio percuti: verum hostis callidus, tarda ad mortem supplicia conquirens, animas cupiebat iugulare non corpora &c.* cuius vt crudelitas notior fiat, duo, ait, memoriæ causa exempla subiecimus. *Perseuerantem igitur in fide Martyrem, & inter equuleos laminasque victorem, iussit melle perungi, & sub ardentissimo sole, ligatis manibus, post tergum resupinari, vt muscarum aculeis cederet, qui ignitas sartagines antea superasset.* Alium iuuenem, vt breuius dicatur, super mollem lectum vinctum resupinari, immissa speciosa meretrice, iussit, quæ cum eum in libidinem côcitaret cœlitus ipse inspiratus, præcisam morsu linguam, in eius osculantis se faciem expuit, ac sic libidinis sensum, succedens doloris magnitudo superauit. Huius eiusdem persecutionis occasione, Paulus Anachoretarum Princeps, post mortem amborum parentum, annorum circiter quindecim relictus, hoc anno, eius ætatis vigesimotertio, ipso primo persecutionis impetu, exturbatus; rus parentum prius, indeque confugit in longe positos montes, nactusque opportuna sibi, ad institutum parata spelunca, quod superfuit vitæ, vsque ad annum centesimum decimumtertium, Constantij septimum inchoatum, incognitus permansit, vt colligitur ex Hieron.

Exẽpla duo immanitatis insignia.

Paulus Anachoretarum post Princeps, puer secedit in desertum.

Hac eadem persecutione, quanta & quam grauia Origenes pro Christo passus sit, Euseb. testatur. [a] Verum quonam modo Origenes e vinculis elapsus sit; an quod, adueniente pace, sicut alij plures, solutus fuerit: an vero, quod, (vt alij volunt) Thus obtulerit, haud satis compertum habetur. Apud Epiphanium certe hæresi 64. negationis eius turpissima illa, & plane nefanda affertur causa, quod ne pateretur Aethiopem, a Gentilibus immissum, sibi vim turpitudinis afferre, sacrificare potius voluerit; ceterum in libro illo, qui lamentationes, seu pœnitentia Origenis inscribitur, quem tamẽ Gelasius adnumerat inter Apocrypha, alia adumbratur potius, quã describitur causa, lapsus eius; At vero æquè dubitari potest, an quæ apud Epiphanium leguntur, verè ab eo scripta fuerint, cum in libto de Mensuris atque ponderibus, diuersa scribere videatur de Origene, dum ait: *Floruit Origenes a temporibus Decij, vsque ad Gallum & Volusianum,* qui successores Decij fuerunt. atqui, si tum lapsus est, non potuit dici floruisse; nec enim pro vixisse simpliciter vsurpatum verbum credibile est. quod confirmant sequentia Epiphanij verba. *Ceterum in persecutione a Decio facta, & ipse Origenes multa passus ad finem Martyrij non peruenit, id namque & Eusebius tradit.* Ceterum ad Epiphanium ea ab aliquo fuisse addita, non leuis coniectura ex S. Augustino sumi potest, qui de duplicibus Origenianis hæreticis verba faciens, ea omnia se ab Epiphanio mutuatum esse testatur, cumque eorum impia recenseat dogmata, nihil prorsus de Origenis negatione habet, quam vel obiter omnino attigisset, si eam apud Epiphanium reperisset.

a lib. 6. c. 37.

Origenes an aliquãdo sacrificauerit, incertum, & parum probabile.

Rursum verò vt commentum existimari debeat huiusmodi Origenis lapsus, multa sunt quę persuadeant, ac primum Apologię pro eo Eusebij & Rufini; qui cum toti sint in excusando Origene ab hęresi, de impietate seu Apostasia, nullus excusat, quod scilicet nullum ei ab aliquo, ea de re negotium exhibitum esset. Deinde tot Origenis æmuli, & oppugnatores, nusquam de eo meminerunt, Dionysius Alexãdrinus, qui tum florebat, S. Hieronymus, Theophilus Alexandrinus, & alij Catholici tractatores, pręterea Porphyrius tum viuens, & qui post hæc tempora scripsit vitam Plotini, Origenem sibi oprimè cognitũ, in ea mirificè laudat, in quo, si quid huiusmodi de cultu Dijs pręstito, auditum habuisset, vt impietatis Deorum studiosissimus, nominatim laudare nõ prætermisisset, qui Ammonium Christianum Philosophũ, a fide Christi ad Ethnicos desciuisse, non erubuit mendacissimè scribere.

Quantumuis autem Eusebius immodicus sit in laudibus Origenis, in ijs tamen quæ de eius confessione scribit, haud existimandum esse mentitum, cum antiquorum neminem habuerit repugnantem. Citantur illa quidem, vt verè credita Epiphanij, a Leontio Scholastico, qui, post sexcẽtesimum Christi annum uixit, Zonara, Suida, Nicephoro, a-

lijs poste-

A lijs posterioribus Grecis,& Latinis,sed incognita fuere antiquioribus eruditis,& Orthodoxis,Hieronymo,Augustino,Vicentio Lerinensi,alijs.

Ad Palæstinam transeuntes,quid Persecutio in ea egerit,videamus.

Alexander (inquit Euseb.[a])Hierosolymitanæ Ecclesiæ Episcopus in Palæstina, qui rursum Cæsareæ propter Christum Præsidi ad Tribunal astitisset, & magnã fuisset ex secunda sua fidei confessione, commendationem adeptus,iam extrema senectute, & veneranda plane canicie eximius,carceris cruciatu denuo afflictatus est, quo quidem, post præclarum & illustre testimonium fidei Christianæ datum, in carcere consopito, Mazabenus successor eius in Episcopatu declaratur.

a lib.6.c.32.

Is copiosam ac nobilem Bibliothecam Hierosolimis extruxit quæ nequaquam,Diocletiani incendio conflagrasse videtur: nam idem Euseb.[b] integram ad sua tempora perseuerasse,& complura se inde collegisse testatur.

Celebris Bibliotheca Hierosolymitana.

b lib.6.c.14.

B Cæsareæ quoque in Palæstina nobile Martyriũ subijt,Reparata Virgo, quæ post alia tormenta,in crate ferrea semiustulata est,& sic(horrendum visu)deformata,per ciuitatem ducta,præclamante præcone; sic tractari feminas Christianas:quæ,cum,quacunque duceretur,ad fidem hortata esset Christianos,alijs superatis tormentis capite truncata est.Ipsius Acta.

Emesæ in Phœnicia passi habentur,Galation & Epistemes,insignes Martyres.Martyrolog.Rom.5.Nouembris.

Eodem quoque tempore (inquit Euseb.[c]) Antiocheno Episcopo Babyla ad exemplum Alexandri,post fidei confessionem,in vinculis uitam deserente, Fabius ibi Ecclesiæ præficitur.qui & in Chron. hoc eodem anno, eius Martyrium ponit. Epiphan. ac Hieronym,eum sub Decio passum,æquè consentiunt.item Martyrolog.Rom. in quo & C illud legimus. *Referuntur etiam passi cum eo,Vrbanus, Prilidianus & Epolonius, quos ille in fide Christi instituerat*,plura de Babyla,S. Io. Chrisostomus, & diuersum quiddã ab Eusebio.in libro contra Gentiles.

c 6 cap. 32. Babylas insignis Martyr.

Hac itidem vrgente persecutione, non sine Diuino consilio, magnus ille Gregorius Thaumaturgus (perinde ac Cypriano contingit) furorem declinans Gentilium,recessit in solitudinem,quod & suis,vt idem facerent,persuasit.at Gentiles eum magno numero insequentes,vt duce expugnato,reliqua faciliora essent,indicato sibi loco, vbi delituisset,omnia perscrutantes,diuinitus eorum oculis impeditis,non nisi duas solas arbores,a se inuicem parum distantes,vidisse affirmarunt, *at Index relictus* illum magnũ cum Diacono orantem inuenit,& Diuino cognito præsidio,per quod, illi, eis visi sunt Arbores,accidit ad pedes eius,& credidit,de persecutore, factus unus de fugientibus, D hic autem Diaconus, Æditiuus ille fuit Templi Idolorum, quem imperando Dæmonibus,ad Christũ adduxerat, & integritate ac fidei sinceritate Diaconum ordinauerat.

Gregor. Thaumaturgus secedit.

His Gregorius aliquando in oratione cum suis certamen mente vidit & victoriam Troadij adolescentis,gloria martyrij,post multa tormenta, redimiti.

Idem & saxum ingens precibus loco mouit,atque alio, vt libuit, transtulit, hæc de Thaumaturgo Nyssenus,pluribus. Qui etiam quo ad persecutionem in Ponto excitatam,pertinet,addit,passum quoque Comanæ ciuitatis Episcopum Alexandrum, cognomento Carbonarium,quem ex Philosopho,ad omnem humanam gloriam euitandam, Carbonarium factum,diuino instinctus spiritu, aliquando illi ciuitati, cũ omnium admiratione,consecrauerat Episcopum,consummasseque per ignem Martyriũ tradit,Hæc ex Nysseno in vita Thaumaturgi.

E Decius Imperator hoc primo suo anno, bellum suscepturus in Persas, dum traijcit exercitum in Orientem, appulsa vna ex Nauibus in Insulam Chio, Isidorus Alexandrinus,Nobilis miles,quod Christianus esset,nec Djis sacrificaret, reus constitutus impietatis,a Numerio Tribuno,sententiam capitis accepit.Acta & quidem syncera,apud Surium 5.Febr.

Permissa censuræ delatione ab Imp.Senatui,cum summa potestate,defertur Valeriano absenti S.C.cum amplissimis laudibus,addita etiam facultate, legum scribẽdarum, vnde accidit,vt in edictis nomina inscriberentur,Decij atque Valeriani, quorum nominibus extat edictum,de persecutione aduersus Christianos,in Actis S.Mercurij Marty

ris,

ris, licet & Augusti nomen Valeriano perperam post additum fuerit. Hic iniquissimũ & seuerissimum se præbuit erga Christianos, & cum eius etiam nomine scriberentur leges, & promulgarentur edicta, factum est, vt vtriusque nomine, nempe Decij & Valeriani, eadem persecutio censeretur. Ex Trebelio Pollione in Valeriano. A

Christi Annus 254. Sedes vacat Decij Imp. 2. Messio Quincto Traiano Decio 3.m & Grato 2.m Coss.

Ex actis Pionij Martyr, cum alij alios ponant Consules.

EVdæmone Smyrnensium Episcopo, a fide lapso, Pionius Presbyter, eam constanter retinens, cruci cõfixus & combustus, nobile Martyrium pertulit, de quo Euseb. [a] B Ex martyribus item, qui id temporis obierũt (significat ille quidem tempora M. Aurelij, quibus Polycarpus Martyrio functus est, sed non recte de Pionio) *vnus erat Pionius, fama peruagata, & multorum præconijs eximius, cuius confessiones sigillatim habitas, cuius ingenuam sermonis libertatem, cuius Apologiam pro fide coram populo, & Magistratibus recitatas, cuius conciones ad docendum accommodatas, cuius benigna his, qui, præ persecutionis acerbitate, animis omnino cecidissent humanitatis officia tributa, cuius iucundas & gratas consolationes, quas in carcere fratribus, qui ad eum ingrediebantur, adhibuit, quæ præterea tormenta sustinuerit, quos in eisdem dolores tolerauerit, quam acerbos clauorum confixus pertulerit, quantam in rogo animi magnitudinem ostenderit; qualem denique & quam insignem mortem, præter alias omnes res, ab eo, tanta cum admiratione, gestas, subiuerit, eos quibus lubitum est cognoscere, ad libellum nobis, de veterum Sanctorum Martyrijs, in unum redactis, editum, (qui quidẽ omnia facta illius, plenissimè complectitur) amandamus* & cum liber ille omnino perierit, Acta tamen ipsa extãt, sincerissimè, ab homine, qui præsens adesset scripta ex Metaphraste [b] in quorum actorum fine, tempus legitur, Traiano, Decio, Augusto, suprascriptis Coss. Quid autem de Sabina, alio nomine Theodota, & Asclepiade cum Pionio vinctis, actum sit Acta non habent. Ex tabella autem, hæc, verbis Romanis, scripta sententia legebatur: *Pionium se Christianum esse confitentem, viuum igni comburendum iudicauimus*, ita in actis illis. C

Præter Martyres, de quibus, proximo anno, mentio facta est, passi sunt, eadem Decij persecutione, in Asia, Apollonia, Lucius, Thyrsus, & Callinicus. In Lycia, Christophorus, Pergæ Pamphiliæ, Papias, Diodorus, Conon, & Claudianus, & eiusdem Ciuitatis Episcopus Nestor, sub Præside Pollione; cuius Nestoris extãt acta, & quidem legitima [c] D Græca autem acta fideliora habentur.

Ephesi Maximus, primus passus est, lapidibus appetitus (pro more Ephesiorum, impios eo supplicio afficiendi) cuius certamen ex actis, tum a Notario, breuiter atque fideliter scriptis, extat. [d]

Sub eodem quoque Decio Imp. accidisse Ephesi traditur, vt, (quod multis pariter eo tempore contigisse reperitur) sæuiente mirum in modum persecutione, complures, sibi ipsis timentes, deserta loca petierint; & inter alios, septem iuuenes, timore perculsos, in antrum fugientes, occluso a persecutoribus ostio, in Domino obdormierint, vnde & nomen consecuti sunt, vt dicti sint, septem dormientes, cum specu recluso, sub Theodosio iuniore, inuentis eorum corporibus, quasi rediuiui apparuerint. sunt qui velint intra specum inclusos, somno captos, ad ducentos fere annos reuera dormisse, vt Metaphr. Niceph. Cedrenus; at cum nullus scriptorum, qui illis vixere temporibus, rem tam insignem, miraculum tam grande retulerit, non Prosper, qui illorum temporum res gestas, per annos singulos, digessit, non Marcellinus, prior sententia potior videtur; pie tamen & Sancte coluntur, cum grauia passi sint tempore Decij, & vere in Domino obdormierint. E

In Lycia quoque illustre fuit Themistoclis Martyrium qui, pro S. Dioscoro, ad necẽ quæsito, se offerens, equuleo tortus, raptatus, & fustibus cæsus, meruit Coronari, [e] Acta.

a lib. 4. c. 14. ad finem.

Pionij presbyteri præclarum Elogium.

b Apud Surium primo Febr.

c Apud Sur. 26. Feb.

d Apud. Sur. 30. Apr.

7. dormientes, quomodo intelligẽdi.

e Apud Sur. 30. Apr.

Nico-

A Nicomædiæ in Bithynia, Quadratus: Melitinæ in Armenia Polyeuctus; Niceæ Thryphon; In Creta, Theodolus, Saturninus, & Socij, omnes, decem numero, passi sunt, Martyrolog. Romanum, diuersis diebus.

Gortynæ, Ciuitate in Creta, Cyrillus Episcopus martyrium subijt. extant Acta[a] pura & sincera.

[a] Apud Sur. 9. Iulij.

In Insula Cypro, Conon; In Achaia, Myron; Corinthi, Codratus, & socij quinque passi sunt.

Cæsareæ in Cappadocia, inter alios insignes Martyres, Mercurius pro fide Christi, nobile certamen exegit, cum prius egregia nauata opera in bello aduersus Persas, ab eodem. Imp. fuisset honoribus auctus, vt ordinum ductor fieret. Hic natus Patre Gordiano Primicerio Legionis Fretensis (alias Marthensis) Christiana fide imbutus, & B Angelica visione roboratus, ingentem de Persis victoriam consecutus; delatus a Catulo Consulari, quod Christianus esset, a Decio vocatus, causam dixit, magna constantia; cuius rei occasione multa passus, demum capite truncatus, corona Martyrij insignitus, de impietate & perfidia illiberalis Principis triumphauit, Acta[b]

Mercurius insignis Martyr.

[b] Apud Sur. 20. Decemb.

Ibidem Cæsareæ quoque passi habentur, Cæsarius, Germanus, Theophilus & Vitalis, Martyrol. Rom.

Decius abusus quam Christiani hominis ope de Persis consequutus fuit, victoriam, eamque Dijs acceptam ferens, in eorum contemptores Christianos acrius vindicauit, occisis qui in eius manus deuenerant, Persis Christianis, Polychronio Episcopo Babylonis, Parmenio, Elyma, & Chrysotele Presbyteris; Diaconis, Luca & Mutio; Virisque nobilissimis Maximo & Olympiade, ac demum, post longa vincula, Abdon & Sennen, C subregulis. Extant horum acta, apud Sur. 10. Augusti, sed nonnihil corrupta.

Ex eodem quoque Decij exercitu, inter alios Christianos, passi recensentur Paramō miles, alijque eius socij 375. quorum apud Græcos memoria celebris est, Menolog. 29. Decembris.

Passus quoque sub Decio reperitur Menignus Fullo, Martyrol. Rom.

In Sicilia præclarissimum martyrium subijt Agatha, celeberrima inter Martyres; quæ sub Quinctiano Præside, Christum animo Virili confessa, post alapas, Carcerem, equuleum, & contorsiones membrorum, post acerbissimam mammillarum absciffionē, volutationem in testulis & carbonibus, tandem in carcere, Deum precando, spiritum reddidit. Acta apud Metaphr. & Sur. 5. Febr.

Agathæ Martyrium.

Leguntur sub Decio passi pariter Formijs, Albina; Anagniæ, Magnus Episcopus, & D Secundina virgo: Camerini, Venantius; Anastasius ac socij; Fulgini, Felicianus; Perusiæ, Florentius, Iulianus, Cyriacus, Marcellinus, & Faustinus; & diuersa die Felinus, & Gratinianus: Aretij, in Tuscia, Pergentinus & Laurentinus fratres; Florentiæ, Minias: Rauennæ, Fusca Virgo cum Maura nutrice: apud autem Alpes Cottias, Bassus Episcopus, Martyr, exquisitorum tormentorum sæuitia, celeberrimus, Martyrologium Romanum.

Sed & Tolosæ in Gallia, Saturninus eiusdem Ciuitatis Episcopus, glorioso agone decertans, Sacerdotalis vigoris egregium specimen exhibuit, Acta 29. Nouemb. apud Surium.

In Aquitania passus est hoc eodem tempore Amaranthus, sed longum esset singulos percensere, cum nulla fuerit Regio, Prouincia, Insula, Vrbs, pagus, subiectus Romano Imperio, in quo non fuerint aliqui Martyres, & plurimorum memoria perijt.

E Anno secundo persecutionis inchoato, Felicissimus Presbyter, cum aliquot alijs nefarijs presbyteris, & Nouato Episcopo, qui etiam Creationi Cypriani aduersatus fuerat, Schisma conflat in Africana Ecclesia; & abductis a Cypriano Confessoribus & lapsis, in monte seorsum colligit, & cum Cypriano communicantes, excommunicat, Ex Epistolis Cypriani, 38. 40. 49. Eum Cyprianus, ex secessu excommunicat, & publicandum mandat Vicarijs suis, vna cum illis, qui se ei adiunxerant, ex epistola 38. & 39. & 40. ad finem.

Radius interim quidam pacis affulget Ecclesiæ Africanæ, (quod a Cypriano fuerat ante prænunciatum, epistola 40. ad finem) viuente adhuc Decio persecutore, eo fortasse,

se, quod ingruentibus barbaris (de quibus mentio epistola 60.) Gentilium in Christianos bellum fuerit in illos conuertendum. A

Post diuturnam, anni & amplius, Ecclesiæ Romanæ sedis vacationem, ob persecutionis acerbitatem, creatus Episcopus Cornelius Romanus, de cuius electione & meritis, plura Cyprianus Epistola 52. ad Antonianum.

Cornelij Papæ Annus I.

Nouatus, ad euertendam Romanam Ecclesiam, Romam profectus, creato iam Cornelio, Nouatianum Romanum Presbyterum, male in Cornelium, vitio suæ ambitionis, animatum, acrius in eum impellit, & Confessores, per conficta in Cornelium crimina, ab eo abstractos, in Nouatianum transfert; qui, paulo post de repente, prodit, B clandestine creatus Episcopus Romanus, ordinatus a tribus in fraudem inductis Episcopis, & SCHISMA PRIMVM in Ecclesia Romana conflat, de qua tota re, legenda est Epistola Cypriani 49. ad Cornelium, & 52. ad Antonianum & Cornelij ipsius ad Fabium Antiochenum, apud Euseb. [a]

a Li. 6. c. 33.

In antiquioribus omnibus Martyrologijs, inter sanctos adscripta reperitur Tryphonia vxor Decij Cæsaris 18. Mensis Octob. eademque sepulta in cœmeterio, apud S. Hippolytum.

Decius, bonus alioqui princeps, qui Traianus cognominari meruit, ob innocentis tamen Christiani sanguinis effusionem, anno secundo Imperij, per tres menses inchoato, aduersus Gothos bellum gerens, cum filio extinguitur. Euseb. in historia [b] & in C Chronico. item Cassiod. in Chron. ob quam persecutionem, tanta clades illata est Romano Imperio, ut tunc primum, pro pace redimenda, Scythis Romani tributum pependerint, vt ait Pomponius Lætus in Gallo.

b Lib. 7. c. 1.

C. Vibius, Trebonianus, Gallus, Galliarum limitanei exercitus in Mæsia Dux, cuius proditione Decius fuerat profligatus, inuadit Imperium, filiumque Volusianum postea sibi asciscens, Augustum creat, Euseb. 7. cap. 1.

Galli & Volusiani. Impp. 1.

Extincto Decio pax Ecclesiæ redditur. Cypr. lib. scrib. de lapsis.

Haud diu post Cornelij creationem, Decio extincto, (de quo Cyprianus epistola 22. *Tyrannum armis, & bello postmodum victum, prior Cornelius sacerdotio suo vicit*) & post Nouatiani Schisma, reddita pax est Ecclesiæ, & instantibus glomeratim lapsis vt in Ecclesiam reciperentur; vt rite, & ordine, & salutariter id fieret, Cyprianus præterquam, quod verbis admonere non destitit, commentarium etiam eo argumento scripsit, de lapsis inscriptum, in cuius exordio. *Pax ecce, dilectissimi fratres, Ecclesiæ reddita est, &c. Dandæ laudes Deo, &c.* post recensens Martyrum gloriam, & Confessorum virtutem; & miserabilem lapsorum stragem deplorans, commemorat etiam prodigia plura, quæ circa aliquot lapsos contigerunt: & hortatur denique ad cōuenietem illis pœnitentiam. *Confiteantur singuli* inquit, *quæso vos, fratres dilectissimi, delictum suum, dum adhuc qui deliquit in sæculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio, & remissio facta per Sacerdotes, apud Dominum grata est.* & cum multis, vt pœnitentiam, veram ac plenam agant, inculcet, qualis esse debeat, demum declarat his verbis. *Orare oportet impensius & rogare, diem luctu transigere, vigilijs noctes, ac fletibus ducere, tempus omne, lacrymosis lamentationibus occupare: stratos solo, adhærere cineri; in cilicio & sordibus volutari; post indumentum Christi perditum, nullum hic iam velle vestitum, post Diaboli cibum, malle ieiunium: iustis operibus incumbere, quibus peccata purgantur, eleemosynis frequenter insistere, quibus a morte animæ liberentur.* atque hæc ille generatim. Quæ vero cuilibet lapso, pro qualitate delicti imponenda esset satisfactio, in proxima Synodo constitutum est. Restitutus Carthagini Cyprianus, quod iam ante litteris pollicitus fuerat Epistola 37. commemorationes

D

E

Pœnitentia lapsorū qualis.

A sanctorum Martyrum, oblatione sacrificij incruenti, vna cum suis solemniter celebrat, quod ipsum de Gregorio Thaumaturgo narrat Nyssenus, & alios item Episcopos fecisse, credibile est.

Nouatianus schismaticus Pontifex, litteras de sua electione Mēdacijs & calumnijs, in Cornelium legitimum Pōtificem, plenas, scribit ad vniuersas Ecclesias, & legationes mittit; sed detectis fraudibus; & confessoribus, qui decepti illi adheserant, magna quidem cum tentatione Ecclesiarum, resipiscētibus, repudiatur ab omnibus, peterquā a suis asseclis, & Cornelius recipitur. Cornelius ad Fabium Antiochenum, apud Euseb. lib. 6. Cyprianus Cornelio ep. 41. & 52. Ad Antonianum, Hier. in Dionysio Socrates 4. cap. 23. Nouatianus primus schismatic⁹ Pō.

Cyprianus epistola 44. Confessores in Schisma per fraudem inductos, reuocare ad Ecclesiam studet: qui, legato ad Ecclesiam Africanam Nouato, (epistola 48.) fraude
B agnita, ad Ecclesiam poenitentes, cum hac professione reuersi sunt. *Nos Cornelium Episcopum Sanctissimæ Catholicæ Ecclesiæ* (nota titulum Rom. Pont.) *electum a Deo omnipotente, & Christo Domino nostro scimus. Nos errorem nostrum confitemur, nos imposturam passi sumus; circumducti sumus perfidia, & loquacitate captiosa. Nam etsi videbamur, quasi quādam communicationem cum Schismatico, & hæretico homine habuisse; syncera tamen mens nostra, semper in Ecclesia fuit, Nec enim ignoramus vnum Deum esse, vnum Christum Dominum, quem confessi sumus, vnum spiritum sanctum, vnum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere.* Cornelio Cyprianus reditum Confessorum gratulatur, epistola 47. & ipsismet Confessoribus epistola 51 qui eū, de suo reditu, admonuerāt, epistola 50. Ante quorum reditum Confessorū ad Ecclesiam, Cyprianus, vt suis consuleret Carthaginensibus, alioqui, nō multum a Nouatiano ab- Confessores ex schismate cum professione ad vnitatē redeūt.
C horrentibus, propter Nouatum & alios Presbyteros Carthaginenses, librum scripsit de vnitate Ecclesiæ Catholicæ, validissimum plane propugnaculum contra hæreticos omnes & Schismaticos, de quo ipse ad Confessores, iam ad Ecclesiam reuersos, epistola 51. *sed & Catholicæ Ecclesiæ vnitatem, quantum potuit expressit nostra mediocritas &c.* Cypr. scrib. de vnitate ecclesiæ.

Concilium a Cypriano Carthagine habitum, est, de lapsis, peracta poenitentia, admittendis, de quo ipse epistola ad Antonianum, 52, & 59. ad Fidum, & alibi, In illo auditus est Felicissimus Schismaticus cum sequacibus quinque Presbyteris, & cum illis tertio est excommunicatus. Cypr. ep. 42. & 55. & 67. ad finem.

Aliud Concilium Romæ habitum a Cornelio est, in eadem causa de lapsis, in quo statuta, in Africano Cypriani Concilio, confirmata sunt; & statutū vt Sacerdotes poe- Concil. in cauta lapsorum.
D nitentes ad laicam tantum communionem admitterentur. Cypr. epistola 52. ad Antonianum, & 68. ad Hispanos. quo modo vnum de Episcopis, qui Nouatianum in Schismate consecrarant, admissum, scribit Cornelius ad Fabium Antiochenum.

Nouatianus ad Schisma addidit etiam hæresim, negans semel lapsos in Ecclesiam amplius admittendos, sed Dei iudicio relinquendos, nec vllum lapsorum habēdum esse discrimen, criminumue distinctionem, quę ex Stoica disciplina, quam professus erat, introducere in Ecclesiam est conatus; Cyprianus epistola 52. ad Antonianum. Pacianus vero epistola ad Sympronianum prima *Scriptis tuis*, inquit, *poenitentiam vsquequaque damnantibus secundum Phrygas te sentisse pronūcias* & secūda: ad eūdē; Nouatianum, suosque sequutos esse Tertullianum demōstrat, & vtrumque esse potuit, vt & a Stoicis, & a Montano, hęresim suam deriuaret, quam postea successores, nouis errori Nouatianus ad schisma addit hæresim.
E bus cumularunt, de quibus suo loco. Quod præterea se mundos dicerent, nec vel aliquando lapsos, nec lapsorum consortio contaminatos καθαροὺς. i. mundos se dici voluisse affirmat Euseb. 6. cap. 35. Eosdem pariter decoros, candidis vestimentis incedere solitos, autor est Socr.[a] De quibus Aug. de Agone Christiano cap. 31. *Nec audiamus eos*, inquit, *qui negant Ecclesiam Dei omnia peccata posse dimittere. Itaque miseri dum in Petro petram non intelligunt, & nolunt credere, datas Ecclesiæ claues Regni cęlorum; ipsi eas de manibus amiserunt. Isti sunt, qui uiduas, si nupserint, tanquam adulteras, damnant, & super Doctrinam Apostolicam, se prædicant esse mundiores: qui nomen suum si uellent agnoscere, mundanos se potius, quam mundos uocarēt.*

[a] lib. 6. c. 20.

Nunciata

Nunciata fidelium captiuitate a Barbaris, per Numidas Episcopos, Cyprianus collectam pecuniam, ad tria millia nummum aureorum, mittit ad eorum redemptionem Epistola 60. A

Christi Annus 255. | *Cornelij Pap.* 2. | *Galli & Volusiani Imp.* 2. | *Gallo & Volusiano 2 Coss.*

Concilia de lapsis recipiendis.

COncilium Romæ habetur, (Maximum appellat Eusebius) 60. Episcoporum, totidem & amplius Presbyterorum & Diaconorum, in quo Nouatiani damnantur lapsos recipiendos, sed non absque pœnitentia, decernitur. Euseb. 6. cap. 35.

Concilium Italicum eadem de re. Hieronymus in Cornelio. B

Africanum, Idibus Maijs celebratur 42. Episcoporũ, cuius extat Synodica ad Cornelium Papam, Cypriani epistola 54. in qua rationem reddunt, quod cum non nisi peracta plena pœnitentia ante decreuissent lapsos recipiendos, modo statuerint, vt etiam non perfecta, qui agere non destitissent, reciperentur, propter imminentem scilicet nouam persecutionem, crebris ostensionibus demõstratam, quo paratiores essent ad prælium, *Idoneus enim esse non potest ad Martyrium*, inquit Cyprianus, *qui ab Ecclesia non armatur ad prælium; & mens deficit, quam non recepta Eucharistia erigit & accendit. &c.*

Reliqui per Orbem Catholici Episcopi, quod Romæ statutum fuerat probantes, nouæ Nouatiani restiterunt impietati; in quibus eminuit, maximè Dionysius Alexandrinus Episcopus, qui plures de pœnitentia, ad diuersos scripsit Epistolas, Fabiumque Antiochenum Episcopum in Nouatianum propensum, ad saniorem mentem reuocare studuit; quod ipsum & Cornelius Rom Pont. præstitit, epistola supra citata ad Fabiũ Antiochenum; qua & Hippolytum, Antiochenæ Ecclesiæ presbyterum, iam penitus Nouatiano addictum, in viam Catholicæ fidei reductum, credibile est, qui post subiturus Mattyrium, nobilem atque præclaram Confessionem edidit Catholicæ veritatis, in Martyrolog. Romano die 30. Ianuarij, quam eius Confessionem cecinit Prudentius, licet tres Hippolytos in vnum commiscens, Legendus est Euseb. lib. 6. cap. 36. & cap. vltimo. C

Hęretici ambiunt communionem Sed. Apostolicæ ne hæretici videãtur.

Priuatus antiquus hæreticus, cum aliquot asseclis, antea sæpe damnatus, accedens ad Concilium & reiectus, Fortunatum aduersus Cyprianum Carthagine creat Pseudo episcopum. qui scientes, se ab omnibus Hæreticos & Schismaticos habendos, si Apostolicæ Sedis communione carerent, ad eam suffurandam, legationem Romam mittũt, qua functus est Felicissimus, qui a Cornelio reiectus est, de tota re latè Cyprianus epistola 55. qua aduersus Schismaticorum calumnias, cogitur etiam plura de se prędicare. vbi notandum est, quod in episcopali functione, quadriennio se iam probatum affirmat, ex quo statuitur, eum, non nisi anno Domini 250. sedem Carthaginensem capessiuisse, & quarto exacto, hunc iam eius esse sedis quintum. D

Duæ aduersæ factiones contra ecclesiam.

Duæ hoc tempore & inter se contrariæ Schismaticorum factiones, pari tamen conatu, aduersus Ecclesiam, conspirarunt. Nouatiani contendentis, lapsorum neminem in Ecclesiam recipiendum esse; & Felicissimi; omnes absque pœnitentia mox suscipiendos, inter quos media incedens Ecclesia, omnibus pacem dat, sed non absque præuia pœnitentia; Sed notandum est, Schimaticorum & Hæreticorum inconstantia, & fraus; Nouatus enim qui in Africa schismatis inuentor fuerat aduersus Cyprianum, quod non statim omnes lapsos ad Ecclesiam reciperet; Romam veniens, Nouatiano accessit, aduersus Cornelium, neganti quemquã lapsorum esse recipiendũ. ab his duobus schismatis antesignanis, denominati sunt: Nouatianenses quidem a Nouatiano, vt est apud Cyprianum epistola 73. Nouatiani autem a Nouato, sed obtinuit tamen vsus, vt omnes, licet ab inferiori, Nouatiani nominarentur. Et ob nominum similitudinem accidit, vt apud veteres, maxime apud Grecos, alterum nomen pro altero, Nouatus pro Nouatiano aliquando vsurparetur. E

Concilium Anthiochiæ conuenit, ad Ecclesiam illam schismate Nouatiani discis-

sam, redin-

A ſam, redintegrandam, ad quam, e Cappadocia, Aſia, Syria, atque Aegypto etiam conſtat conuocatos eſſe Epiſcopos. Cuius Acta non extant, ſed eius meminit Euſeb. 6. cap. vltimo ex epiſtolis Dionyſij Epiſcopi Alexandrini, in quarum vna certiorem ſe factũ dicit de obitu Fabij Epiſcopi Antiocheni, & ſubrogatione Demetriani, quod ipſum habet Euſeb. in Chron. Idem Euſeb. ab eodem Dionyſio ſcriptum tradit librum de Martyrio ad Origenem.

Antiochenum Cõcil. c. Nouatianos.

Cyprianus de imminente perſecutione diuinitus admonitus, cum in præparandis, ad futurum certamen, lapſis; tum in exhortandis fidelibus ad promerendam Martyrij coronam, ſolicitus, ad Romanos Confeſſores de laude Martyrij, præclarum libellum conſcribit, & epiſtolam, (quæ numero eſt 56) ad Tibaritanos, eos ad ſuſtinentiam Martyrij cohortans; eſt ad Fortunatum Epiſcopum librum de exhorta- B tione Martyrij.

S. Cyprian. ſcrib. de laude Martyrij. & de exhortatione Martyrij.

Moyſes, inter Romanos confeſſores, fama celebrior, Martyrio coronatur, ex epiſtola Cornelij ad Fabium Antiochenum, apud Euſeb. [a] Martyrolog. 25. Nouemb. paſſum ait ſub Decio, quod perſecutio ab auctore denominata, poſt obitũ quoque ipſius, Valeriani etiam temporibus, multis exemplis reperitur ſic dicta.

a lib. 6. c. 35.

Immanis illa peſtis, quæ per decennium orbem vaſtauit, exoritur, de qua Cyprianus in libro de laude Martyrij. *Quanta Martyrij habenda ſit dignitas, ad cuius gloriam nos cogere etiam lues cœpit.*

Gallus Imp. ipſo ſui Imperij exordio, cum pacem Eccleſiæ reddidiſſet; Mox anno ſuo ſecundo conſopitam, rurſum excitat perſecutionem, atque inde multa ipſi & Rom. Imp. mala, diuina vltione id agente, ſunt conſecuta. Ex Dionyſ. epiſtola ad Her- C mammonem apud Euſeb. b

Perſecutio excitatur a Voluſiano Imp.

b lib. 7. c. 1

De Perſecutione in Eccleſia Romana graſſante, Cornelius Papa in Epiſtola ad Lupicinum Viennenſem Epiſcopum, quæ vna extat ex illis, quas Rom. Epiſcopus, more maiorum, de perſecutione excitata, ad aliarum Eccleſiarum Epiſcopos dare conſueuit, quibus eos ſtrenuè agere hortatur Tomo primo. Biblioth. SS. P. P.

Papa ſolebat ad Epiſcopos dare litteras de perſecutione excitata.

Cornelius Papa exul Centumcellas, cum Presbyteris & Diaconibus Romanæ Eccleſiæ eijcitur, poſt glorioſam confeſſionem, quem Cyprianus Epiſtola ſua nu. 57. proſecutus eſt.

Voluſianus Auguſtus, in deteriorem partem interpretatus, concurſum ad Corneliũ, & litterarum viciſſitudinem, Romam retractum, & Idola adorare recuſantem, poſt plura tormenta, capite plecti iubet; cum quo & alij, numero viginti vnus, cum Cereali & vxore Saluſtia 14. Septemb. Martyrio coronati ſunt, Acta, Ado, Martyrol. Romanum. D Quod vero plurimi, Cornelij Martyrium, ad aliud tempus referunt plane confutantur ex Epiſtola Cypriani 58. ad Lucium. Vacante ſede per 35. dies. Lucius Romanus, vnus ex Presbyteris, cum Cornelio relegatis & poſt eius mortem, reſtitutis, Pontifex ſubrogitur.

Lucius Papa.

DE hac perſecutione auctor libri, ad Nouatianum hæreticum, apud Cyprianum, ſic habet, *Nulli dubium uel incertum eſt fratres dilectiſſimi, illos, qui prima acie, ideſt, Deciana Perſecutione, vulnerati fuerunt; hos poſtea, id eſt, ſecundo prælio, ita fortiter perſeueraſſe, vt contemnentes edicta ſæcularium Principum, hoc inuictum, (alias inuitum) haberent, quod & non metuerunt exemplo boni Paſtoris, animam ſuam trade-* E *re, & ſanguinem fundere, nec vllam inſanientis Tyranni ſæuitiam recuſare.*

Christi Annus	*Lucij Papæ*	*Galli & Voluſiani Impp.*	*Maximo & Valeriano* Coſſ.
256.	1.	3.	

LVcio ab exilio, diuino nutu (nec enim alia ſcitur cauſa) reſtituto, Cyprianus nomine ſuo, Collegarum, & piæ plebis, gratulatur, binis litteris, quarum poſteriores tantum extant, eæ vero ſunt nu. 58.

Inſtau-

Instaurata persecutione, dira & immensa lues, ab Æthiopia orta, in vniuersum prope orbem progressa, uix intra decennium quiescit. Eutrop. in Gallo, & Volus. Euseb. in Chron. Orosius [a] *Exoritur*, ait, *vltio uiolati nominis Christiani: & vsque adeo, ad profligandas Ecclesias Edicta Decij cucurrerunt; eatenus incredibilium morborum pestis extenditur. nulla fere Prouincia Romana, nulla ciuitas, nulla domus fuit, quæ non illa generali pestilentia correpta atque vastata sit.* Eiusmodi clades non nisi impietatem, numine vlciscente, per Angelos malos immitti solere; sed ad Euangelij profectum a Deo permitti, plane demonstrat Greg. Nyssenus, dum luem Neocæsareæ in Ponto exortam, cum Gregorius Thaumaturgus, illam suscepisset Ecclesiam administrãdam, & causam eius atque progressum, simulque modum describit, in Vita eiusdem Gregorij. (A)

Decennalis lues orbẽ depascitur.
a lib. 7. c. 21.

De Ægypto & Alexandria peste vexatis, Euseb. ex Dionysio, in Chro. & in hist. [b]

b lib. 7. c. 17.

De eadem quoque lue Africam vastante deque S. Cypriani sedulo officio erga fideles, atq; adeo etiã infideles, Pontius in eius vita, & libellus de mortalitate, testes sunt. (B)

Vna cum peste bella inualescunt, a Persis, Scythis, & alijs barbaris nationibus. Zonaras in Volusiano.

Cum tot ac tantorum malorum causæ in Christianos, quod Deos contemnerent, a Demetriano Africæ Proconsule, & alijs Ethnicis, pro more referrentur. Cyprianus, ardenti Zelo veritatis incensus, Apologeticam, & inuectiuam orationem scribit, causam tantarum cladium, in illorum immanem impietatem retorquens.

Florentius Pupianus Schismaticus, Cyprianum hoc anno, eius sedis sexto, contumaciter impugnat, & ad se purgandum prouocat, ad quem Cyprianus rescribens Epistola nu. 69. eum, perpetua fere ironia, eludit, in qua illa præclara. *Loquitur*, inquit, *illic Petrus, super quem ædificata fuerat Ecclesia, Ecclesiæ nomine docens, & ostendens: quia etsi contumax, & superba obaudire nolentium multitudo discedat; Ecclesia tamen a Christo non recedit, & illi sunt Ecclesia, plebs sacerdoti adunata, & pastori suo grex adhærens: Vnde scire debes Episcopum in Ecclesia esse; & Ecclesiam in Episcopo. Et sic qui cum Episcopo non sit, in Ecclesia non esse; & frustra sibi blandiri eos, qui pacem cum Dei Sacerdotibus non habentes, obrepunt, & latenter apud quosdam communicare se credũt* Et mox inter cetera quæ ostendere & reuelare (Deus) dignatus est, & hoc addit. *Itaq; qui Christo non credit, sacerdotem facienti, postea credere incipit, Sacerdotem vindicanti.* Ad finem denique, prouocat illum ad pœnitentiam, & satisfactionem. (C)

Ecclesia, plebs sacerdoti adunata.

Origenes cum ad sexaginta nouem annos vitam propagasset, ex hac luce migrauit. Euseb. in Chron. Qui viuens in scribendo sæpe est redargutus erroris, nempe a Demetrio Alexandrino Episcopo, & alijs; adeo, vt apud Fabianum Papam, causam dicere coactus fuerit; multo amplius post mortẽ est hæreseos accusatus, quamobrem pluribus opus habuit Apologijs, quarum primam a se, opera Pamphili Martyris, adiuto, elucubratam, Eusebius affirmat. [c] (D)

Origenis obitus.

Origenes multis in famatus hæresib⁹, ut pluribus eguerit Apologijs
c lib. 6. c. 26. & 29.

Magnam sanè fuisse, tanti uiri lapsum, in Ecclesia Dei offensionem, atque tentationem, pluribus docet Vicentius Lerinensis, contra hæreses cap. 23. fuisse eã pariter constat, & saluberrimam commonitionem; ne videlicet quempiam, quantumlibet eruditũ virum, sibi quis sequendum suscipiat, quem non insistere vestigijs Sanctorum Patrum inuenerit. Præclarum eius Elogium lege ibidem.

Christi Annus	Lucij Pap.	Galli & Volus. Impp.	Valeriano & Gallieno Coss.
257.	2.	4	

(E)

Hos quidem Impp. propagasse Imperium vsque ad quatuor annos; cõtra quã Epiphanius, Eusebius, Orosius, Cassiodorus, Victor, Eutropius scripserũt, veterum numismatum inscriptiones probãt. causam huius differẽtiæ, Annales produnt.

LVcius capite truncatus, quarto nonas Martij, martyrium consummat, lib. de Rom. Pont. Martyrolog. Euseb. in Chron. & in hist. [d] ex Dionysio.

d lib. 7. c. 2. & 9.

Cum

A Cum vero in lib.de Rom.Pont.duas feciſſe dicatur Ordinationes per Menſem Decembrem,in hunc vſque annum propagatam fuiſſe illius ſedem oportuit,quod & poſiti ibi Conſules, Valerianus & Gallienus manifeſte ſignificant. Euſeb. tamen vix octo menſib.ſediſſe ait,in Chron.& in hiſt.loco citato.

Quod vero in lib.de Rom.Pont.& in Martyrolog.in Perſecutione Valeriani, dicatur conſummaſſe Martyrium,id ea ratione,tam in Lucio,quam in alijs factum videtur; quod licet aliquo temporis interſtitio,pax fuerit in Eccleſia;tamen quod legibus Decij & Valeriani Cenſuram agentis,& leges ferendi poteſtatem habentis,perſecutione ſemel promulgata,ſic ſemper perſeuerauit in poſterum,vt omnis illa reliquorum temporum perſecutio,Decij & Valeriani nomine diceretur,cum alioqui a ſecundo Conſulatu Galli, & Voluſiani,in publicis monumentis,cępti ſint numerari anni Impp.Valeriani & Gallieni,cum Imperatores ſunt acclamati.

B Extat S.Cypriani,de Cornelij & Lucij Rom.Pont.ſcriptis decretis,præclarum elogium epiſt.67.ad Stephanum Papam.

A Lucio illud ſtatutum habetur,in libro de Rom.Pont.vt duo Presbyteri & tres diaconi,in omni loco Epiſcopum aſſectarentur, nec desererent, propter teſtimonium, vt ait,Eccleſiæ.Calumniæ enim in Cornelium a Nouatiano confictæ,huius ſanciendi decreti cauſam dediſſe putantur,alia præter hæc,apud Gratianum, Decreta Lucij, tomo 1.Conciliorum,ſub Lucio,in vnum ſimul collecta,habentur.

Poſt 30.dies vacantis ſedis,id eſt 9.die April. Stephanus, patria Romanus,creatur Pontifex.

Stephanus Papa.

C

Gallus & Voluſianus Imperatores,aduerſus Æmilianum proficiſcentes,qui acclamatus erat Imperator apud Interamnã a militibus,occidũtur,qui & ipſum Aemilianum,poſt quatuor menſes necauerunt.Valerianus vero,quem, ex antiquioribus monumentis,conſtat iam anno ſecundo Galli & Voluſiani acclamatum fuiſſe, ab Alpino exercitu, Imp.ipſumque mox ſibi aſciuiſſe filium collegam, una cum eodem, hoc ipſo anno integro,atque ſecuro eſt potitus imperio,quos ex tribunitia poteſtate,hoc eorum Conſulatu,vt nummorum inſcriptiones teſtantur, tertio repetita, hoc pariter anno, tertium auſpicatos eſſe annum Imperij, ſatis aperte noſcitur, quo eodem nos ordine numerabimus. Ex alijs tamen etiam nummorum inſcriptionibus apparet Gallum & Voluſianum quos Euſeb. & Caſſiod. in Chron. Aurelius Victor, Eutropius & Oro-
D ſius, biennio, vel paulo amplius regnaſſe tradunt, ad quatuor annos Imperium propagaſſe.

Valeriani & Gallieni Impp.

Tertius quo integro atque ſecuro ſunt potiti Imperio, cum anno 2. Voluſiani appellatus fuiſſet Imperator Valerianus.

De Valeriano Imp. hæc inter cetera Dionyſius in Epiſtola ad Hermammonem, apud Euſe.[a] *Quamdiu manſueto animo & beni-gno, erga ſanctos Dei homines affectus erat, nemo Imperatorum, qui eum anteiuerant, tantam beneuolentiam, &*
E *comitatem aduerſus illos declarauit. Imo vero ne illi quidem, qui Chriſtiani erant, eoque nomine palam appellati, ita hos ſunt amplexati, ut ille; qui quidem initio Imperij ſui, quam familiariſſime & amiciſſime, idque in oculis omnium, eoſdem excepit, & tota domus eius pijs hominibus complebatur, eratque plane Dei Eccleſia.Verum Doctor quidam,& princeps Magorum Aegypti,illum tandem perdito conſilio deprauauit,& non impulit ſolum,ut homines culpa vacuos,ac ſanctos Dei,vtpote ſceleſtorum ac execrabilium incantamentorum aduerſarios,& oppugnatores, (ſatis namq; virium ac potentiæ,præſentiæ,aſpectu,ſpiritu & voce ſolum, ad deteſtabilium Dæmonũ inſidias diſſipandas,& habent,& ſemper habuerunt) acerbe perſequeretur, neque tra-*

[a] li. 7. c. 9.

deret, verum etiam, vt impuras cærimonias obiret, profanas exerceret præstigias, execrãda mysteria exequeretur, mactaret pueros misellos, prolem infelicium parentum sacrificaret; tenera infantium dissecaret viscera; Dei denique creaturas discinderet, discerperetque, vehementer cohortatus est, perinde ac si eo pacto, res omnes prosperè ac feliciter succederent. A

Ex his, quæ paulo ante scripsit Dionysius, Valerianum, ad instar Antichristi, persecutum esse Ecclesiam Dei, mensibus 42. colligitur persecutionem sub ipso cæptam esse tribus annis, ac mensibus sex, antequam a Persis caperetur, cum constet persecutione durante, imperare desijsse, sicque ferme biennio Dei Ecclesiam quieuisse.

Cyprianus Epistola 63. ad Cæcilium, studet emendare quosdam, qui errore inducti, in Sacrificio aquam tantum adhibendam esse, iactabant, ex eiusmodi occasione. Quod enim persecutione vrgente, summo mane, seu potius nocturno tempore, conuenientes secreto ad Sacram synaxim atque Eucharistiam, Christi sanguinem in vini specie bibentes, ex vini odore, possent detegi Christiani, loco vini aquam offerre, consultius existimarunt, ne odore vini, velut quodam Christianitatis indicio, palam fierent. In ea Epistola multa sunt præclara, pertinentia ad Sacrificium Dominicum, sed illud inprimis quod ait. *Si Iesus Christus Dominus & Deus noster, ipse est summus Sacerdos Dei patris, & Sacrificium Patri seipsum primus obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem præcepit; vtique ille Sacerdos, vice Christi vere fungitur, qui id quod Christus fecit, imitatur, & sacrificium verum & plenum, tunc offert in Ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre, secundum quod ipsum Christum videat obtulisse.* Ex eadem epistola habetur, bis in die solere quosdam offerre, semel mane, & semel vesperi, de qua re vide Scholion Pamelij. B

[Margin: Aquariorũ hæresis.]

[Margin: Idem modo sacrificiũ offertur, quod olim obtulit Christus.]

Africanum Concilium a Cypriano, occasione pacis Ecclesiæ, celebratur. Ad illud quærelam detulit Rogatianus Episcopus, de Diacono suo proteruo, expostulans quod fuerit & ab eo conuitijs impetitus & tale respondum retulit, (epistola Cypriani num. 65.) nomine omnium collegarum, nimirum, *vt Diaconus agat pœnitẽtiam audaciæ suæ, & honorem Sacerdotis agnoscat, & Episcopo præposito suo, plena humilitate satisfaciat. Quod si vltra,* inquit, *te contumelijs suis exacerbauerit & prouocauerit, fungeris circa eũ potestate honoris tui, vt eum vel deponas, vel abstineas.* C

Altera memorabilis querela illa fuit, quod moriens Christianus homo, Presbyterũ, filijs suis tutorem, ex Testamento, nominasset, quod iampridem cautum fuerat, ne fieret, Concilio Episcoporum; ea apposita pœna, vt qui id fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur; neque enim apud altare Dei meretur, inquiunt, nominari, in sacerdotum prece, qui ab altari, Sacerdotes & ministros voluit auocare. qua pęna eum terreri voluit Concilium, vt apparet ex epistola Cypriani 66. suo & Concilij nomine scripta. vbi nota, eos excommunicasse defunctũ, quẽ viuentem iam vinxisset delictum. Itemque illud, peculiare fuisse, pro defunctis offerre Deo sacrificium, eorumque nomina apud altare nominari solere. D

[Margin: Tutorẽ relinquens filio præsbyterũ quam grauiter etiã post mortem puniatur.]

[Margin: Defuncti ẽt excommunicatur.]

[Margin: Pro defunctis offertur.]

Sed illud plane obseruatione dignissimum; Episcopos nullam habuisse rationem, quarumcunque legum ciuilium, (quæ plurimæ erant pro Pupillis, ita vt non dignitas, non conditio, non diuersa Religio a retinenda imposita tutela excluderet) quæ aliqua ex parte officere, & impedimento esse viderentur Ecclesiasticis functionibus, quantum uis huiusmodi Decretis & sanctionibus ipsos Principes, alioqui Christianis sempet infestos, possent concitare, & ad conflandam persecutionem, leues eorum animos permouere. Fauerunt postea Christiani Impp. eiusmodi Episcoporum decretis, sancientes ne Clerici, vel Monachi, ad tutelam suscipiendam, compelli possent,[a] Sacrosanctum vero Concilium Chalcedon. a legitima tutela, & datiua, quæ ab Episcopo imperata esset, noluit Clericos excusari. E

[Margin: a L. generaliter C. de Episcopis & Cler.]

A

Christi Annus 258. Stephani Pap. 2. Valer. & Gallieni Impp. 4. Valeriano 3.m & Gallieno 2.m Coss.

MArtianus Arelatensis Episcopus, Nouatianum secutus, lapsis pœnitentibus pacem negauit, & Communionem ab Africanis Patribus expetens, reiectus est. De eo Cyprianus pro suo in omnes Ecclesias Zelo, ad Stephanum Papam, cuius est vnius Episcopos deponere, scribit epistola 67. *Dirigantur*, inquit, *in Prouinciam & ad Plebem Arelate consistentem a te litteræ, quibus, abstento Martiano, alius in locum eius substituatur, & grex Christi, qui in hodiernum diem dissipatus, & vulneratus contemnitur, colligatur* & post aliqua. *Seruandus est enim antecessorum, nostrorum beatorum Martyrum Cornelij & Lucij honor gloriosus; quorum memoriam cum nos honoremus, multo magis tu frater carissime, honorificare, & seruare, grauitate & auctoritate tua debes, qui Vicarius & Successor eorum factus es, Illi enim pleni spiritu Dei, & in glorioso Martyrio constituti, dandam esse lapsis pacem censuerunt, & pœnitentia acta, fructum communicationis & pacis negandum non esse, litteris suis signauerunt, quam rem omnes omnino vbique censuimus.*

B

Consultus Cyprianus a Clero & plebe Legionensi & Asturicensi in Hispania, de Basilide & Martiali Episcopis, Idololatriæ crimine per libellum, in persecutione maculatis, ob idque ex Decreto, Romani & Africani Concilij, depositis, alijsque in eorum locum substitutis Episcopis, probat, itaque fieri oportuisse confirmat. *Nec rescindere*, inquit, *ordinationem iure profectam potest, quod Basilides post crimina sua detecta, & conscientiam etiam propria confessione nudatam, Romam pergens, Stephanum collegam nostrum, longe positum, & gestæ rei, ac tacitæ veritatis ignarum fefellit, ut exambiret reponi se iniuste in Episcopatum, de quo fuerat iuste depositus. Hoc eo pertinet, vt Basilidis, non tam abolita sint, quam cumulata delicta, ut ad superiora peccata eius, etiam fallaciæ, & circumuentionis crimen accesserit, neque enim tam culpandus est ille, cui negligenter obreptum est, quam hic execrandus, qui fraudulenter obrepsit. &c.* Epistola est num. 68. ex Concilio Cypriani. Quod vtrumque exemplũ, valet pro auctoritate Romani Põtificis, alterum in Gallia, alterum in Hispania.

Vide auctoritatem Rom. Pont. in Gallia, & Hispania.

C

Magna per hoc tempus inter Episcopos agitata est controuersia: num qui ab hæreticis baptizati erant, cum ad Catholicam Ecclesiam se conferrent, essent denuo baptizandi? ac plerique quidem in Africa Episcopi, cum Primate Cypriano, & in Asia Firmilianus Cæsareæ Episcopus, & Dionysius Alexandriæ, ac alij plurimi persuasi, quod vere est, vnam tantum Ecclesiam, ac perinde apud schismaticos & hæreticos, nullum baptismum reperiri; (quod falsum est) ad Catholicam Ecclesiam redeuntes, baptizandos esse censueuerunt, & Concilijs pluribus in Africa, & in Asia, Iconij, & Synadis habitis, faciendum sanxerunt, quod antea ab Agrippino, qui Donatum præcessit, cui successit Cyprianus, male statutum fuerat. *Cum vero vndique ad nouitatem rei cuncti reclamarent*, ait *Vincentius Lerinen.* *atque omnes quaqua versum Sacerdotes, pro suo quisque studio reniterentur; tunc Beatæ memoriæ Papa Stephanus, Apostolicæ sedis Antistes, cũ ceteris quidem Collegis suis, sed tamen præ ceteris, restitit, dignum, ut opinor, existimans, si reliquos omnes tantum fidei deuotione vinceret, quantum loci auctoritate superabat, denique in epistola, quæ tunc in Africam missa est, idem his uerbis sanxit. Nihil innouandum, nisi quod traditum est, (nempe seruetur) Intelligebat etenim uir sanctus, & prudẽs, nihil aliud rationem pietatis admittere, nisi ut omnia, quæ fide a patribus suscepta forent, eadem fide filijs consignarentur, nosque religionem, non qua vellemus, ducere, sed potius qua illa duceret, sequi oportere, idque esse proprium Christianæ modestiæ, & grauitatis, nõ sua posteris tradere, sed a maioribus accepta seruare. Quis ergo tunc vniuersi negocij exitus? Quis utique, nisi vsitatus & solitus? Retenta est scilicet antiquitas, & explosa est Nouitas. Sed forte tunc ipsi Nouitiæ adinuentioni patrocinia defuerunt? immo vero tanta uis ingenij adfuit, tanta eloquentiæ flumina, tantus assertorum numerus, tanta uerisimilitudo, tanta Diuinæ legis oracula, sed plane nouo ac malo more intellecta, ut mihi illa*

D

Ab hereticis baptizatos rebaptizandos esse male in Africa statutum.

E

cõspiratio, nullo modo destrui posse uideatur, nisi solã tanti molininis causam, ipsa illa suscepta, ipsa defensa, ipsa laudata, nouitatis professio destituisset. postremo ipsius Africani Concilij siue Decreti, quæ uires? donante Deo, nullæ, sed uniuersa, tanquam somnia, tanquam fabulæ, tanquam superflua abolita, antiquata, calcata sunt.

Qui male senserant de baptismo hereticorum, resipiscunt.

De tota hac controuersia, legendæ Cypriani Epistolæ a 70. ad 77. Augustinus de Baptismo cõtra Donatistas, & contra Cresconium, Hieronymus contra Luciferianos. Africanos Patres, & in primis Cyprianum mutasse sententiam, & cum Catholica Ecclesia consensisse, sentit Aug. epistola 48. ad Vincentium, & de Baptismo contra Donat. 6. cap. 2. & Hier. contra Lucifer. ait Africanos Patres nouum emisisse Decretum.

Firmilianum item Catholicæ Ecclesiæ redditum, & in ea pie, sanctéque defunctum, Græci colunt, ac venerantur, & eius orthodoxiæ illud est exploratissimum testimoniũ, quod in Episcoporum catholicorum celebri conuentu, & ipse sedit, aduersus Paulum Samosatensem.

Dionysium quoque, in Stephani Papæ transisse sententiam, illud certissimo argumẽto est, quod occurrente casu de baptizato ab hæreticis, non secundum ritum Catholicæ Ecclesiæ, licet eum liberè baptizare potuisset, tamen ne videretur aliqua leui suspicione, perstare in sententia, quam mutarat, valde trepidans, non est ausus hominem, id enixius petentem baptizare, sed litteris Xystum consuluit, Stephani successorem, apud Euseb. 7. cap. 8.

S. Cypr qua occasione scrib. de Bono Patiẽtiæ.

In hac tanta graui dissensione, nunquam damnauit Cyprianus, a se dissentientes, & huius rei occasione libellum de Bono Patientiæ scripsisse se ait. *Seruatur a nobis* ait, epistola ad Iubaianum, *patienter & clementer charitas animi, Collegij honor, dilectionis uinculum, concordia Sacerdotij, propter hoc etiam nunc libellum, de bono patientiæ, quantum ualuit nostra mediocritas, permittente Domino, conscripsimus, quem ad te, pro mutua dilectione, transmisimus.* S. Aug. de vnico baptismo cõtra Petilianum, cap. 14. Cyprianum in vnitate pacis cum Stephano permansisse affirmat.

Christi Annus	Steph. Pap.	Valer. & Gall. Impp.	Valerio Maximo, & Acilio Glabrione Coss.
259.	3.	5.	

a Lib. 7. c. 4.

Dionysius Alexandrinus, epistola ad Stephanum Papam, apud Euseb. [a] *Iam scito frater, omnes Orientales Ecclesias, quæ antea fuerant propter errorum peruersitatem, nonnulla dissensione distractæ, ad concordiam denuo esse reductas, omnes etiam Ecclesiarum Præsides, qui ubique locorum sunt, summo animorum consensu conspirare, & ob pacem hanc, præter omnium expectationẽ, constitutam, incredibili lætitia affici*; & illustriores Episcopos pergit enumerare, qui in hanc concordiam consenserant, quæ omnino intelligenda sunt de dissensione, ob rebaptizationem excitata, quę totum Oriẽtem commouerat, non de Nouati Schismate, quod solam Ecclesiam Antiochenam exagitauit.

OCTAVA PERSECVTIO.

Valeriani.

Octaua Valeriani Persecutio.

b Lib. 7. c. 9.

Valerianus Imp. aduersus Christianos Romę diram PERSECVTIONEM excitat (quæ octaua numeratur a S. Hieronymo, Augustino, Orosio, atque Seuero) Mago Ægyptio instigante, a quo deprauatus, & ad Magicas artes traductus est. Dionys. Alex. apud Euseb. [b]

Romæ Martyrio coronantur Eusebius presbyter, Marcellus Diaconus, Hippolytus, Maximus, Adrias, Paulina, Neon, Maria, Martana & Aurelia, sub Secundiano Iudice, Acta legitima, quæ extant, Martyrolog. 2. Dec.

Item Nemesius Tribunus, cum Lucilla filia cæca, sed a B. Stephano Papa, per Baptismum illuminata, Sempronius, Olympius, Tribunus, Exuperia uxor, & Theodolus fi-

A lius a B. Stephano Baptizati. Acta S. Stephani Papæ germana, & legitima apud Sur. 2. Augusti.

Christi Annus 260. *Steph. Pap.* 4. *Valer. & Gallieni Impp.* 6. *Valer. 4.m & Gallieno 3.m Coss.*

ROmæ martyrio coronantur, nobiles virgines duæ, sorores, Ruffina atque Secunda, desponsatæ Armentario ac Verino Christianis; sed cum hi persecutionis metu, recesissent a fide, eædem ambæ a sponsalibus quoque pactis resilierunt; quæ ab illis, Christianitatis accusatæ, neci datæ sunt. Acta fidelia apud Surium, 2. Iulij.

B Duodecim de Clero Romano, quorum extant nomina, absque audientia, statim obtruncantur, quorum corpora condidit Tertullianus, qui & ipse post biduum tormentis cruciatus, & decollatus est. Acta.

Stephanus Papa ad Martis ductus, cum ad eius orationem, tonitruo facto cum fulgure & coruscatione quassato templo omnes diffugissent, in cœmeterium Lucillę, (an Lucinæ?) secedens, rursum quæsitus, inuentus in Crypta, sacrificium offerens, in sua sede obtruncatur, & cum eadem sanguine aspersa, sepelitur 4. Non. Augusti, cum sedisset annos 3. menses 3. dies 22.

Sapricius Acoluthus, sacramenta Christi corporis portans, cum ea impijs prodere indignum iudicaret, fustibus mactatur, reuolutoque eius corpore, nihil de sacris mysterijs repertum. Acta S. Stephani.

C Hic constituit Sacerdotes, & Leuitas vestibus sacratis non vti, in vsu quotidiano, sed tantum in Ecclesia. Ex Episcopis tribus ab eo ordinatis, vnus fuit Melanius Rothomagensis, sanctitate celebris, post 22. vacationis dies, succedit Sixtus Græcus Atheniensis.

SIXTI PAPÆ I.

DIonysius Alexandrinus, quod sensisset ab hæreticis baptizatos, rebaptizandos, a Stephano reprehensus, erroris pœnitens, nouo emergente casu, nihil decernere

D ausus, Sixtum consuluit, scripta ad eum epistola, fragmentum extat apud Euseb. [a] — a Lib. 7. c. 8.

Quid Sixtus responderit, non apparet, sed certum est respondisse. Qui diuersa forma ab hæreticis baptizatus fuisset, quàm vtatur Ecclesia Catholica, in ea esse baptizandum, qui vero legitima forma in Ecclesia Catholica, esse recipiendum.

Quod ex conuentibus Christianorum, qui fiebant in cœmeterijs, magna fieret accessio ex Gentilibus ad Christianam Religionem, permotus Valerianus edicit, vt nulla Conciliabula faciant Christiani, neque cœmeteria ingrediantur, quod qui facere deprehensus fuerit, capite plectatur. Pontius in Actis Pass. S. Cyprian. & Dionys. apud Euseb. [b] — Cœmeteriorū ingressus interdictus.

Dat & priuatas litteras ad Præsides, mandans, vt Christianos ad Christum negandum compellerent, & vt renuentibus, Pręsulibus, exilium decernant, vt sic illis longius — b Li. 7. c. 10.

E amandatis, nulla reliquis Christianis, conuentus agendi facultas detur, quod de Cypriano & Dionysio factum est.

De varijs relegationibus & afflictationibus Dionysij extat eiusdem narratio in epistola ad Germanum calumniatorem suum, apud Euseb. [c] cuius relegationis occasione, in aspera loca, ex prædicatione verbi Dei, magna ad Christum conuersio ex Gentilibus facta est, & *Deus*, ait, *perinde atque huius rei causa solum, illo nos deduxisset, eo completo ministerio, iterum inde abduxit &c. Sed quot quæso*, ait, *Iudicum sententias, contra nos pronunciatas potest* (Germanus) *enumerare? quot publicationes, proscriptionesque bonorum? quot fortunarum direptiones? quot abdicationes dignitatum? quantas inanis, & popularis gloriæ contemptiones, quantas laudum a Præfectis, & Senatoribus nobis tributarum despicationes? quantas minarum nobis obiectarum, aduersarum uociferationum,* — c Li. 7. c. 10.

periculorum, persecutionum, exilij, angustiæ, & variæ cuiusque modi afflictionis tolerantiam, vt illa quæ sub Decio, & Sabino, & quæ hactenus sub Aemiliano mihi obtigerunt? verum magnam istam insaniam, in quam, ob Germanum, modo prolapsus sum, missam facio, quo circa rerum singularum explicationem fratribus, qui eas tenent, sigillatim prosequendam permitto. A

Idem etiam in epistola ad Domitium, & Didymum conscripta, eorum qui istiusmodi persecutionis procellis agitati fuissent, hoc modo mentionem facit: *Christianos autem qui & permulti sunt, & nobis minime cogniti, nominatim citare, superuacaneum arbitror. Sed hoc sciatis velim, Viros & mulieres, iuuenes & Senes, puellas & vetulas, milites & priuatos, cuiusque generis, cuiusque ætatis extitisse, quorum alij flagris cæsi, alij ignis incendio cremati, alij ferro percussi, parta victoria, palmas Martyrij adepti sunt*, & plura deinceps recenset.

a 7. c. 11. Cæsareæ Martyres.

De clade persecutionis Cæsareæ Palestinæ, Euseb. [a] paucis scribit, & nominatim trium meminit, insigniter, ob confessionem, prædicatorum, qui bestijs obiecti sunt; Prisci, Malchi, Alexandri, & mulieris, quam, Marcionis errore antea lapsam, fama erat. B

Insigne exemplum retinendæ fraternæ charitatis.

Inter alios Martyres, qui in Syria passi sunt, celebrior est Nicephori fama, cuius Martyrium Antiochiæ, magna gloria exhibitum est, cum in locum Sapricij presbyteri sibi infensi, & veniam dare abnuentis, qui negarat, se subrogans, desertoris militis damna reparauit. extant acta apud Sur. 9. Febr. & quidem fidelissima. pauendum plane exemplum, quo fideles omnes admonerentur, frustra, quæque magna conari hominem Christianum, nisi fraternæ charitatis compage fuerit solidatus, cum Sapricius presbyter, vitam iam oppignoratam martyrio, quod odio flagraret in Nicephorum, ipsum prope ictum vibrante carnifice, Christum negans, Idolis sacrificauerit. C

Quæ passus Dionysius in Ægypto, eadem passus est in Africa Cyprianus, ac ceteri proinde Episcopi, quod vna eademque sententia omnes cogeret exulare, quamuis expressa non extet, nisi celebriorum quorundam memoria.

Cypriani exilium.

Cyprianus Episcopus non acquiescens Paterno Proconsuli, in exilium deportatur. Acta Proconsularia, quorum mentio extat in litteris Episcoporum, inter ep. Cypr. nu. 78. apud Pontium & August. contra duas epistolas Gaudentij. lib. 1. cap. 31.

Africani omnis generis ĩ exiliũ pulsi, & ad metalla damnati.

Plures Africani Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & alij Ecclesiæ ministri, ab Ecclesijs auulsi, fustibus cæsi, alijsque pœnis affecti, ad metalla damnantur, sed & fidelis plebs, sequuta Pastorum exemplum, & ex eis pueri, & Virgines, Christum confitentes, eadem pœna multantur, epistola apud Cypr. 80. quos omnes ab exilio Cyprianus studuit consolari, epistola quæ extat 77. dignissima charitate Cypriani, ad quem rescribentes damnati, ex varijs locis, in quæ erant distracti, gratias egerunt, apud Cypr. epistola num. 78. & 79. ex quibus habetur, legatos etiam ad eos missos, aliquot acoluthos, cum charitatis subsidijs. D

Carceribus etiam inclusos ingenti numero, & quotidie ad supplicium duci expectantes, pari charitatis officio est prosecutus, epistola nu. 81. in qua Rogatianum & Felicissimum celebrat, qui hac persecutione, iam præierant ad palmam.

Sabellius hæresiarcha.

Sabellius Ptolomaide Libyæ oriundus, hæresim a Noëto Magistro prędicatam, sed antea quoque proditam, latius propagat. Ea erat eiusmodi, quæ Trinitatem negaret, personarumque distinctionem; diceretque esse tantum nomina, ad diuersos effectus diuinitatis insinuandos, composita, & vnam tantum personam esse; quam personarum distinctionem, sanctissimam, in vna Diuinitatis essentia dicimus, Trinitatem, quam ob rem illud deducebatur in cõsequentiam, vt sicut filius, ita & Pater, & spiritus sanctus, ab eis æque dicerentur incarnati & passi; addidit & aliam blasphemiam, ex Hermogene mutuatus, Materiam esse ingenitam. Patripassianorum, meminit Cyprianus Epistola 73. Tertullianus de præscript. cap. vltimo, & aduersus Praxeam; atque adeo Ignatius ad Philippenses, epistola 8. Epiphan. August. Philastr. Theodoretus. E

S. Gre. Thaumaturg. impugnans Gẽtiles, visus fuere Sabellio.

S. Gregorius Thaumaturgus, per hæc fere tempora librum scribens, de expositione fidei, aduersus Ælianum, calumniantem Christianos, quasi plurium Deorum cultores, eo quod Trinitatem colerent personarum, dum Gentilem hominem sic insultantem ar-

A guit, vnam esse essentiam Diuinam, Ethnieo homini demonstrare conatus, quibusdam improprijs vocibus visus est Diuinas confudisse personas, ac hæresi fauisse Sabellij, sed D. Basilius eum excusat, & interpretatur, epistola 64.

Dionysius Alexandrinus, detestabilis huius hæresis disseminatione commotus, certiorem de more, facit Rom. Pont. epistola ad Sixtum scripta, apud Euseb. [a] Is porro antiquus mos fuit Ecclesię, vt, de noua emergente hæresi, consuleretur Romanus Pont. vt modo a Dionysio, primæ sedis post Romanam, Episcopo, factum videmus. Noua emergente hæresi Rom. Pont. consulēdus. a Lib. 7. c. 1.

Angelicorum, & Apostolicorum hęresis, germen, vt putat Epiph. (hęresi 60. & 61.) Encratitarum & Catharorum commemoratur, qui & Apotactici dici voluerunt, a renunciatione, quam ipsi facientes bonorum, non facientes damnabāt erroris, & cœlibatum profitentes, arrogantissime nuptijs obligatos reijciebant. Angelici. Apostolici. Apotactici, hæretici.

B

Christi Annus 261. *Dion. Pa.* I. *Valer. & Gall. Impp.* 7. *Aurelio Mūmio Fusco & Pomponio Basso* Coss.

CYprianus ep. 82. ad Successum de his, quæ nuncij a se missi Roma retulerant, explorata, & certa, sie ait, scilicet ecs referre. *Rescripsisse Valerianum ad Senatum, vt Episcopi & Presbyteri, & Diacones, in continenti animaduertantur: Senatores vero & Viri egregij, & Equites Romani, dignitate amissa, etiam bonis spolientur; & si ademptis facultatibus, Christiani esse perseuerauerint, capite quoque multētur. Matronæ, adēptis bonis, in exilium relegentur. Cæsariani quicunque, vel prius confessi fuerant, vel nunc* C *confessi fuerint, confiscentur, & vincti, in Cæsarianas possessiones descripti mittantur, Subiecit etiam Valerianus Imp. orationi suæ, exemplum litterarum, quam ad præsides Prouinciarum de nobis fecit, quas litteras quotidie speramus venire, &c.* & mox, *Sixtum autem in Cœmeterio animaduersum sciatis, octauo Iduum Augustarum, & cum eodem Quartum, sed & huic persecutioni insistunt quotidie, Præfecti in Vrbe, vt si qui sibi oblati fuerint, animaduertantur, & bona eorum fisco vindicentur, hæc peto per vos & collegis nostris innotescant, &c.* Sixtus, et alij martyres Romæ.

Plures alios Romanæ Ecclesiæ ministros, eadem die, Romæ fuisse martyrio coronatos, docent ecclesiastica monumenta, vt Felicissimus, & Agapitus Diaconi; Ianuarius, Magnus, Innocentius, & Stephanus Subdiaconi, Post triduum a Sixti Martyrio, nempe 4. Idus Augusti; Primarius Diaconorum Laurentius Hispanus (vt est in gestis S. Damasi) clarissimus athleta fidei, illustre certamen obiens, post diuersa tormenta, de- D mum craticulæ impositus, igne assatus, insignem martyrij coronam consecutus, admiranda plane animi virtute, de persecutorum perfidia triumphauit. Acta, plurium excellentium scriptorum literis celebrata.

Triduo post S. Laurentinm, Hippolytus miles, equis indomitis discerpi iubetur, Concordia eius nutrix, inter tormenta vitam exhalat, & qui Hippolyti corpus, sepulturæ mandarunt, Irenæus atque Abundius, occiduntur. Martyrolog. Rom.

Sixtus duodecimum suæ sedis mensem ingressus, martyrio est coronatus, in cuius tempore sedis, lapsus est Eusebius, [b] & liber de Rom. Pont. ponens duas ordinationes ab eo factas. Vacat Episcopatus dies 35. & die 12. Sept. DIONYSIVS ex Monacho substituitur; consecratus a Maximo Episcopo Ostiensi, vt habent acta S. Laurentij. b Li. 7. c. 22.

E Cyprianus qui præeedenti anno in exilium deportatus, diuina visione, de morte, quæ subeunda illi esset, & de genere mortis admonitus fuerat, hoc anno Basso & Fusco Coss. eodem die, post exactum annum, capitis obtruncatione, Carthagine, Martyrio est coronatus, Decimo octauo Kal. Octobris, sub Valeriano & Gallieno. Impp. regnante vero Domino Nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorū. Amen. Acta. quo fine cetera quoque acta legitima consignari solita, multis exemplis obseruatum est. Cum cereis, & scholaribus, cum voto & Triumpho magno sepultus est. Pontius eius Diaconus spectator, egregium commentarium scripsit. Eius memoria ab vniuersa Ecclesia Catholica celebratur. Martyrolog. Rom. Gregorius Nazianz. ora- Cyprianus martyrio afficitur.

tione in ipsius Natali. omnia eius scripta, ab Ecclesia recipiuntur, præter ea, quæ sunt de baptismo hæreticorum. Prudent. hym. 13. A

Cypriano successit Lucianus, huic Mensurius, cui Cæcilianus, illi Optatus.

Plures Martyres in Africa. Eodem die & loco, quo Cyprianus, martyrium subierunt quatuor Sancti Martyres, Crecentianus, Victor, Rosula, & Generalis, Martyrolog. 14. Sept.

Eadem vrgente persecutione, passi sunt apud Carthaginem, trecenti Martyres, nono Kal. Sept. quo tamen anno ignoratur. Martyrolog. 24. Aug. Prudent. hymn. 13. Augustinus sermone 112. de diuersis.

Ingenuus, Regens Pannonias, a Mæsiacis legionibus Imp. appellatus, per celerem Verianum superatur, & prosternitur, vlciscente Gallieno seuerissime in omnes, etiam vsque ad senes & pueros, Trebellius Pollio in triginta Tyrannis.

B

Christi Annus 262. *Dionys. Pap.* 2. *Valer. et Gallieni Impp.* 8. *Gallieno* 4.^m *& Valeriano iun.* } *Coss.*

Maximo Galerio Africæ Proconsule, post Cypriani Martyrium, defuncto, aucta nouis edictis in Christianos persecutionem, Solon procurator fiscalis, mandato Imperatorum, in Ecclesiam Carthaginésem prosecutus est, in qua plurimi, ex Ecclesiastico ordine, illustres Martyres extitere. Extant acta apud Surium 24. Februarij, & in annalibus, ex manu scriptis codicibus emendata. In illis porro actis intexitur epistola ab ipsis Confessoribus, B. Cypriani discipulis, dum in carcere detinerentur, conscripta; in qua præclaræ visiones & reuelationes continentur.

C

Passus est eodem fere tempore Theogenes Hipponensis Episcopus; & cum eo triginta sex alij, Martyrolog. Rom. 26. Ian. In eadem quoque Prouincia, Ciuitate Tuburbi lucernariæ, nobiles feminæ, martyrium subierunt, Maxima, Donatilla, atque Secunda, duodecim annos nata. Martyrolog. 30. Iul.

Sed inter totius Africæ Prouinciæ carnificinas, hac persecutione peractas, immanissima illa censetur, quæ in Numidia, hoc ipso anno, qui vltimus huius persecutionis censetur, mensibus Aprili, & Maio, facta comperitur. Extat quippe de ea, ab vno ex Confessoribus illis, iam Martyre designato, scripta epistola, qua ipse concaptiuus, Iacobi Diaconi, & Mariani Lectoris, præcipue conscribens historiam, aliorum quoque Martyrum meminit, nempe Agapij, & Secundiani Episcoporum, Aemiliani viri clarissimi: Tertullæ & Antoniæ Virginum, & cuiusdam matris, cum suis geminis, & aliorum plurium. Extat apud Sur. 30. Aprilis & prima Maij, ex manu scripta Vaticana correcta in Annalibus. Ea præclaras habet confessorum visiones, & consecutorum mox euentuũ, & cladium Rom. Imp. ostensiones. D

Eugenia Virgo Martyr. Romæ B. Eugenia Virgo, Philippi, Præfecti Augustalis in Ægypto filia, post plurima virtutum insignia, post sacros Virginum choros, Christo aggregatos, sub Nicetio vrbis Præfecto, diu agonizans, nouissime gladio iugulatur, Protus item & Hiacynthus eius Eunuchi, martyrio coronantur. Martyrolog. Rom. 25. Dec. Acta veteribus cognita, in quibus & de Basilla Virgine & Martyre illustrissima. Aliæ quoque plures passæ ibidem sunt Virgines, nempe Digna & Emerita, quarum extant acta, sed mendosa 22. Septemb. Flora item & Lucilla, & alij vtriusque sexus plurimi.

Gallici Martyres. Inter complures in Gallia passos, plurium nomina exciderunt; quorum extant, insignes maxime habentur Martyres, Priuatus Episcopus Gabalitanus: Florentius Episcopus Viennensis: & Pontius, cuius prædicatione & industria duo Philippi Cæsares ad Christi fidem conuersi sunt. Acta eius apud Surium 14. Maij. E

Hispanici Martyres. Hispaniam vero Martyrio illustrarunt, Fructuosus Episcopus Tarraconensis, Augurius, & Eulogius, eiusdem Ecclesiæ Diaconi, 21. Ianuarij. extant Acta apud Surium, eadem die qua in Ecclesia legi consueuisse, S. Augustinus testatur, qui & ex eisdem quasdam sententias recitat, serm. 101. cap. 2. de diuersis.

Hoc anno, Valeriani octauo, Demetrianus Episcopus Antiochen. moritur; substituitur Paulus Samosatenus.

Vale-

A Valerianus Imperator, qui quamdiu Christianis bene vsus est, in Imperio floruit, postquam in eos sæuijt, infeliciter egit, proditione Macriani Ducis, Persarum Regi, Sapori deditus est, qui quamdiu vixit, eo incuruato, quasi suppedaneo vsus est subsellio, cum equum conscenderet. Dionys. Alexandrinus, apud Euseb. [a] Trebellius Pollio, Aurelius Victor, Eutropius, alij, Constantinus porro Imperator, in orat. ad sanctorum cætum, cap. 24. sic de Valeriano ait: *Quin tu Valeriane eandem crudelitatem, (quam Decius) in Dei famulos ostendens, iustum, sanctumque Dei iudicium, quasi ante oculos omnium statuisti, dum captiuus prehensus eras, & vinctus ducebaris, purpura & reliquo apparatu Regio indutus, tandem a Sapore Rege Persarum iussus excoriari, saleque conditus, sempiternum tui infortunij Trophæum, ante omnium oculos statuisti*: quod ipsum innuit idem Constantinus, ad alium Saporem Persarum Regem scribens. Euseb. in vita Constantini. [b]

a lib. 7. c. 9.

B Gallienus quantumuis natura sæuissimus, clade Patris quasi Prodigio perterritus, pacem reddit Ecclesijs, Euseb. [c] Triginta Tyranni inuasum lacerant Imperium Trebell. alij.

b lib. 4. c. 11.

c lib. 7. c. 14. & 18.

Marinus, vir, & genere illustris, & diuitijs locuples, & in Romano exercitu magnũ decus consecutus, cum nondum fortasse in omnia loca, pro Christianis edicta permanassent, propter testimonium Christi, Cæsareæ Palestinæ capite damnatur.

Eius cadauer Asterius Senator religiosissimus, in humeros sublatum, pretioso linteo obuolutum, sepulchro condit, ob quod insigne facinus, omnium ore celebratur; de quo & illud narrant, pia prece, Dæmonem homines ludificantem, aliquando coercuisse, Eusebius. [d]

d lib. 7. c. 14

C

Christi Annus	*Dionys. Pap.*	*Gallieni Imp.*	*Gallieno 5.m & Victorino, alias Faustino Coss.*
263.	1.	9.	

VBi iam pax, sedata prope persecutione, constituta fuit, Dionysius redijt Alexandriam, in qua vrbe tam grauis seditio, & bellum intestinum de integro ciebatur, vt fratres in Ciuitate, propterea quod omnes in alterutram seditionis partem diuisi erant, Dionysius nullo modo posset, nisi per litteras, inuisere. Euseb. [e]

e lib. 7. c. 16.

De seditione, leuissima de causa conflata, & bello, cum Æmilianus Dux, prope coactus, sumpsisset Imperium & Theodotus a Gallieno missus, Alexandriam obsidens, oppugnaret, Trebellius in Gallieno, & in Triginta Tyrannis, qui & Theodotum ab altera Ciuitatis parte admissum, Æmilianum viuum ad Gallienum transmisisse ait. In qua
D obsidione, pressa ingenti fame parte ciuitatis, quæ cum Æmiliano sentiebat, duo illustrissimi viri Christiani Anatolius, & Eusebius, quorum hic in vna, alter in altera ciuitatis parte versabantur, præclaro inuento, plurimorum fami, & morti consuluerunt, de quo lege Euseb. [f]

f lib. 7. c. 26.

Bellum Alexandrinum, immanis est pestis consecuta, in qua admiranda Christianorum pietas erga ipsos etiam Gentiles enituit, Presbyterorum, Diaconorum, & aliorum de Populo plurimorum, qui morbo laborantibus, libentissime ministrantes, mortem oppetiuerunt, & Ecclesia eos vt martyres celebrat, pridie kal. Mart. Dionys. apud Euseb. [g] Martyrolog. Romanum. cum interim Gentiles se inter se inhumanissime tractarent.

Morientes ĩ ministerio peste laborãtiũ, pro martyrib. habiti ab Ecclesia.

g lib. 7. c. 17.

E Sed & singulæ fere orbis Romani regiones, his atque alijs immanibus cladibus, in vltionem sanguinis Christiani, iniuste & impie effusi, afflictæ fuere, Terræ motibus, multorum dierum tenebris, hiatibus terræ, maris inundationibus, pestifera lue, fame, incendijs, quibus & Dianæ Ephesiæ templum celeberrimum exustum est, barbararum gentium incursionibus, & depopulationibus. Trebellius in Gallieno. Orosius. [h]

Templũ Dianæ Ephesiæ exustum.

h lib. 7. c. 22.

Has autem omnes Barbararum gentium in Romanum Imp. irruptiones, atque depopulationes, quibus Gentiles mirum in modum afflictati sunt, ad Christianæ fidei propagationem magnoperè contulisse, Sozomenus testatur, [i] cum Christiani a Barbaris abducti, eos, vitæ innocentia & sanctitate, & mirabilium patratione operum, in ad-

Per christianos captiuos Christiana fides propagatur.

i lib. 2. c. 5.

a lib. 8. c. 33. mirationem, in amorem, & imitationem sui conuerterent, eadem Nicephorus.[a] A

Hoc ipso tempore, quo Gothi, inter alias Asiæ Prouincias, Pontum quoque incursabant. Magnus ille Gregorius Neocæsareæ, eius Prouinciæ, primariæ Ciuitatis Episcopus, cognomento Thaumaturgus, ad emendationem complurium delictorum, quæ tūc illius Barbaricæ incursionis occasione, perpetrata fuissent, eam epistolam scripsit: quā Græci Canonicam vocant, & in Canone ad sextam Synodum apposito, inter alias Canonicas epistolas adnumeratur. Ad cuius finem, pœnitentium, classes in Ecclesia, & loca distincta, pulchre referuntur. *Fletus*, inquit, *seu luctus, est extra portam oratorij, vbi peccatorem stantem, oportet fideles ingredientes orare, vt pro se precentur. Auditio est intra portam, in loco quem* νάρθηκα *vocant (in ferula) vbi oportet eum, qui peccauit, stare post Cathecumenos, etiam illinc egredi. Audiens enim, post scripturas & doctrinam, eijciatur, & precatione indignus censeatur; subiectio autem seu substractio est, vt intra templi portas stans, cum cathecumenis ingrediatur, Congregatio seu consistentia est, vt cum fidelibus consistat, & cum Cathecumenis non ingrediatur, postremo est, participatio sacramentorum.* B

Thaumaturgi Epistola Canonica.

Dionysius Alexandrinus Episcopus, per hæc tempora obortam, & propagatam hæresim Sabellianam, quæ in sanctissima Trinitate, personarum distinctionem, ac proprietatem, penitus auferebat; sicut vnam substantiam, ita pariter & personam in ea prædicans, ut sibi subditi hominis, id est Libys oppugnare aggressus, dum vehementius in eam obnititur, dum personas accuratius distinguere, ac suis proprietatibus ab inuicem exactius discriminare contendit, in contrariam visus est inflecti partem, nimirum Diuinas personas, non tantum ab inuicem distinxisse suis proprietatibus, singulis attributis, sed etiam diuisisse ab inuicem, quare a Pentapolitanis quibusdam, tanquam de fide non recte sentiens, delatus est, ad Rom. Pont. Dionysium illi cognominem, qui coacto ea de re, Romæ Episcoporum Concilio, cognitaque a maioribus, tradita syncera fide, ac stabilita, ipsum Dionysium Alexandrinum commonuit, vt quid de ea re ipse sentiret, litteris declararet, quod & per Epistolam fecit: & post Apologia, quatuor libris conscripta, suam Catholicam fidem de personarum distinctione, & naturæ consubstantialitate, testatam fecit, seque Romano Pontifici & vniuersæ Synodo orthodoxum probauit. De Dionysio Alexandrino, & hac controuersia, legendus est S. Athanasius, in eo commentario, quem de Dionysij sententia aduersus Arianos, qui eius verbis abutebātur, ad suam heresiam comprobandam, conscripsit; & D. Basilius epistola 31. ad Maximum Philosophum; qui, quod eius ad Rom. Pont. Apologiam minus cognitam habuit, nec Apologeticum librum ab Athanasio, pro eo editum legit, haud mirum si de Dionysio, licet excuset, paulo tamen liberius videatur esse locutus, quod & Gennadio in lib. de Ecclesiasticis dogmatibus contigit, cum dixit. *Nihil creatum, aut seruiens in Trinitate credamus, vt vult Dionysius, fons Arij.* at S. Basilius post, in libro de Spiritu sancto ad Amphilochium, vt de Orthodoxo honorifice meminit, De scriptis eius Euseb.[b] & Hieronym. in Script. Eccles. C D

Dionys. Episcopus Alex purgat se de obiecta hæresi.

b lib. 7. c. 21.

Dionysius Rom. Pont. non satis habens damnasse cum dogmate suo, impium heresiarcham Sabellium, etiam contra illius sectatores hereticos Sabellianos edidit commentarium; & rursus, ne occasione vitandę heresis Sabellianę, in contrariam quis pręceps ferretur sententiam, qua, non tantum persona, sed & natura, distingueret a Patre filium (quod fecerunt postea Ariani) aduersus huiusmodi oppositam illi impietatē, aliū cōmentariū elucubrauit, de quib. Athanas. contra heresis Arianæ decreta.

Octauo Imperij anno præterlapso, iam nonum annum Gallienus agit, in quo nos festa lætis animis celebremus. Dionys. epistola ad Hermamonem &c. E

Christi Annus	Dionysij Papæ	Gallieni Imp.	Albino & Maximo Coss.
264.	4.	10.	

Nepos Episcopus in Ægypto, professor Religionis Catholicę, sententiam illam de millenario, a Papia olim, Irenæo, Iustino Martyre, Tertulliano, atque alijs

A quoque assertam, nec dum ab Ecclesia omnino præscriptam: adeo vehementer, scriptis ea de re voluminibus, propugnare conatus est, ut complures sibi adsciuerit sectatores: qui, ipso quoque ex hac uita sublato, nihilominus eius Dogma, adeo pugnaciter stabilire conati sunt, ut à recto tramite veritatis tuendæ deflexerint: quorum ea de re sententiam, iam in hæresim erumpentem, Dionysius Episcopus Alexandrinus, tum scriptis, duobus libris de promissis, tum etiam viuæ vocis oratione compressit, & penitus confutauit. Ex Euseb.[a] Ab eodem Dionysio scriptum fuisse commẽtarium, aduersus sanctum Irenæum, de Millenario, affirmat S. Hier. in proem. 8. lib. in Isaiam.

Millenarij in errore [illegible]

a lib. 7. c. 19.

Quod Trebellius miratur, & fortunæ ludum vel ludibrium putat, Valerianum tam fortem, solertem, & prudentem Imperatorem, misere captum, & Imperium penè perditum: Gallienum vero nequissimum & ignauissimum Imperatorem, aduersus Triginta B Tyrannos fortissimos, & prudentissimos Duces, uindicatum, diu retinuisse, non fortunæ, sed Diuinæ prouidentiæ tribuendum est, Christianæ Religionis pietati fauenti, dũ illum, vt eius persecutorem pessundat; hunc, vt fautorem, fortunat.

Porphyrius Philosophus, Christianorum hostis, triginta annos natus, Romam, cum Ausonio Rhodio veniens, anno 10. Gallieni Imp. Amelium reperit, & Plotino, quinquaginta nouem annos agenti adhæret. Ipsemet in Vita Plotini.

Plotinus à Gallieno, & Salonia vxore in honore habitus, expetijt ab Imperatore dirutam in Campania Ciuitatem, instauratam sibi & Platonicis Philosophis dari, ad habitandum, Platonopolim appellandam; & Platonicis legibus colendam; quod non obtinuit, inuidia, inquit Porphyrius, quorundam familiarium, vel alia quapiam iniqua de causa: an potius, vt constaret, quam inanis humana philosophia, diuino destituta consilio, quæ sanctioribus, vt videbantur, Platonicis dogmatibus promulgatis, post tot sæcu C la nusquam obtinere potuit, vt vel vnum vicum haberet Platonicis legibus administratum; cum Christianorum Religio, Piscatorum ore vulgata, breuiori longe spatio totum orbem replerit.

Plotinus gratiosus apud Imp. petens urbem Platonicis legib. gubernãdã, non tamen impetrat.

Christi Annus	*Dionysij Pap.*	*Gallieni Imp.*	*Gallieno 6.m & Saturnino* Coss.
265.	5.	11.	

GAllieno ignauiter agente, Odenatus Rex Palmyrenorum, fortiter agens, totius Orientis obtinet Imperium, ac statim Bello Persis indicto, Nisibin & Carras D recipit, & captos Persarum Satrapas, insultandi prope gratia, & ostentandi sui, ad eum mittit, Trebell. in Gallieno & in 30. Tyran. 28.

Paulus Samosatenus Episcopus Antiochenus, dogmatizat Christum hominem iustum, non Deum verum; Iudaizans potius, qui & circumcisionem doceret, vnde & Zenobiam quandam Reginam, in Oriente tunc temporis, ipse docuit Iudaizare, Philastr. in hæres. cap. 65. Eam Iudæam ait fuisse S. Athanasius, & protectricem Pauli Samosatẽsis, quam & scientijs eruditam, vsam in Græcis literis, Longino præceptore, tradit Vopiscus, in Aureliano, quæ cum cupida esset Christianarum literarum, male consulta, adsciuit sibi Paulum Samosatenum hæreticum. Hic idem Paulus Samosatenus, ex ijsdem principijs de Christi humanitate, perperam constitutis, aliam nefariam, prauamque sententiam impie deducebat, vt diceret in Sacramento Eucharistiæ esse Christi sanguinẽ E corruptibilem, Donys. Alex. epistola aduersus eum conscripta.

Paul' Samosatensis hæresiarcha.

Duo Dionysij, inquit S. Athanasius, li. de Synodis, diu, ante eos septuaginta (qui scilicet conuenerunt anno sequenti In Concilio Antiocheno, contra Paulum Samosatenum) fuere qui eum sustulere (quod videtur intelligendum eius hæresim scriptis confutauere) quorum alter Romæ, alter Alexandriæ præsul erat.

Christi Annus	Dionysij Pap.	Gallieni Imp.	Valeriano Gallieni Filio, & Lucillo Coss.
266.	6.	12.	

SAlonius Valerianus Gallieni frater, Augustus appellatur, Vetera monumenta in Gallieno.

Synod. Antioch. cōtra Samosat. Samosaten⁹ errorem cōfessus, & emendationē sedē retinere permittitur. a lib. 7. c. 22. & 24. b lib. 7. c. 22.

Synodus Antiochiæ celebratur septuaginta Episcoporum, aduersus Pauli Samosateni hæresim, ad quam euocatus Dionysius Alexandrinus, excusans senectutem & imbecillitatem, per epistolam, sententiam suam de illa controuersia exposuit, Paulus errorē confessus, & emendationem pollicitus, sedem retinere permissus est, in quo mitius fortasse cum illo actum est, quod illi faueret Zenobia eius discipula, cū Viro Odenato, Orientale tenens Imperium Euseb.[a]

Dionysius Alexandrinus Episcopus, decimoseptimo Episcopatus sui anno moritur. Euse. b Hier. in scriptoribus. Maximus, aliàs Maximianus illi sufficitur. Tanti Antistitis natalis dies, tam in Orientali, quam etiam occidentali Ecclesia, 15. Kal. Decembris celebratur.

c cap. 22.

Mortuo Mazabane Hierosolymorum Episcopo, sublegitur in eius locū Hymenæus, qui interfuit Synodo Antiochenæ Euseb. in Chron. & 7. Hist.[c]

Sanctum quoq; Gregorium Thaumaturgum, per hos dies e vita migrasse probabile est, quod cum interfuerit Synodo Antiochenæ, postea nulla amplius de eo mentio habeatur. de quo inter alia multa & admiranda Greg. Nyss. refert in eius vita ; quod migraturus suis mandauit, vt nullum ei proprium locum compararent ad sepulturā, quod qui viuus, nullius loci fuerat Dominus, sed inquilinus vixerat in alienis, post mortem etiam, vellet esse inquilinus alienorum sepulchrorum, corpus eius tamen priuata in theca repositum, magno in honore habitum fuit; quod miraculis coruscaret. Præclarum extat D. Basilij Elogium in lib. de Spiritu S. cap. 29. de Gregorio Thaumaturgo.

Extat ab eo scripta, sed diuinitus accepta, de Sanctissima Trinitate, fides Catholica quæ posita habetur, ipso exordio quintæ Synodi, hoc titulo : Expositio fidei secundum reuelationem Gregorij Episcopi Neocæsariensis, quam tamē scriptionem vocat D. Hieronymus de fide; ab ea expositione fidei, diuersam esse satis colligitur, ex epistola 64. S. Basilij. Extat & metaphrasis in Ecclesiasten. breuem quidem illam, sed valde vtilem, ait D. Hieronymus. Quo porro sensu, accipienda essent eius quædam verba, quæ viderentur fauere Sabellio S. Basilius pluribus docuit epistola 64.

Christi Annus	Dionysij Pap.	Gallieni Imp.	Gallieno Aug. 7.^m & Sabinillo Coss.
267.	7.	13.	

VAlerianus Cæsar, Gallieni frater, Augustus appellatus. Tribunitiam potestatem accipit Trebell.

Christi Annus	Dionysij Pap.	Gallieni Imp.	Paterno et Arcesilao Coss.
268.	8.	14.	

CLaudius exercitus in Dacia Dux, vir insignis, domi militiæque spectatus, pertæsus Gallieni ignauiam, consilia agitat de arripiendo Imperio. quanti eum faceret Gallienus, eius litteræ scriptæ ad Venustum, quas recitat Trebellius, & munera quæ se Claudio mittere ait, significant.

A

Christi Annus	*Dionysij Pap.*	*Gallieni Imp.*	*Paterno 2.m & Macriano Coss.*
269.	9.	15.	

GAllienus Imperator cum fratre & filijs, apud Mediolanum a militibus, Duce Cecropio, dolo Claudij, interficitur, duodecimo Kal. Aprilis, & Flauius Claudius eligitur, probante & plaudente Senatu. Trebell. in Gallieno.

Consilium plane Dei fuit, ut pluribus Barbarorum incursionibus agitatū, Claudius inuenerit imperium, vt illi Christianis infensissimo, minus liberū esset, in eos, toto impetu furere: non destitit tamen in vrbe eos exagitare. audiens enim, Romam cum venisset, longa pace, res Christianorum inualuisse, nobilissimosque viros & feminas, & ex
B militibus ipsis, multos Christo nomina dedisse, excanduit, & Cyrillam, Tryphoniç Decij vxoris, seu concubinæ, iam defunctæ filiam, in fide constantem, iugulari mandauit, & ex Prætorianis, milites quadraginta sex, cum vxoribus, capite plecti, alios præterea centum viginti occidi. Acta S. Laurentij; in fine.

Christi Annus	*Dionysij Pap.*	*Claudij Imp.*	*Claudio 2.m & Paterno Coss.*
270.	10.	2.	

CLaudius, huius anni initio, acrius in Christianos sæuit, promulgato Edicto, vt qui in carcere tenerentur Christiani, vel foris vulgo inuenti essent, absque inter-
C rogatione punirentur, In his Marius & Martha eius coniux. (deflexis forte Persicis nominibus Maras, & Marthas, ad normam Latinam) cum filijs Audiface & Abachū, qui e Perside Romam venerant, ad orationem Apostolorum, obtruncati sunt; alij ducenti sexaginta duo, damnati ad fodiendam arenam, in Amphiteatro a militibus sagittis sunt confixi, Acta Marij & Marthæ, apud Sur. 24. Febr. habent hos & alios Martyres, quæ sunt paulo prolixiora, alia manuscripta ex veteribus Ecclesiarum codicibus breuiora & Sinceriora, intexta sunt in Annalibus.

His Consulibus quinto Idus Sept. data reperitur Dionysij Papæ epistola, ad Seuerū Episcopum Cordubensem, de Parochiarum diuisione; vt & in lib. de Rom. Pont. scriptum habetur. Hic presbyteris diuisit Ecclesias, & Cœmeteria Porochiasque & Diœceses constituit, vel potius ob diuturniorem persecutionem Valeriani, confusas & di-
D uulsas, restituit, restituta pace Ecclesię sub Gallieno; Antecessores enim eius Parochias distinxerant, Presbyterisque diuiserant.

Christi Annus	*Dionysij Pap.*	*Claudij Imp.*	*Antiochiano alias Actatiano & Orfito Coss.*
271.	11.	3.	

INcrebrescente lue, ab eadem Claudius Imp. tactus, occumbit, anno tertio Imperij inito, nam, de biennio peracto, testis est Porphyrius in Vita Plotini. Quintillus eius germanus, excepto Imperio, ob seueritatem, a militibus infra mensem occiditur. Trebell. in Claud. paulo diuerse Vopiscus.

E Domitius Valerius Aurelianus, obscuris parentibus Syrmij natus, fauore militum, oblatum, solus tenet Imperium, æqui amantissimus, quod epistola indicat ad Vicarium suum, de continentia & disciplina militum. particulam adscribere libet. *Si uis Tribunus esse, imo si uis uiuere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat: ouem nemo contingat: uinum nullus auferat: segetem nemo detrahat: oleum, Sal, lignum, nemo exigat: annona sua contentus sit. De præda hostis, non de lacrymis prouincialium habeat: arma tersa sint: ferramenta samiata, calciamenta fortia: uestis noua, uestem ueterem excludat: stipendium in baltheo, non in popina habeat: torquem brachialem & anulum apponat. Equum saginarium suum defricet: captum animal non vēdat: mulum centuriatum*

comi-

comuer curet: alter alteri, quasi seruus obsequatur: a medicis gratis curentur haruspicibus nihil dent: in hospitijs caste se agant: qui litem fecerit vapulet. Ex Vopisco. A

Aureliani Imp. ann. I.

Christi Annus	*Dionysij Pap.*	*Aureliani Imp.*	*Aureliano Aug. & Basso.* Coss.
272.	12.	2.	

P. Samosatenus altero Concilio Antiocheno dãnatur. a lib. 7. c. 23. & 24.

PAulus Samostatenus Antiochenus Episcopus, abdicatam semel hæresim, atq; priori Antiocheno Concilio proscriptam, restituere moliens, nouo Concilio, omniũ sententia damnatur, & sede deijcitur. Euseb.[a] qui & Synodicam ad Dionysium Papã, & alios Episcopos ex Concilio missam recenset ex parte, nam qua parte perstringuntur Asiani, dum Christi natura Diuina, Patri consubstantialis asseritur & prædicatur, Asianorum fautor Eusebius, malo dolo omisit. B

Firmilianus Cæsareæ Episcopus, euocatus ad Cocil. Antiochen. in itinere moritur. Synodica.

In abdicati Pauli locum, Domnus, Demetriani, iam antea Antiocheni Episcopi filius a Concilio subrogatur. Synodica. Professio fidei in hoc Concilio edita, extat in Concilio Ephesino, quæ non modo Paulum sed & Sabellium condemnat.

Concilium de eadem ipsa re Romæ a Dionysio habitum, innuit Athanasius lib. de Synodis.

Aurelianus Imp. sententiam fert pro Catholicis.

Verum cum Paulus damnatus, episcopali domo cedere nollet, Aurelianus Imp. rogatus sententiam, sanctissime præcepit, vt domus Ecclesiæ illis tribueretur, quibus Christiani Italiæ, & vrbis Romæ Episcopi, per litteras tribuendã præscriberent. notat enim Synodum Episcoporum, de Paulo a Dionysio Romæ habitã, quod & testatur Athanas. lib. de Synodis. C

Dionysius Romanus Episcopus, pro Ecclesia Dei aduersus hæreticos & Persecutores, plurimis laboribus exantlatis 26. mensis Decemb. migrat ad Dominum, cum sed ann. 11. m. 3. d. 14. ad hunc enim annum eum peruenisse, epistola Synodica ex Concilio Antiocheno satis probat. Vacat sedes. d. 5. & vltimo anni die, Felix subrogatur.

Inter Episcopos ab eo ordinatos refertur Zamas, qui primus in Indice Episcoporum Bononiensium ordine numeratur, cum tamen credibile sit, plures alios ante ipsum fuisse, quorum memoria exciderit, cum Ciuitas ea, iam tum frequens & perillustris esset. D

Christi Annus	*Felicis Papæ*	*Aureliani Imp.*	*Quieto & Valdumiano* Coss.
273.	1.	3.	

AVrelianus bello Marcomannico confecto, ob quod consuli libros Sibyllinos Senatui mandarat, homo superstitionis Gentilitiæ tenacissimus, Romam rediens, vt erat natura ferocior, plenus irarum, vindictæ cupidus, quam seditionũ asperitas suggerebat, plures occidit, in quibus aliquot Senatores. ex Vopisco.

Aureliani Persecutio octaua alijs nona.

Aurelianus male animatus in Christianos, persecutionem moliens, diuina subito vltione deterritus est, a subscribendo in eos edicto, cum de repente brachium obriguisse, & debilitatum esse sensisset. Euseb. lib. 7. cap. 24. in fine. E

Verum ipsum persecutum esse fideles, & ob eam causam celesti vindicta esse sublatũ idem affirmat in Chronico. sed hoc postea.

A

Aureliani, Persecutio octaua, alijs nona.

CErtum est omnino, eum Ecclesiam persecutum fuisse, cum plurimi in persecutione Aureliani, Martyres passi reperiãtur. Quæ eius persecutio, a S. Aug. nona, de Ciuit. Dei 18. c. 32. & a S. Leone. octaua sermone. 2. de Pent. appellatur. Extat acta S. Symphoriani Martyris Augustoduni in Gallia, germana, apud Sur. 22. Aug. quibus habet intextum ipsum ab Aureliano rescriptum, ad Prouinciarum Præsides datum, habentur in eadem Augustudunensi ciuitate passi, Reuerianus Episcopus, Paulus Presbyter, & alij decem, primo Ian. ante Symphorianum, potius hoc anno quam sequenti. Martyrolog. Rom.

B

Felix Papa insistens prædecessoris vestigijs, scribit epistolam ad Maximum Alexandrinum Episcopum, Dionysij successorem, qua vtramque hæresim, inter se contrariam, Sabellij & Pauli, vno ictu confodit, extat eius fragmentum Act. 1. Concil. Chalcedon. & citatur a S. Cyrillo in sua Apolog. 12. capitum, quod epistolæ fragmentum, cum citetur supradictis locis, post epistolam Iulij, decepit aliquos, vt putarent esse Felicis secundi qui vixit sub Constantio.

Christi Annus	*Felicis Papæ*	*Aureliani Imp.*	*Tacito & Placidiano Coss.*
274.	2.	4.	

C

AVrelianus Orientem obtinet, Zenobia deuicta & Triumphata, Hæc, dimissa libera in vrbe summo honore consenuit: Zenobiam familiam Romæ propagauit. Trebell. Vopiscus, Eutropius. Euseb. in Chron. Hanc libet opinari, vt ex Hebræis genitam, & Christianis literis exscultam, dimisso prauo Doctore Paulo Samosateno, Romanã fidem, ad extremum esse sectatam, ex qua familia, nomen & Originem forte accepit, Zenobius ille insignis Florentinus Episcopus. S. Ambrosij æqualis.

Christi Annus	*Felicis Pap.*	*Aureliani Imp.*	*Aureliano Aug. 2.m & Iulio Capitolino Coss.*
275.	3.	5.	

D

FElix Papa, tertio Kal. Maij, martyrio coronatur. Martyrolog. Rom. & liber de Roma. Pontif. in quo, quod legitur ab eo institutum vt supra sepulchra, aut memorias Martyrum Missæ celebrarentur, antiquius est, sed fortasse, quod traditione obseruabatur, Decreto sanxit.

Sedit Annos duos, Menses. 5. vno minus die, post dies quinque vacationis sedis, substituitur Eutychianus Tuscus, Patria Lunensis.

Eutychiani Papæ Ann. I.

E

PLures Martyrio functi feruntur, in Rom. Martyrolog. diuersis in Prouincijs & locis, & temporibus, sub Aureliano, quorum nonnullorum extant Acta apud Sur. 3. Iulij, & 17. Aug. apud Turon. de Gloria martyrum, cap. 64. apud Basilium hom. 26.

Aurelianus Templum Solis magnificentissimum constituit; muros vrbis sic ampliauit, vt quinquaginta propè millia, murorum eius ambitus teneat. Vopiscus.

A

Christi Annus	*Eutychiani Pap.*	*Aureliani Imp.*	*Probo & Paulino* Coss.
277.	3.	7.	

HÆresis Manicheorũ innotescit. S. Leo Papa serm. 2. de Pent. sed error irrepsit in notã numeri annorũ apud eũ, cũ numerãs annos a resurrectione Domini ad præsentẽ Cõsulatũ Probi, atq; Paulini, dicat; anni ducẽti & sexaginta, cũ numerãdi sint tãtũ ducẽti quadraginta tres, a Christi anno 34. inchoãdo, quod vero Probum Consulẽ, Imperatorem appellat, intellige, qui paulo post fuit Imperator. De Manetis seu Manichæi nomine, origine, impietatibus, obscenitatibus, miserando exitu, a Rege Persarum viuo excoriato, quod eius filium ægrotantem, sanare pollicitus, enecasset; deque discipulis eius, & propagata impietate, legendus Epiphanius hæresi *66.* & Cyrill. Hierosol. Cathechesi *6.* & Augustinus totis voluminibus contra Faustum, & alios Manichæos, & de hæres. cap. *46.* & alibi. Theodoretus de hæret. fabulis ponebat duo principia, & duo regna coæterna: Nihil esse vere spirituale: Non esse in homine lib. arb. Christum non esse vere natum: Baptismum non esse necessarium nec vilem transmigrationem animarum, & alia plura portenta. B

Christi Annus	*Eutychiani Pap.*	*Tacitus.*	*Probo & Paterno* 2.m Coss.
278.	4.		

AVrelianus Seuerus, truculentus, sanguinarius Princeps, etiam ipsis Gentilibus, quanto magis Christianis, inter Byzantium & Heracleam, cum iter faceret, denso agmine stipatus, casu fulminis consternatus, paulo post a suis occiditur. Vopiscus. Euseb. in Chron. Orosius, Acta S. Patrocli Martyris, apud Sur. 21. Ianuarij produxisse vero eum Imp. ad annum 7. contra quam alij senserũt, vetus probat inscriptio Deus Numismatis habens. 7. Tribunitiam potestatem. C

Tacitus post septem menses, & Victor, vel sex, vt Vopiscus, a Senatu, sic poscente exercitu nominatur Imperator, 7. kal. Octob.

Christi Annus	*Eutychiani Pap.*	*Probi Imp.*	*Tacito Augusto* 2.m *& Fuluio Aemiliano* Coss.
279.	5.	1.	

D

TAcitus, adeptus Imperium, iubet cessare persecutionem, per omnes Prouincias Acta Charitonis, apud Surium 28. Sept. & expletis sex Imperij mensibus, moritur, morbo an ferro incertum. Vopiscus.

Florianus, Taciti germanus, quasi hæreditarium, suscipit Imperium, quod cum vix duobus mensibus tenuisset, apud Tarsum a Militibus occiditur, cum interea auditum esset, ab Orientalibus militibus electum esse, quem Senatus optaret, & pop. Rom. acclamationib. petierat, M. Aurelium Valerium Probum, qui Sirmio ex Pannonia oriundus, Patre Tribuno militari natus, iuuenis adhuc, magno nomine virtutis, eam dignitatem promeruit. Vopiscus.

E

Christi Annus	*Eutychiani Pap.*	*Probri Imp.*	*Messala atq; Grato* Coss.
280.	6.	2.	

PRobus ingenti exercitu, Gallias, cæsis Germanis, prope quadringentis millibus, qui Romanum occuparant solum, liberat Vopicus. Euseb. Cassiodor. in Chron.

Ecclesia Gallicana, quæ primum persecutione Valeriana, post Aureliana, deinde Barbarorum grassatione fuerat exagitata, conquiescit. Meminit Gregorins Turonensis li.

A 1. cap. 32. hist. Franc. de huiusmodi cladibus, ab Alemannis in Gallos inflictis, duce ipsorum Chroco, qui etiam Christianos afflixit, & inter alios Priuatum Gabalitanum, ipse vero apud Arelatensem vrbem comprehensus diuersis supplicijs pœnas luit.

Christi Annus	Eutychiani Pap.	Probi Imp.	Probo Aug. 4.m & Tiberiano Coss.
281.	7.	3.	

LIcet persecutio in Christianos quieuisset; tamen Antiochiæ, furore Heliodori præfecturam gerentis, in duos Christianos, Trophimum atque Sabbatium, noua oblata occasione, ab eo libenter accepta, recruduit, Sabbatius in tormentis edidit spiritũ. B Trophimus cum Dorimedonte Senatore, post immania tormenta, longo iam exacto Martyrio, obtruncatus, palmam accepit.

Probus in Illyrico Sarmatas debellat, & prædam eripit, inde in Thraciam ad Gothos, & alios barbaros compescendos migrat. Vopiscus.

Christi Annus	Eutychiani Pap.	Probi Imp.	Probo Aug. 5.m & Victorino. Coss.
282.	8.	4.	

PRobus Gothos compressos, aut in deditionem aut in Amicitiam recipit, Isauricos latrones domat, subigit Blemijos; cum Parthis & Persis pacem cõponit, atque in Thracias redit. Vopiscus, qui non bona fide pretermisit, quę in breuiter Panegyrico C Maximiano dicto narrantur, de Francis captiuis, qui incredibili audacia, & indigna felicitate, vt est ibi, a Ponto vsque, correptis nauibus, Græciam Asiamque populati, nec impune plerisque Libyæ littoribus appulsi; ipsas postremo, naualibus quondam victorijs nobiles, ceperant Syracusas, & immenso itinere prouecti, oceanum, qua terras rũpit intrauerant, atque ita euentui temeritatis ostenderant, nihil esse clausum praticę desperationi, quo nauigijs pateret accessus.

Christi Annus	Eutychiani Pap.	Probi Imp.	Caro & Carino. Coss.
283.	9.	5.	

D PRobus compressis tyrannis, Romam veniens, de Germanis & Blemijs triumphat, Vopiscus. Bellum Persicum parans, cum per Illyricum iter faceret, a militibus, per insidias, anno Imperij sui quinto, (vt Vopiscus habet, non vero 6. aut 7. quod alij habent auctores, sed veteres inscriptiones eos refellunt) interimitur, & mox ab eisdem ingenti sepulchro honoratur, cum elogio, vere Probi, & victoris omnium gentium barbararum: Victori etiam tyrannorum. Ex Vopisco.

Carus Imp.

M. Aurelius Carus, Romæ natus, ex parẽtibus Illyricis, a militibus creat̃ Imperator. Idẽque filios, Carinũ & Numerianũ Cæsares dicit. Inscriptiones antiquæ.

Timæo Episcopo Antiocheno mortuo, substituitur Cyrillus. Euseb. in Chron.

E Dorotheus Presbyter Hebraice & Græce doctissimus, Eunuchus natus, & apud Imperatorem gratiosus, Antiochiæ floret. Euseb. 7. histo. cap. vlt. qui vsque ad Iulianum Apostatam perueniens, tum Martyrio nobilitatus est, anno ætatis centesimo quinto. Anastas. Bibliothecarius in Chron. ex Græcis.

Eusebius Alexandrinus, aduersus Paulum Samosatenum, a Dionysio Antiochiam missus, ob egregie nauatam operam, in patriam redire non permissus, Ecclesiæ Laodicensi, in locum Socratis, sufficitur Episcopus; huic vero subrogatur Anatolius & ipse Alexandrinus, ob eloquentiam, doctrinam humaniorem, Philosophiam, & Mathematicam, inter homines eius temporis præstantissimos, facile princeps, Aristotelicæq; (Anatolij Laodiceni Episcopi elogium.)

Scholæ Præfectus. Euseb. 7. cap. vltimo. Eunapius eum a Porphyrio secundum ponit, Ethnicus, Ethnico fauens, Hier. de script. Martyrol. 3. Iulij.

Eutychianus Papa Martyrio coronatur. Martyrol. Rom. 6. Id. Decemb. Romæ Beati Eutychiani Papæ, qui per diuersa loca, trecentos quadraginta duos Martyres, manu sua sepeliuit; quibus & ipse sociatus, sub Numeriano Imperatore coronatus est martyrio, & in Cœmeterio Callisti sepultus. lib. de Rom. Pont. licet in eo per errorem ponatur, Caro secundum Consule, nam Carinus qui illi adiungitur, primum Consulatũ Cari demonstrat, nam Cari Imperatoris Cõsulatus secundus, habet collegam Numerianum, anno sequenti, quod vero Imperatore Numeriano dicitur; qui non nisi sequenti anno Imperium adeptus est, & paulo post mortem Patris interfectus, difficile est explicatu, nisi dicamus, ipsum cum Cęsarem ageret, in Christianos rescripsisse, certum etiam est illud, inuito Imperatore complures aliquando Christianos necatos.

De eodem Eutychiano hæc in eodem libro de Rom. Pont. leguntur. Hic constituit fruges, fabas, & vuas super altaria benedici, hæc fortasse Eutychianus, vt magis obniteretur erroribus Manichæorum; qui, quod a malo principio creaturas exortas, atque esse execrabiles dicerent, ipse contra eisdem benedicens, ac verbo sanctificans, pro eisdem Domino gratias ageret, quod antea traditione Apostolica vsurpatum (vt est apud Clementem in Constitutionibus,[a] & Can. Apostolico 3. & 4.) forte Eutychianus decreto sanxit faciendum.

Creaturarũ benedictio ex Apostolica tradit.

a lib. 6. c. 46.

Constituit præterea, vt quicunque fidelium, Martyrem sepeliret, haud sine Dalmatica, aut sine colobio purpurato id faceret, quem vsum longius progressum, religionis prætextu, vt sacrorum etiam Ministrorum corpora Dalmatica tegerentur, D. Grego. post Decreto prohibuit, vetans etiam corpora Rom. Pont. cum perferrentur humanda, tegi Dalmaticis.

Sanxit Martyres cũ Dalmaticis, sepeliri, Eutychianus Pap.

Eutychiani duæ extant epistolę, quarum prior, aduersus Pauli Samosateni venena, paratum habet antidotum.

Vacat sedes dies nouem, & 6. kal. Ianuar. subrogatur Caius, Dalmata, ex genere Diocletiani Imperatoris.

Christi Annus 284. *Caij Pap.* 1. *Carinus & Numerianus Impp.* *Caro 2.m & Numeriano Coss.*

CAri Imperatoris extat rescriptum in fauorem Christianorum. De remissione tributi concessa Thessalonicensi Ecclesiæ in hæc verba: Imperator Carus, Pręsidoro Pręfecto Pretorio. *Sacrosancta Thessalonicensis Ecclesia aperte sciat, propriæ tantummodo capitationis modum, beneficio nostri numinis, subleuandum: nec extraneorum grauamine tributorum Rempub. Ecclesiastici nominis abusione lædendam.*[b]

b l. 8. C. de sacrosanctis Eccl.

Qui, pręter Eutychianum, Romę, sub Numeriano passi sunt Martyres, ipsorum Acta declarant, consignata testificatione antiquorum scriptorum, ac potissimum Romani Martyrologij assertione. celebriores inter alios habentur, Chrysantus & Daria; quorũ Acta feruntur esse scripta a Verino & Armenio, Stephani Papę Presbyteris, non tamen, vt habēt mendosi Codices, iussu Stephani Papæ. Numerantur præterea Claudius Tribunus cum vxore, & filijs, Iasone, Mauro, ceterisque domesticis, & septuaginta militibus. Sed & alij complures & insignes leguntur Martyres, maxime in exordio Actorum S. Sebastiani Martyris.

Carus Imperator, dum cęptam a Probo in Persas expeditionem prosequitur, morbo vel, vt alij dixerunt, fulmine extinguitur. Vopiscus.

Carinus in Occidente, Numerianus in Oriente, capessunt Imperium, sed Numerianus quidem mœrore obitus patris ægrotans, ab Apro Socero, regnandi cupido, interficitur, sed, re comperta, ab exercitu acclamatur Imperator, Aurelius Valerius Diocletianus Dalmata, libertus quondam Anulini Senatoris, qui 11. kal. Maij (quod ex Panegyrico ipsi dicto expressum habetur) accepit Imperium, statimque Aprum fatalem, quem putauit occidit. Carinus in Occidente, vsq; in sequentem annum propagat Imperium.

Dio-

A

Diocletiani Imp. ann. 1.

RES tum ab eo gestas, tum a Maximiano, quem postea adsciuit sibi Collegam Imperij, singulis libris conscriptas fuisse a Claudio Eusthenio, qui Diocletiano ab epistolis fuit, Vopiscus in Carino testatur; sed perierunt, adeo, vt res ipsius plane obscuræ remanserint; nisi fere, quatenus extat eorum immanitas in Christianos, in Actis Martyrum expressa.

Christi Annus	*Caij Papæ*	*Diocletiani Imp.*	*Diocletiano 2.m & Aristobulo.* Coss.
285.	2.	2.	

B HIs Consulibus, habentur notata acta Proconsularia SS. Martyrum, Claudij, Asterij, Neonis, Donuinæ & Theonuillæ, apud Ægeam, sub Lysia Proconsule, decimo kal. Sept. Diocletiano & Aristobulo Consulibus. regnante Domino nostro Iesu Christo &c. sic Acta. Horum SS. Martyrum mentio habetur in Actis Zenobij, in eadē Prouincia, Episcopi, & Zenobiæ sororis Martyrum, sub eodē Lysia, de quo sic Acta illa; *Diocletianus statim vt factus est Imperator, Lysiam præfecit Ciliciæ, qui & ad excruciādū erat violentissimus, & ad alliciendum blanditijs, maxima ui præditus &c.* Diu tenuit eum locum, spectatæ feritatis homo, & complures sub eo Martyres in ea Prouincia facti, quorum omnium clarissimi, Cosmas & Damianus, vna cum fratribus, Antimo, Leōtio, & Euprepio, 5. kal. Octobr. quorum plura Acta habentur, sed quæ apud Surium Tomo septimo synceriora.

C Defuncto Maximo Episcopo Alexandrino succedit Theonas. Eusebius in Chron.

Achillas & Pierius, Alexandrini presbyteri, & Meletius Episcopus in Ponto, eximia doctrina & sanctitate, clari habentur. Euseb. 7. c. vlt. Hier. de script. Martyrolog. Rom.

Christi Annus	*Caij Pa.*	*Dioclet. & Maximiani Impp.*	*Maximo & Aquilino* Coss.
286.	3.	3.	

CArinus, pluribus prælijs de Imperio, cum Diocletiano, confligens, vltima pugnā ad Murgum, victus occumbit. Vopiscus.

D Diocletianus Carino sublato, Maximianum asciscit consortem Imperij. qui M. Aurelius Maximianus Herculius est dictus, vt Diocletianus Iouius. Vopiscus.

Quo statu essent res Christianorum, & quid hoc anno aduersus eos Romæ sit gestū ipsa SS. Martyrum Sebastiani & Sociorum Acta, & quidem legitima, & probatissimæ fidei, exacte declarant; in quibus habetur, nulli Christiano quidquam vel vendere vel emere licuisse, nisi paruis quibusdam positis, eo in loco, vbi emendi gratia conuentum esset, statuis, thura incenderet, tum etiam circa insulas, vicos & aquas positos fuisse cōpulsores qui neque molendi, neque aquas hauriendi potestatem facerent, nisi qui Idolis libassent. Acta sunt plane digna quæ legantur. Quam violēter Christiani ad Idola adoranda cōpellerentur.

Huiusmodi edictum, Romæ tantum editum, nec toto orbi Romano commune fuit, quin potius, si Eusebium auscultamus, in alijs regionibus ipsi de Christianis benemeriti fuisse traduntur, nec nisi ad vltima Imperij tempora in eos per orbem persecutionis edicta dedisse.

E

Christi Annus	*Caij Pap.*	*Dioclet. & Max. Impp.*	*Diocletiano 3.m & Maximiano 2.m* Coss.
287.	4.	4.	

INVALESCENTE per hæc tempora Manichæorum hæresi, per Africam, Impp. dederunt rescriptum ad Iulianum Proconsulem Africæ, ex Alexandria, de

illis compescendis, ac penitus tollendis, ex antiquo Cod. Gregoriano lib. 7. A

Christi Annus 288. Caij Pap. 5. Dioclet. & Max. Impp. 5. Maximiano 2.m & Ianuario Coss.

HIeracitæ Gnosticorum & Manichæorum portio, a Hierace quodam, his temporibus (sed annus a nullo designatur) in Ægypto agnoscuntur. Epiphan. hæresi 67. Philastrius, eos suo tempore fuisse, in Gallijs & in Hispanijs tradit, dictosque etiam abstinentes, negant resurrectionem: Nuptias damnant; cælibum solum esse vitam æternā, asserūt; Infantes non posse saluari: Melchisedech esse Spiritum Sanctum & alia multa delirant.

Euagrius in vitis Patrum, narrat B. Macarium Ægyptium, cum videret a Hieracita sanam doctrinam, argumentis callidis eludi, & fidem fratrum periclitari, prouocasse eum ad suscitandum mortuum, in testimonium rectæ fidei, quē & suscitauit Macarius; Hieracita, præ pudore, in fugam verso. B

Christi Annus 290. Caij Pap. 7. Dioclet. & Max. Impp. 7. Diocletiano 4.m Maximiano 3.m Coss.

HIs Consulibus notata sunt Acta Proconsularia Beatissimorum Martyrum, Tharaci, Probi & Andronici, publice excepta, cognoscente Maximo Præside, in Ciuitate Tharso Ciliciæ, manuscripta pura & sincera extant in Annalibus, nunc primum typis excusa, apud Metaphrasten sunt concisa & fucata, 11. Octob. C

Christi Annus 292. Caij Pap. 9. Dioclet. & Max. Impp. 9. Annibaliano & Asclepiodoto Coss.

COnstantius, & Galerius Maximianus Cæsares, assumuntur ad Imperium, ob Tyrannos emergentes, vt ait Euseb. in Chronico, an ad parta tuenda, vt Panegyricus Maximiano dictus? Et Constantius quidem Claudij Imp. ex filia, Nepos, priuignam Maximiani Herculei Theodoram, vxorem ducit, ex qua postea sex liberos, Constantini fratres habuit; Galerius vero Dacus, Valeriam Diocletiani filiam; Vxoribus, quas antea habebant, repudiare compulsis. D

Christi Annus 293. Caij Pap. 10. Diocl. & Max. Impp. 10. Diocletiano 5.m & Maximiano 4.m Coss.

HOc anno, qui & secundus Imperij Galerij Maximiani, consignata habentur exordia Actorum SS. Mart. Nicomediensium, cum ciuitati illi præesset Cyrillus Episcopus: quem Domna, Virgo Gentilis, Sacerdotum maxima, cum incidisset in Acta Apostolorum, & ex eis pietatem prægustasset, cupiens plenius ad Christianam fidem institui, noctu conuenit, a quo religionem edocta, effectaque Cathecumena, Agapium Diaconum ab eo cathechistam accepit, rei tantum conscio Inde, Barbaro homine, regio Eunucho, ipso quoque Cathecumeno; qui simul, statuto tempore baptismum susceperunt; & quod in eisdem Actis Apostolorum legerant, ad Cyrilli pedes, quæcunque habebant, in pauperes eroganda, detulerunt. Cyrillo vero mortuo, Antimus illi subrogatur, cuius Sedis tempore, a Persa quodam Eunucho, Indes collega, ipse ac pariter Domna Præfecto domus regiæ, vt Christiani deferuntur, qui eorum explorans cubiculum, hanc præclaram reperit supellectilem, diuinæ crucis figuram, & librum sacrosanctum Actorum Apostolorum, duas Storeas in solo stratas, fictile turibulum, & lucernam, E

Præclara Christianorū supellex.

A nam, & ligneam arculam, in qua reposuerant sacram oblationem, cuius fiebant participes. Ceterum sic detecti; detruduntur in carcerem, ac fame diutius cruciantur; diuinitus autem impartitis alimentis pellunt inediam. Sed blanditijs eos demulcere Præfectus studuit. at Domna, ne certamine huiuscemodi magis periculoso, succumberet, Diuini spiritus instinctu, insanam se simulat, & Dæmoniacam, sicque diu, omnium molestia, perseuerans, tandem Christianorum Episcopo Antimo, (quod Gentiles facere cōsueuerant) curanda committitur. Hæc autem hoc anno cæpta, producta sunt vsque ad Galerij Maximiani reditum ex Persico bello Nicomediam, reliqua, suo loco, Acta, paucis emendatis, fidelissima, apud Sur. 26. Decemb.

B

Christi Annus	*Caij Pa.*	*Dioclet. & Max. Impp.*	*Constantio Chloro Et Galerio Max.* Coss.
294.	11.	11.	

HIs Cōsulibus 3. Idus Aug. Susanna, Gabinij filia, Caij Papæ neptis, cum nuptias Maximiani Galerij (defuncta iam vxore Valeria) renuisset, a Diocletiano Imperatore tentata, quod Christiana esset inuenta, iussu eiusdem Imperatoris, in paternis ædibus, capite truncata, Martyrij palmam est consequuta. Hæc pluribus Acta, quæ tamen perfecta sunt sequenti anno. in eisdem Actis. de Claudio propinquo Diocletiani, cum Præpedigna vxore, & filijs ad Christum conuersis; & de Maximo, rei priuatæ comite, item cōnuerso, & ijsdē sequenti anno, iussu Diocletiani, ad ostia Tyberina incendio, ante Susannæ obtrūcationē, cōcrematis, habet in Martyrolog. Rom. 18. Februarij.

C

Christi Annus	*Caij Pap.*	*Dioclet. & Max. Impp.*	*Tusco & Anullino* Coss.
295.	12.	12.	

DIocletianus perstans in sententia de Susanna elocanda Galerio Maximiano, cum eam reluctantem, & Gabinium patrem in custodia habuisset, per quinquaginta quinque dies, si forte eorum animum emollire posset, mandauit Serenæ Vxori Augustæ, vt Susannam ad se perductam, a Christiana Religione auertere studeret; quæ cum eandem & ipsa religionem occultè coleret, eam potius confirmauit, & fortiter, atque constanter agere, hortata est. Eam igitur in Christiana fide perstantem, Diocletianus, in Gabinij Patris domum reduci imperat, quo adueniens Galerius virgini vim illaturus, resilijt, correptus numine, cuius fulgore eam ambiri cognouit; & mox statua Iouis,
D ad eius preces prostrata: quæ omnia Diocletiano significata, Magiæ tribuuntur, & ipsa mox obtruncari iussa. cuius corpus ritè & Christiano more curatum clam est a Serena Augusta. de qua nusquam apud Ethnicos scriptores, neque in vlla antiqua inscriptione mentio; (sed neque de alia Diocletiani Vxore) nomine eius, inuidia, vt credibile est, & odio Christianæ religionis, Decreto Principis, aut Senatus, abolito. Sed præter Acta Sanctæ Susannæ, Acta etiam S. Marcelli, & aliorum Martyrum, eius meminerunt, & Martyrolog. Rom. his verbis: Romæ S. Serenæ, vxoris quondam Diocletiani Aug. In Actis Susannę, mentio est de osculo pedum, Sacerdotis Gabinij, & Caij Pontificis.

Martyrium Susannæ.

E

Christi Annus	*Caij Pap.*	*Diocle. & Max. Impp.*	*Diocletiano 6.m & Constantio Cæsare* Coss.
296.	13.	13.	

CAius cum sedisset annos duodecem, menses quatuor & dies quinque, propter filiam Gabinij fratris, nomine Susannam martyrio coronatur. Germanus item, sed alio die, lib. de Rom. Pont. Martyrolog. Rom. Quod vero in eo lib. de Rom. Pont. dicitur de cōstitutis gradibus, per quos ad Episcopatum ascenderetur, intelligendum est ab eo decretum fuisse, vt non promoueretur ad Episcopatum, qui in inferioribus gradibus, consueto tempore nō ministrasset, nam alioqui hic ordo hierarchitus, iam vsque

ab Apostolorum temporibus erat stabilitus & vsu receptus. A

Fertur eius epistola hoc anno data ad Felicem Episcopum.

Marcellinus Papa.

CEssat Episcopatus dies 11. & Marcellinus Romanus quinto nonas Maij subrogatur, quem Eusebius & alij, eum sequuti, confundunt cum Marcello, quos certum est fuisse diuersos, vt habēt tabulæ Ecclesiasticę, Martyrologia, tabulæ Cresconianæ, Optatus; Aug. & alij.

Eufeb.& alij Marcellū cōfundūt cum Marcellino.

Extat Marcellini nomine, inscripta Epistola hoc anno data, 8. Id. Sept. ad Salomonē Episcopum, qui ipsum consuluerat de hæreticis nuper emergentibus, ev Pauli Samosateni schola, qui negarent Diuinitatem Christi, & æqualem cum Patre honorem & cultum. B

Post Hymenæum, in Ecclesia Hierosolymitana, sequitur Zambdas, quo, paulo post mortuo, Hermon, postremus eorum qui ante persecutionem, nostra memoria ibi concitatam, fuerunt Episcopi. Euseb. in Chron. & in hist. 7. cap. ult.

Chri. Annus	*Marcellini Pap.*	*Dioclet.& Max.Impp.*	*Maximino A.5.m & Galer. Max. Cesare 2.m Coss.*
297.	1.	14.	

LEgio Christianorum Militum ab Oriente, Romam euocatur, aduersus nouos emergentes Tyrannos, Amandum & Ælianum. Qui omnes Christi milites, quod in Palæstina stationem haberent, a Zambda Episcopo Hierosolymitano, fide Christiana imbuti, Romæ post a Marcellino Papa, exhortatione firmati, cum sub Maximiano militarent in Gallijs, detrectantes impia obire sacrificia, omnes apud Agaunum, prius militari more, sæpius decimati, ac demum immisso exercitu trucidati, glorioso sunt coronati Martyrio. Acta a S. Eucherio Episcopo Lugdunensi, ex antiquioribus monumētis restituta; alij plures ex eadem legione varijs occasionibus, in varia loca delati, & alij etiā milites Christiani, sub Maximiano, impense in eos infenso, martyriū subierunt, de quibus, Helinandus apud Sur. & alij etiam apud eundem 4. Maij. C

Agaunenses Mar.

Veturius Magister militiæ, Christianos milites persequitur, paulatim, ex illo iam tēpore persecutione aduersus nos incipiente. Euseb. in Chron. de his quæ in Oriente gesta sunt, & in Hist.[a] Quantumuis enim Romæ, & in Prouincijs etiam ipso Imperij initio, frequentia & immania contigerint martyria respectu tamen subsequutæ postea immensæ stragis, leuia videri potuerunt. D

a lib. 8. cap. 4

Christi Annus	*Marcellini Papæ*	*Dioclet.& Max. Impp.*	*Fausto & Gallo Coss.*
298.	2.	15.	

PErsecutio in milites Christianos sæpe grassari cæpta, longe lateque diffusa, totum Christianum orbem, Imperio Romano subiectum inuasit. Acta plurium insigniū Martyrum, Marcelli Centurionis, Tingi in Mauritania apud Sur. 30. Octob. Martyriū est memorabile, cum duodecim filijs. E

Thermæ Diocletianę, & Maximianæ.

Hoc anno Thermæ Diocletiani Romæ, & Maximiani Carthaginæ inchoatæ; tantæ vastitatis, ut Marcellinus libro decimosexto, dixerit extructas, in modum Prouinciarū, ad illud opus Christianos milites, pertęsi tantarum cædium, ut eos seruili labore fatigarent, dedicarunt. Euseb. in Chron. Acta S. Marcelli Centurionis. Acta S. Marcellini Papæ, falso Marcelli nomine prænotata, tantum erat odium in Christianos, vt quæ supplicia in milites, iuxta ipsorum leges infligi nefas esset, in Christianos milites passim exercerent.

Horum militum laboris & fatigationis misertus Thraso, vir potens, & locuples, vi-

A ctum illis, per viros Christianos, ministrabat, Sisinnium, Cyriacum, Smaragdum, & Largum, ex quibus, duos illos primos, Marcellinus, Diaconos Ecclesiæ Romanæ, consecrauit; qui nocte quadam, deferentes suis humeris victum, deprehensi, tenti, & perducti ad Tribunum, ab eo ad Maximianum delati, ad fodiendam arenam, & suis humeris portandam, ad Thermarum locum, damnati sunt, vbi senem Saturninum, fractum viribus, ad portandũ onus adiuuare deprehensi, arctiori custodia reclusi, cooperãte diuina virtute, compluribus ad fidem conuersis, tum ipsi tandem, tum alij Martyrio coronati sunt, Acta, in nonnullis tamen corrigenda.

Inter quãplurimos milites Christianos, a Maximiano operi adscriptos præter alios quorum memoria excidit, clarissimus ille extitit Christi Martyr Maximus, Dux Millenarius, qui a puero Christianus, plurimos ad Christi fidem adduxit, ac tandem cũ vxore & filijs variè necati sunt. Acta S. Marcellini. B

Eodem tempore cum Diocletiani & Maximiani consilio, omnes vbique positæ legiones, lustrarentur, reperti milites Christiani, tanquam serui adscriptitij ad Thermarum opus fuerunt mancipati. quibus absolutis, qui constanter perstantes superfuerant, ne quid in Imperium molirentur, omnes capitis sententia damnantur, cum Zenone Tribuno, qui inter eos excellebat, numero decem millia ducenti tres. Appendix ad Acta.

Quod igitur sudoribus Confessorum & Martyrum, immensa illa extructa sit moles, diuino videtur factum consilio, vt, reliquis Thermis collapsis, hæ vnæ superfuerint, & earum pars, in vsum Ecclesiæ, memoriæque Dei genitricis Mariæ & Angelorum, religiose fuerit commutata.

Zambdæ Hierosolymit. Episcopo succedit Hermon, aliàs Thermon. 18. eius sed. ep. C Euseb. in Chron.

Christi Annus	Marcellin. Pap.	Diocl. & Max. Impp.	Diocletia. 7.m & Maximiano. 6.m Coss.
299.	3.	16.	

TRuculenti Præsides, antequam Generalia edicta Principum in Prouincias perferrentur, odio Christianæ religionis, ea sua feritate præueniunt.

Sub hoc consulatu notata habentur Acta sanctorum Martyrum Guriæ & Samonæ, extant apus Surium 15. Decembris.

Cyrillo Episcopo Antiocheno vita functo, substituitur Tyrannus 17. eius sedis Episcopus. Euseb. in Chron. & in historia [a] Hoc, illo, ait, officio fungente, bellum ad Eccle- D siás expugnandas vehementer exarsit. a lib. 7. c. 26.

Tirannio, Episcopus Tyri & Martyr, per hæc tempora claret. Euseb. 8. cap. 25.

Christi Annus	Marcellini Pap.	Diocl. & Max. Impp.	Constãtio & Galerio Cesar. 3.m Coss.
300.	4.	17.	

THeonæ, Episcopo Alexandrino, subrogatur Petrus, de quo S. Athanasius Apolog. secunda, Petrus, inquit, ante persecutionem (illam scilicet atrociorem) Episcopus, & in persecutione Martyr, declaratus. Euseb. [b] b lib. 7. cap. vlt.

E Galerius Maximianus, cum aduersus Narsetem Regem Persarum, male pugnasset, mox contractis vndique copijs, aduersus eosdem Persas proficiscitur. Eutropius.

Publius vir clarissimus, Legatus a Diocletiano ad Persas missus, Anastasiam Vxorem Christianam sub custodia in vinculis dereliquit, de ea supplicium sumpturus post reditum, sed is in itinere moritur, & illa libertati restituta, totam se ac sua, obsequio Cõfessorum ac Martyrum addicit. Acta extant, & Epistolæ eius ad Chrysogonum Christi Confessorem, & huius ad eam, dignæ quæ legantur, apud Suidam in historia, & apud Nicephorum lib. 14. in fine.

Quartum sæculum.

Christi Annus 301. *Marcell. Pap.* 5. *Diocl. Max. Impp.* 18. *Titiano & Nepotiano Coss.*

Diocletian⁹ & Maximianus A. A.

BEllo Persico, & Parthico feliciter gesto, Victores Impp. Romæ hoc anno insigni pompa triumphant, antecedentibus currum eorum Narsei Regis sororibus, liberis, & omni præda. Euseb. in Chron. & Eutropius. male hæc apud Cassiodorum, post annos sex, ponuntur. In eo bello enituit eximia virtus Andreæ Tribuni, militum, duntaxat cathecumeni, qui ab Antiocho exercitus Duce (dicebatur vero ille etiam Dux [a] exercitus, qui vel vni tantum legioni præfectus erat) aduersus Persarum copias in Romani Imperij fines irrumpentes missus, cum subiectos sibi milites ad pietatem instituisset, & in eum qui vere est Deus, fiduciam habere docuisset, de hostibus longe pluribus, quam ipsi essent, magnam victoriam reportauit. Sed apud Antiochum Christianitatis accusatus, ab eo cum socijs dire est tortus, iussu vero Galerij dimissus, & ab Episcopo Tarsi baptizatus cum suis, ac denuo ad mortem quæsitus cum loca subinde mutans, in angustias montis Taceri peruenisset, ibi diuinitus admonitus de percipiẽdo martyrio, hortatus socios, se Antiocho, cum alijs præbuit iugulandum. Acta & quidem syncera, apud Surium 19. Aug.

a L. 2 §. nam exercit. ff de ijs, qui not. infam.

Maximiano Galerio in Theatro, Nicomediæ, iactabundo ore perorante, de Romani Imperij felicitate, deuictis Parthis & Persis, Regijs etiam personis in Triumphum ductis, & vltra Ctesiphõtem protracto Imperio, quod ante Imperatorum Romanorum nemini licuisset, & ad suorum Deorum cultum Christianos alliciente, & impellente; prodigium immane eius iactantiam redarguit; cum, medio die, sereno cęlo, caloribus maximis, tanta vis tonitruum & fulgurum, cum ventis vehementibus, & densa gradine, & densis tenebris erupit, vt plurimi, in fuga proculcati, perierint, & Maximianus uix euaserit; flumina quoque redundantia, & segetes funditus euellentia agricolarum labores in mare deportarunt. quibus tamen prodigijs nihilo mitiores redditi sunt Imperatores erga Christianos, imo vero cum admirabili quadam felicitate ijdem hactenus Imperiũ gubernassent, Reges potentissimos domuissent, rebellantes prouincias compressissent, extinxissentque tyrannos Imperium inuadentes, finesque Romani Imperij lõgius propagassent, & summa concordia quatuor simul Impppp. vnanimes, (quod numquam antea factum fuerat) administrarent hæcq; dijs accepta ferrent; ad maiorem eorum gratiam promerendam maioribus studijs incenduntur; & quod putassent Deorum hostib. compluribus Christianis occisis diuina sibi ad ea impertienda conciliasse numina, ijsdem hostijs, ea sibi magis, magisque propitia reddere omni conatu laborant. Sic igitur quiescentibus vndique bellis externis ac ciuilibus penitus extirpatis, ad expugnandos penitusque delendos Deorum inimicos infensissimos, Christjanos, ijdem Imp. in Oriẽte, & occidente conspirant, omnes comparant vires, cunctas admonent machinas. Diabolus ad exterminium Christianorum non modo eos calcaribus vrget, sed & Põtifices & Sacerdotes Gentilitiæ superstitionis, per se satis incensos, magis, ac magis inflãmat, & ignobile vulgus pariter sponte furens, excitat, & ad fidelium bonorum prædam allicit & impellit; omnes denique ad horribilium & terribilium instrumentorum, ad excruciandum adinuentiones acuit & accendit. Tot tãtaque ab inferis deorsum, & ab hominibus desuper terram, aduersus Christianam Religionem inermem vndique comparantur, vt eorum tantum cogitatio vel aspectus, fortia quæque pectora timore concutere, robustos quosque animos prosternere potuisset, si proprijs tantum viribus Christianis obnitendum foret, & nõ magis fide, qua alias sæpe [b] sancti vicerunt regna, effugauerunt aciem gladij, fortes facti sunt in bello. &c. Hoc igitur anno Galerius Maximianus Nicomediæ agens vna cum Diocletiano, & Maximianus Herculius Romæ paribus votis in Christianam Religionem conspirant, atque pariter de inferenda omnium sæuissi-

Conspiratio Impp. ad extinguẽdum Christianũ nomen.

b Hebr. 11.

ma

A ma persecutione Edicta decernunt, atque promulgant. Quod vero Eusebius eam referat in annum sequentem Diocletiani Imperij 19. plane intelligendum est de promulgatis ab Impp. edictis de Ecclesiarum demolitione, & conflagratione librorum omnium, ad Religionem Christianam spectantium; cum tamen neget ante illud tempus in Chistianos, præsertim milites, esse sæuitum. nec enim vllus fere annus Imperij Diocletiani, Christiani expers sanguinis fuit; sed quod illa priora uisa sint potius præludia quam certamina, eam Eusebius numerandi persecutionis annos ratioñe inijsse videri potest.

Cum igitur Maximianus Herculius (habent Acta S. Sabini Episcopi Spoletini illustris martyris) *Romæ esset, & 15. Kal. Maias in Circo Maximo spectaret Circences ludos, Acclamatum est in Circo: Christiani tollantur. dictum est duodecies. Iteratumque Auguste. Christiani non sint, clamatum est decies. Ex quo factum est, ut Eugenius Hermogenianus Præfectus Prætorio retulerit in Senatu de persecutione in Christianos decerneda.* B *Decernitur in Senatu persecutio. Rescriptumque dedit Maximianus ad Venustianum Augustalem Tusciæ, his verbis. Ex suggestione patris nostri Hermogeniani P.P. apud nos claruisse, cognosce &c. ideo monemus vt vbicumqne Christiani inuenti fuerint superstitionem colentes, aut sacrificare cogantur Dijs, aut certe pœnis intereant, facultatibusque nudati eædem Fisco cum tributis publicis socientur. Vale parens charissime D. prid. Kal. Maias.*

Quod quidem iniquissime, & aduersus legem a se nuper promulgatam Maximianus decreuit. extat sanctio ab ipsis Diocletiano & Maximiano edita, his verbis in Codice Iustiniani.

Decurionum filij non debent bestijs subijci. cumque a populo acclamatum esset iterum. Dixerunt (Impp.) Vanæ voces populi non sunt audiendæ: nec enim vocibus eorum credi C *oportet; quando aut noxium crimine absolui, aut innocentem condemnari desiderant.* L. Decur. C. de pœn.

Quomodo autem Venustianus posthæc Exuperantium atque Marcellum religionis causa tormentis exagitatos morte damnarit; rursumque de Sabino Episcopo, quæstionem habens, eius precibus meruerit fieri particeps veritatis, & ad Christum conuerti, ac denique tum ipse, tum Sabinus a Lucio Tribuno ad eos misso fuerint ultimo affecti supplicio, ipsa citata Sabini Acta demonstrant. Augustalis Tusciæ ad Christum cōuertitur.

Interim vero, quæ alter Maximianus, nempe Galerius Nicomediæ egerit, ab Eusebio prætermissa ex actis. Martyrum, ordinem exequamur. Acta Nicomed. Mat. 26. Decembr. apud Sur.

Is igitur ad Christianos blanditijs, promissis, minis, & terroribus intermixtam habens orationem, à Glycerio presbytero huiusmodi retulit responsum. *Neque tua promissa & dona desideramus Imperator; neque tuas minas omnino curamus,* D & alia in hanc sententiam, quibus furore concitatus Maximianus eum, post dira tormenta, igne cremari iussit. Archieunuchum, quoque, cum, quæ circa Domnam, Dianæ ac Mineruæ Sacerdotem, contigiissent, resciisset, obtruncari iussit. Domnam vero, ab Antimo Episcopo in Monasterium traditā & occultatam, cum perquirens Maximinus non inueniret, (si quidem, ut auditum est, eam perquiri, e Monasterio virili habitu eam emiserant) impetum facit in Asceteria, & Monasteria, ea diruens, Virgines vero probris afficiens. de qua persecutione S. Basilius libro de Virginitate sic scribit. *Cum ferueret,* inquit, *persecutionis immanitas, electæ Virgines, propter sponsi fidem, ad illudendum impijs hominibus traditæ, corporibus inuiolatæ perdurarunt, in eo scilicet, cuius gratia id perferebant, impiorum conatus, ab earum carne irritos arguente, & integra eorum corpora custodiente.* Sine dubio de hac persecutione intelligit. S. Basilius. exemplum præ- S. Basilius de persecutione Diocletiani. E clarum subditur in illis Actis Theophilæ nobilissimæ Virginis, a probro, diuino quodā & admirabili modo, liberatæ, cuius, cum à lictoribus traheretur, hæc præclara feruntur verba, cum manus, & oculos in cęlum tollens, & miserabiliter aspiciēs, *Mi Iesu,* inquit, *meus amor, mea lux, meus spiritus, meus custos castitatis, & vitæ. vide eam, quæ est tibi desponsa. vide o sponse in quem nulla cadit reprehensio, & festina; quoniam non est tēpus quidem precandi, ne pactum conuentum fallam, ne prodas me bestijs, ne lupi tuam pecudem lanient. serua sponse, sponsam, meam conserua castitatem, fons castitatis, ut tuū quoque nomen, nunc quoque maxime glorificetur, quod intelligēter glorificatur ab Angelis.* Præclara Virginis oratio. Hæc illa quidem orauit cum lachrymis, effectum autem Deus reddidit. Introducta Vir-

go in prostibulum, prolato de sinu Codice Euangeliorum, lectioni se dedit. qui vero primus ex intemperantioribus ad eam ingredi ausus est, tremore agitatus procumbit mortuus. qui post aliquot horas ingreditur secundus, nimio splendore obcæcatus, fores, quibus exiret, quærebat, quod æque pluribus accidit, nullis egredientibus. quod mirati alij plures, non iam Virginem quærentes, ingrediuntur, sed quid factum esset explorantes, vident admirabilia & terribilia, Virginem quidem sedentem & libro incumbentē, prope uero iuuenem admirabili splendore & fulgore collucentem, ac metu, cum pene obriguissent, exclamant: QVIS EST SICVT CHRISTIANORVM DEVS. nec spectaculum ferentes, inde se proripiunt, omnes quidem obliti libidinis, nonnulli etiam impietate abiurata. quibus auditis, Maximianus rem magicis adscribit artificijs. At iuuenis (idest Angelus Domini) puellæ assistens, prostibulo eductam ad vestibulum Ecclesiæ cum pace dimittit. Congregati ad nocturnas, de more preces Christiani, eam cum gaudio excipiunt, &, auditis quæ circa illam admirabilia patrarat Dominus, gratias illi ingentes cum lacrymis agunt. Ex ijsdem Actis, in quibus deinceps describuntur vincula & cruciatus Dorothei, Mardonij, Mygdonij, Indis, & aliorum plurium, qui apud Imperatorem in magna alioqui gratia, & honore erant. denique commemoratur Martyrium plurimorum illorum, qui, cum in Christi Natali ad Dominicum frequentes de more, conuenissent, mandantibus Impp. ianuas Ecclesiæ claudi, ligna & ignem circumcirca parari, tripodemque cum ture pro foribus statui, clamante præcone, vt qui incendium vellent fugere, foras exirent, & Ioui tus adolerent, vna omnium hæc vox audita est, pro Christo se mori malle, quam Dijs sacrificare, incendio consumpti sunt, & eo die nasci meruerunt in cœlis, quo Christus in terra pro mundi salute nasci dignatus est. hæc breuiter ex ijsdem Actis, quæ eadem in Martyrol. Rom. 25. Decembr. habentur, quæ, & alia plura intacta relinquens Eusebius, ab anno sequenti, quo edictum de diruendis Ecclesijs, promulgatum est, historiam prosequitur.

Margin: Diuina protectio Virginis per Angelum.

Christi Annus	*Marcel. Pap.*	*Diocl. et Max. Imp.*	*Cōstātio Chloro, et Galerio Maximiano Cęsarib. 4.ᵐ Coss.*
302.	6.	19.	

DIOCLETIANI ET MAXIMIANI.

Persecutio omnium sæuissima quam decimam vocant.

ANno 19. Diocletiani Imp. sub Passionis Domini celebritate, indicitur ab Impp. vt vbique terrarum Ecclesiæ deturbentur: Christianorum scripturæ igni absumantur: honores adepti cum ignominia, de gradu deponantur: priuatis libertas adimatur: denique vt Ecclesiarum Præsides in uincula conijciantur, & omnes omnibus tormentis adhibitis, ad immolandum Idolis compellantur. Euseb. lib. 8.[a] Quæ vero initio eius libri habet, de statu Christianæ Reipubl. de pace Ecclesiæ, de beneuolentia Impp. erga Christianos: de corrupta Ecclesiastica disciplina, & mutuis dissidijs inter se, non modo popularium, sed & Præsidum Ecclesiarum, quasi in ipsos Christianos persecutionis refundens causam, mendacij arguuntur ex Actis MM. SS. CC. eius temporis, tum Romæ, tum in Gallis, & ex ipsius Constantini Edicto, quod ipsemet Euseb. citat in eius uita,[b] in quo habetur, Christianos iustos pronunciatos ab Appolline, eosque sibi impedimento fuisse, ne vera ederet oracula & miracula, ac statim Impp. instituisse in eos atrocissimam persecutionem, *cum puer admodum essem*, ait Constantinus. Non igitur primum anno 19. sui Imperij sæuire cæpit in Christianos Diocletianus, quo anno Constantinus agebat 28. ætatis annum, qui ut idem testatur Eusebius in eius Vita.[c] imperare cæpit anno ætatis 32. sed nec leue quidem extat vestigium discordiarum inter Episcopos, quas iactat, inter eos intercessisse. Quod vero naufragia quorūdam in fide, ob persecutionem, se omissurum affirmat, in eo, non tam alieno, quam suo pudori consuluisse visus est. Si quidem illi in Conuentu Tyrio Potamon Heracleæ in Ægypto Episcopus, Cōfessor item in ea persecutione, in qua, ob fidei confessionem, oculo excæcatus est, exprobrauit, quod excidisset a fide vt a carcere liberaretur, ut est apud Epiphanium

Margin: a Cap. 3. — b lib. 2. c. 49. & 50. — c lib. 1. c. 1. & lib. 4. c. 53

A hæresi 68. Quo ad Edictum de sacris codicibus concremandis, hoc anno Diocletiani 19. factum, præter Eusebium, testificationem quoque S. Augustini habemus, de baptismo contra Donatistas, lib. 7. c. 2. Meminit quoque Arnobius [a] agens aduersus gentes de eiusmodi Gentilium rabiæ in exurendis Christianorum codicibus, & demolitione Ecclesiarum. *Nostra quidem*, inquit, *scripta, cur ignibus meruerunt dari? cur immaniter conuenticula dirui? in quibus summus oratur Deus, pax cunctis, & venia postulatur, magistratibus, exercitibus, Regibus &c.* ex quibus apparet Arnobium scribere cœpisse post editam de comburendis libris Imperatoriam iussionem, qui lib. 1. numerans annos Christi, *Trecenti*, inquit, *sunt anni ferme minus, vel plus aliquid, ex quo cœpimus esse Christiani, & terrarum in orbe censeri.* Quod item spectat ad imperatam Christianorum librorum incensionem; ab eodem Arnobio traditur [b] fuisse nonnullorum Gentilium sententiam: non tantum (quod factum est) vt Christianorum

B Codices igni subijcerentur, sed & illos omnes, licet a Gentilibus scriptos, quibus Gentilitia superstitio videretur posse conuelli, ac præsertim quos Cicero de Natura Deorum vel de Diuinatione conscripsit, esse pariter abolendos, in quos inuehitur, sic dicẽs. *Ante omnes Tullius Romani disertissimus generis, nullam veritus impietatis inuidiam, ingenue, constanter & libere, quid super tali opinatione sentiret, pietate cum maiore monstrauit: a quo si res sumere iudicij veritate conscriptas, non verborum luculentias pergeretis, perorata esset hæc causa, nec secundas, (vt dicitur) actiones nobis ab infantibus postularet. Sed quid aucupia verborum, splendoremque sermonis peti ab hoc dicam, cum sciam esse non paucos, qui auersentur, & fugiant libros de hoc eius, nec in aurem velint admittere lectionem, opinionum suarum præsumpta vincentem? cumque alios audiam mussitare indignanter, & dicere; Oportere statui per Senatum; aboleantur ut hæc scri-*

C *pta, quibus Christiana religio comprobetur, & vetustatis opprimatur auctoritas? Quinimo si fiditis, exploratum vos dicere quidquam de dijs vestris: erroris conuincite Ciceronem temeraria & impia dictare, refellitote, redarguite, reprobate: nam intercipere scripta, & publicatam velle submergere lectionem; non est Deos defendere, sed veritatis testificationem timere.* hęc in eos Arnobius. Ex Edicto de demoliendis Ecclesijs, promulgato vna die nempe Passionis Domini, ait Theodoretus, [c] vel ipsis diebus Paschalibus, vt Euseb. in chronico ex composito omnes Ecclesię demolitę sunt.

Promulgato item Decreto de libris comburendis, ad eos tradendos Christiani vbique vrgebantur, & additis tormentis, crudeliter cogebantur, qui ergo atrocitate pœ-

D narum perterriti, quos apud se habebant codices traderent, Traditores vocati. quorum ingens fuit numerus: Sed prope infinitus illorum, qui mortem potius, per acerbissima tormenta, elegerunt, quã libros prodere. quorum omnium memoriam, vna die, nempe secunda Ianuarij Rom. Ecclesia celebrat, hoc pręconio. Romę commemoratio plurimorum sanctorum martyrum, qui spreto Diocletiani Imp. edicto, quo tradi sacri codices iubebantur, potius corpora carnificibus, quam sancta dare cauibus maluerunt. In qua tanta atrocitate persecutionis multi ad Barbaros confugientes, licet captiui, benigne tamẽ habiti sunt, & ritus Christianos libere passi exercere, vt est in Edicto Constantini pro Christianis apud Euseb. in eius vita, [d] De Christianorum in perferendis tormentis alacritate, Seuerus [e] hęc habet. *Hac tempestate omnis fere sacro martyrũ cruo-*

E *re orbis infectus est: quippe certatim gloriosa in certamine ruebatur; multoque auidius tum martyria gloriosis mortibus quærebantur, quam nunc Episcopatus ambitionibus appetuntur. Nullis unquam magis bellis mundus exhaustus est, neque maiore unquã triũpho uicimus, quam cum decem annorum stragibus uinci non potuimus.* quorum plurimorum mandatæ literis præclarę extant eius temporis martyrum passiones. Quod vero spectat ad ingentem Christianorum numerum hac persecutione occisorum, si ex ijs qui vno mense, decem & septem millia cæsa sunt, (vt est in libro de Rom. Pont. in Marcello Papa) totius decem annorum temporis licet deducere rationem, in immensum excrescet martyrum numerus. His igitur de hac persecutione præmissis, quid in primis Eusebius, de rebus in Oriente singulis annis gestis, conscribat, hic ordine temporum breuiter intexemus. Exordium [f] is sumens à Nicomedia, Imperatoria tum sede, cum ibi Diocletianus, & Galerius Maximianus adessent, refert de insigni in primis viro,

a lib. 4. in fine.
b Lib. 3.
c Lib. 5. c. 5.
d Li. 2. c. 51. & 52.
e lib. 2.
f lib. 5. c. 8.

ro, & diuina caritate incenso, cuius nomen non proditur, qui statim vt appensa sunt impia Edicta palam ea abstraxit, & dilacerauit. Ex quo statim correptus, & acerbissimis excruciatus tormentis, primus omnium illius temporis martyr gloriosus constanter occubuit. Inde progressus Eusebius [a] ad eos qui ex Palatio clarissimi, & apud Imp. alioqui gratiosissimi, martyria pro fide subierunt, vnius, Petri nomine, commemorat atrocia supplicia, qui inuicto animo toto corpore flagellis laceratus, aceto & sale perfusus, in craticula lento igne torrefactus, in tormentis animam efflauit. quo modo Dorotheus, Gorgonius, & alij plures ex Impp. familia, post varia certaminum genera diuinæ victoriæ præmia reportarunt. Per idem tempus Antimus Nicomediẽsis Episcopus, propter Christi testimonium, obtruncatur. Cui ingens martyrum turba adiuncta fuit Cũ enim per eos fere dies Regia Nicomediensis conflagrasset, Christianis in suspicionem vocatis, aceruatim alij gladio trucidati, alij flammis combusti, alij in mare demersi sunt. quos pie tumulatos Impp. audierunt rursum effodiendos & in mare proijciendos sanxerunt; ne, vt eorum ferebat opinio, in sepulcris conditos, Deos esse reputantes, diuina veneratione prosequerentur. Ex quo cõfirmatur antiquus ritus uenerationis SS. reliquiarum. Atque hæc fere Euseb. de initio persecutionis. Non longe post, inquit idẽ, cum in Melitina regione, & rursus in Syria aliqui Imperio insidias molirentur, edicto Impp. omnes Ecclesiarum Præsides, ea de re suspecti in carceres conijciuntur, tanto numero vt carceres, qui homicidis, sepulchrorum effossoribus, & alijs criminosis parati fuerant, tunc Episcopis, presbyteris, Diaconis, Lectoribus, & Exorcistis, sic replerẽtur, vt maleficis locus non esset. Huc usque ex Eusebio, qui res Nicomedienses leuiter attingens, plura digna memoria prætermisit, quæ ex Actis Martyrum nobis delibanda sunt. In illis igitur, ad ea quæ de incensa cum Christianis Ecclesia, in die Natali Domini, superiori anno relata sunt, hæc subduntur, quod cum Maximianus quodam die cum populo & exercitu accederet ad sacrificandum Cereri, miles quidam, nomine Zeno, ex edito loco inclamauit, arguens Imp. quod lapidibus sacrificaret, à rebus creatis reuocans eum ad Deum creatorem omnium pie colendum; cuius Maximianus ora contũdi, & maxillas confringi, ac mox caput amputari iussit. Antimus Episcopus Nicomediẽsis ex latebris, litteris per Diaconum missis, athletas Christi carceribus inclusos ad constantiam hortabatur, qui Diaconus cum litteris interceptus, & a Maximiano de eo qui mitteret, & ubi esset, interrogatus, libere professus est, eum Episcopũ esse, ubi uero esset, se nullo modo editurum: cuius linguæ libertatem non ferens Imp. eam amputari, & mox eum lapidibus obrui mandat; & qui in carcere detinebantur, viros illustres morte condemnat, Dorotheum quidem, iubens capite truncari, Mardonium vero viuũ cremari, Mygdonium in fossam proiectum obrui; Gorgonium vero Indum, & Petrum, molaribus lapidibus ad collum appensis in mare proijci, in quo diuersa sunt Acta ab Eusebio, qui Petrum in tormentis mortuum affirmat. Quomodo autem eorundem SS. MM. corpora, in mare demersa, a piscatoribus ad litus retracta, Domna, adhuc sub virili habitu, sepulturæ mãdarit, quomodo insuper delata quod Martyres sepultura donasset, ab eodem Galerio Maximiano occidi iussa, inuentaq; ad sepulturam Martyrum orans, capite truncata sit, eadem Acta fusius narrant. quibus velut egregium corollarium de Euthymij martyrio, qui doctrinis, & monitis multos prius Christo martyres, cum obtulisset, post multos, & diros cruciatus, ense truncatus est. huc vsque Acta Nicomediensia. De Antimo Episcopo, præter latebras, & pastorale munus in scribendis ad suos litteris, nihil Eusebius, obtruncatum mortem obijsse; Nicephorus [b] autem, ex Actis, quæ tunc extitisse credibile est, summatim hæc de admirabili eius agone collegit. *Diuinus*, inquit, *Antimus primum quidem crudelissimè cæditur, sudibus igne candentibus talos perforatur, super fractis testũ reponitur, baculis conuerberatur, crepidas areas ignitas induitur, fidiculis, alijs tormentorum* instrumentis excruciatur, facibus aduritur & ad extremum securi percutitur.

At de his, quæ in eadem Prouincia Bithynia, in qua Nicomedia sita est agebantur, qui tunc aderat, & ea peruidebat, Lactantius [c] grauissimus testis accedat, qui ait. *Vidi ego, inquit, in Bithynia Presidem gaudio mirabiliter elatum, tamquam Barbaram gentem aliquam subiecisset, quod vnus, qui per biennium magna virtute restiterat, po*

stremo

[a] Lib. 8. c. 6.
[b] lib. 7. c. 6.
[c] li. 5. c. 11.

A *stremo cedere visus est. Contendunt igitur, vt vincant, & exquisitos dolores corporibus immittunt, & nihil aliud euitant, quam vt ne torti moriantur.* hæc Lactantius de portentosa Præsidum sæuitia; vt planè ex his appareat, quod non superent humanum captum & fidem, quæ passim reperiuntur in Actis Martyrum exhibita in eos adeo horrenda tormenta.

Per hoc tempus duo scripsere Nicomediæ violentos, & venenatos libros in Christianam religionem: vnus Philosophus, alter e numero Iudicum, vt est apud Lactantium.[a] (qui tum ibi oratoriam docebat) quos idem describit, & exagitat. Ille porro philosophus fuisse creditur Porphyrius ex Iudæo Christianus, post Apostata ad Gentilismum delapsus, (ex Hieronymo in epist. ad Galatas[b]) qui quidem tres prius libros, de quibus Lactantius meminit, in Bithynia edidit, quibus alios postea, vsque ad numerum decimum quintum, addidit. B Et Hieronymus quidem eos in Sicilia elucubrasse scripsit, propterea quod Roma a Plotino in Siciliam discedens diu apud Lilybæum permansisse affirmat.[c]

a lib. 5. c. 4.

b In Præfat. lib. 1.

c In V. Plotini.

Hic vero Hierocles, contra quem præclaros Eusebius edidit Commentarios: is fortè fuit qui Præfecturam Augustalem Alexandriæ exercuit, & in Actis Ædesij martyris in Ægypto passi, Iudex iniquissimus nominatur. *Ii ergo*, inquit Lactantius[d] *de quibus dixi, cum præsente me, ac dolente, sacrilegas suas litteras explicassent: & illorum superba impietate stimulatus, & veritatis ipsius conscientia, vt ego arbitror, suscepi hoc munus, vt omnibus ingenij mei viribus accusatores iustitiæ refutarem: non vt contra eos scriberem, qui paucis verbis obteri poterant; sed vt omnes qui vbique idem operis efficiunt, aut effecerunt, vno simul impetu profligarem.* Hæc Lactantius, de ratione sui instituti, in conscribendis diuinarum institutionum libris; quos tamen post sub Constantino edidit, illi dicatos. C Porphyrij porro infames illos contra Christianam religionem libros, Methodius Episcopus Tyri, Eusebius, & Apollinaris proprijs Commentarijs refutarunt: licet sparsim, tum, S. Hieronym. tum etiam, S. Augustinus, Cyrillus, & alij, passim, cum se offerret occasio, refellere non prætermiserint.

d lib. 5. ca. 4.

Lactantij cōsilium in libris suarum Institutionum. Porphyrium qui confutarint.

Interim dum Imperatores, Præfecti, & Iudices omni genere machinationum, & tormētorum, in Christianos desæuiunt, & philosophi libris Christianam religionem proscindunt; ecce Deus Ethnicum hominem excitat Arnobium, qui pro veritate scribat, nondum sacramentis initiatus, nondum cathecumenus. De quo sic Hieronymus *Arnobius in Africa Rhetor clarus habetur; qui cum in ciuitate Siccæ ad declamādum iuuenes erudiret, & adhuc Ethnicus, ad credulitatem somnijs compelleretur; neque ab Episcopis impetraret fidem, quam semper impugnauerat; elucubrauit aduersus pri-* D *stinam religionem luculentissimos libros: & tandem quibusdam obsidibus pietatis fœdus impetrauit.* Hæc Hieronymus.[e] Quod vero, (inquit idem Epistola ad Paulinum 13.) *Opus illud, vt inter fideles admitteretur, quasi fidei suæ vadem, festinus absoluit: hinc planè est, quod in eo, visus est inæqualis, & nimius, & absque operis sui partitione confusus.*

e In addi. ad Chro. Euse.

De propagata religione Christiana sic ille libro primo. *Nonne vel hæc saltem, fidem vobis faciunt, argumenta credendi, quod iam per omnes terras, in tam breui tempore, & paruo, immensi nominis huius sacramenta diffusa sunt? quod nulla iam natio est tam barbari moris, & mansuetudinem nesciens, quæ non eius amore versa mollinerit asperitatem suam, & in placidos sensus assumpta tranquillitate, migrauerit? quod tam magnis ingenijs præditi Oratores, Grammatici, Rhetores, Consulti iuris, ac Medici,* E *Philosophiæ etiam secreta rimantes, magisteria hæc expetunt, spretis quibus ante fidebant? quod ex dominis esse serui, cruciatibus affici omnibus statuerint, malint solui coniuges matrimonijs, exhæredari à parentibus liberi, quam fidem rumpere Christianam, & salutaris militiæ sacramenta deponere? quod cum genera pœnarum tanta sint à vobis proposita religionis huius sequentibus leges, augeatur res magis, & contra omnes minas atque interdicta formidinum, animosius populo obnitatur, & ad credendi studium prohibitionis ipsius stimulis excitetur? An nunquid hæc fieri passim, & inaniter creditis, fortuitis incursibus assumi has mentes? ita ne istud non diuinum & sacrum est; aut sine Deo, tantas animorum fieri conuersiones, vt cum carnificis vnci, alijq; innu-*

De late propagata Christiana religione.

meri cruciatus, (quemadmodum diximus) impendeant credituris, velut à quadam dulcedine atque nectare ebrij cuncta contemnant? ò ingratum & impium sæculum &c. hæc Arnobius, & alia plura in Gentiles. A

Ex his paucis, quæ Nicomediæ gesta recensentur crudelia, & immania, colligi possunt, quæ per vniuersum orbem terrarum in Christianos patrata sint. Non enim fuit prouincia, non Ciuitas, opidum, vicus, prædium, hortus, angulus Rom. Orbis, in quo atrox carnificina, per plures annos, non sit grassata, in Ecclesiasticos, in Laicos, in priuatos, & publicum munus gerentes, in viros, in mulieres, in seruos, in liberos, in adultos, in pueros, incredibili cum martyrum constantia, & alacritate. Legatur Eusebius libro 8. funesti huius spectaculi alicubi spectator, & testis oculatus, & Acta SS. MM. eius temporis apud Sur 2. Iunij 11. Maij, 24. Octobris, & alia. Eusebius quidem, post enarrata quæ Nicomediæ gesta sunt. Cum inquit, *aliud edictum, statim, post primum illud insequeretur, in quo præcipiebatur de ijs qui tenebantur in carcere, vt qui immolare vellent, abire in libertatem permitterentur: qui inficias irent infinitis tormentis diuexarētur: multitudo Martyrum, qui denuo in singulis prouincijs, occumbebant, a nemine dinumerari potest, & eorum maxime, qui in Africa, in gente Maurorum, in Thebaide, in Aegypto denique martyrio defuncti sunt. Ex Aegypto autem in alias vrbes & prouincias progressi, martyrij coronis erāt insigniter decorati, &c.* ac de ijs quidem qui Tyri passi sunt *quibus quidem rebus*, inquit, *dum gerebantur, ipsi interfuimus, diuinamq; potētiam Saluatoris nostri, ipsiusq; Iesu Christi, cui illi in cruciatu præclarum testimoniū perhibebant, id temporis præsto martyribus opem tulisse, & euidenter se ipsam eis ostendisse, animaduertimus. Nam belluæ illæ rapaces, longo temporis spatio, neque sanctorū corpora attrectare, neque ad ea prope accedere audebant, sed in infideles, qui extra repagula, alius, aliunde, incitatione quadam eas in martyres instigarunt, impetu ferebantur. Et quamquam sancti Dei athletæ nudi consistebant in medio, manibusque eas prouocabant, & in se pertrahere conabantur (hoc enim ut agerent, illis erat imperatum) illos tamen solos non solum non omnino attigerunt, verum interdum dum in eas irruebant, tanquam diuiniore quadam ui ac virtute fuerunt repulsæ, & retro denuo, quam mox resilierunt, quod cum diu fieri cerneretur, non exiguam infidelibus spectantibus excitauit admirationem, usque adeo, ut prima bestia frustra incursante, secundam & tertiam in vnum eundemque martyrem dimitterent, &c.* Et post nonnulla, *Atque isti Martyres*, inquit, *admiratione quidem digni fuerunt: sed illi præ ceteris, videbantur egregie admirabiles: qui quamuis diuitijs, nobilitate, gloria, eloquentia, & philosophiæ cognitione illustres essent: hæc omnia tamen pro vera pietate & fide in saluatorem, & D. N. Iesum Christum pro nihilo ducerent.* Talem comemorat Philoromum præclarum Alexandriæ Magistratum gerentem, talem Philæam Thmuitensis Ecclesiæ Episcopum pro Christi fide obtruncatos. de quo Philæa Hieronymus. *Elegantissimum*, inquit, *librum de Martyrum laude composuit; & disputatione Actorum habita aduersus Iudicem, qui cum sacrificare cogebat, pro Christo capite truncatur &c.* Vtriusque natalis dies celebratur 4. die Februarij. B C D

De Martyribus Palæstinæ celebrat nominatim Eusebius, primum Procopium, post Alphæum & Zachæum, illius memoria recolitur 8. Iulij, horum 17. Decembris. inde Romanum nomine, genere Palæstinum, Ecclesiæ Cæsariensis Diaconum, qui Antiochiæ forte cum ad Idola properantes videret, & eos magna voce redarguisset comprehensus, post dira tormenta, linguæ abscissionem, diutinum carcerem, tandem strangulatus est. cuius anniuersaria memoria recolitur 18. Nouembr. Martyrol. Rom. aliquid de eo diuersum habet ab Eusebio. E

Ab Orientalibus martyribus transeamus ad Occidentales, & eos maxime qui Romæ passi sunt. Hoc anno collocandus videtur Marcellini Papæ lapsus quo fertur Dijs tus adoleuisse (si quis tamē fuit, nam multa sunt, quæ magnam dubitationem ingerant) de quo feruntur Acta quædam sed valde deprauata, ut & de eius, per Concilium facta cōdemnatione, sequenti anno, sub Cōsulatu Diocletiani octauo, & Maximiani septimo, de quibus Actis ibi paulo latius agetur.

Marcellinus Presbiter Rom. Ecclesiæ, vna cū Petro Exorcista, his temporibus illu-

A stre subijt martyrium, quod admirādis, & plane egregijs quibusdam signis a Deo fuit illustratum. extant Acta [a] ipsorum, quæ reddita pace Ecclesiæ, ab ipso carnifice nomine Dorotheo (qui eos, securi percussit) Damasus tūc Lector, accepit, is postea sub S. Iulio Pontifice publicam egit pœnitentiam, & omni populo indicans quæ vidisset, baptizatus est in senectute bona. Inter alios Romanos nomine celebres martyres, enituerunt Maximus Presbyter, atque Sisinnius Diaconus, gloria confessionis, & virtute miraculorum illustres, qui, inter alios, Falconium Pinianum, eiusq; coniugem Lucinam, ad Christi fidem perduxerunt, qui ambo omnibus Christianis fuere semper auxilium tutumque perfugium. Lucina certe omnibus propemodum Actis Martyrum, sub hac persecutione, magnopere commendatur. De alijs quoque Romanis Martyribus, extāt Acta, apud Sur. [b] Quibus autem exagitatę sint cladibus Ecclesiæ Galliarum, atque Hi B spaniarum, nemo, puto, pro dignitate assequi aliquando poterit oratione, rerum siquidem immensitas, omnem superat hyperbolem.

[a] Apud. Sur. 3. Iun.

[b] 3. Maij. 11. Maij 29. Iul. 18. Aug.

Cum peruenisset Imperatorum Edictum in Africam de libris conburendis, primus vexillum confessionis aduersus execrandam impietatem erexit Felix Episcopus Thibarēsis, cuius Acta [c] & quidē legitima extāt, nisi quod in Cōsulib. videtur deprauata. Hic cū duobus Presbyteris, duobus item Lectoribus, in Africa & Sicilia diu in vinculis maceratus, cum prodere sacros libros recusasset, Venusiæ in Apulia, gladio tandem cæsus est. Sæuiente hac persecutione in Ecclesiam Africanam, sub Proconsule Anulino, qui eam prouinciam plurimis annis, etiam post sub Constantino, administrauit, quam plurimi coronati sunt martyrio, quorum memoria excidit. Prædicatur vero mirifice, inter alios insignes martyres Crispina clarissima femina, quæ Thebaste in Numidia, sub eodem Proconsule passa est. cuius frequenter meminit S. Augustinus [d] cu- C ius natali, dies quinta Decembr. dicata est. Cui subijciuntur Thaguræ in Numidia passi, Iulius, Potamia, Crispinus, Felix, & alij septem. Sed & Marciana Virgo in Cæsarea Mauritaniæ mirifice commendatur, vitæ constantia & castitate. cuius memoria 9. Ian. recolitur. quam ad Coronam sequuti sunt, 22. Iunij, Timotheus, Polius, & Eutychius Diaconi. At Carthagine, inter alios insignes martyres, Coronata est martyrio Candida Virgo, 20. Octobr. sed horum & aliorum plurimorum, magno sane detrimēto, Acta exciderunt.

[c] Apud Sur. 24. Octobr.

[d] De Virgin. c. 44. In Ps. 120, & 137. De verb. Dom. Ser. 53 & de diuers. Ser. 39. c. 2.

Vigebat in Africa his temporibus consuetudo, quam in alijs quoque prouincijs seruatam credimus, vt quamuis ingens esset Martyrum numerus, ingrauescente persecutione, non tamen, absque delectu, omnes qui passi essent, in Ecclesiasticas martyrum tabulas inferrentur, neque passim cunctis deferretur honor atque cultus, probatis tan D tum martyribus debitus. sub cuius enim Ecclesia aliquis martyrio uita functus esset, Episcopus rem gestam ad Primatem eius prouinciæ perferebat. ille vero rursum totius Africæ Primatem, nempe Carthaginensem Episcopum de ijsdem quæ gesta essent magna diligentia admonebat. qui, re accuratius considerata, & cum alijs quoque cōmunicato consilio, decernebat, cuinam Martyrum cultus deberet impendi, cuive denegandus esset. Est de his plane exemplum Mensurij Episcopi Carthaginensis (apud Augustinum) [e] rescribentis ad Secūdum Primatem Numidiæ, qui illos interdixit honore martyrij, qui non diuini spiritus impulsu, sed temeritate quadam, nulla a persecutore facta interrogatione, se sacros habere libros, quos non essent daturi, profitereutur. Eodem pertinet, quod est apud Optatum, [f] de Lucilla Hispana, potentissima femina. *Cū Lucilla*, inquit, *correptionē Archidiaconi Cæciliani ferre non posset, quæ inter* E *spirituale cibū & potū* (.i. ante Eucharistiam) *os nescio cuius martyris, si tamē martyris, libare dicebatur. & cū præponeret Calici salutari os nescio cuius hominis mortui, etsi martyris, sed nondum uindicati* (.i. nondum legitima auctoritate probati) *correpta, cum confusione irata discessit. Irascenti, & dolenti, ne disciplina succumberet, occurrit subito persecutionis enata tempestas.* Hæc Optatus

[e] In Breuic. Collat. diei 3. cap. 13.

[f] lib. 1. cōtra Parmen.

In hac tanta persecutione, Ecclesia Africana, præ omnibus Ecclesijs, sensit iacturā, quæ, nullo unquam remedio, posterioribus redimi valuit temporibus, non quidem cæde martyrum, (nam id quidem lucrum fuerat existimandum) sed quod complures Episcopi impio parentes Edicto, sacros codices, cum tradidissent, una simul conspirantes,

aduer-

aduersus pios, quos calumnijs oppresserant, schisma immortale conflarunt. hæc fere ex Optato, loco citato. A

Christi Annus 303. *Marcel. Pap.* 7. *Diocl. & Max. Impp.* 20. *Dioclet. 8.m & Max. 7.m Coss.*

CYrthæ in Numidia conuenientes Episcopi, vt ibi in locum defuncti, Episcopum ordinarent, cognouerunt pariter causam eorum, qui sacros Codices tradidissent. Fragmentum eiusdem Synodi extat apud Augustinum. a Eadem Acta Cyrthensia summatim complexa recitantur ab Optato Mileuitano. b Quamuis autem multi cesserint impio Edicto, non defuit tamen in quam plurimis fidelibus Christianæ constantiæ vigor, qua, ne traderent sacros Codices, ne ue sacros conuentus pretermitterent, pœnis subijci sæpius, ac denique morte multari fortiter pertulerunt, vt declarant Acta Proconsularia apud Sur. c Sed a Donatista homine concise collecta, & cum multis corruptelis & fraudibus edita, qui & appendicem attexuit falsam & improbam in Ecclesiam Catholicam, & in Mensurium Episcopum Carthaginensem, & in Cæcilianũ eius Diaconum, tanquam in traditores, & Martyrum necatores. Legenda igitur sunt cum antidoto apud auctorem Annalium. Hi librorum sacrorum proditores, simul fœdere iuncti, nullo tanti criminis dolore percussi, nec conscientię stimulis repressi, se innocentissimos professi sunt, & Confessorum gloriam iactanter vsurparunt, illud immane facinus addentes, vt innocentes Episcopos, ipsumque primę Sedis Antistitem; Mensurium Carthaginensem traditionis labe conspergerent, & Cæcilianum eius successorem eadem quoque labe fædarent. Verum quod superat omne nefas, quod nec maiores eorum ausi sunt excogitare, eosdem fuisse carnifices necatoresque martyrum, eosque fame mori coegisse impudentissime & sceleratissime diffamarunt, & quasi hoc parum esset, vniuersam Catholicam Ecclesiam, quod horum communicatione pollutam esse iactarent, iurato in eam bello, sunt in perpetuum auersati. Hæc est origo & incrementum Schismaticorum, qui a superueniente Donato, qui scelus auxit, propagauit, & Schisma conflauit, nomen adepti sunt, vt Donatistæ dicerentur, quorum causa Africana ecclesia tot cladibus fuit multis sęculis, in pœnam exagitata, ac a Vuandalis primũ, post ab Arabibus est penitus deuastata. Quod ad Cæcilianum attinet, Episcopum Carthaginensem tertio a Cypriano (cuius integritas sæpe iudicijs Ecclesiasticis, omnium Episcoporum sententia, est comprobata) sciendum est, ipsos Donatistas, qui vsque ad Augustini tempora vixerunt, cum tam sæpe, in pluribus Episcoporum conuentibus ac ipsis sęcularibus iudicijs fuerint prosecuti in eum accusationes, nunquam tamen vel in nouissima illa publica collatione, de qua sæpius apud Augustinum mentio, maxime in Breuiculo, illud in eum obiecisse, quod fame coëgerit mori in carcere Christianos Martyres (quod tamen impudenter confinxit auctor appendicis) sed illud tantummodo, quod nec probari potuit, vetuisse inferri victum illis qui detinebantur in carcere. Quod quidem etiam si verum fuisset, potuit bono studio fieri, nõ quidem in Martyres, sed in nebulones illos & parasitos, quorum Mensurius in suis litteris meminit, qui acquirere pecuniam studerent, & in custodia delicijs perfrui, de obsequio Christianorum.

a Cõtra Cresc. lib. 3. cap. 26 & 27.
b Cõtra Parmen. lib. 1.
c 11. Febr.

Ex Actis illis Martyrum, cęlum ipsum pugnasse pro sanctis scripturis ne comburerentur, habetur. Cum enim eas sacrilegus magistratus in ignem inijceret, subito imber, sereno cœlo, diffunditur, ignis scripturis sanctis admotus extinguitur, grandines adhibentur, omnisq; ipsa regio, pro scripturis dominicis, elementis furentibus, deuastatur. Hoc contigit in Alutinensi Colonia Africæ: in qua, in domo priuata, Dominicum celebrantes, quamplurimi deprehensi, illustrem confessionem edidere, accerbissimis subiecti tormentis: qui recensentur in Actis apud Surium, 11. Februarij.

Ex ijsdem actis habetur, ipsa flagrante persecutione, deturbatis Ecclesiis, tam solicitos fuisse Christianos ad celebrandas Collectas, seu Dominicum, (idest ipsum Sacrosanctum sacrificium incruentum) vt coram Proconsule professi sint, potius mori para-

A tos, quam eo carere. Quod ipsum in Orientali Ecclesia a fidelibus factitatum, probant acta Sanctæ Anysiæ, apud Surium 30. Decembris. Ex quibus colligitur etiam vulgatum fuisse edictum vt cuilibet volenti, liceret impune Christianum occidere.

Eusebius de martyribus huius anni Palestinis, (quem ipse persecutionis secundum appellat) refert de Timotheo Gazensi, infinitis prope tormentis exantlatis, ad extremum in rogum lentius exardescentem impositum, ingentem patientiam in omni cruciatus genere ostentasse: & de Agapij & Theclæ admirabili constantia qui ex sententia iudicis bestijs traditi sunt deuorandi: Cum autem, inquit, fama percrebruisset Christianos ad bestias damnatos in certamen esse tradendos, Gentiles quidem ea expectatione gestiebant, Christiani autem sex iuuenes, præ ingenti desiderio martyrij, manibus ligatis, Iudici intrepide se offerunt: ex quo tum Præses, tum alij, in repentinam B sunt admirationem traducti, qui vna cum alijs duobus vna die Cæsareæ sunt obtruncati.

Sinuessanæ Synodi Acta in causa Marcellini examinatur.

Sub his Consulibus, signata habentur Acta Synodi Sinuessanæ, trecentorum Episcoporum, in causa lapsus & turificationis Marcellini Papæ, de quo proximo anno attigimus, eaque corruptissima; quæ quidem Acta, parum videntur habere verisimilitudinis, aut auctoritatis, præter eam quam adfert antiquitas; & per plura sæcula recepta narratio, absque contradictione, plura sunt tamen quæ illis auctoritatem abrogare videntur; primum quidem, quod cum Donatistæ Schismatici infensi Romanis Pontificibus, omnia calumniose perquirerent, atque adeo studiose aduersus eos confingerent, permirum ac pene incredibile videatur, si rem adeo testatam, in persona adeo notabili, & in medio Vrbis, & coram Imperatore, & in templo Idolorum gestam ignorarint; sed eos ignorasse, & ipsum Augustinum, ex ipsius verbis constat. Is igitur de vnico ba- C ptismo cõtra Petilianũ c. 16. sic ait: *Quid ergo iam opus est, vt Episcoporum Romanæ Ecclesiæ, quos incredibilibus calumnijs insectatus est, obiecta ab eo crimina diluamus? Marcellinus & Presbyteri eius, Melchiades, & Marcellus, & Syluester, traditionis Codicum diuinorum & turificationis ab eo crimine arguuntur, sed nunquid ideo etiam conuincuntur? aut conuicti, aliqua documentorum firmitate monstrantur? ipse sceleratos & sacrilegos fuisse dicit; ego innocentes fuisse respondeo, quid laborem probare defensionem meam, cum ille nec tenuiter probare conatus sit accusationem suam?* & inferiùs. *An vero quod de foro Aptungensium factum fuerat, ab istis accusaretur, & quod in Capitolio Romanorum factum fuerat, taceretur?*

Deinde vero quod si in tanto Concilio trecentorum Episcoporum tunc habito, Marcellini lapsus probatus esset, quonam pacto res, tot tantisque testibus patefacta, nullo, D vt ait Augustinus, testificationis genere, nec a Petiliano, nec ab alijs schismaticis est asserta? Tertio, quod cum obijcerent Catholici Schismaticis, Cyrthésem Synodum, vrgente persecutione, habitam, si Sinuessana trecentorum Episcoporum habita fuisset, nõ necesse erat perquirere argumenta ad probandum contra negantes, Synodos, per id tẽpus persecutionis, haberi potuisse.

Quarto, quod non videatur verisimile, flagrante vbique incendio persecutionis, trecentos Episcopos conuenire potuisse, quanti vix sub Constantino, in Nicæno Concilio, coiuerint.

Quinto, quod nulla prorsus de Crypta Synuessana, Cleopatrensi dicta, vsquam mentio, vel leuis memoria reperitur, nec probabile sit trecentos Episcopos ad vnam Cryptam potuisse cõuenire.

E Sexto, quod Actorum fides vacillat, dum Auctor asserit, hoc anno Impp. expeditionem aduersus Persas comparasse, quos tamen liquet ante biennium superatos, & Diocletianus hoc anno, vt asserit Euseb. Nicomediæ Imper. deposuerit.

Probabile igitur est, illa Acta ab aliquo Donatista fuisse commenta; & quidem, post tempora Diui Augustini fuisse vulgata, qui tamẽ sic crimen turificationis, & damnationem Marcellini confinxerint, vt amplissimæ Pontificiæ dignitatis habendam duxerit rationem. (tanta est etiam apud hostes vis veritatis) vtpote, qui non nisi a Concilio trecentorum Episcoporum, totoque Romanæ Ecclesiæ Presbyterio, tãtũ iudicium pergi dignum existimauit, nec minori numero, quam septuaginta duorum testium, cri-

men debuisse probari. Rursum etiam nec alterius cuiusquam, quàm sui ipsius sententia, Marcellinum, vt summum Pontificem, putarit iure potuisse damnari, nec rem tantam aliter, vel fingi potuisse crediderit. A

Nec propter has tamen rationes, quibus suas posse adhiberi oppositas videmus, minus verisimiles fortasse, sed veriores, tanta approbatione antiquitatis ad nos delata Acta illa omnino abijcere, vt plane falsa, cogitamus, quæ & communi omnium consensione apparet postea fuisse credita, atque in antiquis tabulis Ecclesiasticis fuisse recepta, & absque controuersia retenta: adeo, vt ab eis haud facile esse recedendum existimemus. Quantumuis vero lapsus eius vere probaretur, nullum præiudicium generaretur Catholicæ veritati, quæ Deo nititur. *Quid enim* inquit Tertullianus,[a] *si Episcopus, si Diaconus, si Vidua, si Virgo, si Doctor, si etiam Martyr lapsus a regula fuerit, ideo hæreses veritatem obtinuere? Ex personis probamus fidem, an ex fide personas?* Et S. Augustinus [b] contra Petilianum. Non sane parua est, inquit, parumque gloriosa consolatio cuiusque nostrum, si ab inimicis Ecclesiæ, cum ipsa Ecclesia criminamur. Eius tamē defensio non eorum hominum defensione consistit, quos isti nominatim falsis criminationibus appetunt. Prorsus quales fuerint Marcellinus, Marcellus, Syluester, Melchiades, Mensurius, Cæcilianus atque alij, quibus obijciunt, pro sua dissensione, quod volunt, nihil præiudicat Ecclesiæ Catholicæ toto terrarum orbe diffusæ: nullo modo eorum innocentia coronamur, nullo modo eorum iniquitate damnamur, &c. B

a De Præscript.

b De vnico bapt. contra Petil. c.16.

Sub his Impp. innumerabiles passi sunt Martyres, quorum memoria intercidit, plurium quoque extat memoria in Martyrologio, sed quo anno Martyrium subierint non constat. Euplij tamen, Catanæ passi, extant Acta fidelia, notata his Consulibus.

C

Christi Annus	*Marcel. Pap.*	*Const. & Galerij Impp.*	*Dioclet. 9.m* / *Maxim. 8.m* *Coss.*
304.	8.	1.	

Impp. spōte abdicant.

Diocletianus & Maximianus abdicant se Imperio, & vitam priuatam amplectuntur, ille quidem Nicomediæ, hic vero Mediolani. de tempore conueniunt Zosimus, & auctor Panegyrici, Maximiano & Constantino dicti, & Euseb. in Chron. De causa variant scriptores: Ethnici fere, satietati cuidam quasi gloriæ, tribuunt; Christiani vero ægritudini cuidam, & desperationi, quod Christianum nomen se extinguere non posse viderent, atque adeo diuinæ vltioni, quod affirmat Constantinus ipse, in oratione ad sanctorum cœtum, cap. 25. apud Eusebium lib. 8. c. 25. Acta item germana SS. Menæ & sociorum Martyrum. Quantumuis de Christiano nomine deleto, inania trophæa per orbem erexissent. Extat Cluniæ in Hispania in nobili Columna, huiusmodi inscriptio. *Diocletianus Iouius, Maximianus Herculeus Cæss. Augg. amplificato per Orientem & Occidentem Imp. Rom. & nomine Christianorum deleto, qui Remp. euertebant.* & rursus Ibidem altera. *Diocletian. Cæs. Aug. Galerio in Oriente adoptato, superstitione Christi vbique deleta, cultu Deorum propagato.* & alibi aliæ. At contra accidit, vt re Christiana magis efflorescente, ipsorum Acta, viginti annorum pene omnia perierint, deperditis historijs, de eorū rebus gestis, idque iustissime, quod in sacros Christianorum codices adeo sæuierint. D

Succedunt, Diocletiano quidem in Oriente, Maximianus Galerius: Maximiano vero in Occidente, Constantius Chlorus, de cuius humanitate, pietate, & aliarum virtutum præstantia, multa prædicat Euseb. & inter cætera lib. de Vita Constan. primo, ait eum solum ad contrariam alijs, Impp. viam, & eorum institutis longe dissimilem, diuertisse, eorum condemnasse errorē (quo scilicet plures Deos colerent & superstitioso cultui inhærerent,) ipsum solum Deum, omnium rerum administratorem toto vitę spatio, obseruantia veneratum esse, eumque conseruatorem, & custodem regni omnisque boni largitorem comperisse, qua forte ratione, ait idem Euseb. [c] duobus tantum annis hāc persecutionem vexasse oras Occidentales, Italiam, Siciliam, Galliam, Hispaniam, Mauritaniam & Africam, non quod omnino imperante Constantio, cessarit persecutio, sed E

c lib. 8. c. 25.

A quod paulo remissior fuerit. De eo hoc præclarum commentum refert Euseb.[a] in vita Constantini. Cum Christiani vbique etiam atque adeo maxime Palatini pœnis subijcerentur, Constantius ad explorandam quorumque fidem, coactis in vnum omnibus, liberam dat optionem, vt vel sacrificantes eundem locum retinerent, vel recusantes abirent; qui abire elegerunt potius, quam fidem abijcere, eos, vt sibi quoque fideles futuros, apud se retinuit, alijs abiectis, qui in Deum fidem abiecerant, quos nec sibi fidos fore putauit. a lib. 1. c. 10

His ferme diebus, quibus Impp. abdicarunt, Marcellinus Romanæ Ecclesiæ Pontifex, vna cum Claudio, Cyrino, & Antonino. 6. kal. Maij. Martyrio coronantur, obtruncatione capitis, Martyrolog. Sedes vacat dies 25. succedit Marcellus ex presbytero Romano.

B

Marcellus Papa.

His eisdem Consulibus Soteris Virgo Romana, nobilissima, & pulcherrima, Martyrio coronatur, 4. Non. Febr. de qua S. Ambrosius hæc, in exhortatione ad Virgines, inter cætera. *Vt audiuit hanc vocem* (qua alapis cædi præcipiebatur) *Vultum aperuit, soli inuelata, atque intacta Martyrio, & volens iniuriæ occurrit, vultum offerens, vt ibi martyrij fieret sacrificium, vbi solet esse tentamentum pudoris: gaudebat enim dispendio pulchritudinis, periculum integritatis auferri &c. & de Virginitate ad Sororem lib. 3. Qui enim fieri posset vt S. Soteris, tibi non esset mentis auctor, cum auctor est generis, quæ persecutionis ætate seruilibus quoque contumelijs, ad fastigium passionis euecta,* C *etiam vultum ipsum, qui inter cruciatus totius corporis liber esse consueuit iniuriæ; & spectare potius tormenta, quam perpeti, carnifici dedit; tam fortis & patiens, vt cum teneras pœnis offerret genas, prius carnifex cædendo deficeret, quam martyr iniuriæ cederet: non vultum inflexit, non ora conuertit, non gemitum, non lacrymam dedit: denique cum cetera pœnarum genera vicisset, gladium, quem quærebat, inuenit.* Soteris Virgo Martyriũ

Eodem pene vltimo persecutionis tempore, nam certus annus non constat, Agnes Virgo Romana, duodecim annorum, insigne Romæ edidit Martyrium, scriptorum prope omnium scriptis celebratum. Ambrosij, Prudentij, aliorum. Post Agnetem Emerentiana collactanea, adhuc Cathecumena, ad illius orans sepulchrum, a Gentilibus lapidibus obruitur. Agnes Virgo Martyr.

Maximianus Galerius Augusti nomine sumpto, tertio anno ab vltima persecutione, aliam atrociorem, & magis generalem pro sua feritate & infensissimo in Christianos D animo indicit. Euseb.[b] Lycius adolescens 20. annorũ, nobilitate & eruditione insignis, captata fuga ex patria, ad Christianos, Cæsaream confugit, vbi breui tempore egregie institutus, fidenti animo Vrbanum Præsidem sacrificantem, manu præhensum cohibet, & a sacrificando deterret, quare innumeris & acerbissimis subiectus tormentis, ad extremum semianimis in mare proijcitur, sed ingenti coorta tẽpestate & terræmotu, corpus ad portam Ciuitatis eijcitur, magna omnium admiratione, ipso die Parasceues. Euseb.[c] b lib. 8. c. 14. & 15.

Ijsdem fere diebus Tyri, Vlpianus adolescens, egregium certamen pro fide sustinuit; & Aphiani frater Ædesius, non longo post tempore, varijs toleratis supplicijs, Alexandriæ demum Martyrio coronatur cap. 15. Hactenus Euseb. de rebus gestis hoc anno 3. E persecutionis. c lib. 8. c. 14.

His ipsis Consulibus, consignata habentur Acta Proconsularia SS. MM. Agapes[d] Chioniæ, & Irenes, pura atque syncera, quæ Thessalonicæ incendio sunt consummatæ. plures quoque alij Martyrium ibidem subiere, sub hac persecutione, quorum dies & anni passionis incerti: Sed inter omnes celeberrimus fuit Demetrius, ex Proconsule, Christianus & Martyr, cuius Acta extant. Sed infinitum est, persequi omnes in Oriente Martyres sub Galerio Maximiano, cuius feritatem vitantes plurimi per syluas & nemora profugi, diu vitam egerunt, vt parentes S. Basilij, de quibus Greg. Nazianz. & ipse Basilius. d Apud Metaphr. 1. Apr.

Ponticorum Martyrum supplicia, auditu horrenda, attigit Euseb. lib. 8. cap. 24. A
Quæ in Cappadocia contigerunt luculenter descripsit S. Basilius Episcopus Cęsariensis, in oratione in Gordium Martyrem, Centurionem Cæsariensem. Idem Barlahæ Martyrium prosequens, dexteram eius, cui, quasi altari, ignem, & tus imposuerant, vt ignis vi prunas excutiens, tus in altare quasi sacrificans, excuteret, concelebrat, qđ potius eam igne comburi passus sit, quam vt sacrificare videri potuisset.

Nouum Edictum in Christianos promulgatũ: Vt, qui Deos colere detrectarẽt, haberentur infames, nulloque legum adminiculo iuuarentur vel fulcirentur aduersus insurgentes in se calumniatores, auxilio. quod perinde erat, ac exponere Christianos omnium impune iniurijs, qua lege, Iulitta Christiana, cum aduersus auarum hominem, suo prædio inhiantem, Iudicem adijsset, illo obijciente, quod Christiana esset, & illa confirmante, causa cecidit, & præterea igni adiudicata, libens & gaudens in rogum insilijt, in quo emissa purissima anima, corpus nulla in parte, ab igne læsum, honorificè cõditũ est, fonte ibi, diuino miraculo scaturiẽte, Basilius oratione in sanctam Iulittam. B

Christiani omnium iniurijs impune expositi.

In eadem persecutione Dorothea, virgo Cæsariensis, Martyrio affecta est, cui ad supplicium cum duceretur, Theophilus quidam aduocatus Præsidis irridens, cum dixisset. Eia tu sponsa Christi, mitte mihi de paradiso sponsi tui mala, aut rosas; qua annuẽte, & in loco supplicij orante, comparuit puer in orario ferens tria mala, & tres rosas, cui illa, obsecro te vt feras ea Theophilo, & dicas ei, ecce quod a me petijsti: & illa quidem percussa gladio perrexit ad Christum; Theophilus vero viso miraculo, exclamãs, vere Deus Christus est; in Confessione fidei, post atrocia tormenta, gladio cæditur. Acta apud Sur. 6. Febr.

Dorothea Virgo et Martyris.

Christi Annus 305. *Marcelli Pap.* 2. *Constantij & Galerij Impp.* 2. *Constantio & Galerio* 5.[m] *Coss.* C

QVantumuis Constantius Occidenti imperaret, quia tamen longe in Britannia aberat, res Italiæ ex Galerij Maximiani sententia regi potius videbantur, Timotheo Proconsule diram sanctorum carnificinam in Campania exercente, qui, inter alios, Ianuarium, Beneuentanum Episcopum, Sosium Misenatis Ecclesiæ, & Proculum Puteolanæ, Diaconos, Eutychetem & Acutium, laicos homines, post dira supplicia, gladio percussit. Acta. Porro S. Ianuarij corpus Neapolim post multo translatum, magna, ob ingentem & frequentem miraculorum operationem, veneratione colitur. Viget ibi insigne illud & perenne miraculum, sanguinis eiusdem Martyris, qui in vitrea ampulla asseruatur. Is enim alioqui concretus, atque durus, cum primum ad caput Martyris admouetur, quasi fontem, vnde manauit agnoscẽs, protinus liquefit, fluit & ebullit, maxima omnium admiratione. D

Quartus hic annus indictæ persecutionis, Diocletiani & Maximiani appellatæ, etiã postquam se Imperio abdicarant, multos habet Martyres in Prouincijs Orientis, notatos in Martyrologio, præter plurimos, quorum memoria excidit, celeberrimus vero Agapius fuit, qui, sæpius repetito certamine, Victor, ad extremum in mare demergitur Euseb.[a] sed insignior Tarsensis carnificina innotuit, ob ingẽtem auaritiam Simplicij Proconsulis, qui Sanctorum corpora & reliquias, non in ventum spargi, aut in mare iactari præcipiebat, vt alij, sed pretio distrahebat, quà occasione ex Italia quoque & Africa, empturi reliquias Martyrum, mercatores pietatis properabant, quo tempore ab Aglaide, nobili femina, Christiana, Roma legatus est Bonifacius Procurator ipsius, idemque pariter Christianus, cum quo turpem stupri consetudinem habuerat, sed iam resipuerat; eo consilio, vt per Martyres, quos redimeret, ac digna sepultura donaret, a Deo patratorum scelerum veniam facilius impetraret; sed opportune accidit, vt ipso eius aduentu, viginti martyres pro Christi nomine in Theatro certarent, quorum exẽplo constantiæ incitatus, & martyrij desiderio inflammatus, prosilit in Theatrum, sacra corpora Martyrum prensat, amplectitur, osculatur, prædicat; & vt hostis publicus, statim apprehenditur, rapitur, trahitur, excruciatur, & demum gladio cæditur. Eum E

a lib. 8. c. 16.

Corpora Martyriũ ab auaro Præside pretio distrahuntur.

A comites redimunt solum,& hilares Romam referunt,vbi ab Aglaide cupidissime susci pitur,& in cœmeterio,via Latina, cõditur,& post,pace reddita Ecclesię,in Auentino, insigni memoria extructa,in eam transfertur.

Viginti illi Martyres,ab Africanis Mercatoribus empti,& in Africam delati, Hippone Regio,honorificentissima sunt memoria collocati, quæ & eorundem Martyrum miraculis est pariter illustrata,quorum vnum,quod tum acciderat, recitat Aug. libro. de Ciuit. Dei. [a]

a lib. 22. c. 8.

Alij quoque plures Tarsi,in eadem persecutione,sunt Martyrio coronati,in quibus Pelagia Virgo,in candentis ærei bouis ventrẽ inclusa,igne supposito, extincta est. Cyrenia item & Iuliana,& admirabilis illa Iulitta,cum Quirico infantulo trienni, cuius Acta quædam sunt improbata a Gelasio; alia extant apud Metaphr. & Suriũ 16. Iunij prob ata,& alia etiam apud aliquos M.S.probatiora.

B In eadem quoque Prouincia Ciliciæ,eadem persecutione,passi sunt Theonas & Socij,Sozo quoque,cuius extant Acta,& quidem fidelia.

In finitimis item Prouincijs,plurimi passi,habentur in tabulis Ecclesiasticis,pręter eos, quorum non extat memoria.

Hoc item anno quarto persecutionis,cum frequens esset lapsorum numerus,ac ijdẽ pœnitentes admissi sceleris (vt olim tempore Cypriani) vt confestim in Ecclesiam reciperentur, vrgerent, non est visum Patribus, omnes sine vllo discrimine recipere,ne nimia indulgentia,Ecclesiastica disciplina solueretur,quare Petrus Alexãdrinus diuersos lapsorum casus considerans,diuersa adhibens,pro conditione cuiusq; medicamenta vulneribus,Canones aliquot scripsit,qui ab Orientalibus Patribus cogniti, vsu recepti, atque probati, extant apud Balsamonem in nono Canone,& tomo 7. Bi-

Lapsi nõ omnes æque recipiebãtur.

C bliothecæ Sanctorum Patrum.

In Occidente quoque laborarunt Episcopi de retinenda Ecclesiastica disciplina, circa lapsorum in Ecclesia admissionem; cuius causa Eliberinum seu Eliberitanum in Bœtica, Hispaniæ prouincia, celebratum est Concilium, in quo plures nobiles Confessores conuenere, in quibus magnus Osius Confessor, Cordubensis Episcopus, & Valerius Cæsaraugustanus. Plures in eo Canones sanciti austeriores,quam reliquę Ecclesiæ vsus obtinuit,quo factum est fortasse, vt nulla, sicut de alijs, eius synodi nominatim ab antiquioribus mentio habeatur, atque sic prope antiquata remanserit. sed cum quæ ab eis magna aliqua,nobis minus cognita causa,durius statuta sunt,excusen-

Eliberinum Concilium.

D tur ab Innocentio Rom. Pont. Epist. ad Exuperium (Concilij tamen Eliberini tacito nomine) nemo præsumere debet accusare. Is enim, cap. 2. ad quæstionem huiusmodi respondens. *Quid de ijs obseruare oporteat; qui, post baptismum, omni tempore, incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo vitæ suæ, pœnitentiam simul & reconciliationem communicationis, exposcunt? De his obseruatio prior, durior, posterior, interueniente misericordia inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, vt concederetur pœnitentia, sed communio negaretur.* (quod est in illo Eliberino Concilio) *Nam cum illis temporibus crebræ persecutiones essent; ne, communionis concessa facilitas, homines de reconciliatione securos,non reuocaret à lapsu; negata merito communio est, concessa pœnitentia,ne totum penitus negaretur, & duriorem esse remissionem fecit temporis ratio. sed posiquam Dominus noster pacem Ecclesiis suis reddidit, iam depulso terrore, com-*

Moderatio antiquioris austerioris disciplinæ p Innocẽtium Pap.

E *munionem dari obeuntibus placuit, & propter Domini misericordiam, quasi viaticum profecturis, & ne Nouatiani hæretici negantis veniam, asperitatem, & duritiam subsequi videantur, tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio, vt homines huiusmodi vel supremis suis, permittente Saluatore nostro, à perpetuo exitio vindicentur.* Hactenus Innocentius.

A

Christi Annus	*Marcelli Pap.*	*Constant. & Gal. Impp.*	*Constantio & Galerio 6.*[m] *Coss.*
306.	3.	3.	

ANno quinto persecutionis, ipso die Domini Resurrectionis, Cæsareæ in Palæstina, Theodosia Virgo Tyrensis, fidelis & modesta, non adhuc decem & octo annos nata ad Tribunal accedens, Martyres salutatura, seq; eorum precibus, cum ad Dominum venissent, commendatura, comprehensa, hilari vultu, varia cruciamenta perpessa, in mare abijci iubetur Euseb.[a]

a lib. 8. c. 17.

Plures alij diuersis supplicijs ibidem consumpti, plures, pedibus, ignito ferro, debilitatis, ad metalla damnati. Pamphilus omni virtute præstantissimus, multis cruciatibus vexatus, in carcerem dimittitur. B

Vrbanus Præses, post innumera feritatis suæ in sanctos Martyres edita facinora, diuina eum vltione prosequente, Maximiani Galerij, cui impense in Christianorum carnificina gratificari studuerat, sententia, morti addicitur. Euseb. cap. 17.

Reddita pace Ecclesiæ, abdicatione Maximiani, & successione Constantij (Euseb. 8. cap. 25.) Carthaginem conuenientes Episcopi, in locum Mensurij ordinant Cæcilianum Diaconum, Episcopum Carthaginensem.

Schisma aduersus eum conflatur, ab hoc triplici genere hominum: ab ambientibus illum Episcopatum, spe sua frustratis; à Presbyteris, qui commendatum sibi à Mensurio aurum & argentum, Ecclesiæ reddere recusabant; & à Lucilla factiosa & pecuniosa femina, illi infensissima, quod ab eo Diacono, admoneri ob Ecclesiasticam disciplinam, ferre non potuit. Hi igitur cum Numidiæ accitis Episcopis Carthagine conuenientes, vitio factum Cælicianum pronunciant, & damnant, & Maiorinum quendam Lucillæ domesticum, ipsa suffragante, ordinant Episcopum. Hi ordinatores, de numero Traditorum, iam ante in Concilio Cirthensi crimina confessi, indulgentiam sibi inuicem tribuerant, & crimen traditorum, per summum nefas. in Cæcilianum & ordinatores eius, atque adeo in omnes ipsi communicantes contulerunt. Optatus[b] & Augusṫ.[c] C

b lib. contra Parmen.
c lib. 1 c. 3. contra Parmē. & in Breuic. coll. 3. c. 14.

Hoc illud est immane schisma Donatistarum, dictum a Donato, à Casis nigris sic dicto, primo auctore, de quo August. in Breuiculo collat. diei tertiæ, cap. 12. *Vbi* inquit, *Etiam Donatus a Casis nigris, in præsenti conuictus est, adhuc Cæciliano Diacono, schisma fecisse Carthagine, de Carthaginis enim Schismate, exorta est aduersus Ecclesiam catholicam pars Donati, quamuis ab eo denominari refugiebant, vt à Melchiade Papa damnati,* (vt est in Breuic. collat. diei tertiæ, cap. 18. & 20.) Sed potius à Donato Episcopo Carthagin. successore Maiorini *qui pollens eloquentia, schisma auxit & propagauit.* Aug. de hær. cap. 69. D

Galerius Maximianus duos Cæsares creat, Maximinum atque Seuerum, & Orienti præficit. Eutropius.

Constantius Imperator in Britannia Eboraci, Constantino filio, natu maiore, ex Helena, qui, extremo illo tempore, opportune insidias Galerij Maximiani fugiens, aduenerat, successore relicto Imperij, moritur, Oct. Kal. Aug. Imperij anno 16. Hierony. in Chron. Victor. Euseb. in hist. & in vita.[d]

d lib. 1. c. 11.

E

Constantini Imp. Ann. I.

COnstãtinus trecẽtesimo sexto Christi Redemptoris nostri anno, Olympiadis ducẽtesimæ septuagesimæ primę, anno primo, Cõstãtio atque Galerio Augg. sextũ, Consulibus, hæres ex Testamento relictus, id decernẽte diuino numine, ac totius exercitus suffragantibus votis, Imperator Augustus acclamatus, paternum accipit Imperium, annum ætatis agens circiter trigesimũ primũ. Euseb. in hist.[e] & in vita[f] Gallicanus in Panegyr. 4. Constantini. Tripart. lib. 7. cap. vltimo ex Socr. Titulo tamen Au-

e lib. 8. c. 26.
f lib. 1. c. 16. & 17.

A gusti abstinet, vsque ad Nuptias Faustæ Maximiani Herculij filiæ, Cæsaris appellatione contentus, Panegyr. 1.

Paternum genus ducebat à Claudio iuniore Imperatore; & si altius repetas, à Vespasiano, vnde Flauiæ gentis cognomen & insignia est consecutus. Trebell. in Claud.

Maternum, non paris claritudinis, à Britannico Regulo, cuius Helenam filiam, hospitatus forte apud eum aliquando Constantius, accepit in vxorem, & ex ea genuit filium Constantinum; quam postea coactus est à Maximiano repudiare, vt Theodoram filiam eius acciperet, in successionem Imperij. atque hoc quidem probabilius videtur; (quidquid dixerint alij, & maximè Zosimus, Christianis & Constantino infensissimus) nam de repudio constat ex Eutropio lib. 9. & Victore in Diocletiano, quod quidem iustæ vxoris, non concubinæ dici solet, præterquam quod de eximia continentia B Constantij prædicat Panegyrici, & de alia eius vxore nulla mentio, natum porro Constantinum in Britannia, Gallicanus Orator disertè affirmat. — *Helena vxor Cõstantij nõ concubina.*

Britannicis rebus Romam perlatis, & noui Imperatoris imagine de more exhibita, Maxentius, vt Maximiani Herculij gener. (ex nummo, haud pridem inuento) non filius, vt Zosimus putauit atque Eutropius, Constantio in Imperio post habitus, Prætorianis militibus fauentibus, inuadit Imperium 7. Kal. Octob. Zosimus lib. 2. & Victor in Maximiano, & alij. — *Maxẽtius inuadit Imp.*

Maxentius ad stabiliendum sibi Imperiũ, Christianos, quos in Constantinum propensos suspicaretur, sibi conciliare studens, eorum religionem se suscepturum simulat, & beneficijs deuincire studet. Euseb. lib. 8. cap. 16.

Idem Africanis iratus, quod suis partibus minimè fauerent, in eos sæuijt, & post C indulgentiam dedit, quo nomine etiam Christianis est libertas restituta, vt ait Optatus [a] Aug. [b] Euseb. [c] Zosimus. [d]

a lib. 1. cõt. Parmen. b In breuic. d. 3. c. 18. c lib. 8. c. 25. d lib. 2.

Schisma Meletianum.

Meletius Episcopus in Ægypto, à Petro Alexandrino Episcopo, multis conuictus criminibus, & in primis, quod Idolis sacrificasset, in Synodo depositus, non se purgare studens, Schisma fecit, adeo, vt illius sectatores etiam nunc pro Christianis, Meletiani vocitentur, sic Athan. in apolog. 2. cui potius fides adhibenda quam Epiphanio, qui falsa hac de re historia deceptus, multo aliter prodidit de Meletio. Acta etiam S. Petri, cum Athan. consentiunt, item Socrates. [e] D

e 1. cap. 3.

Christi Annus	*Marcelli Pap.*	*Constantini Imp.*	*Constantino & Maximiano nouies Coss.*
307.	4.	2.	

Sexto anno Persecutionis Orientalis Ecclesia exagitatur; alijs plurimis, sinistro pede debilitato, dextro oculo effosso, ad metalla damnatis; alijs, post dira tormenta, necatis, in quibus insignes recensentur ab Eusebio, [f] Virgo quædam Gazensis, Valentina Virgo Cæsariensis, & Paulus. — *f lib. 8. c. 18.*

Remissa persecutione, qua causa nescitur, & reuocatis qui ad metalla damnati fuerant; mox, de improuiso, Maximini Cæsaris edictis recrudescit, tanta cum immanitate, vt in ipsa sanctorum cadauera sæuierint, & insepulta, feris prædam permiserint, atque ipsosmet gentiles, humanitatis tantum causa, puderet & tæderet, sed & ipsa terra, prodigioso quodam modo exhorruisse videtur, cum sereno & sudo cœlo, columnæ ipsæ publicorum operum guttatim fluxerint, fora & plateæ, humore maduerint, omnibus stupentibus, & quasi terræ & lapidum lacrymas, de tanta hominum feritate, agnoscentibus. — E — *Remissa persecutio, recrudescit.*

De plurimis post dira tormenta necatis à dirissimo Præside Palestinæ Firmiliano, quatuor nominantur eximij Martyres, Antonius Presbyter, Zebinas, Germanus, & Ennathas Virgo. Eusebius. [g] — *g lib. 8. c. 18. & 19.*

a c.27. Idem porro Euseb. eodem lib. [a] nequitiam & turpitudinem Maximini in Oriente & Maxentij Romæ imperantium describens, illiusq; stupra, & Virginum raptus commemorans, meminit de Virgine quadam Christiana, quæ quanquam alijs rebus, vt opibus, generis splendore, & exquisita doctrina insignis fuit, tamen ista omnia præ pudicitiæ posthabuit, quam cum insano amore deperiret Maximinus, nec tamen ad obsequendum suæ cupiditati, mori potius paratam, inducere posset, illam fuga dilapsam, multatam omnibus facultatibus spoliauit. A

De Virgine, quæ Catherina illa insignis putari potest.

Hanc virginem fuisse celeberrimam illam Catharinam, seu Caterinam, aut Æcaterinam vt veteres codices habent, multa sunt quæ persuadent. quam cum Rufinus lib.8.cap.7. Dorotheam vocet, fieri potest vt Æcaterinæ nomen, ab Hecate fortè deriuatum, cum adhuc gentilis esset, haberet, quod postea Christiana facta in Dorotheam mutarit, sed priore fuerit magis nota. nec vero mirum, si reliqua, quæ de ea celebrantur in Ecclesia prætermiserit Euseb. vt sibi ignota, qui & ipsius nomen ignorauit, potuit enim post ex fuga retrahi, & tunc reliqua omnia contingere, quæ à Metaphraste fusius quàm fidelius prodita ex antiquis monumentis extant apud Sur. 25. Nou. nec vero deroget historiæ veritati, quod de tanta eius sapientia fertur, nam simile quiddam refert Socrates [b] de Hypatia, sub Theodosio iuniore, Et illud verisimile, per Gétiles Philosophos, quibus abundabat Alexandria, tentasse tam doctam virginem, à Christiana fide abducere. B

b lib.7.c.15.

Sub eodem Maximino, sed annus ignoratur, Mennas, ex Ægypti Præfecto Augustali, quod Christianus esset, Martyrio coronatur; quem, cum Hermogenes eius successor, atrociter laceratum, in sequenti die, diuina ope sanum & integrum aspiceret, suscepta Christi Religione cum alijs militibus, cum eodem Menna, a Maximino obtruncatur; de quibus ne verbum quidem Euseb. sed extant hæc & alia in actis, non omnino quidem synceris, ex Metaphr. apud Sur. 10. Decembr. & in Menologio. C

Seuerus Cæsar, a Galerio Maximiano in Maxentium immissus, Rauennæ interficitur, vt Eutrop. & Hier. in Chron. an in itinere Romam pergens, suasu Maximiani Herculij, Maxentij insidijs circumuentus? vt Zosimus lib.2.

Maximianus Herculius, Diocletianum, Carnuti oppido Celtico, solicitat ad resumẽdum Imperium, turbas prætendens, sed reijcitur. Zosim. lib. 2.

Constantinus Cæsar in Gallijs iam regnans, ingenti militum & Prouincialium fauore, cædit Francos, & Alemannos, captis eorum Regibus, quos etiam bestijs, cum magnificum spectaculum muneris parasset, obiecit. Eutrop. Nazar. panegyr. 3. Constantini, Euseb. in Vita. [c]

c lib.1.c.19

Crispus Constantini F. ex Mineruina vxore.

Constantinus Adolescens Mineruinam vxorem susceperat, ex qua Crispum genuerat, ut colligitur ex Panegyrico habito in Nuptijs Faustæ; verius, quam quod Victor & Zosimus tradunt, cõcubinam fuisse, Sed hoc anno accepit Faustam Maximiani Herculij, ex Eutropia Vxore, filiam, & simul nomen Aug. Panegyricus. D

Maximianus Herculius affectans Imperium, ob idque insidias Constantino strués, illisque, per Faustam filiam detectis, fugam capescens, insequente Constantino, Massiliæ inclusus, de salute desperans, laqueo sibi vitam eripit (Panegyr. 4.) an eripitur, à Constantino, vt auctor est Victor, an morbo extinguitur? ut scripsit Zosimus.

Victor certe natione Maurus, Maximiani iussu, ob Christi confessionem plectẽdus, ait ad Milites, dicite Imperatori Maximiano, hoc anno illum abiturum e vita, Acta apud Sur. 8. Maij. Inter Diuos a Maxentio relatum, temploque auctum, numisma demonstrat. E

Ex Panegyrico 5. Constantini, satis colligitur Constantinum, licèt sineret Christianos quiete agere, adhuc tamen Gentilitiæ superstitionis addictum, Dijs etiam sacrificasse; idem quoque ex nummorum inscriptionibus probatur.

Seuero Cæsare occiso, Galerius Maximianus Licinium e Dacia Oriũdum, vt in bello strenuum cognitum, Cæsarem creat, qui hoc ipso anno Valentem, qui in Oriente inuaserat Imperium debellatum occidit, Zosimus lib.2. Eutrop. lib. 10.

A

Christi Annus 308. *Marcell. Pap.* 5. *Constantini Imp.* 3. *Diocletiano decimum* & *Galerio Maximiano* 7.m *Coss.*

SEptimo persecutionis anno, egregij & præstantissimi Martyres recensentur, ab Eusebio [a] præter alios nonnullos, duodecim, passi cum Pamphilo Presbytero Cæsariẽsi, doctissimo & sanctissimo, sub Firmiliano efferatissimo Præside in Palæstina: qui diuino numine vlciscente, non longo post tempore, cum alijs eiusdem sceleris participibus, gladio finem viuendi fecit. a lib. 8. c. 20. & 21.

Pamphilus presbyter, pręter gloriam Martyrij, insignis est inter scriptores Ecclesiasticos, cuius extat Elogium apud Hieronymum in catalogo.

B Extant alij etiam Palæstini Martyres, in hac eadem persecutione passi, in tabulis Ecclesiasticis, de quibus apud Euseb. nulla mentio, Bibli, Aquilina duodecim annos nata 13. Iunij. extant Acta.

Fortunata virgo, Cęsareæ; Procopiusq; (diuersus ab eo de quo Eusebius b) cuius extant Acta, perpaucis emendatis, legitima, ante ætatem Iuliani conscripta, plane digna quæ legantur de quo & Nicephorus.c b lib. 8. c. 12. c lib. 7. c. 15.

Maxentius Romæ, extinctis Seuero Cæsare, & Alexandro in Africa res nouas moliente, firmato Imperio, simulationem Christianæ professionis retexit, blanditijs primo tentato Marcello Papa ad sacrificia Dæmoniorum, post vero eo detestante, ad equorum publicorum ministerium damnato. Extat Marcelli Epistola ad Maxentium hoc argumento, sed aliqua extrinsecus additamenta accepisse videtur, parum probata.

C De Maxentij grassatione in omnium facultates sic Panegyr. Mille & sexaginta annis contractas, ex toto orbe diuitias, monstrum illud, redemptis in ciuile latrocinium manibus, ingesserat, ad hoc aliena matrimonia, innocentium capita cum bonis passim donando, vsque ad mortem, deuotionis obstrinxerat &c.

Stephanus Laodicensis Episcopus, fidem deseruit in hac persecutione, alioqui Philosophiæ scientia insignis, illi successit Theodatus, doctrina & sanctitate morum celebris. Eusebius.d d lib. 7. c. vltimo.

Passi sunt Laodiceę in hac persecutione Trophinus & Tholus, sub Præfecto Asclepiade, & Artemon Presbyter, de quibus Martyrolog. Rom. 11. Mart. & 8. Octob.

Hoc anno item, qui numeratur tertius Maximini, Quirinus Episcopus Sciscianus in Illirico, gloriose pro Christo decertat, mola ad collum alligata, in flumen præcipita-D tus & supernatans, donec mergi, orans, impetrauit. Euseb. in Chron.

Eadem quoque persecutione in Illyrico, passus est Vrsicius, sub Aristide Præside, Spalati, Felix: Sirmij, Irenæus Episcopus, sub Præside Probo; Drizipare in eadem Prouincia, Alexander Martyr, miraculorum gloria post celeberrimus.

Eodem quoque tẽpore penes Græcos, Maximus, Quintilianus, & Dada Martyres. extant Acta, sed nonnihil deprauata. Insuper Theodorus, Oceanus, Ammianus, ac Iulianus, Charitinæ, Eusebius, Neon, Leontius, Longinus, & alij, quorum omnium memoria extat in Martyrolog. diuersis diebus.

Donatistæ per varias calumnias in Cæcilianum Episcopum Carthagin. allectis sibi Numidis & Mauritanis Episcopis, & ipsis impijs Traditoribus, colligunt Carthagine Concilium (mirum dictu) ducentorum Septuaginta Episcoporum. Aug. Epistola E 48. ad Vincẽtium, ex Tychonij Commentarijs, cuius tamen memoria Concilij, remansit apud ipsos penitus antiquata, quod qui se puros iactarent & alienos a proditoribus, tantam hanc multitudinem ex traditoribus conflatam negare non possent, eoque potius vtebantur Concilio, quod ante biennium septuaginta Episcopi in Cęcilianum celebrassent.

A

Christi Annus 309. *Marcell. Pap.* 6. *Constant. Imp.* 4. *Post Consulatum anni superioris, Maximiani & Dioclet.*

Quod fieri consueuit, cum aut noui creati non fuissent Consules, aut nomina, aliqua de causa abrasa, quod de Maxentio suspicari licet, propter eius Tyrannidẽ. quod tamen præter antiquum morem fuit, quo Consules, quantumuis criminosi, minime expũgebantur, vt asserit Tacit. Ann. lib. 3.

B

MArcellus Papa, vsus pace Ecclesiæ, quam simulatio Christianæ Religionis in Maxentio præbebat, ordinandæ Ecclesiæ, superiori persecutione perturbatæ, insistens, nouum Cœmeterium via solaria, & viginti quinque Titulos in vrbe constituit, quasi Diœceses ad Baptismum & pœnitentiam multorum, qui ad fidem veniebant, & ad sepulturas Martyrum. ex lib. de Rom. Pont. Quo innuitur impetrasse a Maxentio, vt corpora sanctorum Martyrum in Vrbe sepelirentur, quod iure Romano vetitum erat. Inter porro Episcopos, qui Viginti vnus ab eo creati ferũtur, (lib. de Rom. Pont.) vnus Emygdius fuit Episcopus Asculanus, qui sub hac persecutione Martyr. obijt. Non. Aug. Ereptus Marcellus a Clericis e stabulo, ad quod a Maxentio damnatus fuerat, rursum a Maxentio in illud retractus, amictus cilicio, moritur 17. Kal. Feb. cum sed ann. 5. m. vnum & d. 25. cessat Episcopatus dies 20. quinta Febr. creatur Eusebius Græcus.

Corpora Martyrũ in vrbe sepeliri cępta.

C

Eusebij Papæ. I.

EXtant Acta Marcelli apud Surium 16. Ianuarij, in nonnullis corrigenda, ut in Cõsulibus, & emissione illa Cyriaci Diaconi, cum Largo & Smaragdo à Diocletiano, ad Saporem Regem, ut eius filiam a Dæmone liberaret, & de Rege ipso Baptizato, quæ minus constare videntur.

Lucina Matrona proscriptionem subijt, quod bona sua donasset Ecclesiæ, quod vetitum Edicto Imperatoris erat, & Constantinus post abrogauit.[a]

a De Episc. & Cler. li. 4. c. Theod.

D

His planè temporibus, credibile est Romę accidisse quod Zosimus ait, incerto anno, de incenso fortunæ templo, cum concurrentibus ad restinguendum omnibus, & milite, (quem credibile est fuisse Christianum) contumeliosis quibusdam verbis in numen prolatis, ac propterea a plebe, religionis, causa, interempto, tanta militum seditio est concitata, ut parum abfuerit, quin ad internecionem vrbis progrederentur, nisi Maxẽtius eorum furorem, celerius mitigasset.

Seditio militum & populi.

Sophronia matrona Romana (sic enim uocatur a Rufino) Præfecti vxor, expetita ad stuprum a Maxẽtio, pro sua in omnes libidine, & a marito, præ metu, abduci permissa, dum se ornare velle simulat, ense transfigit, cadauere perductoribus relicto, quo facto palam fecit, solam Christianorum pudicitiam, nec pecunia expugnari, nec morte extingui posse.

Feminæ, pro amore Castitatis, se ipsas necant.

E

Simile quiddam, non una sed plures feminæ Christianæ, exemplum ediderunt; ne dispendium castitatis, ne in corpore quidem paterentur, mortem sibi consciscentes, vt Pelagia uirgo Antiochena, quæ se præcipitio, carnifici, & lenonibus eripuit: & mater ac sorores, quæ eadem de causa, in flumen se immerserunt, quas celebrat S. Ambrosius lib. 3. de Virginib. & S. Ioan. Chrisost. duabus Orationibus, apud Sur. 9. Iunij, & Acta S. Luciani Martyris, apud Sur. 7. Ianuarij, quas easdẽ commemorasse videtur Euseb.[b] sed paulo diuerse, quarum memoriam, cum Ecclesia, anniuersaria recolat celebritate, iam inde a tempore S. Ioan. Chrisost. credendum est, instinctu spiritus Santi, vt & Sampsonem, sibi mortem intulisse, legendus S. Aug. de Ciuit. Dei.[c]

b lib. 8. c. 24

c l b. 1. c. 21 & 26.

Octa-

A Octauus annus hic persecutionis, distractiones habet Confessorum, qui in metallis Palæstinæ, quadam cum libertate agentes, & Christianos ritus obseruantes, partim in Cyprum, alij in Libanum fuerunt relegati; ex quibus, quatuor præcipui, Peleus & Nilus Ægyptij Episcopi; tertius Presbyter, quartus Patermythius, pietate in omnes clarissimus, ad Magistrum militum amandati, in confessione perstantes, incendio traditi. sunt alij Confessores, ætate aut morbo, operibus inutiles, in separatum locum ad incolendum reiecti, præcipuo inter eos Siluano, Gazę Episcopo, qui a primo tempore persecutionis, ad extremum vsque, varijs certaminib. decursis nobilitatus, ad sigillũ quasi eius, postremus fuit reseruatus. Cum eo coniuncti erant ex Ægypto complures; inter quos Ioannes, luminibus orbatus, sed tanta vi memoriæ, vt sacras literas memoriter, quasi ex codice, cũ ingẽti stupore omniũ, & mei quidẽ ipsius, ait Euseb. recitaret, qui il- B lũ non semel audiui. De illis porro Confessoribus, in loco separato cõmorantibus, vno die, Quadraginta Maximini iussu, capite plectuntur. Ista sunt Martyria, octo annis in Palæstina patrata, & ab Eusebio [a] descripta, Reliquorum duorum annorum, noni & Decimi, diuersarum Prouinciarum Martyres, tantum generatim complexus est, exceptis paucis.

Io. quidã cæcus sed mea moria singularis.

a lib. 8. c. 22.

In Phrygia quidem vniuersa ciuitas, Populus cum Præfecto & Magistratibus, ob constantem Christi confessionem incendio consumpta. Adaucus, genere, apud Italos, clarus, Magister officiorum, & Quæstor Generalis, gloriosa pro Christo, Martyrij corona redimitus est. Eusebius b de duabus Virginibus sororibus Antiochenis, ætate, forma, moribus, præstantissimis, in mare demersis, commemorat. D. Ambrosius lib. 3. de Virgin. luculentissime describit Antiochenæ Virginis, in prostibulum perductæ, C piam contentionem cum milite, vt, per mutationem habitus, illa eriperetur; & post, certamen, cum vterque martyrium ambiret prior; quo, vterque potiti sunt. Simile quiddam habetur in Martyrolog. Romano 28. Aprilis, de Didymo & Theodora; extant Acta præclara apud Sur. 5. April. rursusq; alia de Antonina Virgine & Alexandro, apud eundem 4. Maij; sed & Palladius in Lausiacis cap. 53. Corinthi, persimile, memoratis exemplis, accidisse testatur.

Vniuersa ciuitas incendio consumpta, ob Christi fidem.

Præclara cõtẽtio in subeundo martyrio.

b 8. cap. 23. & 24.

At, præter hæc, Nicomediæ quoque contigit nobile facinus Euphrasiæ Virginis, quæ hac eadem Diocletiani persecutione, ad lupanar damnata, mira arte excogitata, & Virginitatem custodiuit, & Martyrium est assecuta, cum in conclaui cum improbo iuuene clausa, veneficam se profitens, & ingentem mercedem conseruatæ pudicitiæ pollicens, pharmacum scilicet, quo perunctus, ferro impenetrabilis esset, eiusq; periculum in se primum fieri eligens, à credulo iuuene, collum peruncta, obtruncatur. D Nicephor. c

c lib. 7. c. 13.

Passi itidem Antiochiæ, hac persecutione, habentur. Iulianus Basilissa, Antonius Presbyter, Anastasius atque alij complures, ordinis Ecclesiastici, quibus accessit Martionilla, cum Celso puero, septem fratres, & alij plures, quorum omnium memoria 9. Ianuarij celebratur.

Sed est & alia Basilissa, nouem annorum puella Nicomediæ, quæ cum sub Alexandro Præside, verbera, ignes, ac bestias superasset, Deum orans, Spiritum reddidit 3. Ianuar.

In Cœlesyria, plurimi passi habentur.

In Syria, Euphratesia, Sergius & Bacchus, clarissimi Martyres extiterunt, quorum supersunt Acta, sed in aliquibus emendanda.

E

Christi Annus	*Eusebij Papæ*	*Constantini Imp.*	*Post Consulatum Diocletiani, 2.°*
310.	2.	5.	

NOnus hic est annus persecutionis, quo S. Petrus Alexandrinus Episcopus, duodecimo suæ sedis anno, inter Episcopos eminentissimus, obtruncatione capitis, 25. Nouembris, Martyrio coronatur, cum eoq; alij complures Ægyptij Episcopi. Euseb. d Extant Acta eius Martyrij apud Surium, sed & alia manuscripta ab Anastasio

d lib. 7. c. vl. & 8. c. 25.

Biblio-

...ius ...natícus cum Meletio. Bibliothecario, latinitate donata, paulo vberiora, & magis syncera. Ab hoc Arius excommunicatus fuit ob Schisma cum Meletio non vero ob hæresim, quod habent Acta edita, (cum S. Athanasius orat. 1. contra Arianos dicat eum primo ab Alexandro Episcopo, noua intercedente hæresis causa, excommunicatum) post vero præbita illi indulgentia, Ecclesię restitutus, & Diaconus ordinatus est, sed cum rursum ad Meletium desciuisset, ne amplius reciperetur, idem Petrus admirabili quadam visione admonitus, (quod visus ei esset Christus veste discissa dicens; hanc mihi discidit Arius, caue ne eum in communionem recipias) Achillam & Alexandrum presbyteros, pro eo interpellantes, contestatus est. A

Memorabile factum Petri Episcopi Alexandrini. Illud vero est memorabile quod est in eisdem Actis, cum diuulgatus rumor fuisset Alexandriæ, de nece Petro Episcopo inferenda, tanta turba Christianorum glomeratim confluens, carcerem obsidebat, vt passura non esset, quidquam durum in eum statui, parata potius ipsa mortem subire. At Petrus tum amore Martyrij, tum ne turba manus confereret cum militibus, Tribunum occultè admonuit, vt summa nocte, cum laternis, per posticum veniret, murumq; eo loco perfoderet, quo se intus pulsantem audiret, quo facto frustrata turba, sese expectantibus dedit militibus obtruncandum. B

Eius extant Canones de lapsis, & fragmentum ex Commentario de Diuinitate cõscripto, in Concilio Chalcedonensi. Act. 1.

Achillas presbyter, Petro subrogatur Episcopus, Alexandrinæ Catechisticæ Scholæ Magister præstantissimus, (vt est apud Euseb. 7. cap. vltimo; non vero Alexander vt est apud Epiphanium hær. 68.) sed nimia facilitate reprehensibilis, quod Arium in gratiam recepit & presbyterio auxit, vt est apud Sozom. [a]

Durante, licet aliquanto remissius persecutione, Antonius Magnus, amore incensus Martyrij, Confessores ex Eremo, secutus Alexandriam, exhortabatur ad Martyrium, & suo aspectu ex eminenti loco, candente indutus veste, prouocabat iudicem trãseuntem, sed placuit Deo, seruare illum Magistrum Monachorum, quos oratione & exemplo firmaret. postquam vero persecutionis turbo defluxit, regressus in Eremum, quotidianum fidei & conscientiæ martyrium merebatur. Athanasius in eius vita. C

Palladius in Lausiacis cap. 1. refert ex Antonio, de Potamenia puella admodũ pulchra, ancilla cuiusdam, tempore Maximiani, quæ cum stuprum recusaret, ad intentantem iudicem, se eam in Ahenum, liquefacta pice demersurum. Per caput, inquit, Imperatoris; quod tu vereris, obtestor, vt si apud te statutum est, his me tormentis necare, non simul totam, sed paulatim me in feruentem mitti iubeas picem, vt possis videre, quantam mihi dederit, ignotus tibi, patientiam, Christus: quæ per vnius horæ spatiũ, paulatim in Ahenum candens demissa, defecit, vbi primum pix ebulliens ad colla peruenit. quam diuersam esse ab ea, quam ponit Euseb. [b] multa indicant. D

De Martyribus Ægyptijs Thebaidis, post & ante B. Petrum Alexandrinum Martyrolog. Roma. 26. Nouembris, & 21. Aprilis Euseb. 8. c. 21.

Præclarus euentus. Præclarum & lepidum est, quod de Philemone Choraule legitur. Nam Apollonius Lector tormenta expauescens, ne fidem omnino negaret, quatuor Philemoni dedit aureos, vt se Apollonium, mutato habitu, fingeret, ac coram Præside cum alijs immolaret; at ille, mente Diuinitus illustratus, Martyrumque accensus exemplo, qui alienam gerebat personam vt negaret, propriam representans, se vere in Christum credere constanti voce professus, & tormentis exagitatus, iterum atque iterum idipsum affirmans, insigni meruit corona Martyrij decorari; cuius exemplo Apollonius roboratus, forti animo idem certamen obijt. Acta apud Sur. 14. Decemb. Apud Cyrenem, inter alios, Cyrilla & Theodorus Episcopus, illustres Martyres habentur. E

a lib. 1. c. 14

b lib. 6. ca. 4.

Christi Annus	*Eusebij Pap.*	*Constant. Imp.*	*Galerio Maxi. 8.ᵐ atque Licinio* Coss.
311.	3.	6.	

DEcimus & vltimus Persecutionis, numeratur hic annus, ab Eusebio [c] cuius æstus, vt 8. anno cœpit paulum deferuescere, sic decimo anno consopitus fuit.

c lib. 8. c. 27. & 28.

Lu-

A Lucianus Antiochenus presbyter, doctissimus, idemq; sanctissimus, declinans cautè persecutionem, ab hæretico Sabelliano proditus, perducitur Nicomediam, & in itinere, & post, Nicomediæ, plures milites lapsos & alios, per pœnitentiam Ecclesiæ restituit, & ad Martyrium vsque perducit, ex Eusebio [a] qui recitatam, ait, ab eo Apologiam, coram Præfecto. Coniecto in carcerem, mors longa decernitur per varios cruciatus & famem. Præclarum vero inprimis est quod legitur, de sacris ab eo Mysterijs in carcere peractis, suspensis enim discipulis, quomodo altare illuc inferrent. Mensa inquit, erit nobis, hoc meum pectus. (supinus enim iacebat, substratis acutis testulis, & pedibus in cippum iniectis, atque distractis) Templum autem sanctum vos mihi eritis, me omni ex parte circumdantes, impositis igitur suo pectori signis diuini sacrificij, sublato in cœlum obtutu, & sacro ritu, precibus peractis, & ipse fuit particeps sacramentorum, & alijs distribuit. postridie in hac voce, Christianus sum, emisit spiritum, B cum totos 14. dies, substratis testulis supinus iacuisset.

Lucianus presbyter M.

a 8. c. 28. & 9 c. 5.

Nouũ tẽp'ũ nouũ Altare Sãctissimi sacrificij.

Totam sacram scripturam valde aduleratam, hebraice doctissimus, restituit; eaque Editio Lucianea dicta, qua, ab Antiochia, Constantinopolim vsque, interiectæ Ecclesiæ vtebantur.

Lucianæa editio scriptura.

Scripsit & libellos de fide, quibus abusi sunt Ariani ad suum dogma stabiliendum, cum vocabulo, Consubstantialis, usus non fuisset, alioqui recte sentiens de fide. Hieronymus de Scriptoribus.

Discipulum ab Epistolis habuit, Antoninum eruditissimum uirum. Alios plures habuit discipulos, se falso magistrum sequi gloriantes, & reuera Arium post sectantes, quos commemorat Nicephorus, [b] Eusebium Nicomediensem, Marin Chalcedon. Theognidem Nicænum, Leontium, qui deinde Antiochiæ Episcopus fuit, Antonium C vel Antoninum, Tarsi Ciliciæ Antistitem, Numenium, Eudoxium item, Alexandrum & Asterium Cappadocem, quem ad Græcorum superstitionem deflexisse fama est, Tyrannorum crudelitati cedentem: postea vero, iuuante Magistro, pœnitentiam egisse, ac rursum relicta magistri sententia, Ario adhæsisse. Recensentur & feminæ eius discipulæ, Eustolia, Dorothea, Seuera, & Pelagia Martyr Antiochena. Hæc fere ex Actis Luciani synceris & germanis, apud Surium 7. Ian. De eodem legendus Athanasius in Synopsi, & Hier. de script. & Suidas in Historicis, in quibus ijsdem habetur illustre Martyrium duorum puerorum constanter recusantium de Idolothytis vesci.

b lib. 8. c. 31

Nicomediæ, ob Diocletiani & Galerij Maximiani longam habitationem, celebrior fuit Martyrum carnificina, vbi, præter alios, ab initio vsque persecutionis, alij complures passi habentur, nempe Iuliana Africani filia, Virgo insignis, sub Euilasio Præfe- D cto, Cyriaca, & quinque aliæ uirgines; Philoterus Proconsulis Paciani filius, Cyprianus olim Magus, atque Iustina uirgo; item alij 20 Martyres, Pantaleon Medicus, Hermolaus presbyter, Hermippus, atque Hermocrates, fratres; Pãcharius ciuis Romanus, Pastor, Victorinus, & socij, Anicetus & Photinus fratres, ac cum eis alij plures, vt Agatonicus atque Zoticus cum Socijs, Hadrianus vna cum alijs viginti tribus, extant horum Martyrij Acta & dies, quo quique Martyrio coronati, adscripti sunt tabulis Ecclesiasticis.

Nicomediæ martyrũ Carnificina.

Chalcedone item in Bithynia, illustris Martyr Euphemia, Sosthenes, Victor, Solechanus ac Socij milites, & 48. alij milites corona martyrij ornati sunt.

In eadem Prouincia passus habetur Eutonomus Episcopus, ex Italia illuc accedẽs, tres itidem virgines sorores, Menodora, Metrodora, Nymphodora.

E Niceæ, Cyrilla Virgo, & Diomedes Medicus, Martyrium susceperunt.

Byzantij Martyres, Centurio, Eleutherius, Mutius.

Hadrianopoli, Maximus Theodorus, & Asclepiodotus.

Cyrici in Hellesponto, Fausta Virgo, & Euilasius, Sisinnius Cleonicus, Eutropius & Basilius.

Agapetus Synnadorum Episcopus, quem Eusebius Pamphili, (non quidem in hist. quæ extant) ait Siudas, multum celebrat, mentionem faciens ingentium eius miraculorum vt sunt translationes montium & fluminum, & mortuorum resuscitationes: quem dum miles esset, Maximinus occidere voluit, quod multos eius facta supra mo-

dum

dum mirari videret, huius mentio est in martyrolog. 24. Mart. A

In Armenia subiecta Rom. Imp. Sebaste, Acacius presbyter, septemq; mulieres diutissimè excruciatæ sunt, sub Præside Irenarcho, qui admiratus constantiam Martyrum Diuina luce mente perfusus, & ipse credens, vna cum Acacio, securi percutitur. Quo etiam tempore, ibidem Athenogenes Episcopus, decemq; eius discipuli, idem certamen magna cum gloria obierunt. Sebaste quoque Eustratius, Eugenius, Auxentius, Mardarius & Orestes, sub Agricolao diuersis locis martyrum consummarunt.

Satalis in Armenia Ciuitas, insignis est reddita glorioso martyrio Orentij, Herotis, Pharnacij, Firmini, Firmi, Cyriaci, atque Longini.

Melitinæ passi sunt, Hiero, Nicander, Hesychius, & alij triginta; sub Lysia Præside; sed lõgè maior ille militum numerus, nempe, mille, centum, & quattuor, qui vna cum Eudoxio, Zenone & Macario, ingentem gloriam ex fidei confessione compararunt. B Ibidem Polyeuctus, Victor, & Donatus, nobiles milites, necati sunt. In Actis Andreæ ducis exercitus, quorum suo loco meminimus, de Eutychio, Polyeucti filio, vna cum alijs multis, sub Antiocho Præside, passis, mentio habetur.

In Arabisso, Cæsarius (qui pater fuit Eudoxij illius, Arianorum omnium scelestissimi) de cuius Martyrio Suidas. Cæsarius, sub Maximiano martyrij corona est redimitus, quamuis prius indulsisset voluptatibus: sed priores maculas, martyrij sanguine voluit eluere: nã vtroque pede magnis clauis sex trãsfixo, in ignẽ est coniectus &c.

In superiori Armenia, cui præerat Tiridates, facta est ingens persecutio, non solum enim Gregorius ipse (qui post eius Ecclesiæ fuit Episcopus) grauissima ab eo passus est; sed & Ripsimes, vna cum Socijs Virginibus 33. Deo dicatis, pro tuenda castitate & fide, post dira tormenta, necatæ sunt. Cum Tiridates à numine, ob immanem impietatem, percussus insania, tandem ope eiusdem Gregorij, pristinæ mentis sanitati restitutus, quos antea fuerat persecutus, coluit Christianos, & ipsorum religione suscepta, Gregorium cum litteris (quæ adhuc extant apud Surium 30. Sept.) misit ad Leontium Episcopum Cæsareæ Cappadociæ, cuius per totum Orientem nomen erat celeberrimum, petens vt eum Prouinciæ illi ordinaret Episcopum, cuius vigilanti studio & indefesso labore, Ecclesia illa, magna suscepit incrementa. Supersunt Acta magni illius Gregorij, citata ab Euthymio accuratissimo auctore, in Panoplia,[a] & eius ordinationis meminit S. Nicon in Epistola ad Enclystium tomo 1. Bibliothecæ SS. PP. C

Virgines Deo dicatæ, Martyres.

Tiridates Rex Armeniæ ex persecutore fautor Christianorum.

[a] p. 2. tit. 20.

Mesopotamia quoque, cuius, vt antiquissima, ita & florentissima erat Ecclesia, acerbissimam persecutionem pertulit, vt Euseb.[b] scribit. Palmyra item, Lysimacho Præside; cum inter alios Martyres Febronia Virgo Deo dicata, Sibaboli, ob innumera passionum genera facile princeps enituit. cuius acta à Thomaide sacra Virgine Diaconissa fidelissimè scripta, tum ex ijs quæ vidit, tum etiam quæ à Lysimacho, ad Christum postea conuerso, accepit, supersunt, apud Metaphr. 15. Iunij. D

[b] lib. 8. c. 24.

Atque de Martyribus hoc decennio passis, hactenus; sed ex innumeris paucos retulimus celebriores, eosdemq; in Ecclesiastica monumenta relatos, tam apud Græcos, quam apud Latinos. Nec tamen omnes modo à nobis recensitos diuersarum Prouinciarum Martyres, licet sub hac persecutione passi sint, hoc ipso anno necatos contendimus, sed libuit nouissimo hoc persecutionis anno, nonnullorum meminisse, quorum martyrij annus ignoratur.

Pax Ecclesiæ de improuiso restituitur. E

GAlerius Maximianus diuinitus percussus, acerbissimo & horribili morbo, agnoscens id sibi euenire, ob suam immanitatem in Christianos, Edicto relaxat persecutionem, & liberum vsum suę Religionis, Christianis permittit, &, vt Deo suo, pro sua & Reipub. salute, supplicent, monet. Euseb.[c]

[c] lib. 8. c. 28. & 29.

Eusebius Papa 26. Sept. moritur, cum sedisset annos duos, menses septem, dies sexdecim. ex indice Cresconiano; cum alij aliter, sed mendosè, de tempore eius senserint; cuius Acta obscura, inopia scriptorum, vel scripturarum iactura, septimo post die, vacationis sedis, subrogatur Melchiades Afer.

Mel-

A

Melchiadis Ann. I.

Maximinus, cum Licinio, Orientale regens Imperium, improbissimus & nequissimus, non sex totos menses patitur pace frui Christianos, sed nouis commentis eos exagitat, Pilati acta, Blasphemia, & conuicio in Christum referta, confingit, passim euulgat, & pueris in scholis ediscenda proponi mandat, magistratibus omnibus & Præsidibus, nouis artibus, impio consilio Tyranni, fauentibus. Idem rescriptis suis inaniter iactat, suorum temporum felicitatem, sub Deorum suorum patrocinio, sed Diuina vltio statim coarguit eius mendacia; fame, peste immissa, & clade accepta, cum bellum mouisset Armenis, Christianitatis præcipuè causa, antiquis Romanorum Socijs & fœderatis, Eusebius.[a] Acta Pilati conficta in Christianos. a lib. 9. c. 1. & eq.

B Timotheus Antiochenus Romam veniens, à Siluestro presbytero hospitio exceptus, pro ingenti fidei ardore, eam publicè prædicans, à Gentilibus captus, Tarquinio Perpennæ Vrbis Præfecto, vt impietatis reus, traditus, & diu tormentis afflictus, & longo carcere maceratus, tandem capitali supplicio affectus, martyrio coronatur. Acta S. Siluestri.

Hoc eodem anno, si non superiori, cum Achillas Episcopus Alexandrinus, ex hac vita migrasset, subrogatus est in eius locum Alexander; cuius episcopatus exordio cõtigisse videntur, quæ de Athanasio puero, cum sodalibus colludente, & cathecumenos ritè baptizante, (vt post iudicatum est) scribunt Rufinus & Sozomenus; siquidem creatus est Episcopus, anno post Concilium Nicænum, qui numeratur Domini 326. annis ab hoc quindecim, vt non oporteat minorem tum fuisse annis duodecim, quo interim spatio, liberali eruditione est institutus, apud Alexandrum Episcopum; Sozomenus ait, eum fuisse Conuictorem & scribam Alexãdri Episcopi; & Seuerus Hist. lib. 2. vocat eum iurisconsultum.

C

Christi Annus	*Melchiadis Papæ*	*Constantini Imp.*	*Constantino & Licinio 2.*[m] *Coss.*
312.	2.	5.	

INchoatæ clades, famis, pestis, & belli, in hunc annum continuantur, & ingrauescunt, quibus repressa & coercita est, diuino consilio, atrox, quæ parabatur, persecutio, à Maximino in Oriente, vt nec ad gladium peruenerit Euseb.[b] b lib. 9. c. 7. & 8.

D Occidentale Imperium, dira interim Maxentij Tyrannide premebatur, qui totus militibus addictus, tot, quasi prædonibus, ad omnem licentiam indulgebat, ipse turpissimus, & Magicarum artium, per puerorum, & feminarum euiscerationes, studiosissimus, Panegyr. 2. in Constantinum & Eusebius.[c] c lib. 8. c. 26. & in vit. lib. 1. c. 27. 28. 29. 30.

Constantinus tum iniurijs prouocatus, cum nec pacem oblatam, Maxentius admisisset, nec Imperij collegam habere voluisset, & imagines cõtumeliosè deiecisset; tum occultè à Romanis, dira seruitute pressis, euocatus, cogitat de bello illi inferendo, Nazar. in Panegyr. Euseb. Zonar. Cedrenus. Cõstantinus meditatur bellũ in Maxentium.

In hac belli cogitatione defixus, propter maleficas, & fallaces magorum prestigias, à Tyranno studiosè conquisitas, multo firmiore præsidio sibi opus esse præsentiens, quam quod res militaris suppeditare solet: despectis dijs, quorum auspicijs Imperatores, rem infeliciter gesissent, Deum omnium Creatorem, quem Pater eius coluit, statuit implorandum. Illi igitur ab eo fausta & prospera precanti, post meridiem, Crucis signum, ex lucis splendore figuratum, in ipso cœlo manifestè apparuit, in itinere cum esset, spectante & obstupescente exercitu, in eoq; hæc verba. ἐν τούτῳ νίκα. IN HOC VINCE? De significatione ostenti sollicito, & dormienti, Christus Deus, cum signo, in cœlo monstrato, videndum se præbet, præcipitq; vt exemplari ad imitationem illius fabricato, tamquam præsidio in prælijs cum hostibus vtatur. Christianæ Religionis professores euocat Constantinus, & ab eis de Christo edoctus, statuit eum sibi colendum, eiusq; Sacerdotes, sibi assessores adesse voluit. hæc sibi longe postea, ab ipsomet Constantino cum iuramento narrata Eusebius affirmat. Hæc ferè eadem Arte-

E

a lib. 1. vita c. 20. 24. 25. 26.
Apud Metaphr. 10. Oct.
Labanũ describitur.

mius [a] miles, spectator, coram, post, Iuliano professus est. Vexillum illud, Labarum dictum, sibi à Constantino monstratum, idem Eusebius accuratè sic fere describit: hastile oblongum, quod lignum habuit transuersum ad formam crucis, cum corona auro, & lapidibus pretiosis contexta, in eaq; nomen Saluatoris, duabus solum literis expressum, quas easdem literas deinceps semper Imperator in Galea gestare consueuit, ad cornu transuersum ligni, velamen erat appensum, auro, & gemmis distinctum, in quo imagines Imperatoris, & filiorum ad pectus vsque erant descriptæ. Extat expressa Labari imago in Constantini numismate (cum tamen illud diuersis modis effigiatum reperiatur) cum Christi nomine hoc modo: & in altero, galea cum eodem Christi nomine. A

Atque hoc signo vt firmissimo propugnaculo, Constãtinus sẽper vsus est, & simile vniuersũ perpetuo voluit antecedere exercitum, quo confisus præsidio, non dubitauit, cũ longe imparibus copijs hostẽ inuadere, & hoc est, quod Ethnicus Orator in 2. Panegyr. post victoriam, ait. *Quisnam* inquit *te Deus, quæ tam præsens hortata est maiestas, vt omnibus fere tuis Comitibus & Ducibus, non solum tacitè mussantibus, sed omen apertè timentibus, contra consilia hominum, contra auspicũ monita, ipse per temet, liberandæ vrbis tempus venisse sentires? &c.* B

Dimissa igitur magna exercitus parte, ad Rheni custodiam, cum quarta parte, & minus quam quadraginta millibus, vt Panegyr. secundi auctor habet, bellum aggreditur, Zosimus tamen eum cum nonaginta millibus peditum, & octo millibus equitum, aduersus centum septuaginta millia peditum, & decem & octo millia equitum, ex Alpibus in Italiam mouisse ait. Obiectis præsidijs Maxentij ad Segusium, Taurinum, Brixiam, Veronam, Aquileiam, Mutinam, mira facilitate & felicitate deiectis, perruptis, concisis, ad Vrbem, nullo facto in uia obice, contendit. Mirum est, & Diuinis uisis, & promissis consentaneum, quod narrat Nazarius in Panegyr. *In ore* inquit, *est omnium Galliarum, exercitus visos, qui se Diuinitus missos præseferebant, & quamuis cœlestia, sub oculis hominum venire non soleant &c. illi tamen auxiliatores tui, aspici audiriq; patientes, vbi meritum tuum testificati sunt, mortalis visus contagium refugerunt. Sed quænam illa dicitur fuisse species, qui vigor corporum, quæ amplitudo membrorum, quæ alacritas voluntatum, flagrabant verendum nescio quid vmbones corusci, & cœlestium armorum lux terribilis ardebat; tales enim venerant; vt tui crèderentur. hæc eorum sermocinatio, hoc inter audientes ferebant: Constantinum petimus; Constantino imus auxilio &c. & de Taurinensi victoria, idem Nazar. Campum late iacentem tantus miles oppleuerat, vt non improbaret fiduciam, qui instructos videret, quæ enim illa dicitur fuisse species? quam atrox visu, quam formidolosa? operimento ferri, equi atque pariter homines obsepti, Clibanarijs, in exercitu nomen est &c. ad vnum interfectis omnibus, tuis integris, horrorem armorum, ad miraculum victoriæ transtulerunt, quod qui inuulnerabiles habebantur, sine tuorum vulneribus interijssent.* hæc Nazarius. Venienti; extra Vrbem Maxentius, cum exercitu ad Tyberim occurrit armatus. *Ad primum igitur aspectum, ait Gallicanus orator. Panegyr. 4. post victoriam Maiestatis tuæ, primumq; impetum totius tui victoris exercitus, hostes territi, fugatiq;, & angustijs Miluij pontis exclusi, exceptis latrocinij illius primis auctoribus, qui desperata venia, locum quem pugnæ sumpserant, tenuere corporibus, ceteri omnes in fluuium abiere præcipites, vt tandem aliquod cædis compendium, fessis tuorum dexteris eueniret. Cum impios Tiberis hausisset, ipsum etiam illum Maxentium uidelicet, cum equo, & armis insignibus, frustra conatum per abrupta ripæ ulterioris euadere, idem Tiberis correptum gurgite deuorauit, ne tam deforme prodigium uel hanc obitus sui relinqueret famam, quod alicuius uiri fortis gladio, telóue cecidisset.* Hæc orator; historice tamen, quod probant Euseb. & Zosim. lib. 3.

Mira quædã narrant Panegyrici. C D

Maxentius fluctibus absorbetur. * lib. hist. 9. c. 8. & vit. ca. 32. E

Triumphali via, triumphans Constantinus in Palatinum montem Palatiumque se recepit, (cuius pompam luculenter descripsit Nazarius) ad cuius radices, fuit illud perpetuæ gloriæ monumentum, ex S. C. postea fabricatum in cuius fronte hæc inscriptio legitur.

A

Imp. Cæs. Fl. Constantino Maximo P. F. Augusto. S. P. Q. R.

QVOD INSTINCTV DIVINITATIS, MENTIS MAGNITVDINE, CVM EXERCITV SVO, TAM DE TYRANNO, QVAM DE OMNI EIVS FACTIONE, VNO TEMPORE, IVSTIS REMPVBLICAM VLTVS EST ARMIS, ARCVM TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT.

B INTRA FORNICEM A DEXTRIS.

Liberatori Vrbis.

A SINISTRIS.

Fundatori quietis.

ET AB EA PARTE QVÆ SPECTAT AMPHITEATRVM.

C

Votis decem. sic Decem.

ET EX ADVERSA.

Votis XX. sic XX.

Constantinus optime conscius, Christi præsidio, tantam victoriam obtinuisse, in Vrbe media, edito loco, Trophæum Crucis erexit, cum hac inscriptione.
HOC SALVTARI SIGNO, VERO FORTITVDINIS INDICIO, CIVITATEM VESTRAM TYRANNIDIS IVGV LIBE-
D RAVI, ET S. P. Q. R. IN LIBERTATEM VINDICANS, PRISTINÆ AMPLITVDINI, SPLENDORIQVE RESTITVI. Euseb. in Vita Constant. lib. 1. cap. 33.

Ex tanta Christiani nominis exaltatione, tamque repentina, credibile est, magnos omnium ordinum concursus ad Christianismum esse factos, & Prudentius affirmat de Senatoribus, & præcipua Romana nobilitate, aduersus Symmachum lib. 1.

Palatiũ Lateranense Papæ donatũ a Constantino

Constantinus, qui ob salutaris signi apparitionem, Sacerdotes Christianæ Religionis apud se habuit, a quibus de fidei Mysterijs eruditur, vt refert Eusebius, post adeptã de Tyranno, tam admirabilem victoriam, quo animo fuerit erga primarium Christianæ Religionis Antistitem, munificentia in eum ostensa declarat, si quidem Regiam domum, & Palatium Faustæ in Laterano ei donatum, ad habitandum concessit, idque ex
E eo satis comprobatur, quod sequẽti anno, Constantino & Licinio tertium Coss. Optatus Mileuitanus decem & nouem Episcoporum collectum tradit Concilium Romanũ, in domo Faustæ, in Laterano, vbi fuisse Pontificis Romani sedem non videtur dubitandum, & cum omnes testificationes deficerent, ipsa earundem ædium, ab hoc tempore, cõtinuata possessio, cum a nullo alio Imperatore id factum reperiatur, nec alio prorsus tempore, fuisse eas hoc anno a Constantino donatas, satis certum atque perspicuum reddit.

De immensis beneficijs per Constantinum, non modo vrbi, sed & orbi collatis inscriptio extat, Emeritæ in Hispania.

A

IMP. CAES. FLAVIVS
CONSTANTIN. AVG.
PACIS ET IVSTITIAE
CVLT. PVB. QVIETIS.
FVND. RELIGIONIS
ET FIDEI AVCTOR.
REMISSO VBIQVE
TRIBVTO. FINITIM.
PROVINC. ITER.
RESTAVR. FEC.

B

Constantini Edicta pro Christianis.

EDicta, quæ pro Christianis, ipso Imperij initio promulgauit, non extant, per breuia extant Rescripta, de restituendis bonis Ecclesiarum, ad Anulinum Proconsulem in Africa. Habetur apud Euseb. 10. cap. 5. Rursum vero ad eundem, de Clericorum immunitate, cap. 7. Et ad Cæcilianum Episcopum Carthagin. de pecunijs missis ad releuationem Christianorum longa afflictorum persecutione. Euseb. cap. 6. in qua Epistola de Osio Episcopo, proculdubio illo Cordubensi, eius lateri adhærente, & pro diuersarum Ecclesiarum opportunitate illum interpellante, mentio habetur.

C

Cõstantinus Christũ profitetur inter Cathecume.

Constantinum, ab vrbe liberata, Christianam Religionem inter Cathecumenos professum, quantumuis Pontifex Maximus, per hæc tempora in antiquis inscriptionibus dictus legatur, non est dubitandum; id enim & ipse, & sequentes Imperatores, vsq; ad Gratianum fecerunt vt & stola Pontificia vterentur, & Pont. Max. se dici paterentur, non ad Sacra profana Gentilium peragenda, sed ad auctoritatem vsurpandam Pontificiam, quæ in Gentili Rep. summa erat. Zosimus lib. 3.

Tyranno Episcopo Antiocheno mortuo, cum sed. ann. tredecim (Euseb. in Chron.) succedit Vitalis. Hier. in Chron. & Theodoret.[a]

a lib. 1. c. 3.

Hermoni in sede Hierosolymitana subrogatur Macarius. Euseb. in Chron. Theodoretus.

Indictionũ origo.

Indictionum Origo ad hæc tempora videtur referenda. ante Constantini quidẽ tempora, nulla apud externos, earum fit mentio: & apud Ecclesiastica monumenta, prima est mentio in Concilio Romano, sub Iulio Papa, qui Siluestro successit, & apud S. Ambrosium, in Epistola ad Episcopos Æmiliæ Prouinciæ. in fastis certe Græcis habetur, sub huius anni Cõsulibus cœptas esse numerari. Qua autẽ ex caussa eiusmodi quindenus numerus ad annos, sub nomine indictionis, supputandos, vsurpatus sit, cum alij aliam excogitarint, nullo certo fundamento subnixam rationem, hanc affert Auctor Annalium; quod cum quindenis stipendijs militaribus expletis, miles honesta missione, concessa capitationis immunitate, si vellet, solutus militia, liber abire posset; si nollet, maioribus priuilegijs augeretur, (de qua missione mẽtio est in Constantini Rescripto ad Maximum[b]) annis singulis, erogãda militibus, Principis Rescripto, prouincialibus indicebatur annona, (vt patet ex Arcadij & Honorij Rescripto ad Pompeianum lib. 2. de Veteranis Cod. Theod.) Inde vero accidisse videtur, vt 8. Kal. Octobr. initiũ sumeret indictio, quod eo tempore Imperatores, exhibendam militibus annonam proposito edicto, indicere singulis annis consueuerint, cum iam plenissima frugum omniũ facta esset collectio. Id quidem etiam colligi potest, ex Gratiani Rescripto ad Populũ.[c] vbi inter alia, hæc habentur: *Eius anni atque indictionis exordio, quæ denuo annonæ commeatibus poscit obsequium &c.* Probauit vsus postea, tam in censualibus tabulis, quã in matriculis militaribus, eiusmodi per quindena stipendia emerita, numeratione quindecim indictionum reuoluta periodo con cinne facile & absque errore tempora numerari, qui & a posteris retentus est.

D

b l. 4. de Veter. Cod. Theod.

E

c l. 18. de Ann. & trib. C. Theod.

Chri-

A

Christi Annus 313. Melchiadis Pap. 3. Constant. Imp. 8. Constantino 3.m & Licinio 2m. alibi 3.m Coss.

NE potentiores damno humiliores afficerent, hanc legem sanxit Constantinus.

Quoniam tabularij Ciuitatum, per collectionem potentiorum, sacrinam ad inferiores transferunt, iubemus, vt quisquis se grauatum probauerit, suam tantum pristinam professionem agnoscat. Dat. 15. Kal. Febr. Romæ Constantino tertium & Licinio Coss.

Constantinus, paucis quibusdam Maxentij amicissimis, vita mulctatis, Prætorianis militibus sublatis, castris Prætorianis dirutis, Vrbanis rebus constitutis, accersito Mediolanum Licino, Constantia sorore Christiana (vt est in Actis Basilei Amaseni Episcopi) illi, Ethnico homini, in matrimonium data, elicito edicto pro Christianis, tum ab ipso, tum a Maximino, ad Germanos comprimendos cõtendit: quos primo sui aspectu repressit; sed militari arte delusos, vicit, atque subegit. Zosimus lib. 2. Panegyr. 2. Constantini. Euseb. apud quem extat edictum Maximini [a] Exemplar, inquit, Imperatoriorum edictorum Constantini & Licinij. Castra Prætoriana diruütur Prætorianis sublatis. [a] lib. 9. hist. cap. 8. & 10. cap. 5.

B

Constantinus uirtute crucis, vno anno pacatum reddit Imperium, Tyranno occiso, Barbaris compressis, Gallicanus in Panegyrico.

Ludos sæculares, æqua annorum periodo, recurrentes, ab Ethnicis maxime expetitos, vt quasi fatales, ad pestes & ad morbos luesque sanandas, bellaque auertenda, diuinitus (vt ipsi putabant institutos, & ad eam vsque diem celeberrime cultos, magno gẽtilitatis mœrore despicit & celebrare contemnit. Zosimus lib. 2. qui ruinam Imperij Romani ab hoc exordio narrare auspicatur.

C

Gentiles de Christianismi gloria tabescentes, ad solatium quamtulumcunque sui mœroris, nouum oraculum cõfinxerunt, & euulgarunt Christianam Religionem 365. annis tantummodo duraturam, quorum 308. iam prope præterlapsi essent. Petrum quoque Apostolum Magum fuisse prædicarunt &c. Ex Augustino de Ciuit. Dei.[b] [b] lib. 18. cap. 53.

Constantinus nouo Rescripto cauet, concessæ a se Clericorum immunitati.[c] Clericorum immunitati cauet Cõstãtinus. [c] l. 1. de ep. & Cle Cod. Theod.

Schismatici Donatistæ Cæcilianum Carthagini. Episcopum, apud Constantinum accusant, qui primum tres illis dat Episcopos de Gallia, mox agnoscens hoc ad summũ Antistitem pertinere, causam ad Melchiadem defert, cum alijs Episcopis decem & nouem, qui causa cognita Romæ, in domo Faustæ, in Laterano, Donatum a Casis nigris, factionis Schismaticorum auctorem damnant, Cæcilianum absoluunt.

D

Rursum a iudicio Episcoporum appellant ad Constantinum, qui indigne admodũ ferens tantam eorum peruicatiam, in Epistola ad Episcopos, illa profert: *O rabida furoris audacia, sicut in causis gentium fieri solet, appellationem interposuerunt.* & paulò ante dixerat, *Meum iudicium postulant, qui ipse iudicium Christi expecto, Dico enim (ut se veritas habet) Sacerdotum iudicium ita debet haberi, ac si ipse Dominus residens iudicet, nihil enim licet his aliud sentire, nisi quod Christi magisterio sunt edocti,* Optatus & Augustinus, qui rem hanc totam luculenter describunt, ille quidem lib. 1. cõtra Parmenianum hic autem ep. 68. & in Breuiculo. Donatistanũ appellatio. Cõstantinus plane se probat Christianum.

Melchiades Papa 4. Id. Dec. cum sedisset annos duos, menses duos, dies 7. moritur, subrogatur Siluester Romanus Presbyter, Kal. Febr. Quod vero antiquis monumentis Martyr appelletur, vel id more maiorum fieri potuit, quod qui persecutionis tempore passus tormenta, licet superstes in pace quieuerit, martyr appellaretur: & ipsum tale quid passum, quod ignoretur, vt qui sub persecutionibus vixerit, credibile est. lib. de Rom. Pont. in Melchiade. *Hic fecit,* ait, *vt oblationes consecratæ per Ecclesias, ex consecratu Episcopi dirigerentur, quod declaratur fermentum.* locus est obscurissimus, qui ex alijs locis eiusdem libri declaratur, in Siricio, & in Epistola Innocẽtij primi, ad Decentium cap. 1. & alijs; nimirum, nihil aliud fuisse fermentum, quam fermentatum panem benedictum, quo, ob communicationis symbolum, ab Episcopo impertirentur cũcti Parochiales Presbyteri; qui eundem, sub se constitutis fidelibus distribuerent, cer- Locus obscurus explicatur.

E

tis,diebus:ipsum vero diuersis nominibus appellatum,nimirum fermentum,ad distinctionem Azymi panis,ex quo soleret confici Eucharistia,dictumque esse Sacramentũ, ob sacræ rei signum,nempe Catholicæ vnionis,Sacerdotali benedictione consignatũ, ob idque benedictionem itidem,& Eulogias dici cõsueuisse de quibus extat antiquus Canon,titulo Pij Papæ,Tomo primo Concil.ut de oblationibus,quæ offeruntur a populo,& consecrationibus quæ supersunt,uel de panibus quos deferunt, fideles ad Ecclesiam,vel certe de suis,presbyter,conuenienter partes incisas habeat,in Vase nitido, & conuenienti,vt post Missarum solemnia,qui communicare non fuerint parati, Eulogias,omni die Dominico,& in diebus festis,exinde accipiant, quæ cum benedictione prius faciat.& Canon Conc.Laodiceni cap.14.*sanctas oblationes,ad uicem Eulogiarũ per festiuitatem Paschalem,ad alias Parochias mitti minime oportere* quia nimirum eo die populus omnis communicaret.Atque hæ Eulogiæ publicę erant,communionis Catholicę signa,aliæ erant priuatæ,quas scilicet,amici inter se,vltro citroque dare atque accipere consueuerant,cuius quidem antiqui vsus,exempla complura suppetunt,& inter alia Paulini Nolani Episcopi,ad Seuerum scribentis,Epist.1.in fine.Panem Campanum de cellula nostra tibi pro Eulogia misimus,& ad S.August,apud eum ep.31.in fine, & ad Alipium ep.35. apud eundem,& ad alios.Augustinus & ipse ad Paulinum Epist.34.

Eulogiæ publicæ & priuatæ.

Christi Annus	*Siluestri Pap.*	*Constant. Imp.*	*Volusiano & Aniano Coss.*
314.	1.	9.	

Maximinus,bello,contra ius fasque in Licinium moto,profligatur: Deorum Sacerdotes,vt præstigiatores,& salutis suæ proditores,trucidat.Christianorum Deo laudem tribuens,legem,pro eorum plenissima libertate,sancit, ac demum lethali & horribili morbo correptus,oculis de capite fluentibus,miserabiliter moritur, confitens ea se merito perpeti,ob admissam in eos immanitatem.Ministri eius immanitatis, Peucetius,Cultianus,Theotecnus,alij amici , familiares,liberi ipsi, morte cum ignominia multantur,Statuæ,Tituli,inscriptiones deijciuntur , oblinuntur,deturpãtur:Ecclesia Christianorum ingenti exultatione Triumphat.Euseb. [a]

Cõfessio Maximini persecutoris ui malorum extorta.

a li.9.cap.8. & 9.

Donatistæ,qui proximo anno,à Concil.Rom.quo absolutus fuerat Cæcilianus , ad Constantinum appellarant, ip so maxime indignante , ex eius tamen indulgentia,putantis,sic posse dissidentem Ecclesiam Africanam vniri,obtinent hoc anno,nouum fieri Iudicium,Arelate Concilio coacto,vbi ipse erat,sed prius mandat Proconsuli Africæ Æliano,cognosci causam Felicis Episcopi Aptungitani,quem Cæciliani ordinatorem,fuisse sacrorum librorum traditorem Donatistæ fuerant calumniati. quod factum est hoc anno,post quatuor menses a Concilio Rom.& Felix innocens repertus, & absolutus est.Optatus.Acta apud Optatum.Aug. Episto. 152.& post,Collationis,c.33.

Euocati per Constantini litteras Metropolitani Galliarum,Hispaniarum , Africæ, Italiæ,singuli cum duobus alijs Episcopis,ab illis deligendis(quarum exemplum extat apud Euseb. [b] ad Chrestum Episcopum Syracusanorum) data euictione publica, Arelate ut conuenirent,affuere ad ducentos(vt colligitur ex Augustino contra Epistolam Parmeniani,lib.5.cap.5.)ad Kal.Augusti.porro Episcopi qui affuerunt,in Tomis Conciliorum reperiuntur,subscripti per errorem 2.Concilio Arelatensi longe post celebrati,sed Concilium ipsum & subscriptiones mutilæ sunt & mendosæ, vt etiam ipse Optatus,vbi hæc narrat:Constantinus quantumuis Cathecumenus sedet in Concilio,in quo non de fide tractabatur,sed iudicium de persona agitabatur. Euseb.in Vita Cõstantini.[c] Præfuit eidem Concilio Siluester,per legatos Claudium & Vitum,Presbyteros,Eugenium & Cyriacum Diaconos,Cæcilianus innocẽs pronunciatur in Cõcilio Arelatensi, & multi Donatistæ cum eo in gratiam redeunt, alijs in obstinatione persistentibus. Ex Aug.ep.68.& Euseb.in Vita. [d]

b lib.10.c.5.

c libro 1. c. 37.

Cęcilianus iam secundo absoluitur.

d li.1.c. 38.

Absoluta causa Cæciliani,Viginti tria capita sanciunt Episcopi de Ecclesiastica disciplina.

Extat

A Extat Synodica eorum Epistola ad Siluestrum Papam, in qua illud in primis obseruandum, quod aiunt. Placuit etiam, antequam edantur, (scilicet a se Decreta) a te qui maiores Diœceses tenes, per te (seu aperte) omnibus insinuari.

Notandus est Canõ septimus, quo Schismatici & Hæretici, a Præfecturis, cæterisq; magistratibus excluduntur, præsente, annuente, & forte etiam rogante Imperatore, latus & sancitus. Schismatici & hæretici arcẽtur a Magistratibus.

Constantinus 3. Non. Nouemb. Treueris promulgat edictum de appellationibus, fortasse occasione Donatistarum temere appellantium, cuius extat fragmentum in Cod. Theodos. L. 2. de appellat. & lege 1. Quorũ appellat. & L. Minime, de appel. C. Iustinianeo, cuius & meminit Constantinus in rescripto anno seq. dato, ad Probianum Afr. Procur. L. 3. de appell. c. Theodos. Eius edicti de appellationibus pars illa fuisse videtur, qua cautum est, ne sententiam capitis in aliquem Iudex ferret, nisi manifeste esset sua confessione conuictus. [a]

B

Aliud quoque edictum promulgauit amplissimum de sententijs, & testimonio Episcoporum, quod licet non extet, tamen eiusdem rescriptum datum postea C.P. ad Ablauium P.P. eiusdem cum meminit, ipsius exploratissimam fidem facit. Extat hoc ipsum integrum de Episc. Iud. Cod. Theod. quo declarat, adeo deferri velle sententijs Episcoporum, vt non tantum velit in ijs, quæ spectant ad Ecclesiasticas cõtrouersias, sed etiã ciuiles disceptationes, & sæculares causas ac lites, vt illibatæ permaneant; adeo, vt neque Præfectus Prætorio, cuius summum ius erat, atque potestas; vel alius quilibet Magistratus, posset, eas inualidas reddere, Quod quidem rescriptum, est huiusmodi.

a L. 1. de pœ. Cod. Theod. & l. 16. Cod. Iustinianeo Edictum de appell.

Edictum de sent. & te hori. Episcoporum.

Quantum velit tribui Cõstantin. sentẽtijs Episcoporum.

C

Imp. Constantinus A. Ablauio PP.

Religionis est, Clementiam nostram sciscitari uoluisse, quid de sententijs Episcoporum, vel ante moderatio nostra censuerit, uel nunc seruari cupiamus, Ablaui parens carissime. Itaque quia a nobis instrui voluisti, olim prærogatæ legis ordinem, salubri rursus Imperio propagamus, Sanximus namque (sicut edicti nostri forma declarat) sententias Episcoporum [b] *quolibet genere prolatas, sine aliqua ætatis discretione inuiolatas, incorruptasque seruari: scilicet, vt pro sanctis semper ac uenerabilibus habeatur, quidquid Episcoporum fuerit sententia terminatum. siue itaque inter minores, siue inter maiores, ab Episcopis fuerit iudicatum, apud uos qui iudiciorum summam tenetis, & apud ceteros omnes Iudices, ad executionem uolumus peruenire. Quicunque itaque litem habens, siue possessor, siue petitor erit, inter initia litis, uel decursis temporum curriculis, siue cum negocium peroratur, siue cum iam cœperit promi sententia, iudicium eligit sacrosanctæ legis Antistitis, illico sine aliqua dubitatione, etiam si alia pars refragatur, ad Episcopum cum sermone litigantium dirigatur. Multa enim quæ in Iudicio captiosæ præscriptionis vincula non patiuntur, inuestigat, & promit sacrosanctæ Religionis auctoritas. omnes itaque causæ, quæ Prætorio iure uel ciuili tractantur, Episcoporum Sẽtentijs terminatæ, perpetuo stabilitatis iure firmentur, nec liceat vlterius retractare negocium, quod Episcoporum sententia deciderit, Testimonium etiam, ab uno licet Episcopo, perhibitum, omnes iudices indubitanter accipiant; nec alius audiatur, cum testimonium Episcopi a qualibet parte fuerit repromissum. Illud enim est ueritatis auctoritate firmatum, illud incorruptũ quod a Sacrosancto homine, conscientia mentis illibatæ protulerit. Hoc nos edicto salubri aliquando censuimus, hoc perpetua lege firmamus, malitiosa litium semina comprimentes, ut miseri homines, longis ac penè perpetuis actionum laqueis implicati, ab improbis petitionibus, uel a cupiditate præpropera, maturo fine discedant. Quidquid itaque de sententijs Episcoporum, clementia nostra censuerat, & iam hac sumus lege complexi, grauitatem tuam, & ceteros, pro vtilitate omnium latam, in perpetuum obseruare conueniet*

D E

Dat. III. Non. Maij. C. P. De qua amplissima iudiciaria potestate Ecclesiæ Catholicæ a Constantino collata, meminisse videtur Euseb. lib. 4. Vitæ cap. 27. & Sozom. 1. cap. 9.

b De Episc. Iud. L. 1. Cod. Theod.

Legant Principes & Iudices.

Laudatæ leges Constantini.

Item eodem anno & illa lex lata, de ingenuis a Tyranno seruituti subiectis, in libertatem vindicandis.

a L. 1. de ingenu. Cod. Theod.

Perijt illud Christiano Imperatore dignum Edictum, de quo S. Hier. lib. 2. in Is. c. 2. dicens. *Inter scorta quoque in fornicibus spectaculorum pueri steterunt, publicæ libidini expositi, donec sub Constantino Imperatore, Christi Euangelio corruscante infidelitas vniuersarum gentium, & turpitudo deleta est.*

Perijt & illa pariter, laudata Constantini lex, qua vetuit Eunuchos gerere præfecturas, & magistratus, de qua Lamprid. in Alexandro. Vetuit idem Constantinus ancillas Christianas tradi lenonibus, quas a Christianis hominibus redimi voluit.[b]

b L. de Lenon. Cod. Theod.

Cessante persecutione Concilia celebrari cepta.

Extincto, hoc anno, Tyranno Maximino, & omni persecutione remota, cœpti celebrari Episcoporum conuentus, ad collapsam Ecclesiasticam disciplinam restaurandã & lapsos in Ecclesiam, præuia tamen satisfactione, recipiendos, quorum ingens erat numerus, cuius Pastoralis studij & vigilantiæ, extant Canones Conciliorum, Ancyrani & Neocæsariensis, quorum illud prius videtur fuisse celebratum.

Ancyranum.

CONCILIVM ANCYRANVM decem & octo Episcoporum Orĩetalium in primis illustrium, quorum plures in Nicæno Concilio fidem Catholicam egregie propugnarunt, quod studio Vitalis Antiocheni, Primariæ sedis Episcopi, conuocatum, credibile est: in eo Viginti quatuor Canones statuti.

Neocæsar.

NEOCÆSARIENSE, in quo cum ijdem fere Episcopi affuerint, qui in Ancyrano, & Basilius Amaseæ Episcopus illi subscriptus, in proxime subsecuta Licinij persecutione, martyrio sit coronatus, non longe post Ancyranum celebratum fuisse oportet decem & septem Episcopi habentur subscripti, Canones 14. sanciti, de Sacerdotum vitæ præcipuè integritate.

Vitali Episcopo Antiocheno, qui huic vtrique Concilio interfuit, non multo post defuncto, succedit Philogonius.

Metrophanes Byzantij creatus Episcopus, quartus dicitur a Cedreno. Nicephorus tamen Callistus 8. cap. 6. & Constantinopolit. in Chron. seriem texunt Byzantij Episcoporum a S. Andrea Apostolo exordientes, quod illi conati sunt, vt Ecclesiam Byzãtinam Apostolicam esse ostenderent, cum nemo unquam antiquorum id dixisse reperiatur, nam reuera Byzantina Ecclesia (vt testatur Gelasius) non tantum Apostolica sedes non erat, sed ne Metropolis quidem, sed Parochia tantum Heracliensis Ecclesiæ.

Christi Annus	Siluestri Pap.	Constant. Imp.	Constantino & Licinio 4.[m] Coss.
315.	2.	10.	

c lib. 1. c. 41.

CONstantinus decimo Imperij anno, Decennalia, non more gentilium, sed vt Christianum decebat Imperatorem, celebrat. Euseb.[c] in vita.

d lib. 4. Vitæ c. 40.

Crispus & Constantinus, Cæsares creantur. Nazar. Panegyr. in quinquennalib. Cæsarum, & Euseb.[d]

Constantinus Imperator dignam plane Christiano Principe edit sanctionem, qua parentum inopiæ (cum illi filios, quos alere non possent, occiderent) tum ex fiscali, tum ex priuata pecunia voluit esse consultum.[e]

e L. lege. 1. de alim. Cod. Theod. & l. 2 de patrib. qui fil. distrahũt

f lib. 1. c. 36.

De eius in pauperes effusa beneficentia. Euseb. in vita.[f]

Cum prosperis Christianorum rebus, complures Iudæi ad fidem Christianam se transferrent, eorumque contribules id indigne ferentes, ad necem vsque eos persequerentur, Constantinus Rescripto ad Euagrium, pœna ignis intentata, eorum procaciam cohibet, & Christianos, qui ad eorum sectam se aggregarint, ijsdem pœnis subijcit. Data 15. Kal. Nouemb. Murgillo.

Iudæi liuore Christianæ prosperitatis tabescentes, & Christiano Principi subesse indigne ferentes, seditionem mouent, & rebellionem moliuntur; quos, ille (Constantinus,) amputatis illorum auriculis, ac rebellionis signo impresso corpori illorum, per

omnia

A omnia loca circumferebat, seu fugitiua mancipia; erudiens alios omnes, ne in posterũ eadem conarentur. Chrysost. aduersus Iud. hom. 2. Tomo 5.

Ex his comprobari uidetur, aliqua coniectura, pars Actorum illorum, quæ Siluestri dicuntur, in quibus hoc ipso anno, iisdemque Coss. narratur habita Romæ coram Constantino Imp. & Helena matre, celebris disputatio illa, inter Iudæos atque Siluestrum, delectis arbitris, Cratone Philosopho, atque Zenophilo V.C. quibus deuictis, ac penitus confutatis, vt ex iisdem apparet; Constantinus aduersus eos, quæ sunt recensita, hoc eodem anno statuerit, sed complura deinceps addita sunt, quæ eorundem Actorum veritati aduersantur penitus, & contradicunt; Vt illud quod Helena post Cõstantinum Christiana fuerit, cum contra affirmet S. Paulinus, epist. 11. ad Seuerum: vt illud etiam, Helenam in Oriente, cum Constante & Constantino Augustis profectã: qui nec dum Cæsares creati essent, nec nisi post decem annos, Constantius, & post 20. B Constans. & illud, de Summo Iudæorum Pontifice, cum certum sit, ab expugnatione Hierosolymorum, desiisse creari Summos Pontifices; & qui apud eos primum tenerẽt locum, appellati sint Patriarchæ, reliqui vero Magistratus, Archisynagogi, Apostoli atque Presbyteri, quod testatur Epiphan. hær. 30. & sanctiones Cõstantini, atque aliorum Impp.[a] De Actis Siluestri loquens Gelasius, Auctoris nomen se ignorasse ait, at horum auctor vel interpres, ait se ex Græco vertisse, accepta ab Euseb. Cæsar. sed nec his multo fideliora, quæ de disputatione Syluestri a Græcis Zonara, Metaphraste, Glia, Nicephoro, Cedreno scribuntur. Acta igitur Syluestri, tempore Gelasii, ita syncera habita sunt, vt Romæ & in multis Ecclesiis legerentur. quæ etiam citauit Hadrianus ad Carolum Magnum, sed post additamentis vitiata fuerunt.

Acta Siluestri Papæ.

a L. 2. 13. 14. d Iud. Cod. Theod.

Arius Presbyter Alexandrinus, nouam & impiam inducens hæresim, de Diuinitate C filii Dei, negans eum Patri consubstantialem, ab Alexandro Episcopo sępe monitus, sed in sententia pertinax, in Concilio Presbyterorum & Episcoporum, excommunicatur & deponitur. Epiph. [b] Oros. [c] Theodoret. [d] & alii.

Colluthus, & ipse Presbyter Alexandrinus, hoc fere tempore, se pro Episcopo gerens, ordinat presbyteros, conflat sectam Colluthianorum, docet hæresim; Deum scilicet non esse malorum creatorem. Aug. de hæres. [e] Philastr. [f] Theodoret. [g]

Constantinus pœnam illam abolet, qua miserorum hominum vultus inscribebantur, *quo*, inquit, *facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis cælestis, est figurata, minime maculetur*, ad Eumelium, Cabilluno. [h]

b hær. 68. & 69.
c li. 7. ca. 28.
d li. 1. c. 2. & 3.
e cap 65.
f cap. 8.
g li. 1. cap. 4.
h L. 2. de pę. L. Theod.

D *Christi Annus 316.* | *Siluestr. Pap. 3.* | *Constantini Imp. 11.* | *Sabino atque Rufino Coss.*

Diocletianus, diuino vt videtur, iudicio, ad id tempus reseruatus, quo Christianam religionem, quam omni mole, extinguere conatus erat, florentissimam videret, & tabesceret, hoc anno miserabili morte defungitur. Euseb. lib. 8. cap. vltimo. Zosimus lib. 2. Zonar. Cedrenus. Victor, eius mortem ante triennium ponit, dicens: *Morte consumptus est, vt satis patuit, per formidinem, voluntariam, quippe cum à Constantino atque Licinio vocatus ad festa nuptiarum, per senectam, quo minus interesse valeret, excusauisset, Rescriptis minacibus acceptis, quibus increpabatur Maxentio* E *fauisse, ac Maximino fauere, suspectans necem dedecorosam, venenum dicitur hausisse.*

Diocletiani mors.

Contigit ei, quod nulli post natos homines, vt, cum priuatus obiisset, inter Diuos tamen referretur. Euseb. in Chron. Eutropius lib. 9. à Licinio scilicet Ethnico.

Licinius qui subdola simulatione, in gratiam Constantini, Christianam Religionẽ professus erat, inuidia eius felicitatis motus, & a Diabolo instigatus, contraria plane pii Constantini institutis, aggreditur, Gentilium superstitionem palam profitetur, Christianos ablegat a Regia, honestos, & dignitatibus auctos, ad seruilia ministeria destinat, Episcoporum conuentus vetat, Ecclesiarum ædificationem prohibet, nequissimus

Licinius deficit a fide, quam visus fuerat tenere.

Subdolæ leges ne Christiana religio propagetur.

a lib. 10. c. 9.
b l. 1. c. 42. &c.
c 1. c. 2.

ſimus ipſe & contaminatiſſimus, eximiam caſtitatis virtutem, in hominibus eſſe poſſe negat; quaſi pudicitiæ patronus, interdicit, ne viri cum mulieribus conueniant ad preces, & ad Verbum Dei; neue uiri mulieribus ſacra eloquia explicent; ſed mulieres mulieribus; ſancit, ne Epiſcopi in congreſſum, colloquiumque ueniant cum Ethnicis, eo cõſilio, ne Chriſtiana Religio inter eos propagetur. Ex Euſeb. in hiſt.[a] & in Vita.[b] Et Socr. [c] Quarum prætextu legum in plurimos ſæuit. Ammonem Diaconum, & quadraginta uirgines, quas ille inſtituebat, diuerſis mortis generibus afficit. Menolog. kal. Sept. Paulum Epiſcopum Neocæſareæ Euphrateſiæ, quod minime deſtitiſſet ab inſtitutione fidelium, etiam mulierum, tormentis excruciat. Greg. presbyt. in orat. de laudibus P.P. Nicæni Concilij & Theodoret.[d] Baſileum Amaſenæ in Ponto Epiſcopum, quod puellam, Glaphyram nomine, quæ in obſequio Conſtantiæ vxoris erat, a Licinio ipſo ad ſtuprum expetitam, & ad ſe confugientem, ſeruaſſet, obtruncat; & Eccleſiam illam miſere uexat. Io. Nicomed. Presbyt. apud Metaphr. 26. April. & Euſeb.[e] in hiſt. & in uita.[f]

d C. lib. 1. c. 7.
e lib. 10. c. 9.
f lib. 2. c. 1. in fine.

Licinij perſecutio.

Licinius longius in impietate indies progrediens, diriſſimam inſtituit perſecutionem, nequiſſimis & truculentiſſimis Præfectis adhibitis, expedicionem interim etiam parans, aduerſus Conſtantinum, cum inſidiæ ſæpius intentatæ, non ſucceſiſſent. In ea perſecutione plures nobiles milites (quod omnes qui Chriſtiani eſſent, Conſtantino ex animo ſtudere, ſibique aduerſari putaret) ob fidem Chriſtianam exautorati; alij tormentis necati, ut quadraginta milites Cappadoces, de quibus S. Baſilius; Epiſcopi, alij in carcerem coniecti, ut Theodorus in Cypro Epiſcopus, de quo Menolog. 12. Maij, & S. Nicolaus Myræ in Lycia Epiſcopus, alij ſupplicijs extincti, ut Blaſius, Sebaſtenus Epiſcopus. Acta Euſtratij & Sociorum apud Meraphr. 13. Decembr. vt Seuerianus miles, Sebaſte, apud Metaph. 9. Sept. Nicopoli alij, in eadem Prouincia, apud Metaphr. 9. Sept. In Ponto plures, alij in Macedonia, in quibus inſignis enituit Theodorus, Dux exercitus. Metaphr. 7. Febr. & Niceph. 7. cap. 44. alij in Syria, inter quos Abibus diaconus, præclarus Martyr eminuit. Acta extant apud Metaph. 15. Nouemb. Huius perſecutionis acerbitatem, ſatis indicat ingens lapſorum numerus, quorum ſaluti proſpicere ſtuduit Nicænum, Concilium, can. 11. & 12.

Pachomius, ex milite gẽtili ob humanitatẽ Chriſtianorũ fit Chriſt.

Magnus Pachomius adhuc Gentilis, hoc anno, militiæ, in exercitu Licinij, adſcribitur, cum eſſet annorum viginti; hic, ob ſummam humanitatem, ab una Thebarum Ciuitate Chriſtiana, hoſpitibus exhibita, etiam Gentilibus, quæ Oxyrinchus putatur) excitatus in amorem Chriſtianæ Religionis, eam ſe amplexurum profeſſus eſt. Acta apud Metaph. 14. Maij, germana & ſyncera. De eius porro Ciuitatis inſigni pietate, mira narrat Euagr. in Vita Sanctorum Patrum, cap. 5. Decem uidelicet millia Monachorum, & Viginti millia Virginum, in ea extitiſſe.

Scribebat hoc anno Perſecutionis Licinij, Lactantius, Chriſtianus Orator, libros illos 7. Diuinarum inſtitutionum luculentiſſimo Stylo, in extrema ſenectute. Scholaſticus magis, quam Eccleſiaſticus viſus eſt Damaſo, & Hieronymo, parum peritus in Chriſtianis rebus, a Gelaſio eius opera cenſentur apocrypha, ob errores, imperitię magis, quam malitiæ. Hier. de ſcript. & Epiſt. 13. & 124.

Donatiſtæ tertio appellantes, damnantur.

Donatiſtæ deteſtabiles, ab Arelatenſi Concilio, poſt Romanum, damnati, rurſum appellantes ad Conſtantinum, tertio Mediolani ab eo damnantur; Cæciliano abſoluto; qui quidem Imperator appellationem admiſit, nõ Eccleſiaſticum ius vſurpans, ſed improbitati eorum indulgens, & importuniſſimę contentioni finem imponere ſtudẽs. At illi iudicium Conſtantini calumniantes, reuerſi in Africam, Baſilicam Catholicorum, quam Imperator in Conſtantina Ciuitate ædificarat, occupant, patienter ferentibus Catholicis, qua de modeſtia laudantur a Conſtantino, qui & Fiſcalem locum ad aliam ædificandam Baſilicam tradit.

Manſuetiſſimus porro Imperator, ingentem Donatiſtarum factionem veritus, ne Africam perturbaret, omni humanitate cum eis agendum cenſuit, & a ſanguine eorũ, peſſime meritorum, abſtinuit; vel ne ab hæreticis Chriſtianorum perſecutor haberetur; & ne, quos ipſe occideret, ab illis Martyres haberentur, contentus aliquando exilio aliquos damnaſſe, & priuaſſe Baſilicis. Hæc fere ex Aug. poſt Collatione[g] & alibi.

g cap. 33.

A [a] Et ex litteris Imperatoris ad Episcopos Africæ ad Celsum Vicarium, & ad Verinum seu Valerium, post annos quatuor Vicarium in Africa.

Hoc eodem anno, ijsdem Consulib. ad Domitium Celsum rescripsit, ne Materfamilias per apparitores in Iudicium, extra domum traheretur.[b]

Hoc ipso anno concedit Episcopis, quemlibet, ex seruo, facere, non modo liberum, sed mox ciuem quoque Romanum creare [c] Sozomenus.[d] 1. cap. 9. Augustinus.[e]

a ep. 162. cõtra Parm. lib. 1. c. 6. & 8.
b Cod. The. de offic. omniũ Iud. l. 1.
c l. 1. Cod. dẽ his qui ĩ Eccle. manum.
d lib 1. c. 9.
e Serm. dẽ diuers. 30.

Christi Annus	*Siluestri Pap.*	*Constantini Imp.*	*Gallicano & Basso* Coss.
317.	4.	12.	

B Constantinus liberaturus Orientale Imperium, & Ecclesiam a Licinij Tyrannide, & impietate; & ipse pijs precibus vacans, & sacerdotes circa se habens, exercitum in eum mouet, augurijs, oraculis, & victimis Dæmoniorum vacantem, & ad Cybalas in Pannonia profligat. Euseb. [f] in Vita. Aurelius Victor, Zosimus lib. 2.

Mox in Thracia illum assecutus, rursum profligat; quam primam in Thracia victoriam appellat ipsemet Constantinus in Edicto de Indulgentia, tunc Veteranis cõcessa, sequenti anno promulgato, vt est in Cod. Theodos. l. 1. de Veteran. quo confutatur, quod scribit Zosimus, victoriam ad neutram partem inclinasse. Euseb. porro refert, narratum sibi longe post a Constantino, vtramque hanc victoriam se cõsecutum, salutaris signi præsidio, quod, quocunque inferebatur, hostes fugabat, & cum quinquaginta viri, ad vexillum illud salutare circumferendum, destinati essent, nullum eorum, circumuolitantibus telis fuisse occisum, nisi qui illud, præ metu destituissent. [g] Pax inter eos

C conciliatur; ita quidem, vt Constantinus imperaret Illyrijs, & nationibus cæteris, quotquot vlterius essent porrecta: Licinius Thraciam, & Orientem, & Vlteriores Prouincias haberet. Zosimus.

f li. 2. Vit. c. 3. & 4.
Victoriæ Cõstantini, præsidio Crucis
g lib. 1. Vitæ cap. 6. & seq.

Serdica rescribit ad Octauianum Hispaniarum Comitem; Clarissimorum viroram delicta, statim puniri debre, nec vlla fori exceptione gaudere.[h]

Ibidem rescribit ad Catulinum Africæ Proconsulem, vim publicam, antea relegatione, vel deportatione puniri solitam, capitali deinceps supplicio, absque aliqua appellatione fore plectendam.[i]

Metrophanes Byzantij Episcopus, cum sedisset ann. 3. senio valde confectus, substituendum sibi curat Alexandrum, qui sed. ann. viginti, Sozomenus.[k]

h li. 1. De Accusat. Cod. Theod.
i l. 1. ad l. Iul. de ui publ. Cod. Theod.
k lib. 3. c. 3.

D

Christi Annus	*Siluestri Pap.*	*Constantini Imp.*	*Licinio 5.*[m] *& Crispo* Coss.
318.	5.	13.	

Licinium pacem violantem, Constantinus terrestri & nauali prælio, magna uictoria in Thracia, non tam militum vi, quam precibus nixus, superat; & ex Nicomedia, quo se profugus intulerat, supplicem excipit, & Thessalonicam ad priuatam uitã agendam ablegat, nec multo post, res nouas molientem, interficit. Edictum Constantini 4. Id. April. his Consulibus datum, his verbis: *Veteranis qui ex die V. Non. Iul. cum prima per Thraciam Victoria vniuerso orbi illuxit, & qui postea apud Nicomediam, nostram missionẽ meruerunt &c.*[l] Eusebi[9] [m] in Vita. Zosimus[n] Eutropius[o] Victor in Cõ

E stantino Socrates [p] apud Euseb. Chron. an. 18. Constantini, occisus ponitur, longe diuersa de Licinio habet Io. Nicomed. Presbyt. apud Sur. 26. Aprilis, qui his ipsis temporibus viuebat, eum nimirum in Galliam amãdatum, difficili morbo oppressum, Deũ verum se reiecisse confitentem, vitam finisse.[q]

Totus orbis Romanus, sub vno Constantino redactus, summa pace perfruitur, Euseb.[r]

Edito Edicto, pro Christianis, Constantinus, exules, & ad metalla damnatos reuocat, de gradu deiectos restituit, bona adempta, a priuatis, vel a fisco possessa, reddit. Martyrum facultates ad cognatos, uel, si ij desint, ad Ecclesiam transire præcipit, Ecclesias

l Cod. Theo. l. 1. de Veter.
m Vitæ 2. c. 12. & seq.
n lib. 2.
o lib. 10.
p lib. 1. c. 2.
Constantin⁹ solus imperat.
q li. 2. Vit. c. 19.

in integrum, in omnibus bonis, locis, & iuribus reſtituit. loca Martyrum veſtigijs nobilitata, Eccleſiæ addicit. Euſeb.[a] Edictum recitat. A

a li. 2. Vitę à c. 25. ad 41.

Ex tanta Chriſtianorum felicitate, credibile eſt, magnos Gentilium ad fidem cõcurſus factos, & Epiſcopos & populum Zelo Dei incenſos, gentilitatis monumenta tollere, & demoliri ſtuduiſſe, quod legimus de Nicolao Myrenſi Epiſcopo, qui Conſtantini Edicto Eccleſiæ reſtitutus, aras, templa, ſimulacra Deorum euertere inſtitit, vt eſt in actis eius, apud Metaphr. 6. Decemb. quod ipſum ſtudium progreſſum fuiſſe, ad demoliendas quoque Imperatorum, qui Eccleſiam perſecuti fuerant, ſtatuas, & Maximini inprimis, teſtatur Nazianz. orat. 1. in Iulianum.

Tantam Eccleſiæ felicitatem non ferens malus Dæmon; vt Occidentalem Eccleſiam in Africa, per Donatiſtas, ita Orientalem, per Arianos perturbare & vexare ſatagit.

B Arius cum aſſeclis, ob negatam Conſubſtantialitatem Filij cum Patre, ab Alexandro Epiſcopo Alexandrino, cum Concilio centum Epiſcoporum, Ann. Domini 315. excõmunicatus & depoſitus, in Palæſtinã proficiſcitur; vbi inſinuatus in gratiã aliquorum Epiſcoporum, Euſebij maxime Nicomedienſis, Euſebij Cæſarienſis, & quorundam aliorum, eos habet ſuæ hæreſis fautores; & dum litteris ad Alexandrum ſcriptis videri volunt pacem conciliare, cum illæ litteræ eſſent entyclicæ, hæreſim ſpargunt, & fautores colligunt; contra quos & ipſe Alexander, quamquam iam ſenex, ac penè decrepitus, acriter inſurgit, (Athan. or. prima contra Arianos) & plurimas en, yclicas ſcribere litteras, pro fide Catholica tuẽda, compellitur, quas numero ſeptuaginta extare apud ſtudioſos, aſſerit Epiph. hær. 69. quarum vna extat apud Socratẽ[b] in qua agnoſcitur Euſebium Nicomed. fuiſſe primum Arianæ hæreſis auctorem, altera apud Theodoretum[c] vtraque eruditiſſima & digna quæ legatur. Sed prius de rebus a ſe geſtis, contra Arium, ſcripſerat ad primariæ Sedis Epiſcopum Siluestrum Rom. Pont. quæ cum perierint litterę, earum tamen extat memoria in Liberij Epiſtola ad Conſtantinũ Imp. *Manent*, inquit, *litteræ Alexandri Epiſcopi, olim ad Silueſtrum, ſanctæ Memoriæ, deſtinatæ, quibus ſignificat, ante ordinationem Athanaſij, vndecim, tam Presbyteros, quam etiam Diaconos, quod Arij hæreſim ſequerentur, ſe Eccleſia eieciſſe. &c.* Extat Tom. 9. Biblioth. SS. PP. C

Arij fautores.

b lib. 1. c. 3.

c lib. 1. c. 4.

Silueſter, acceptis Alexandri litteris, de tanta re, excitata in Eccleſia diſcordia per Arium, Oſium Cordub. Epiſcopum, pro officio, Legatum mittit in Orientem, qui conuento Conſtantino, & eius acceptis litteris, ad extinguendum tantum incendium, Alexandriã accurrat, id ſatis colligitur ex eo, quod Oſius Legatus Sedis Apoſtolicæ, Generale Concilium Alexandriæ celebrauit, de quo Athan. Apolog. 2. D

His auditis de Religione contentionibus Cõſtantinus, valde permotus, litteras dat ad Alexandrum & Arium, (quas recitat Euſeb.[d]) pietate quidem ſua, & pacis ſtudio dignas, quatenus eos ad pacem hortatur; quatenus vero Summum caput Chriſtianæ Religionis, ideſt Diuinitatem filij Dei, quam Alexander aſſereret, & Arius negaret, leuiculam quæſtionem appellat, plane indignas; vt vel ab Euſebio Nicomediẽſi dictatas, vel a Cæſarienſi deprauatas & corruptas ſuſpicari liceat; eiuſmodi certe ſunt, vt omnino videatur, Conſtantinus de tota controuerſia, ab Ariano homine, in Alexandrum calumnioſe edoctus, dum Arium presbyterum, quaſi æquat cum Alexandro, & contemptim quodammodo de tanto Epiſcopo & de tota re loquitur. Omnino videtur hoc anno ſcriptę hę litterę, quo Edictum datũ eſt ad omnes gentes, in vtriſque enim litteris meminit de aduentu ſuo Nicomediam, vnde in Orientem profecturus erat. E

d li. 2. Vitę, c. 63.

Conſtantini litterę ei' pietate ĩdignæ.

Hoc eodem anno Conſtantinus, ſtatutam olim legem in Parricidas, vt Culleo inſuti demergerentur, renouat.[e]

e L. de Parric.

Ad hunc eundem annum referenda & illa lex uidetur, qua nefandos puerorum concubitus, antea minime vetitos, non ſolum Romæ, ſed vbique gentium coercuit. Hieron.[f] Sozom.[g]

f In 2. c. Iſ.

g lib. 1. c. 8. i fine.

Deſerta loca & ſolitudines, reddita pace Eccleſiæ, ſub Antonio magno duce, agminibus Monachorum celebrantur.

Pachomius Anachoreta

Pachomius Tiro in exercitu Licinij, eõ deuicto, Chriſtianæ militiæ dat nomen, &

ſub

A sub Abbate, insignis nominis, Palæmone, profitetur vitam Anechoreticam. Acta apud Metaph. 14. Maij.

Paphnutius, effossis pro Christo oculis, sub Maximiano persecutore, gloria cõfessionis illustris, in eadem solitudine celebratur.

Item Ammon, qui a pueritia ad senectutem, magna uitæ sanctitudine uixerat, clarus habetur. alijque complures, quorum præclara extat mentio, in actis Antonij, Pachomij, & aliorum.

Synodus Laodicena.

B LAodiceæ, quæ est in Phrygia Pacatiana, habita est Synodus, de cuius tempore, cum certo non constet, optimis tamen colligitur coniecturis, post Neocæsariensem, in qua Episcopi, qui in Ancyrana affuerunt, habita anno 314. subscripti habẽtur, & ante Nicænam, in qua ex ijs nonnulli subscripti leguntur, celebratam fuisse. propterea visum est collocari debere, medio, inter vtramque, tempore, sub Nunechio eius sedis Metropolitano Episcopo, qui idem in Ancyrana, & Nicæna interfuit Synodo. in ea conuenere 22. Episcopi. Canones statuti 59. fere de disciplina Ecclesiastica.

Christi Annus	*Siluestri Pap.*	*Constantini Imp.*	*Constantino 5.m* / *Licinio iuniore Cæs.* } *Coss.*
319.	6.	14.	

C COnstantinus Sauromatas & Scythas bello vincit. Euseb.[a] Zosimus[b] Sozomenus.[c] a li.4. Vit. c. 5. & 6. b lib. 2. c 1. c. 8.

Acceptis Constantini litteris, Alexãder & Arius, ad eum rescripserunt, vt est apud Epiphanium hær. 69. quæ litterę non extant, extat tamen Epistola Cõstantini ad Ariũ nunc primum ex Vaticana Bibliotheca edita, qua illum exagitat & confutat, quam etiã voluit esse Encyclicam; de qua Epiphanius hær. 69.

Osius Cordub. Episcopus, Legatus a Siluestro Papa missus Alexandriam ad res Ecclesiasticas componendas, Generale ibi Concilium celebrat (sic dictum ab Athanasio Apolog. 2. quod præsente Apostolicæ Sedis Legato, omnes Episcopi illarum Prouinciarum, qui parebant Antistiti Alexandrino, ad id fuerint conuocati) quod non extat; sed apud Athan. Apolog. 2. constat, in eo Colluthum presbyterum, qui se pro Episcopo gerebat, in ordinem redactum, & omnes ab eo ordinatos in veterem suum ordinem recurrisse; & apud Socratem,[d] peruersum dogma Sabellij, quod in illis regionibus plurimum inualuerat, explosum, statutumque vt sicut in Sanctissima Trinitate vna prædicaretur οὐσία id est essentia, ita tres dicerentur ὑποστάσεις id est subsistentiæ; ex quibus satis possumus colligere, in eodem actum esse contra Arium, Arianos, & Meletianos, quorum causa potissimũ Osius missus fuerat. Qui, quod diu egerit Legatũ Sed. Apost. non solum in Alexandrina Synodo, hoc anno habita, sed & in alijs pluribus, in diuersis locis, eadem de causa vel alijs celebratis, principem locum tenuit; sic enim Athanasius Apolog. de fuga sua. *In qua enim Synodo ille non Dux & Antesignanus fuit &c.*

Cõciliũ Alexandriæ celebratum ab Osio.

D (margin)

d lib. 1. c. 5.

E Philogonio Antiocheno Episcopo, cum sedisset annos quinque, vita functo, succedit Paulinus, aliàs Paulus, qui totidem sedet annos. Hieronymi & Nicephori Chron. Porro Philogonius vitæ sanctitate clarus, relatus inter Sanctos Episcopos, anniuersaria memoria celebris, 20. Decembr. inter primos Arij impugnatores, vna cum Alexandrino, eluxit.

Constantinus ab instituta in Orientem profectione, ob tumultuantes barbaros, regressus in Occidentem, Sirmij rescripsisse constat ad Rufinum Præfectum Prætorio.[e] Item ad Maximum Præfectum Vrbis rescripsit de Harspicibus, ne priuatas domos adirent, quasi per eam occasionem, clandestinæ Idololatriæ venena instillarent, sub pœna ignis, & accersentibus, sub pœna deportationis; publice tamen, quin ritum proprium

e L. 1. de põ. c. Theo.

a l. 1. & 2. de Malef. cap. Theod.
b l. 2. de ep. & Cler.

exercerent, non vetuit,[a] Item pro Clericorum immunitate, ad Octauianum b Sozom. 1. cap. 9. A

Christi Annus	*Siluestri Pap.*	*Const. Imp.*	*Constantino Aug. 6.*[m] *& Constantino iuniore* *Coss.*
320.	7.	15.	

QVinquennalia Cæsarum Acta. Nazar. in Panegyr. Constantini tertio. Roma tamen absente in Gallijs Constantino.

Crispus Cæsar Alemannos superat, Nummi inscriptio. Fl. Iul. Crispus Nob. Cæs. Alemannia deuicta, Sirmi; & alterius, Alemannia capta. Nazar. Panegyr.

Hoc anno Constantinus cum filijs agit in Gallijs. Edictum eius de immunitate veteranis concessa. k. Mart. in ciuit. Velouocorũ; Constantino Aug. sextum, & Constantino Cæsare, Consulibus. Nazar. in Panegyr. precatur, ut cum filijs Romam se conferat. B

Hoc eodem anno ijsdemque Consulibus, edita sanctione; leges, Iuliam, & Papiam, aduersus turpem, fictum, & sterilem celibatum, olim sancitas, & contra verum, sanctũ atque fecundum Christianorum cælibatum conuersas, abrogauit. c Euseb. [d] Sozom. De legibus illis Nazar. in Panegyr. sic; *Leges hæ, quæ multa cælibes notauerunt, Parentes præmijs honorarunt,*[e] *vere dicuntur esse fundamenta Reipub. quia seminarium iuuẽtutis, & quasi fontem humani corporis, semper Romanis exercitibus ministrarunt.* quarum vtraque tempus præstituerat, annos vigintiquinque Viris, feminis Viginti; sed Papia, vt ea ætate haberent liberos; Iulia, vt matrimonium contraherent. Ceterum maxime falli eos, qui ex sancto cælibatu Christianorum, putarunt exhauriri hominũ prole, Romanum Imperium. S. Ambrosius, quod experimento contrarium didicit, aperte confessus est, lib. de Virgin. 3. C

c l. 1. de infirm. pœnis cœlib. cap. Theod.
d 4. Vitæ c. 26.
e lib. 1. c. 9.

Item eodem anno, lege abrogata, qua solemnitas certa quædam verborum, in testamentis faciendis exigebatur, sanxit, *vt qui facultates,* inquit, *proprias cupiunt ordinare in quacunque instrumenti materia conscribere, & quibuscunque verbis vti, liberam habeant facultatem.*[f] Sardicæ. sed Constantino & Constante Consulibus perperam scriptum habetur, cum non nisi post obitum Constantini, eorum contigerit Consulatus, Euseb.[g]

f Cod. The. l. quoniã c. de Test.
g li. 4. Vitæ c. 26.
l. 3. de ex ac. c. Theod.

Hoc eodem anno, Lege sustulit pœnas debitorum fiscalium, qui soluendo nõ essent, antiquitus solitas irrogari, & quidem grauissimas. ex qua redarguitur impudens mendacium Zosimi, de crudelitate exactionum Constantini, quarto quoque anno.

Cum aliqui Decuriones, & eorum filij, ac prædiuites nonnulli, non religionis amore, sed vt amplissima Clericorum immunitate fruerentur, sese ad Clerum transferrẽt; non sine Episcoporum cõsilio, vt credibile est, lege vetuit, ne huiusmodi Curijs obligati, ad Clericatum confugerent.[h] D

h l. 3. de ep. & Cler. cap. Theod.

Hoc ipso anno seuerissime sanxit, aduersus raptores Virginum & Viduarum, ipsis feminis, etiam volentibus, crimine obligatis, atque adeo etiam inuitis, nisi auxilium inclamarint, nutricibus, & huiusmodi feminis suasoribus, liquentis plumbi ingestione puniendis; Parentibus, si patientiam præbuerint, ac dolorem compresserint, deportatione plectendis, participibus, & ministris raptoris, eadem pœna subiugandis, & si quis inter hæc ministeria similis conditionis fuerit, citra sexus discretionem concremandis.[i]

i l. 1. de rescript.

E

Christi Annus	*Siluestri Pap.*	*Constantini Imp.*	*Crispo & Cõstãtino* *Cæsarib. Coss.*
321.	8	16.	

COnstantinus Donatistarum precibus fatigatus, quos eorum, ante annos quatuor, in exilium relegarat, indulgens, relaxat, Deo relinquens puniendos. Aug. post Collat. lib. 2. c. 33.

Donatistæ Schismatici, Catholicum nomen aucupantes, cum scirent, non nisi ex

A communicatione cum Rom. Pont. quempiam nancisci posse nomen Catholicum, id ut, etsi non vere, saltem ficte assequerentur, eo stultitiæ adacti sunt, vt ex suis Episcopis quempiam amandarent, qui Romæ ageret, ibique suæ communionis homines colligeret, ac sic gloriarentur, se Romæ habere Episcopum, ac proinde nomen Catholicũ promereri, quasi Romano Pontifici communione coniuncti. Disertissimos igitur quosq; Episcopos, & sanctimoniam præferentes, Romam mittebant, quorum primus fuit Victor quidam Garbiẽsis, & deinceps Bonifacius, Encolpius, Marcolius, Lucianus, ac nouissime Claudianus, qui tum ibi degebat, cum Siricius Rom. Pontif. esset, & Optatus Mileuitanus contra Parmenianum scriberet, hac vna argumentatione; omnem eorum machinationem dissoluens, funditusque disijciens, quod non supra solidum fundamẽtum, nec supra petram esset ædificata, dum nullam haberet manentem à Petro successionem, ex quo Catholica Ecclesia, veræ vnitatis soliditate compaginata, omnibus in-
B notesceret. legendus Optatus lib. 2. Aug. Epistola 163. & 165.

Fraus inepta Donatistarũ ut uiderentur habere communionem Rom. Pont.

Donatistæ etiam Montenses, appellati, vel a Nouatianis Nomen consequuti, quorũ æmulati sunt in Schismate studia, & in rebaptizatione impietatem, sic dictis ab Epiphanio in Ancorato & hæresi 59. vel a loco, dum exclusi ab vrbe in montibus proximis agerent; quod innuit Optatus; qui & Campitæ, quòd in campis suos colligerent, à S. Hieronymo contra Lucifer. in fine, appellantur, vt ab Aug. de vnitate Ecclesiæ c. 3. & hær. 69. non solum Montenses, sed & Ruptiani, a Rupe.

Donatistæ ex schismatici s hæretici facti.

Donatistæ ex traditoribus, Schismatici facti, hæretici euadunt; cum Nouatianis rebaptizantes, & Ecclesiam asserentes esse non posse, vbi peccatum est, cui errori cum aduersaretur Ticonius, ex illis vnus, acer & eruditus, a Parmeniano primum Epistola correptus, mox a Donatistis, coacto Concilio, condemnatus est. Optatus libro secũdo
C contra Parmen. & Augustinus contra Epistolam Parmen. lib. 1. cap. 1. & de hæres. cap. 69.

Constantinus sub his Consulibus sancit, vt die Dominica, qui & Solis appellatur, & Fer. 6. quæ & Veneris dicitur; omnes a iudicijs dandis, & alijs obeundis negocijs vacent, precibusque & obtestationibus Deum colant.[a] Sozomenus.[b] Addit Euseb. [c] eũ, milites, qui nondum Christi fidem amplexati essent, alia quadam lege, mandasse vt Dominicis diebus, in patentes suburbiorum campos exirent, atque ibi eadem precationis forma, dato ab vno aliquo signo, omnes simul vterentur, quam etiam huiusmodi formulam descriptam reliquit.

Lex de, die Dominica & Veneris, vacando a Iudicijs.
a Cod. The. L. 2. & 3. de Fer.
b lib. 1. c. 8.
c 4. Vit. c. 19.

Te solum Deum agnoscimus; te Regem profitemur; te adiutorem inuocamus: per te hostes superauimus; abs te & præsentem felicitatem consequutos fatemur, & futuram
D *adepturos speramus: tui omnes supplices sumus; abs te petimus, vt Constantinum Imperatorem nostrum, vna cum pijs eius liberis, quam diutissime nobis saluum, & Victorem conserues.*

Eodem anno legem tulit de Maleficis, Incantatoribus, vel immissoribus tempestatum, vel qui per inuocationem Dæmonum, mentes hominum turbant, omni genere pęnæ puniendis.[d]

Lex de Maleficis.
d Cod, The. l. 3. & 4.

Item eodem anno in fauorem Ecclesiæ sic sanxit. *Habeat vnusquisque licentiam Sãctissimo Catholicæ uenerabilique Concilio (id est Ecclesiæ) decedens, bonorum, quod optauit, relinquere.*[e]

Lex de libertate legandi Ecclesiæ.
e C. The. l. 4 de ep. & cle.

Constantinus, qui hactenus tot ac tanta, tamque insigna pro Christiana Religione statuerat quiq; anno suo decimoquarto de Haruspicibus nõ cõsulendis seuerissime san-
E xerat, hoc decimo suo sexto extremo, in deterius prolapsus, indignum Christiano Imperatore, quantumuis Cathecumeno, Rescriptum dedit, ad eundem Maximum Præfectum Vrbis, quo Haruspices consulendos esse, decernit.[f]

Cõstantinus ex pio, delabitur, ad impietatem.
f l. 1. de Pag. C. Theod.

Quæ huius causa mutationis potuit esse? an quod, cum apud Pop. Rom. in summo honore, & auctoritate esset Augurũ & Haruspicũ disciplina, (vt ex lege 12. Tab. cõstat, apud M. Tullium secundo de legibus) veritus ne plane mores & religionem patriam, antiquare Constantinus in consilio haberet, tumultuatus sit; is vero ad eos placandos & in officio continendos, contrarium sibi rescribendum putauit? sed plane magnum id nefas fuit in Christiano Imperatore, quod quàm Deo displicuerit, quæ illi aduersa ac

calamitosa, hactenus glorioso & felici, contigerunt, indicant; vt appareat in primo Christiano Imperatore, quam vana, quam fallax, ac plane mendax regnandi ratio sit, quæ cum Religionis offensa, contempto numine, a quibusuis & quouis modo comparatur.

Christi Annus	Siluest. Pap.	Constant. Imp.	Petronio Probiano & Anicio Iuliano Coss.
322.	9.	17.	

ANicius quidem hic Iulianus Christianus fuisse videtur, ex Prudentio aduersus Symmachum lib. 1.

Rescribit Constantinus ad Menandrum de Pauperibus ex horreis publicis subleuandis, sic in fine Rescripti habens: *Abhorret enim a nostris moribus, vt quemquam fame confici, vel ad indignum facinus* (*oppignorandi uel uendendi filios*) *prorumpere concedamus*. ex quo refellitur calumnia Zosimi,[a] lib. secundo de Constantino, quod ob tenacitatem, passus sit parentes, filios distraxisse, atque filios prostituisse, ob solutionem tributorum.

a l. 2. de alim. c. Theo.

Item indulgentiam impartitur reis, ob partum Crispi & Helenæ, præterquam veneficis, homicidis, & adulteris. ad Maximum PP.

Christi Annus	Siluestri Pap.	Constantini Imp.	Seuero atque Rufino Coss.
323.	10.	18.	

PRo Chistianis alicubi vexatis, ad Elpidium eiusmodi edit sanctionem. *Quoniam comperimus quosdam Ecclesiasticos, & ceteros Catholicæ sectæ seruientes, a diuersarum Religionum hominibus, ad lustrorum celebranda sacrificia compelli, hac sanctione sancimus. Si quis ad ritum alienæ superstitionis, cogendos esse crediderit eos, qui sanctissimæ legi seruiunt; si conditio patiatur, publicè fustibus verberetur: si uero honoris ratio, talem ab eo repellat iniuriam, condemnationem sustineat damni grauissimi, quod rebus publicis vindicabitur. Dat. 8. Kal. Iunij Sirmij, Seuero & Rufino Coss.* Sed vnde hæc necessitas vindicandi Christianos a vi, post tot leges pro illis latas? An quia ex Rescripto de Haruspicibus consulendis, visus fuit Constantinus à Christiana Religione desciuisse, & ad auitam superstitionem redijsse, ac propterea Gentiles elatos in Christianos insolenter egisse, atque inuitos pertrahere studuisse ad eiusmodi sacrificia lustri? Atque hæc causa videtur fuisse, cur Siluester Papa latebras in Montem Soractem, urbi proximum, quæsierit, in quem, ut Christianæ Religionis Antistitem, præcipue insurrexisse Gentiles, credibile est: Eum vero etiam post Rescriptum, reditũ suũ in Vrbem distulisse, in aduentum Constantini.

Siluester Papa, cur videri possit secessisse.

Hoc anno Licinius olim Imperator, sed in priuatam vitam redactus, Thessalonice, contra ius Sacramenti, quod Barbaros solicitaret; a Constatino iubetur occidi. Euseb. in Chron. Victor, & Socrates id factum tradunt, nõ longe post quam superatus, ad priuatam vitam redactus est.

Christi Annus	Siluest. Pap.	Constantini Imp.	Crispo & Constantino Coss.
324.	11.	19.	

LIcinius iunior, ex Licinio & Constantia, Constantini sorore, genitus, Cæsar creatus, ante nonum annum, & collega ab eo in Consulatu suo quinto ascitus, eius iussu interficitur. Euseb. in Chron. Orosius [b] causam non produnt, sed si verum est,

b lib. 7. c. 28.

quod

A quod in Chron. Euseb. ait, de Licinio patre, proxime elapso anno interfecto, quod Barbaros solicitaret, eiusdem criminis complicem, vel suspectum habitum fuisse Licinium quoque filium, par est existimare; quare hoc ipso anno cuncta a Licinio Decreta iussa sunt deleri: quod Edictum sequentibus duobus annis temperauit.[a]

Crispus ex Mineruina Coniuge, Constantini filius, Christianus, nobilissimus Cæsar, ante nouem annos creatus, præclaris victorijs auctus, rebus fortiter gestis, vere magnus, spe futurorum maximus, spectata castitate, cæterique moribus insignis, calumnia Nouercæ Faustæ, quod eam de stupro tentasset, furore tyrannicæ patriæ potestatis, Polæ in Istria, vt Ammianus, (an Romæ vt Zosimus?) de medio tollitur, in ipso iuuentutis flore, quem Helena auia, inconsolabiliter fleuisse traditur. Euseb. Chron. Aurelius Victor. & Eutrop. Oros.[b] Zosimus, alij. Euagr.[c] vnus, & Sozomen.[d] temere id negant, quod tamen multi alij profitentur, de nece Crispi.

B Faustam Vxorem, quasi in consolationem Helenæ matris, Crispum inconsolabiliter lugentis, necat; Nam cum balineum accendi supra morem iussisset, eique Faustam inclusisset, mortuam inde extraxit. Zosimus.

De Crispi & Faustæ nece, obijcienti Iuliano, Arthemius Præfectus Augustalis idemque Martyr, cum Christianitatis reus, causam diceret, hæc pro Constantino respondit. Ille inquit, vxorem Faustam iuste admodum interfecit, vt quæ priscam Phædram esset imitata, eiusque filium Crispum calumniata, quod eius amore captus esset, & vim ei conatus esset afferre; sicut etiam illa Hippolytum Thesei filium. Atque primum quidem, qui sic in Matrem insanierat, vt (volebant eius verba) ille, cum esset maritus, puniuit. Postea autem, cum sciuisset esse mentitam, ipsam quoque occidit, in eam ferens sententiam, omnium iustissimam. ex Metaphr. apud Sur. 20. Octob. Hieronymus de

C script. in Lactantio; Suidas, & Distichon Ablauij Consulis, clam palatinis foribus affixum. *Saturni aurea sæcula quis requirat? Sunt hæc gemmea sed Neroniana* Sidonius. ep. 8. lib. 5. Innumeri quoque tunc amici, a Constantino sunt interfecti. Eutrop. lib. 10.

Post tot patrata facinora, in se reuersus Constantinus, (vt tradunt Gentiles Historici, Zosimus, & alij, ex Sozomeno lib. 1. cap. 5.) expiationem quærens, cum audisset a Gentilium Flaminibus, & Sopatro Philosopho, magni nominis Platonico, qui tum Romæ scholam, quæ Plotini fuerat, regebat, nullam talem esse, tantorum piaculorum expiationem, ad Christianorum Sacerdotes conuersus, per Ægyptium, Magum quendam Hispanum, (sic enim appellat Zosimus, quem probabile est fuisse, Osium Episco-

D pum Cordubensem, sibi amicissimum, tum forte ex legatione Alexandrina Romam reuersum) persuasus, apud eos, omnis extare delicti expiationem (nimirum per baptismum) eorum religionem professus est: hæc ex Gentilibus Scriptoribus, obscurè res Christianas tractantibus. porro quod non Romanum Christianorum Antistitem, sed peregrinum hominem eius rei suasorem, & impulsorem tradunt, inde etiam probatur Siluestri latebræ, in monte Soracte; quo cum secessisset, vt supra dictum est, ad vitandos impetus Gentilium, etiam post reditum Constantini ad vrbem, ibi consistendum forte putauit, dum videret, quo euaderet tanta eius immanitas, de qua audierat, in occidēdis quamplurimis. Sed ex Actis Siluestri, quæ vt proba & syncera a Gelasio probātur, & ab Hadriano Papa ad Orientales proferūtur, & ij quæ typis excussa sunt, (licet hæc in nonnullis sint corrigenda) res non paulò aliter narratur, in hunc fere modum: Constantinum adhuc patria sectantem, (quo saltem ad aliqua, idest ad superstitionē Haru-

E spicum) persecutionem aduersus Dei Ecclesiam cōcitasse (an potius, eo absente, Romę, a Gentilibus est concitata?) quam vitantem Siluestrum, secreta Soractis petijsse. Cōstantinū interea, fuisse à Deo, ob admissa flagitia lepra percussum, accepisseq; ab Haruspicibus responsum, eam infantium sanguine esse curandam (eam quidem in Ægypto solitam adhiberi medicinam, habet Plin. 26. c. 1.) quam medicinam cum tāta immanitate, cum respuisset Constantinus, visos illi per somnum Apostolos, qui de accersendo Siluestro monerent, qui piscinam illi ostensurus esset, per quam salutem adipisceretur; quod cum factum esset, affulsisse illi diuinum splendorem, & Christum visum sibi manum porrigentem. Eadem fere extant in Actis Liberij cap. 1. in fine, & cap. 6. quæ tunc

fortasse

a l. 1. 2. 3. de infirm. quæ sub Cyrann. c. Theod.

Crispus occiditur.

b 7. c. 27.
c 3. cap. 4. & 41
d 1. cap. 5.

Fausta uxor necatur.

Quō excusetur Constantinus.

Constantinus resipiscit.

Constantini baptismus.

fortasse edidit Liberius, cum peruulgata est Constantini vita per Euseb. Arianum elucubrata, vbi de Constantini Baptismo in fine suscepto, inerat falsa narratio, in Constātij Ariani gratiam conficta, qui etiam propter scripta a Liberio de lepra & Baptismo Constantini, in eum valde commotus est. Ex quibus colligitur Constantinum lepra deformem, haud voluisse de curatione sua publicum exhibere spectaculum, nec spectāte Vrbe suscepisse baptismum, sed paucis duntaxat arbitris id fieri voluisse, intra Lateranense Palatium, vbi hactenus eius visitur baptisterium; curatum autem, se conspectui omnium reddidisse, locumque illum illustrasse postea augustissimis monumentis. A

Eusebi' mēdaciū de Cōstantini baptismo.

Porro quod Eusebius asserit baptizatum Constantinum in extremo vitæ, in suburbijs Nicomediæ, ab Eusebio Nicomediensi Arianorum Antesignano, quod habet Hieronymus in Chronico, forte ex quapiam additione, constare non potest cum eo, quod de eo prædicat Græcorum Ecclesia, appellans eum sanctum, atque Apostolis proximū atque adeo vniuersalis, quæ eum semper in piorum numero habuit, dum eius nomen Diptychis, vna cum alijs orthodoxis Imperatoribus, inter sacra mysteria commemorauit, vt asserit Nicolaus primus ad Michaelem Imperatorem, & in Concilio Chalced. Martianus pijssimus Imperator, honoris caussa, Nouus Constantinus acclamatus est. Hæc ex actis publicis, prȩter plures Auctores Græcos & Latinos, & plurimos Patres, qui illi illustre synceræ pietatis testimonium præbuerūt. Impudenter igitur mētitum esse dicere oportet Cæsariensem Eusebium. alia plura quæ obijci solent, suas habent solidas responsiones, & confutationes, quas in Annalib. videas. B

Fons baptismi Constantini.

Constantinus Baptizatus, fontem ipsum, quasi suæ Christianæ infantiæ incunabula ingenti magnificentia & splendore, marmoribus preciosis, auro, argento, gemmis, exornauit, extant adhuc tam nobilis antiquitatis vestigia, vestigia inquam, respectu augustæ summæque illius munificentiæ, quam uix in cartis modo nobis antiquitas repræsentat: Anastasij Bibliothecarij industria, quod scriptum, Munificentia Constantini inscriptum, extat, nimia vetustate mendosum, in Tomo 1. Cōcil. in Siluestro. Dona sancto collata fonti fuere immensa. C

Munificētia Constantini

Totis diebus septem, quibus; pro more Ecclesiæ, fuit in albis Constantinus, præclara sanxit pro Christiana Religione. Prima die, Christum esse verum Deum, qui se mūdasset a lepra, & hunc ab omni orbe Romano coli debere. Secunda die Pœnas decreuit in Blasphemos, & derisores Christi. Tertia in eos, qui cuipiam Christianorum cōtumeliam irrogassent. Quarta Imperatorijs Priuilegijs Romanam Ecclesiam, prȩ ceteris voluit illustrare. Quinta sanxit, Vt qui ad Ecclesias cōfugissent, securi in omnibus essent. Sexta & Septima, Ne absque licentia Romani Pontificis, alicubi construerētur Ecclesiæ, & de exoluendis decimis; quæ duo, absunt in Græcis exemplaribus. Octaua, fodit primus ad Basilicam S. Peti Vaticanam construendam, & duodecim cophinos terræ plenos, suppositis humeris, baiulans asportauit, & ita gaudens & exultans in curru suo, cum Episcopo sedens, ad Palatium redijt. Eidem porro Basilicæ, mirum quæ, quanta, quam preciosa dona, quam immensos redditus contulerit, quæ Anastasius per singula exequitur. Basilicam quoque Beato Paulo Apostolo ædificauit, quam preciosis ornamentis, & amplissimis redditibus ornauit & locupletauit. D

Intra Lateranense Palatium Basilicam aliam extructam, amplissimis & preciosissimis muneribus, & redditibus, vt alias, illustrauit & ditauit, quæ ab imagine Argentea Saluatoris, dicta est Basilica Saluatoris, illique dicata, aliàs dicta Constantiniana. Ex hac tanta largitate & munificentia, Victor & Zosimus illum nimiæ profusionis accusant. E

Sanxit, vt cuique liceret fieri Christianum, & vt qui pauperes, Christiani fieri vellent, illis ex largitione fiscali affatim alimenta præstarentur, & candida in baptismate vestimenta, & solidi viginti, allato pro tessera, Rom. Pontificis Chirographo, & ne filij familias, vel serui, sub qua nati essent superstitione, tenerentur inuiti, quare magna facta est ad Christianam Religionem accessio, ita vt eodem anno, supra duodecim millia virorum, præter feminas, atque paruulos baptizata affirmet Nicephorus 7. cap. 34.

Cum

A Cum Senatorum nullus omnino huic sanctæ Religioni fidē adhiberet, nec ob hoc alicui Augustum irasci Papa permitteret, præcepit sibi in Basilica Vlpia excelsum statui tribunal, ex quo Senatum & Populum Romanum, his verbis affatus est. &c. hæc ex Actis. Consona ijs, quæ Zosimus de Senatoribus, Constantino summopere infensis, quod eum viderent patriæ Religionis desertorem, inter Christianos publice profitentem. Concio Constantini ad pop. Rom.

Capita concionis hæc fere fuerunt. Deos gentium deserendos, vnum verum Deum & Iesum Christum, Creatorem & restauratorem omnium esse colendum. Christianis patere se velle Ecclesias, ita inquit, ut Priuilegia, quæ sacerdotes templorum habuisse noscuntur, (quæ quidem amplissima fuerunt) Antistites Christianæ legis assumant. *Vt autem*, inquit, *notum sit vniuerso orbi Romano, Vero Deo Christo, nos inclinasse ceruicem, intra palatium nostrum, Ecclesiam Christo arripui construendam, vt vniuersitas hominum comprobet, nullum dubietatis in corde nostro, vel præteriti erroris remansisse* B *vestigium.* Ad quæ consecutæ sunt acclamationes, sæpius repetitæ. *Qui Christum negat, male pereat: Vnus Deus Christianorum: Templa claudantur, & Ecclesiæ pateant. Qui Christum non colunt, inimici Augustorum sunt. Qui Christum non colunt, inimici Romanorum sunt. Qui Augustum saluauit, ipse est Deus; qui Christum colit, semper viuat. Sacerdotes templorum Vrbe pellantur. Qui adhuc sacrificant, Vrbe pellantur, Iubete ut hodie Vrbe pellantur.* Non timore, nec gratia, nec vlla omnino coactione, sed omnino sponte & libere Dei veri cultum esse amplectendum, ac magis spontaneos sibi fore gratiores, nec tamen qui noluerint fieri Christiani, a sua gratia diuellendos. Tunc omnibus Christianis, & infidelibus legem laudantibus, & uitam Augusto optantibus, finis eius rei factus est, & reuertente Augusto ad Palatium, tota Ciuitas cum cereis lampadibusque repleta coronata est.

C In eandem sententiam scripsit Edictum in omnes Prouincias, in quo cum in primis susceptæ a se religionis prædicet ueritatem, & omnes pariter ad eam capescendam hortetur, neminem tamen ad eam ui inducendum, sed sponte accedentes, suscipiendos esse, licet omnes optare se dicat, ut id faciant. Extat apud Euseb. [a] hoc titulo. a lib. 2. Vitæ c. 46. &c.

Victor Constantinus, Maximus, Augustus, Prouincialibus Orientem incolentibus, S.

D INsigniores Prouinciarum Præfecturas Christianis commendauit.

Magistratibus ex Gentilibus delectis, sacra Dijs publice facere uetuit.

Prohibuit detestabilia Idololatriæ scelera, & ne quisquam uel statuas erigere, uel curiosas & superuacaneas diuinationes moliri, uel denique sacrificare auderet, quod questus est Zosimus libro secundo.

Decreuit ut quod Romæ cęperat, toto orbe Romano Ecclesiæ amplioribus spatijs ædificarentur, & ne pecunijs largiendis parceretur, sed e Thesauro Regio promerentur; qua de ipsa re litteras misit ad Episcopos, (quarum unius exemplum extat ad Eusebium Cæsariensem) & ad Præfectos, apud Euseb. [b] b lib. 2. Vit. c. 43. 44. 45.

Quæ in Appendice Actorum Siluestri feruntur de Dracone lethali halitu homines enecante, cuius postea clauserit ora Siluester, & æreis quibusdam clauserit ianuis signo crucis obsignatis, plane uera esse, multis indicijs comprobatur, licet nonnullis aspersa E sint mendacijs. De Dracone in Siluestro quæ ferātur.

Nam quod omnes asserunt, sacrosanctum eiusmodi apud Romanos fuisse serpentem, in memoriam reuocandum est, quod de serpente ex Epidauro aduecto scribit Plinius lib. 29. cap. 4. *At, qui anguis Aesculapius Epidauro Romam deductus est, vulgo pascitur, & in domibus; ac nisi incendijs semina exurerentur, non esset fœcunditati eorum resistere.* Quem Plinius dicit anguem, Festus Draconem appellat, ac eum non nisi canis Vberibus nutriri solitum. Sane quidem eiusmodi colubri, quem Romani colerent, latuisseq; sub Capitolio, ait Metaphrastes in Siluestro, (fortasse in Fanissis Capitolinis, quæ erāt inacessi quidam subterranei specus atque Cisternæ) alij dicunt in Auentino, qua parte

spectat Capitoliam, cellam fuisse ad extinctionem superstitionis, obserratam a S. Siluestro, perfacile credi potest, cum posthac nulla penitus horum colubrorum adeo fœtibus excrescentium sit memoria, nisi quod Gentiles, Deo suo carere nolentes, quem fame extinctum nossent, ex ligno aliaue materia fabricarunt atque in alio specu posuerunt, tanquam uiuum atque aspectu terribilem, qui sic mãsit usque ad Honorium Imperatorem, cum iterum per sanctum Monachum, impostura detecta, atque penitus demolita, carue re penitus superstitionis alumni, auito Deo suo. Rem gestam, quę accidit Romæ suo tem pore, narrat Prosper de Prædict. par. 3. cap. 38. De hac re extat memoria apud Venantiũ Fortunatum Episcopum Pictauiensem, ante mille & quadraginta annos, in Vita S. Mar celli Parisiorum Episcopi, his verbis: *Si sanctorum virorum, ex factis merita conferantur, miretur Marcellum Gallia, dum Roma Siluestrũ, nisi hoc distat in opere, quod Draconem sigillauit ille, iste iactauit.* apud Sur. die primo Nouemb. . . . A B

Præter Cedrenum, & recentiores alios, Metaphrastes eiusdem rei assertor est. Pręter vero Æsculapij serpentem, interdum a natura partum est aliquod reptile monstrum, ꝙ Boam appellatum testatur Plinius l. 8. cap. 14. cum ait: *Faciunt his fidem in Italia appellatæ Boæ, in tanta magnitudine exeuntes, vt D. Claudio principe occisæ in Vaticano, solidus in aluo spectatus sit infans.* Sed & Dio in Augusto, meminit tunc temporis, in Hetruria visum esse Draconem bicipitem, longitudinis pedum octoginta quinque. In alijs quoq; Prouincijs, eiusmodi immanes colubros fuisse conspectos, eodemque tempore Christianæ Religionis, a sanctis viris necatos, constat apud Sozomenum. [a] apud Hier. in Hilarione, apud Metaphr. in S. Theodoro, & apud acta S. Crescentini Martyris Vrbini patroni. Sed illud proximum atque domesticum exemplum, quod Bibliothecarius narrat de Leone IIII. (in Rom. Pont.) qui dirum serpentem Romæ in cauerna apparentem, apud S. Luciam in Orphea dictam, & ipso halitu homines enecantem, publicis indictis precibus, ad locum procedens, penitus effugauit, vt amplius non sit visus. Quod autem ad Siluestrum spectat, imagines eius, cum Dracone ad pedes eius vincto rei fidem astruunt. C

a lib. 5. c. 35. & lib. 7. c. 35

Variæ Ecclesiæ à Constãtino constructæ.

Historiam de reliquis Ecclesijs, quas Constantinus ædificauit, non quidem forte eodem tempore, sed diuersis, vt accidit, permotus occasionibus, prosequentes, quæ eo Anastasij libello continentur: notandum est, eum, pro suo ingenti spiritus ardore, magna festinatione opus vrsisse, quod indicant, tum rescriptum ad Menandrum, Cod. Theodos. de oper. publicis, tum ad filium eodem Cod. Theodos. tum structura varia, nec vnius generis marmorum, nec artificij vnius ordinis, quæ adhuc alicubi extat, tum quod scribit Zosimus, Quædam ædificauit non multo post diruta, quæ ob festinationem durabilia non essent. D

Fecit Basilicam in Palatio Sessoriano, Veneris, & Cupidinis tẽplo proximo diruto, vbi de ligno S. Crucis posuit, auro & gemmis incluso; dedicauit Sãctæ Cruci in Hierusalem, additis pluribus donis & redditibus. Basilicam insuper Sanctæ Agnetis, ex occasione, quod Constantia filia, ad eius memoriam sanata, ibique cum Constantia sorore Augusti baptizata, cum Baptisterio construi, sibique in ea Mausolæum collocari præcepit. Apud Ambros. serm. de passione B. Agnetis. falso sub nomine Ambrosij.

Aliam item Basilicam B. Laurentio Martyri via Tiburtina, in agro Verano.

Item aliam B. Petro & Marcellino Martyribus, via Lauicana, & Mausolæũ, vbi Beatissimam Augustam Matrem suam posuit in sarcophago porphyretico.

Item aliam in Via Ostiensi, in honorem SS. App. Petri & Pauli & Ioannis Baptistæ. E

Item aliam Albanensem, in memoriam S. Ioannis Baptistæ.

Aliam item Capuanam, Apostolorum: & Neapolitanam, in honorem, vt ait Ado, Apostolorum & Martyrum.

Sed & in pluribus alijs quoque Italiæ Ciuitatibus, viget adhuc memoria aliarum Ecclesiarum, ab eodem Imperatore summa impensa, constructarum; & in alijs Prouincijs itidem factum esse constat, & inter ceteras nobiles ab eo extructas Basilicas, vnius dicatæ Beatissimæ Virg. Mariæ, meminit Gregor. Turon. de Glor. Mart. cap. 9. recensens miraculum, quod in eius ædificatione contigit. Atque hæc non vno anno, sed hoc

A forte inchoata, deinceps perfecta ſunt, in quorum nullo tam inſignium operum, Conſtã
tini nomen reperitur inſcriptum fuiſſe, magno eius modeſtiæ argumento.

De donatione Conſtantini, facta Eccleſiæ Romanæ.

OMiſſis, quæ in vtramque partem a multis de ea ſcripta ſunt, illud tantum obiter
attingam; Neminem veri amantem, & antiquarum literarum ſtudioſum, negatu
rum, primum omnium Chriſtianorum Imperatorum Conſtantinum eundemque maxi
me pium ac pariter munificentiſſimum, ore quoque Gentilium prædicatum, Chriſtianã
Religionem, quam auita ſuperſtitione relicta, primus ferme omnium Auguſtorũ, (quod
pro rei nouitate viſum eſt portentum) præter Senatus ſententiam, & Populi amplexa-
B tus eſt, cunctis quibus valuit officijs coluiſſe, atque muneribus frequentaſſe, ad quæ præ
ſtanda, eum pietas cum impelleret, & æmulatio, ex antiqua gloria aduerſariæ Religio-
nis, vrgeret; atque ſtimulus ea de cauſa, (vt Zoſimus ait) hoc tempore infenſi ſibi, atque
palam iam obtrectantis Senatus, exagitaret; vt non tantum paria, (quod dictum eſt ſu-
perius) Gentilium Sacerdotibus conceſſerit, Chriſtianæ Religionis Antiſtitibus Priui
legia, & maioribus auxerit eos, atque Chriſti templa donarijs; ſed ipſam potiſſimum
Romanam Eccleſiam, in qua ſciebat totius Chriſtianæ Religionis vigere principatum,
atque cardinem verti, eamque in medio æmulantium, laceſſentium, atque oblatrantium
hoſtium collocatam, in ipſorum odium & inuidiam, ampliſſimis donaſſe muneribus,
ſummaque potentia communiſſe, atque iuribus ſtabiliſſe; quorum aliquibus, licet mode
ſtia Romanorum Pontificum non ſit vſa, non tamen ea ratione, negari poſſunt eſſe colla
C ta: ſicut, nec quis iure inficias ire poterit tributas olim eſſe ab Auguſto, Senatui (quod
Dio hiſtor. quinquageſimo tertio teſtatur) Africam, Numidiam, Aſiam, Epirum,
Græciam, Dalmatiam, Macedoniam, Bithyniam, Pontum, Cyrenem, Siciliam, Sardiniã,
& Hiſpaniam Bæticam; licèt eiſdem poſteriores Imperatores pro arbitrio vſi ſint. Ma-
gnum planè eſt de collatis illis Romanæ Eccleſiæ a Conſtantino muneribus argumen-
tum, quod Francorum Chriſtianiſſimi Principes, ſuis ipſorum Diplomatibus, ea à Lõgo
bardis ablata, ſe Romanæ Eccleſiæ reſtituere, profeſſi ſunt. ſi enim Romana Eccleſia, an-
te collata illa, à Francorum Regibus, Priuilegia, iam potiebatur rerum dominio, vnde il
lud ſibi, niſi iure debitum potuit vendicaſſe? cum certum ſit, nulla id factum armorum
vi, atque violenta graſſatione: ſilentibus præſertim, nec minimum quidem reclamanti-
bus, qui tum regnabant in Oriente Imperatoribus, alioqui in Rom. Eccleſiam parum
D æquis, quam & auſi fuerunt (quod queritur S. Gregorius) redigere ſub tributo.

Nam edictum donationis, quod apud Græcos habetur in Nomocanone, apparet ab Edictum do
illis magna ex parte confictum, ſiquidem plus in eo auferunt Eccleſiæ Romanæ, quam nationis ſu-
dant, dum Primatum eius ſuper omnes Eccleſias a Chriſto inſtitutum, agnoſcunt a Cõ ſpectum.
ſtantino tributum (quanquam id ſic interpretari poſſemus, vt quod ſciebat Conſtanti-
nus diuinitus inſtitutum, id pro ſua Imperiali poteſtate ab omnibus obſeruari manda-
ret) niſi id totum conſtaret comparatum ad extollendam Eccleſiam Conſtantinopolita
nam, & in Patriarchalem ſublimandam, dum illum dicentem inducunt. *Decernentes ſta
tuimus, vt Romana Eccleſia habeat principalem poteſtatem, & ſit caput quatuor ſedium
Sedis Alexandrinæ, Antiochenæ, Hieroſolymitanæ, & Conſtantinopolitanæ, & vt ſemel
dicam, omnium totius orbis Eccleſiarũ.* ex Nomocanone Phot. tit. 8. cum tamen certum
E ſit, necdum fuiſſe nomen Conſtantinopolis; &, poſt Chalcedonenſe Concilium ſolutũ,
Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, cum nonnullis collegis, quaſi appendi-
cem ſuperaddendo Oecumenicæ Synodo, per ementitum Canonem id ſibi tentaſſe arri-
pere, repugnante S. Leone Papa, & alijs Romanis Põtificibus; de qua re Gelaſius Papa
fidem ampliſſimam facit, cum tres tantummodo Sedes Patriarchales agnoſcit, Romanã
ſcilicet, Alexandrianam, & Antiochenam.

Hoc eodem anno, poſt baptizatum Conſtantinum, collecta eſt Romæ Synodus a Sil- Concilium
ueſtro, 3. Kal. Iun. Criſpo & Conſtantino tertium Coſſ. in Thermis Traiani, in gremio Rom.
ſedis ſuæ (ſiquidem titulum ibi Silueſter nuper erexerat, & Conſtantinus multis do-

mis & redditibus auxerat) affuere ducenti triginta Episcopi, vt habet vetus Cresconiana Collectio, ex qua descripsisse videntur alij dictum Cōcilium, viginti capitibus distinctum. In eo prima actione damnati aliquot Hæretici; nam quod de Ario & Ariana hæresi, nulla in eo fiat mentio, illud videtur a Siluestro & Constantino tum initum consiliū, vt sequenti anno, maiore apparatu, totius Orbis Episcoporum, in Oriente, Synodus celebraretur. A

Partitio bonorū Ecclesiasticorum.

Alia sunt ad pacem & disciplinam Ecclesiasticam conseruandam instituta, in quibus illud, de bonis Ecclesiasticis, quibus iam Ecclesia incipiebat affluere, vt pars vna Pontifici cederet, alia vero clericis, tertia Ecclesiarum fabricis seruaretur, quarta esset in pauperes eroganda.

Altera die & Actione, alia plura ad statum Ecclesiæ pertinentia, statuta sunt.

Vltimo vero loco, eiusmodi lex reperitur esse sancita. *Nemo etiam diiudicet primam Sedem: quoniam omnes sedes à prima sede iustitiam desiderant temperari. Neque quoque ab Augusto, neque ab omni Clero, neque a Regibus, neque a Populo Iudex iudicabitur.* quem Canonem citauit Nicolaus primus ad Michaelem Imperatorem scribens. B

Constātinus exhibet se pfectum Christianum.

a li. 3. c. 1. 2. 3.

Ex hoc tempore Constantinus Imperator, qui visus fuerat antea fluctuasse, se in omnibus & coram omnibus, maxime vero Gentilibus, perfectissimum Christianum exhibuit, & in propaganda Christiana fide, ardentissimum animum declarauit, omnia plane contraria persecutoribus Imperatoribus officia explens, quod & mille plane argumentis apertissime demonstrauit, quæ late prosecutus est Euseb. in Vita, [a] & Ecclesiæ statū florentissimum, descripsit. Quin etiam ait, in tabula depicta, quam in sublime, ante Palatij vestibula suspenderat, se omnium oculis contemplandum proposuit, salutareque passionis insigne, supra caput sui ipsius collocatum, in pictura exprimendum, inimicam autem illam, & hostilem belluam, quæ Ecclesiam Dei impiorum tyrānide oppugnasset, in altum demersam, Draconis specie & figura describendam curauit, &c. Quæ sane Constantino Eusebi, si nondum baptizatus erat, quomodo conueniunt? si quidem omnis cathecumenus, est energumenus, & tantum abest vt ipsum fuget, & occidat serpentem, quin potius ab eo possideatur: quippe qui, nō nisi per baptismum (quod est mare in quo serpēs demersus enecatur) à Cathecumeno penitus expellatur. Vnde S. Cyrillus Catech. mystagog. 1. *Tyrannus ille ad mare vsque veteres persequebatur: iste vero impudens, improbitatis princeps Dæmon, ad ipsas vsque salutares vndas te sequebatur, ille in mari submersus est, iste in aqua salutis suffocatur.* C

Constantin' cur de noua condēda vrbe cogitet.

Constantinus Romę palam detestatus sacra Gentilium, odium Senatus & Populi incurrit, quorum execrationes non ferens, de noua cōdenda Vrbe, totius Idololatriæ prorsus experte cogitat, vt habet Zosimus lib. 2. quod eius consilium satis indicat, Christianam eius mansuetudinem, quasi declinaret occasionem, in Senatum & Populum sæuiendi, quod alij Imperatores, longe leuiori de causa, atrocissime fecerant. vt liceat agnoscere, quantum per baptismum immutatus fuerit, qui ante illum, etiam in coniunctissimos sæuierat. D

Hoc ipso anno, antequam penitus intercluderetur hyeme nauigatio, colligi posse videtur, Constantinum ab Vrbe recessisse, cum constet, ipsum anni sequentis exordio in Oriente egisse, atque cuncta quæ opportuna erant, ad cogendum magnum Concilium Nicææ, præparasse.

b lib. 2. ca. 2.

Byzantium denique, post plura mutata loca, non sine diuino numine, delecta Vrbs Thraciæ nobilis, ad Bosphorum, ad nouam Regiam vrbem, & Romæ æmulam condēdā. Zosimus. Sozom. [b] Zonar. Cedrenus, Nicephorus. E

Qui status esset Ecclesiæ hoc anno in Oriente.

Status Ecclesiarū Oriētis

Paulino Episcopo Antiocheno, quinquenni spatio, eius sedis administratione perfuncto, Ciuitas Antiochena ob electionem successoris, magna contentione scissa est in duas partes, cuius contentionis causa, Constantinus pacis studiosus, vnum de Comitibus fidelissimum Legatum ad eam misit, & litteras, quas, certa de causa, se non adscribere ait Euseb. altera porro pars Antiochenorum ab Arianis corrupta, Eusebio Episcopo Cæsariensi studebat; qui, si minus id succederet, Euphronium & Gregorium Arianos Presbyteros eligendos Constantino commendarat: at cum longe superior esset pars Catholico

rum,

A rum,nec effectum consequutura, quæ ab ipso proposita essent, facile posset existimari, Eusebius præseferens inuiolabilem Apostolicæ traditionis obseruantiam, ne a sede sua in aliam transferretur Episcopus,summæ continétiæ specimen edere præse tulit,ob quã, a Constãtino litteris est commendatus,quas ostentans,easdem integras in Vita Constãtini extare voluit,hoc specioso titulo: *Imperatoris epistola ad nos de Episcopatu Antiocheno a nobis repudiato*.nõ suo loco,iuxta ordinem temporum, sed astutè post Nicænum Concilium,vt ostenderet,quantumuis in eo,vt Arianus,notatus esset,perinde tamen ac si nunquam deliquisset, summæ se apud Imperatorem & alios æstimationis fuisse; sed alias prius litteras Constãtini ad Pop. Antiochenum attexit,quibus apparet,factionem Arianorum illi significasse,propensa admodum esse studia ciuitatis in Euseb. quod minus credibile est; & alias ad Episcopos,hortans omnes ad legitimam & concordem ele-B ctionem,iuxta traditionem Apostolicam,id est Canonem Apostolorum 14. sed de electione Eustathij,accersiti ex Sede Berœensi.ob insignem vitæ, in fide Catholica defendenda,constantiam,vt asserunt Hier.& Niceph.in Chronico,Eusebius ne verbum quidem,vt sibi minus probata;de quo Eustathio,Theodoretus,1. cap. 7. Hunc Episcopi & Sacerdotes,& vniuersus populus Christo deditus,communibus suffragijs inuitum,Ecclesiam illam,pro Philogonio(Paulino dictum oportuit)pascere coëgerunt. & Athanasius epistola ad solitarios. *Fuit*, inquit, *Eustathius Episcopus Antiochiæ,vir confessione clarus ,religione pius,quem magno studio,pro veritate stantem, & Arianam hæresim odio prosequentem,auersanteque homines Arianæ opinionis.&c.* & Hier.ad Euagriũ, epist. 126.*Primus*,inquit, *Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus contra Arium,clarissima tuba,bellicum cecinit,cui primæ deferuntur,quod cum adhuc esset Berœensis Episcopus, aduer-C sus Arium,prima acie,ante alios,cum Philogonio,stetit*,ad quos pro pietate certãtes S. Alexandrum Episcopum Alexandrinum litteras dedisse,Theodoretus affirmat.

Ægyptij quoque ac Thebani (hi erant Schismatis Meletiani) mutuis discordijs, & rixis conflictabantur,eo insania progressi, vt Imperatoris imagines contumelia afficere nõ dubitarét.Euseb.Vitæ 3.cap.4.De qua cõtumelia Chrysost.hom.20.ad Pop. Antioch.sic pro concione disserit.*Fertur,Beatus Constantinus, effigie sua quandoque lapidata,multis ipsum instigantibus ad supplicium de auctoribus contumeliæ summendum, & dicentibus,quod omnem ipsius faciem saxis conuulnerarint;manu faciem palpans, & leniter ridens,dixisse: Ego vero nusquam vulnus in fronte factum video,sed sanum quidẽ caput, sana vero & facies tota, illi vero reueriti & confusi, ab hoc iniquo desistere consilio.* Quod illius dictũ magnopere prædicat. Hinc agnoscas quantam mãsuetudinem baptis-D ma contulerit Constantino,qui antea truculentus,etiam in intimos; post, tam atrox Maiestatis crimen,reliquerit impunitum,atque adeo risu sit prosecutus.

Inter ipsos Asianos,graues altercationes de die Paschatis agitabantur,alijs alio tempore celebrantibus,quibus omnibus malis per Concilium prouidere statuisse Constantinum,ait Euseb.[a] addit Sozom.[b] ad sedandas de Paschate controuersias, Osium missum fuisse,Episcopum Cordubensem. Cilices porro,Syros,atque Mesopotamenos,fuisse populos illos,qui in Paschate celebrando,a Catholicæ Ecclesiæ vsu dissentirent,testatur Athanas.lib.de Synodis.

lib.3.cap.5. Euseb. Cæsar.subdol⁹. & vanus.

Præclarum Constantini dictum & factum.

a 3. Vitę c. 5. b lib.1.c.15

Christi Annus	*Siluest.Pap.*	*Constantini Imp.*	*Paulino & Iuliano* Coss.
325.	12.	20.	

E

Concilium Nicænum.

HOc anno,hisque Coss.celebratam esse magnam Synodum Nicænam,eodemq; perfectam & absolutam,pro certo statuendum est,à die 13. Kal. Iul. ad diem 8.Kal. Sept.quidquid aliqui,etiam ex veteribus,re parum expensa,aliter scripserint,constat ex Act.2. Concil. Chalcedon. Euseb.[c] Socrate.[d]

De causis cogendæ Synodi,sic Athanas.lib.de Synodis; *Nicæna Synodus non temere*

Concil. Nicęnum.

c lib. 3. Vitæ c.14.& lib.4 c.40. & 47. d lib.1.c.9.

A *habita est, ut quæ habeat grauissimos vsus, & legitimam rationem. Syri etenim, Cilices, Mesopotameni, in causa festi claudicabant, atque vna cum Iudæis Pascha celebrabant: & iam tum Ariana hæresis, quæ contra Ecclesiam insurrexerat, suos propugnatores habebat, qui ipsam defenderent, & qui pijs insidias facerent, Eusebianos scilicet; atque ea causa fuit, cur vniuersus Orbis in Concilium coiret, vt & eodem die festum celebraretur; & hæresis, quæ supullulauerat, anathemate percuteretur, quod & factum est: nam & Syri in aliorum sententiam traducti sunt, & Arianam hæresim decreuerunt pro Antichristi præcursatrice habendam esse, & scriptis contra eam editis, placita sua promulgarunt.*

Auctor cogendæ Synodi, proculdubio Siluester Papa fuit, per Constantinum; cum nefas esset absque Romani Pontificis auctoritate, vniuersale Concilium congregare, quod, vt ait Socrates [a] id Ecclesiasticus Canon omnino prohiberet; *Quo, inquit, vetitũ erat, ne decreta, absque sententia Episcopi Romani, Ecclesijs sanciantur.* quod omnino transactum Romæ, inter Siluestrum & Constantinum tenendum est. Alexandrum quoque, qui antea de hæresi Ariana excitata, interpellarat Rom. Pont. de eadem re egisse per litteras cum Constantino Epiph. tradit, hæresi 68. Hinc est quod Rufinus [b] ait, ex sacerdotum sententia, Constantinum, Nicænum conuocasse Cõcilium, sed & redeunte ex legatione Osio ipso (qui ad conciliandam pacem missus fuerat) re infecta; Constantinus, (inquit, Sozomenus) [c] indicit Cõcilium Nicæ, Vrbe Bithyniæ, scribitq; ad omnes Ecclesiarum Præsides, vt ad diem præstitutam adsint; qui sic dicit a Constantino indictum esse Concilium, quod litteris Imperatoris conuocati essent. De studio porro, & diligentia Constantini, in tam præclaro opere, & commoditate euectionis publicæ & liberalitate ac munificentia erga Episcopos, Euseb. scripsit. [d]

a lib. 2. c. 13.
b lib. 1. c. 1. in fine.
c lib. 2. c. 13.
d Vitæ lib. 3 cap. 6. 7. 8. 9.

B

Nicæni PP. 318.

C De numero Patrum qui Nicæ conuenerint, cum varia legantur apud diuersos, & facilis sit lapsus in notis numerorum, nihil certius quam quod extat apud Athanasium, testem oculatum, duobus in locis, in epist. ad Iouianum Imperatorem, & in disputatione aduersus Arium; in quibus trecenti decem & octo Episcopi Synodo interfuisse dicuntur. Profitetur idipsum bis Epiphan. hæresi 69. & in Ancorato. Hilarius lib. contra Constantium. Rufinus hist. 1. cap. 1. & Theodoretus lib. 1. cap. 7. atque hic numerus vsu probatus est fere apud omnes, quantumuis plurimorum nomina, & memoria in subscriptionibus exciderint.

Insigniores Epi Concilij Nicæni.

Ex his, quos aliqua antiquitatis memoria in tanta rerum obscuritate illustriores reddit recenseamus.

D Osius Episcopus Cordubensis, Hispaniarum Episcoporum vicem, atque Siluestri Romani Pont. personam gerens, & collegarum legatorum primarius; tempore Maximiani, gloria confessionis effulsit, quem Athanasius magnum Osium nominare consueuit.

In Epistola legatorum ad Siluestrum, extant adhuc hæc verba in eius exordio: *Beatissimo Papæ Vrbis Romæ, omni reuerentia colendo, Siluestro, Osius Episcopus prouinciæ Hispaniæ, Ciuitatis Cordubensis, Victor & Vincentius, presbyteri Vrbis Romæ, ordinati ex directione tua, &c.*

Alexander Episcopus Alexãdrinus, qui primus aduersus Arianam hæresim sublime vexillum erexit, innumeris fere SS. PP. elogijs prędicatus, & anniuersaria memoria in Ecclesia celebratus 26. Febr. Martyrol. Rom.

E Duxit secum Alexander eximios quosdam, & præ ceteris pietate & preciosis vulneribus, & stigmatibus, pro Christi confessione exceptis, fulgentes; quorum, duo tantum nobis noti sunt nomine; Potamon Heracleæ in Ægypto Episcopus, atque Paphnutius Thebaidis superioris, miraculis clarus. Rufinus. [e] Socrates [f] Athanas. ad Solitar. Epiphan. hær. 68.

e 1. cap. 47.
f 1. cap. 5. & 8.

Eustathius Episcopus Antiochenus & ipse Confessione clarus. Athan. ad solit. qui anniuersaria memoria in Ecclesia colitur 16. Iulij.

Macarius Episcopus Hierosolymitanus, cui sufficiat ad laudem, quod Ariani illum sibi præcipuè aduersatum esse contestati sunt. Epiphan. hær. 69. Athan. orat. prima in Arianos. cuius annua memoria in Ecclesia recolitur decima Martij.

Paulus

A Paulus Neocæsareæ Euphratesiæ Episcopus, sub Licinio multa grauia passus. Theodoretus. [a] a lib. 1. c. 7.

IACOBVS NISIBENVS IN MESOPOTAMIA EPISCOPVS, MORTVORVM EXCITATOR, ET INFINITORVM PATRATOR MIRACVLORVM, *quæ in historia nostra, quæ Philotheus inscribitur*, inquit, Theodoretus. [b] *sunt à me commemorata*. diuinis literis pereruditus, plures scripsit commentarios, quos recenset Gennadius de Vir. Ill. sub Maximino Confessor, celebris in Ecclesia 15. Iul. b lib. 1. c. 7.

Ex Armenia superiore Magnus Arostanes Episcopus, insignis illius Gregorij Armeni, (qui maioris Armeniæ Regem Tiridaten, ad Christi fidem conuertit) successor. Acta Gregorij apud Metaphr. 29. Sept.

Leontius Cæsareæ in Cappadocia Episcopus, eximiæ fidei, & sanctitatis, qui & magnum illum Gregorium maioris Armeniæ, ordinauit Episcopum, & Gregorij Nazianzeni patrem, Nazianzo transiens, dum proficiscitur ad Nicænam Synodum, baptizauit. Greg. presbyt. apud Lipom. T. 6. quem & Athanas. orat. 1. contra Arianos, inter eius temporis Ecclesiæ columnas recenset, qui in Martyrolog. Romano 13. Ian. hoc elogio celebratur: Hic sub Licinio, aduersus Gentiles, & sub Constantino, aduersus Arianos, plurimum decertauit. B

Ex nobili vrbe Amasena, maioris Armeniæ, Eutychius Episcopus, successor Martyris Basilei, qui secundum præcedentes prophetias, ob egregia virtutum merita, hunc ipsum designauit eligendum Episcopum. Acta S. Basilei.

Amphion Episcopus Epiphaniæ vrbis Ciliciæ, clarus & ipse perenni memoria confessionis, sub Maximino. Martyrol. Rom. 12. Iun. tantæ æstimationis, vt in locum depositi Eusebij Nicomediensis, omniũ sententia sit subrogatus. Athanas. Apolog. 2. Theodoret. [c] alij. C c lib. 1. c. 20.

Prouinciæ Thraciæ, clariores enituerunt, Alexander Episcopus Byzantinus, Hypatius Gangrensis, qui & auctus est Martyrio. Martyrolog. Rom. 14. Nouembr. Athanas. orat. 1. contra Arianos, quosdam recenset S. Episcopos, magni nominis, viros Apostolicos, fidei Catholicæ defensores acerrimos, inter quos numeratur Eupsychius Tyanensis in Cappadocia Episcopus: Longinus Neocæsariensis in Ponto; Protogenes Sardicensis, & Pistus Athenien.

Inter tot præstantissimos Episcopos, ceu fulgentissimum Sydus, apparuit Nicolaus Myræ in Lycia, Episcopus, innumeris clarus miraculis in vita & post mortem. Acta. Nicola' Myræ Episcop'

D Nicolao non impar eluxit Spiridion Trimituntis in Cypro Episcopus, & ipse vnus ex illis nobilissimis Confessoribus, quos Maximinus dextro effosso oculo, & sinistro poplite succiso, ad metalla damnauerat, de quo admiranda quædam Rufinus narrat lib. 1. cap. 5. Acta eius apud Metaphr. 12. Decembr. quæ & versu descripsisse Tryphillium Episcopum, eius olim discipulum, Suidas affirmat, sed non extant, desideratur Spiridionis nomen, in serie subscriptorum Episcoporum, vt & aliorum multorum, quos constat in eo conuentu affuisse; vt Harpocrationis & Cysconis, quos ex Synodico Athanasij, qui non extat, recenset Theodoretus, inter celebriores eius conuentus Episcopos. Spiridion insignis in Cypro Episcop'

Celebris item fama fuit Theodorus Tharsensis Episcopus, Auxentij Episcopi frater, illius confessione clari sub Licinio, vt est apud Suidam.

E Magni quoque nominis atque meriti, pro vniuersa Ecclesia Africana, interfuit Cæcilianus, Carthaginensis Episcopus, Donatistarum diuturnis persecutionibus exagitatus, & indies clarior habitus; qui ab Athanasio, inter Apostolicos Episcopos, & veritatis Catholicæ primarios defensores collocatur.

At Occidentalium Episcoporum, qui pro ceteris legatione functi sunt, memoria prope excidit, quos sane delectos credibile est, qui ceteris sanctimonia & eruditione præcellerent. In summa videre ibi licebat Martyrum multitudinem in vnum coactam, vt dixit Theodoretus, & fuisse in ea Synodo totius orbis lumina, vt dixit Victorinus, eius ætatis vir, quod & ipsi Ariani inficiari non potuerunt. Si quidem Euseb. [d] scriptum reliquit. Ex omnibus namque, inquit, Ecclesijs, quæ frequentes in tota Europa, Africa, & Asia extiterunt, Dei ministri, qui facile primas ferre putabantur, in vnum vocati sunt. d Vitę lib. 3. cap. 7.

Diuinus iste & venerandus cætus ait Theodoretus, hostibus Dei non caruit, sed ade

rant quidam, licet pauci, ijque veteratores, qui maris deuia imitati, calliditatem suam occultarunt; nam licet eadem sentirent cum Ario, a parte tamen catholicorum se stare simulabant, tempori inseruientes; alij vero sub Vexillo impietatis, sicut turpiter, ita & aperte profitebantur. Erant autem horum omnium Duces, Eusebius Nicomediensis Episcopus, alterque Eusebius Cæsareæ Palæstinæ, Paulinus Tyri, Menophantes Ephesi, Theognis Nicenus, Patrophilus Scythopolitanus, Narcissus Neroniadis, Theonas Marmaricæ, Theodotus Laodiceæ, Athanasius Anazarbi, Gregorius Beryti, Aetius Lydæ, Mares Chalcedonensis, Secundus Ptolomaidis, Paulus Larandis, etsi qui alij ijsdem inhærentes: quorum Eusebius Nicomediensis, Mares Chalcedonẽsis, Theognis Nicenus, inter illos discipulos Luciani, connumerati habentur, qui tempore persecutionis a fide, ad Gentilium superstitionem deflexerant, sed per Magistrum Lucianum post reuocati sunt. Recensentur & alij, qui pariter deinde Ario adhæserunt, vt Antonius, qui posthæc Episcopus Tharsi factus est ab Arianis, Leontius præfectus ab ijsdem Ecclesiæ Antiochenæ, Numenius, Eudoxius, Alexander, & Asterius Cappadox.

Ariani Episcopi.

Vides ex Schola Apostatarum Arij doctrinam inualuisse, nam & Eusebius Cæsariensis eodem crimine fuit aspersus. Hi igitur Ariani Episcopi, callide, more hæreticorum, spreto tam venerando Iudicio Ecclesiastico, libellos accusationum & calumniarum obtulerunt Constãtino, aduersus, (vt credibile est) præcipuos Catholicæ fidei defensores, vt illis prostratis, vel in suspicionem adductis, faciliorem sibi viam pararent, ad Catholicam fidem expugnandam; At Constantinus, ex Donatistarum causa sæpius ventilata, prudentior redditus, a libellorum lectione prorsus abstinuit, ac in ignem cõiectos, prorsus abolendos curauit, illa dicens, quæ apud Rufinum leguntur, *Deus vos constituit Sacerdotes, & potestatem dedit de nobis quoque iudicandi, & ideo nos a vobis recte iudicamur, uos autem non potestis ab hominibus iudicari, propter quod, Dei solius inter vos expectate Iudicium, & vestra iurgia quæcunque sunt, ad illud Diuinum reseruentur examen. Vos autem nobis a Deo dati estis Dij, & conueniens non est, ut homo iudicet Deos, sed ille solus, de quo scriptum est:*[a] *Deus stetit in Synagoga Deorum in medio autem Deos diiudicat.*

Insignis uox Constantini de Episcopis

a Psal. 81.

Conuenerant Nicæam, ob famam tam celebris conuentus Episcoporum, multi etiam Gentilium Philosophorum, & Sophistarum, vt in tam frequenti, tantorum virorum Theatro ingenij vires ostentarent, ac forte etiam Christianæ Religioni insultarent; quorum nonnulli admirando quodam modo confutati, & ad fidem conuersi leguntur, à simplicibus alioqui Christianis, de Laico refert Socrates:[b] de Episcopo Sozom.[c] & Rufinus[d] quem Spiridionem illum magnum fuisse Trimituntis in Cypro asserũt Metaphr. 10. Decemb. Nicephor. 8. cap. 15. Glicas in Annal. quem quidem licet rusticanum hominem, ob vitæ tamẽ sanctitatem, & miraculorum vim admirabilem, Tryphillius, qui diu Beryti Ius Ciuile professus erat, habere voluit Præceptorem: Hunc post factum Episcopum Ledrensem in Cypro, Virum, omnium suæ ætatis eloquentissimum, vt testatur S. Hieronymus, cum aliquando in Synodo locum illum Marci citaret.[e] Tolle grabbatum tuum & ambula & pro grabbato σκιμπόδιον id est lectum humilem diceret, indignãs Spiridion, vt erat antiquitatis Ecclesiasticæ tenacissimus, his verbis redarguit: *Tu ne*, inquit, *melior es illo qui τὸν γράββατον dixit, ut eius uerbis uti dedigneris?* atque ita exiliens de sede Sacerdotali, populo inspectante, eum ad modestiam erudiuit, Sozom.[f] Niceph.[g] Non dissimile exemplum, conuicti miro modo Philosophi refert Sozom. ab Alexandro Episcopo Byzantino.[h]

b lib. 5. c. 5.
c lib. 1. c. 17.
d lib. 1. c. 3.

e cap. 2.

f lib. 1. c. 11.
g lib. 8. c. 42.
h lib. 1. c. 17.
i lib. 1. c. 5.

Conuocati Patres Nicæam, de heresi Arij cognituri inquit Rufinus.[i] frequentes agebant conuentus, Arium frequenter euocabant, & assertiones eius, assiduo tractatu discutiebant, & quid aduersus eas teneri deberet, aut statui, summa cũ libratione quærebant. Cum vero in his certaminibus, tum aliorum multorum eruditorum virorum, tum maxime Athanasij Ecclesiæ Alexandrinæ Diaconi, in differendo peritia, & acumen ingenij eniteret; præ ceteris, ipse Athanasius, Arij & Arianorum omnium in se odium, atque inuidiam prouocauit. ceterum in singulis de fide disceptationibus, Catholici illud potissimum contendebant, ne quid ab eo, quod traditum esset, innouaretur, sed in omnibus seruaretur antiquitas. Sozomenus.[k]

k lib. 1. c. 16. & 18.

A Die autem Concilio præstituta, considentibus Episcopis in aula Regalis Palatij, Cōstantinus ingressus, assurgentibus illis, in medio conuentu erectus constitit, & annuentibus sibi Episcopis in parua sella aurea consedit, quod & illi mox factitarunt; Episcopus autem qui in dextro ordine, Eustathius Antiochenus, primam sedem occupabat, (sinistrum ordinem, vt digniorem, tenentibus Legatis Apostolicis, & Alexandro Episcopo Alexandrino) assurgens, perbreuem orationem habuit, gratias agens Deo, de tantis bonis per eum Ecclesiæ præstitis, & obsecrans, vt sartam tectam fidem consubstantialis Trinitatis, aduersus Arium, & omnes hæreticos, esse vellet. Eam recitat Greg. Presbyter orat. de SS. PP. Nicæn. apud Lipom. T. 6. Euseb.[a] Socrat. Theodor. Sozom. Mox Constantinus breuem & ipse orationem habuit (Latine ob Maiestatem Romani Imperij altero interpretante Græce) gratulans de eorum conuentu & conspectu, laudās B & cohortans, ad mutuam pacem, & consensionem, eam recitat Eusebius[b] & ex eo Sozom. & Gregor. Dalmatianus vero Episcopus Cyricenus, qui sub Zenone Imperatore collegit, vt profitetur, Acta Nicæni Concilij, longe prolixiorem recitat Cōstantini orationem in Synodo habitam, qua inter alia, opportuna occasione, se sacro initiatum esse baptismate profitetur, quam facilioris fuit negocij ab Eusebio prætermitti.

[a] 3. Vitę c. 10 & 11.

[b] 3. Vitæ c. 13.

Quid deinceps actum sit in Synodo, cum Acta ipsa, quæ accuratissime scripta fuisse Sanctus Athanasius auctor est, in libro de Synodis, iniuria temporis, & Arianorum conatibus perierint, hinc inde colligere necessarium est.

Illud quidem memoria dignum in primis accidit; cum, ex consuetudine, scripta Arij de hæresi, quam protulerat, legerentur, Sanctissimos Patres illos adeo exhorruisse Blasphemiam, vt mox aures obstruxerint. Athan. orat. 1. in Arian.

De litteris autem Eusebij Nicomediensis, sic est apud Theodoretū[c] ex Eustathio Antiocheno, & perlectas fuisse, & auditoribus immensum dolorem, propter eius de Ecclesia decessionē, attulisse; auctori insanabile dedecoris vulnus inflixisse, & in omnium conspectu discerptas fuisse, &c.

[c] l. 1. c. 8.

Synodi Alexandrinæ a Catholicis & præcipue ab Osio Legato Sedis Apostolicæ, & Alexandro, Alexandrino Episcopo iam ante contra Arium, & Arianos celebratæ, Acta in medium proferri permiserunt Patres examinanda, vt hæretici merito se damnatos agnoscerent. S. Iulius Papa in epistola apud Athanas. Apolog. 2.

Post altercationes inter Catholicos & hæreticos, ipso Constantino pie hortante & suadente, Ariani confutati, conuicti, & inter sese depugnātes, veriti ne amissis Ecclesijs D in exilium mitterentur, priuatis suis commodis studentes, & in gratiam Constantini, se rectæ fidei assentiri, & subscribere simularunt, quod, quę post consecuta sunt, plane indicant, Athanas. in epist. decretorum Nicæni Concilij contra Arianos. dissenserunt quidem initio quinque quos refert Socrat. lib. 1. c. 5. sed post assensi sunt, duobus exceptis, Euseb. Nicomed. & Theogni Nicæno, qui cum Ario pariter damnati, & sædibus depositi sunt, sed ne quod statutum erat, executioni mandaretur, intercessit Constantinus, Eusebij Cæsar. rogatu, qui eos adegit, ad simulatam saltem palinodiam, & pœnitentiam, colligitur ex litteris Constantini ad Nicomedienses apud Theodo. lib. 2. c. 20. mutilis illis quidem, sed integræ habentur ad finem Tom. 9. Annal.

Consentientibus igitur Catholicis Episcopis & Arianis pariter, quamuis simulatè, assentientibus, concepta est Catholicæ fidei formula, qua, omnia Arianæ hæresis capita truncarentur; fecit autem eius formam Osius, sapientissimus Architectus. Athan. E Epist. ad solitarios.

Symbolum Nicænum.

Credimus in Deum Patrem omnipotētem, omnium visibilium & inuisibilium Creatorem: Et in Dominum Iesum Christum Filium Dei, natum ex Patre & vnigenitum, hoc est ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum, ex Deo uero, genitum non factum, & consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, tam in cœlis, quam in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit, & Simbolū Nicænum.

incar-

incarnatus est, & homo factus est; passus est; & resurrexit tertia die; & ascendit in cœlos; uenturus inde ad iudicandum uiuos & mortuos; & in spiritum sanctum. hæc est regula Catholicæ fidei, ex Athanas. ad Iouianum, de fide; quæ vero sequuntur, Eos autem qui dicunt, Erat, quando nõ erat, &c. sunt Anathematismi pronunciati aduersus omnes impias Arianorum positiones, ne vlla ex parte hæresis consistere posset. A

De voce ὁμοούσιον Cõsubstantialis, qua omne venenum Ariani dogmatis interneca tur, vt dixit Victorinus, obseruandum, quod est apud S. Ambrosium, de fide ad Gratianũ[a] *Auctor ipsorum* (inquit) *Eusebius Nicomadiensis epistola sua prodidit, dicens: si uerum* inquit, *Dei filium increatum dicimus; Homousion. i. consubstantialem cum Patre, incipimus confiteri. Hæc cum lecta esset Epistola in Concilio Nicæno, hoc uerbum in tractatu fidei posuerunt Patres, quod uiderunt aduersarijs esse formidini, ut tanquam euaginato ab ipsis gladio, ipsum nefandæ caput hæresis amputarent.* Hæc Ambros.

a li. 3. c. ult. Consubstantialis uox, Arianis formidini erat eãq; calumniabantur.

Ceterum quod calumniarentur Ariani, vocem esse exoticam, nec reperiri in Diuinis scripturis: eius tamen significationem, ex sacris literis esse, nomenclaturamque non nuper inuentam, sed a Sanctissimis quoque Patribus vsurpatam, ab ipso præsertim S. Dionysio Romano Pontifice, Dionysio Alexandrino Episcopo, & ante hos a Theognosto antiquo Theologo, Athanasius pluribus docet in Epistola decretorum Nicæni Concilij contra Arianam hæresim. B

Quod autem ad astruẽdam Spiritus Sancti Diuinitatem, nihil preterea addiderit Nicænum Concilium Symbolo Apostolorum, id ob eam causam accidisse S. Basilius ait, Epistola 78. quod nulla tunc ea de re controuersia mota esset. Hier. idem ait epist. 65. sed inprimis S. Athanas. ad Iouianum de fide, *Sed nec* ait, *alienauit Spiritum Sanctum a Patre & Filio, sed eum vna glorificauit cum Patre & filio, & in vna Sancta Trinitatis fide, eo quod sit una in Sancta Trinitate Deitas.* & epistola ad Africanos. Item Epiphan. hæresi 74. satis ait expressam Spiritus Sãcti Diuinitatẽ illi verbis, & in Spiritum S. sicut dixerant credimus in Patrem & in Filium, &c. C

Conscriptæ sacrosanctæ fidei Regulæ, Catholici omnes Episcopi, statim subscripsere; Ariani vero, post multas contentiones & cauillationes, & ipsi tandem, ob metum damnationis, depositionis, & exilij, sed fraudulenter & pessima fide, atq; adeo ipse Arius assensere, atque à sancta Synodo recepti sunt, vt est apud S. Hieronymum contra Luciferianos, ex Actis ipsis S. Synodi. De quibus Euseb. vafram, subdolam, & mendacem epist. scripsit ad suos Cæsarienses. Cautum à S. Synodo, ad contentiones vitandas, ne Arius Alexandriam rediret, Constantinus porro edicto, Arij nefaria & impia scripta igni addixit, pœna capitis, apud se habentibus proposita: quem, & sectatores, Porphyrianos appellat, quod nimirum vt Porphyrius Idololatriam & creaturarum cultum probaret, sic Arius eam in Ecclesiã induceret, Filium Dei creaturam esse affirmans. Ex Eustathio Antiocheno Episcopo apud Theodoretum[b] & Athanasio ep. ad Afric. & ex Socrate[c] & Sozom.[d] D

b lib. 1. ca. 8.
c lib. 1. c. 5.
d lib. 1. c. 19. & 20.

Viuebat autem etiam tum Porphyrius, qui, vt ait Eunapius, ad extremam senectutẽ peruenit; & vt ex eius scriptis colligitur, agebat tum annum nonagesimum primum; Hunc scribit Hieronymus in Chron. triennio post, id est, Constantini 23. misso ad eum insigni volumine, fuisse ab exilio liberatum, in quo verisimile est cantasse palinodiam eorum quæ contra Christianos scripsisset, forte exemplo prouocatus Arij, qui huiusmodi palinodia gratiam meruisset, de qua & Eunapius meminit.

Inter aliquos Arianæ hæresis defensores, qui, quod priuatæ personæ essent, sicut non accesserunt ad Synodum, ita nec Synodo innotuerunt, fuit Asterius quidam Cappadox, qui, cum in persecutione Maximiani Herculij Idolis immolasset, nec posset in Clerum cooptari, de Sententia Eusebij, opusculum fecit nefarium, contra Christi Diuinitatem, & obambulans Syriam, & alias Ecclesias, ex commendatione eiusdem Eusebij, Christum negare docebat, vt est apud Athanas. de Synodis. E

Decretũ de Paschate.

Terminatis in Synodo, quæ ad Arium, & Arianã hæresim spectare videbantur; quæstio illa de tempore Paschatis celebrandi reliqua erat. Vetus hæc controuersia fuit, iam tempore Polycarpi agitata, sub Victore autem Romano Pont. celebrato in Palæstina Concilio, definita. At, quamuis plurimi resipuissent, Syri tamen, Apostolicam traditio-

nem

A nem prætexentes, adhuc in schismate persistebant, more Iudæorum, die decimaquarta Lunæ, sanctum Pascha celebrantes, non autem die Dominico, post dictam lunam, vt ceteræ omnes Ecclesiæ. Fuit magno cum labore eadem causa ad finem perducta, & omnes sponte ad Ecclesiæ consortium redierunt, & pro Ecclesia aduersus Arianam hæresim strenue depugnarunt.

Ad Decretum de Paschate, Appendix illa addita est, vt æquis ritibus, omnes sanctum Dominicum diem agerent. *Quoniam sunt quidam, ait, in die Dominico genua flectentes, & in diebus Pentecostes: ut omnia in uniuersis locis consonanter obseruentur, placuit S. Concilio, stantes, Domino uota persoluere*, qui habetur Canon nu. 20. Ritus nō flectendi genua Dominicis diebus & in diebus Pentec.

Obseruandum quod scribit Athanasius, de Synodis, de diuersa ratione, qua vsa est Synodus in his duobus Decretis. *Cum agit de Nicæno Symbolo, Nec Consulem*, inquit, B *nec diem, nec mensem addiderunt: sed in negotio Paschæ, non abhorruerunt ab huiusmodi appendice, ibi enim placuit vt adderetur, Visum est, vt omnes obtemperarent. De fide vero non scripserunt, Visum est, sed, Ad istum modum credit Catholica Ecclesia; & statim ipsa confessio credendi adiuncta est, ut ostenderent eam non esse nouam sententiam, sed Apostolicam, & quæ ipsi scripsissent, non esse sua inuenta, sed Apostolorum documēta.* Hactenus Athanasius.

De hoc Decreto Paschatis Constantinus scripsit Ecclesijs, pie illud commendans, vt est apud Socr. [a] & Theodoret. [b] quas Euseb. hist. de eius vita, inseruit, [c] quasi nihil esset aliud actum in Concilio, callide & perfide, dissimulata cōdemnatione Arij & scriptorum eius, de qua damnatione extat Edictum Constantini apud Socratem. [d] a lib. 1. ca. 6. b lib. 1. c. 10. c lib. 3. c. 16. d lib. 1. c. 6.

S. Leo Magnus epist. 64. ad Marcianum Imperatorem habet, quod de diei Paschatis obseruatione, huc commode referendum est.

C *Paschale, inquit, festum, quo sacramentum salutis humanæ maxime continetur; quamuis in primo semper mense celebrandum sit; ita tamen est lunaris cursus conditione mutabilis, vt plerūque sacratissimi diei, ambigua currat electio; & ex hoc fiat plerumque quod non licet, ut non simul omnis Ecclesia, quod non nisi vnum esse oportebat, obseruet. Studuereque sancti Patres (Nicæni videlicet) occasionem huius erroris auferre, omnino hanc curam Alexandrino Episcopo delegantes, quoniam apud Egyptios huius supputationis antiquitus, tradita videbatur esse peritia, per quam qui annis singulis dies prædictæ solennitatis eueniret, sedi Apostolicæ indicaretur, ut huius scripti, ad longinquiores Ecclesias iudicium generaliter percurreret.* hæc S. Leo. Proterius vero Episcopus Alexandrinus, scribens ad eundem S. Leonem, magna animi submissione profitetur omnia se accepta ferre Romanæ Ecclesiæ, cum scilicet ea omnia Petrus Marcum docuerit, cum eum Ale- D xandriam Episcopum misit. Habentur hæc ex S. Leonis scripta epistola ad Proterium, cuius fragmentum recitatur a Beda, de ratione temporum. [e] Ecclesia Alexandrina significabat quando celebrandum Pascha esset. e cap. 42.

Perseuerauit mos iste diu in Ecclesia Alexandrina, Vt eius Sedis Episcopus, Paschales, quos vocabant, daret epistolas; sed interceptum eiusmodi fuit officium, postquam eiusdem Ecclesiæ, hæresiarchæ præsidere cœperunt Episcopi, cum licet illi darent litteras, nemo tamen ab eis acciperet, quibus in fide minime communicarent, quales nam vero esse solerent eiusmodi Paschales epistolæ, quæ adhuc extant Theophili Episcopi Alexandrini, a S. Hieronymo in latinum versæ, docere possunt. Cognito igitur primū ex Episcopi Alexandrini litteris, quoto anni die celebrandum Pascha esset, eoque Apostolicæ sedis litteris, omnibus Ecclesijs promulgato, sacro Epiphaniæ die, Diaconi in singulis Ecclesijs, inter sacra Missarum solemnia, annunciare consueuerant, Verum an- E te hac, vigebat in Ecclesia antiquus vsus, vt a Romano Pontifice quæreretur Paschalis dies, quod habetur expressum in Arelatensis Concilij primi Canone primo, dum his verbis Synodus scribit ad Syluestrum. *De obseruatione Paschæ Domini, vt vno die & tempore per omnem orbem obseruetur, & iuxta consuetudinem, litteras ad omnes tu dirigas.*

Ad facilius inueniendum cuiuslibet anni Paschalem diem, Constitutus est in Nicæno Concilio numerus ille, qui aureus nominari consueuit, decem & nouem annorū periodum continens. D. Ambros. epistola ad Episcopos Æmiliæ, *Quem, ait, annorum circulum Enneadecaterida nuncupauerunt.* Quod vero Eusebius Pamphili scripsit, per Aurei numeri origo.

hoc

hoc fere tempus librum de Paschate, quem obtulit Constantino, hinc fortasse factum fuit, vt Beda putaret eum auctorem fuisse circuli decem nouennalis, quod ait lib. de ratione Temporum cap. 42. A

a lib. 4. c. 34. & 35.

De eo libro Cōstantinus honorificas ad Eusebiū dedit litteras, quæ extant in Vita.[a]

Statuitur de Meletianis schismaticis

Post Decretum de Paschatis vniformi obseruatione, Causa Meletij Schismatici, qui Ecclesiam in Ægypto positam, a temporibus S. Martyris Petri Alexandrini Episcopi vehementer exagitauit, in Synodum allata est, qua diligenter expensa, ob Ecclesiæ pacem, sic cum eo transactum est, atque indultum, vt nomen tantum ipse Episcopi retineret, munera autem obire cessaret, & ab eo ordinati sic in officio permanerent, vt tamen cum in ordinatione confirmati essent, illis inferiores esse deberent, qui ab Alexandro ordinati fuissent; quæ fusius explicata habentur in Synodicis litteris, ab ipso Concilio ad Alexandrinos datis, cum nondum tamen absoluta Synodus esset; quibus etiā litteris significatur de damnatione Arij, *quem*, aiunt Patres, *Theonam Marmanicæ Episcopum, & Secundum Ptolemaidis, ad exitium secum perduxisse*; eandem Synodicam habet Socrates.[b] B

b lib. 1. c. 6.

Huius occasione Meletij S. Synodus sextum Canonem edidit, quo secundum aliqua priuilegia Ecclesiæ Alexandrinæ, vetuit ne in Ægypto, Libya, vel Pentapoli aliquis ordinaretur Episcopus, absque ipsius Metropolitani scientia, quod etiam tertiæ Sedi, nempe Antiochenæ, veteri consuetudine debitum, voluit custoditum.

Canon hic est, vt à Paschasino Legato Sedis Apostolicæ in Synodo Chalcedonen. Act. 16. prolatus est, & a Dionysio exiguo latinitate donatus.

Trecentorum, decem & octo Sanctorum Patrum Canon Sextus. C

QVOD ECCLESIA ROMANA SEMPER HABVIT PRIMATVM; *tenuit autem & Aegyptus, vt Episcopus Alexandriæ omnium habeat potestatem, quoniam & Romano Episcopo hæc est consuetudo; similiter autem & qui in Antiochia constitutus est, & in ceteris Prouincijs, Primatus habeant Ecclesiæ ciuitatum ampliorum; per omnia autem manifestum sit, vt si quis præter voluntatem Metropolitani Episcopi fuerit ordinatus, hunc (quia statuit hæc S. Synodus) non debere esse Episcopum. Sane si communi consensu, & rationabiliter probato, & secundum Ecclesiasticam regulam statuto, duo aliqui, aut tres per contentionem suam contradicunt, illa obtineat sententia, in qua plures numero fuerint Sacerdotes. Quoniam uero mos antiquus obtinuit, & uetusta traditio, ut Aeliæ, id est Hierosolymorum Episcopo deferatur, habeat consequenter honorem suum, sed & Metropolitano sua dignitas salua sit* Hucusq; Canon Sextus, cuius, (cum alioqui uideatur obscurior, & a Rufino, dum in compendium redigit,[c] etiam magis obscuratus sit, & ab hęreticis perperam interpretatus) legitima atque germana illa interpretatio esse videtur, vt S. Synodus voluerit demonstrare, ratam firmamque esse auctoritatem Ecclesiæ Alexandrinæ, in omnes Ægypti Prouincias, quam Meletius Schismaticus impugnabat: idque ex Primatu Romanæ Ecclesiæ, ex quo ea omnia Alexandrinus Præsul acceperat, quod & res ipsæ postmodum gestæ, ac maiorum scripta declarant. Probasse autem Iudices lectionem hanc Nicæni Canonis, & hanc interpretationem, ex eorum interloquutione intelligi potest, cum dixerunt. Perpendimus omnem quidem Primatum, & honorem præcipuum secundum Canones antiquæ Romæ Deo amantissimo Archiepiscopo conseruari, ut permirū sit, quid in mentem uenerit aliquibus Græcis, (in quibus fuit Theodorus Balsamon) dicere, Romanam Ecclesiam à Nicæno Concilio Priuilegia, quibus potitur, esse sortitam, & tunc institutum esse Romanum Patriarchatum, atque tres alios, quo nihil insulsius dici potuit. Sed Nicolaum Papam audiamus, ad Michaelem Imperatorem, Romanæ Sedis aduersarium *Ecclesiæ Romanæ Priuilegia Christi ore, in B. Petro firmata, in Ecclesia ipsa disposita, antiquitus obseruata, & a Sanctis Vniuersalibus Synodis celebrata, atque a* D E

c lib. 1. hist. c. 6.

De Primatu, Ecclesiæ Roma. a Christo tradito.

cuncta

A *cuncta Ecclesiæ iugiter uenerata, nullatenus possunt minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari; quoniam fundamentum quod Deus posuit, humanus non valet amouere conatus; & quod Deus statuit, firmum ualidumque consistit: illeque potissimum peccat, qui Dei ordinationi resistere tentat. Priuilegia inquam eius Sedis, vel Ecclesiæ perpetua sunt; Diuinitus radicata, plantata sunt; infringi possunt, transferri nō possunt; trahi possunt, euelli non possunt; quæ ante Imperium uestrum fuerunt, & permanent (Deo gratias) hactenus, illibata post vos, & quousque Christianum nomen prædicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt, immutilata. Ista igitur Priuilegia, huic S. Ecclesiæ a Christo donata, a Synodis non donata sed solummodo celebrata, & venerata; per quæ non tam honor, quam onus nobis incumbit, licet ipsum honorem, non meritis nostris, sed ordinatione Dei gratiæ, per B. Petrum, & in B. Petro, simus adepti, nos cogunt, nosque compellunt,* B *omnium habere solicitudinem Ecclesiarum Dei;* & inferius: *Proinde animaduertēdum est, quia non Nicæna, non denique vlla Synodus, quidquam Romanæ, contulit Ecclesiæ priuilegij, quæ in Petro nouerat eam totius veræ potestatis pleniter meruisse, & cunctarū Christi ouium regimen accepisse; sicut B. Præsul Bonifacius attestatur, vniuersis Episcopis per Thessaliam constitutis, scribens: Institutio Vniuersalis nascentis Ecclesiæ de B. Petri sumpsit honore principium, in quo regimen eius, & summa consistit. Ex eius enim Ecclesiastica disciplina, per omnes Ecclesias, religionis iam crescente cultura, fons emanauit. Nicænæ Synodi non aliud præcepta testantur, adeo, ut non aliquid super eam ausa sit constituere, cum uideret nihil supra meritum suum posse conferri. omnia denique huic nouerat Domini sermone concessa: si omnia ergo nihil defuit, quod illi non cesserit. Denique si instituta Nicænæ Synodi diligēter inspiciātur, inuenietur profecto, quia Romanæ Ecclesiæ nullum eadem Synodus intulit incremētum, sed potius ex eius forma, quod Ecclesiæ* C *Alexandrinæ tribuerit, particulariter sumpsit exordium.*

Quod verò sequitur de Ecclesia Hierosolymitana (alibi septimus Canon dictus) inepte & imperite interpretatur Balsamon, dum statutos tradit a SS. PP. quatuor Patriarchas, Romanum videlicet, Alexandrinum, Antiochenum, atque Hierosolymitanū; quem meminisse oportuit, id primum tentatum esse a Iuuenale Episcopo Hierosolymorum post Chalced. Concil. absolutum, cum ei restitit Leo Rom. Pōt. Nicænorum Canonum obseruatissimus. Cœterū tantum abest vt huius Canonis auctoritate Hierosolymit. Ecclesia aucta fuerit Patriarchatu, vt nec exempta fuerit ab Ecclesia Cæsariensi, cui vt Metropoli, Palæstina subiecta erat. Nihil ergo magna Synodus contulit Hierosolymorum Ecclesiæ, nisi, vt qui ex antiquo vsu, deferri solitus erat honor ei Ecclesiæ, sic deferretur, ut tamen salua in omnibus iura essent Ecclesiæ Metropolitanæ, vt ex Syno- D do prospectum potius habeatur Ecclesiæ Cæsariensi, quam Hierosolymitanæ Quod enim Hierosolymitana Ecclesia, attenta eius origine, Mater sit dicta omnium Ecclesiarum, (nam sic nominatur in epistola Synodali Concil. Constantinopolit. Oecumenici ad Damasum Papā scripta, quam recitat Theodoretus [a]) inde accidit, vt ipsius Ciuitatis Episcopus eum antiquitus honorem sit consecutus, vt inter Ecclesiarum Apostolicarum Antistites consideret, & in litteris quoque ita nominaretur. Sed in tota hac parte legendi integrè sunt Annales, in quibus egregiè stabilitur Primatus Ecclesiæ Romanæ, & hęretici hostes, & Græci æmuli confutantur.

De Ecclesia Hierosolymit. quid statutum.

a lib. 5. c. 9.

S. Synodus, quamuis frustra, laborans in reuocandis ad Ecclesiæ Catholicæ communionem Nouatianis, qui diro Schismate primum, ac demum hæresi se separauerant: tamen apertam voluit illis ianuam reliquisse, si ad Catholicam Ecclesiam redire vel- E lent, certis expressis conditionibus, in Canone ea de re statuto, qui fertur 8.

De Nouatianis.

Rursus vero de Paulianistis, seu Samosatenis & Cathaphrygis, ad Ecclesiam Catholicam venire cupientibus, S. Synodus edito Canone prospexit qui extat nu. 19.

De Samosatenis, & Cataphrygis.

Quoniam autem præter illa, quæ de fide, in eodem Concilio rectè statuta sunt (inquit S. Basilius Epistola 78.) alia ad correctionem noxiorum, alia uero ad præmunitionem contra ea quæ in futuro suboriri possent, a SS. illis PP. instituta fuerant: ad emēdationem delictorum illa planè statuta fuisse videntur, quæ de lapsis recipiendis pluribus Canonibus continentur.

Ad hanc quoque partem emendationis delictorum pertinet, quod statutum est de

De his, qui se abscidissent.

his, qui se sponte absciderunt; aduersus quos primus ordine positus Canon a Patribus habetur conscriptus. Canonis sanciendi causam dedisse uidetur Leontius, qui accusatus de comertio cuiusdam iuuenculæ mulieris, iussusq; proinde vt ab eius contubernio abstineret, seipsum castrandum dedit, quo ita liberè eius comertio vti posset, & nihilominus tamen, cum presbyter esset, depositus est, Athan. Apolog. de fuga, epist. ad solitarios Socrate a Theodoreto. b

a lib. 2.c.21. b lib. 2.c.24.

Non licere Clerico habere subintroductas mulieres.

Inde quoque occasio sequentis Canonis, qui fertur tertius, fluxisse uidetur. Iterdixit per omnia magna Synodus, non Episcopo, non Presbytero, aut Diacono, nec alicui omnino, qui in Clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi forte, aut matrem, aut sororem, aut amitam, uel eas tantum personas, quæ suspiciones effugiunt.

De Clericis coniugatis quid statuerit Conci. in quo falsi sūt Socr. & Sozomen.

c lib. 1.c.8. d lib. 1.c.22.

Opportuna hic videbatur oblata occasio, ut de illis quoque Clericis ageretur, qui, antequam ordinarentur, coniugati essent, num initiati postea sacris Ordinibus, cum ijsdem consuetudinem habere possent. Quid autem de his a Patribus statutum fuerit, nō apparet. de huiusmodi vero rogatione, quod scribūt Socrates [c] & Sozomenus, [d] (qui lōgè, post Concilium Nicænum scripserunt) Paphnutium Episcopum intercessisse, quominus legem ferrent; qua, ne Episcopi, Presbyteri, Diaconi, ac Subdiaconi vxoribus, quas ante Sacros acceptos Ordines habuissent, uti possent, prohiberentur, falsum esse oportet; siquidem traditio Ecclesiæ tam Orientalis quam Occidentalis, ab Apostolis vsque ducta, hoc habebat, vt (quod S. Hieronymus scripsit ad Pāmachium epistola 50. in fine) *Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut Virgines eligantur, aut Vidui, aut certe, post Sacerdotium, in æternum pudici.* Nihil quidem SS. Nicæni PP. aliud statuerunt, quam ꝙ traditio habebat, & proximè citato Canone continebatur, ne vllius suspectæ mulieris contubernio vterentur, in quibus vxores contineri satis apparet, & S. Basilius aperte declarat, dum ad Petragorium scribens, decrepitæ ætatis sacerdotem (epistola 17. in additionibus) increpat, quod presbyteram, (quę est uxor) (quam, in presbyterium cooptatus, quod Canones hoc iuberent reliquerat) in domū admisisset, excommunicationem nisi eam dimitteret, acriter comminatus, *sed*, inquit, *eijce illam ex ædibus tuis, & trade in Monasterium, sit illa cum Virginibus: tu inter uiros ministra. lege Canonem a SS. PP. nostris in Nicæna Synodo constutum, qui manifeste interdixit, ne quis mulierculam subintroductam habeat.*

De Clericis feneratorib.

Ne Diaconi. presbyteris Eucharistiā ministrarēt; ne ve coram presbyt. sederent.

Pertinet quoque ad præteritorum prauorum morum correctionem, quod S. Synodus aduersus Clericos fœnus exercentes, constituit. Can. nu. 18.

Rursum vero emendauit prauum illum, qui penes aliquos, abusus irrepserat, quo Diaconi Eucharistiam porrigebant presbyteris, ne id vsquam fieret, vetuit S. Synodus; simulque prohibuit, ne Diaconi sederent coram presbyteris. Porro ex administratione rerum temporalium, adeo creuit Diaconorum fastus, in locupletibus præsertim Ecclesijs, postquam sub Christianis Imperatoribus sunt auctæ diuitijs, vt sedere cœperint coram presbyteris, absente Episcopo, & alia sibi illicita vsurpare, quæ S. Hieronymus, scribens ad Euagrium, damnat, epistola 85. Canon num. 14.

Ne ordinati in vna Eccl. ad aliam trāsirent.

Sed & praua illa quoque consuetudo sublata est, qua Episcopi, Presbyteri, atq; Diaconi, de Ecclesia, in qua ordinati essent, in aliam transferebantur, censentur 15. & 16.

His addidit S. Synodus, ne quis alterius Ecclesiæ aliquem ordinaret Clericum, absque consensu illius Ecclesiæ Episcopi. Canon num. 17.

De Neophytis non ordinandis.

Ceterum quod ex distinctione S. Basilij epistola 78. non tantum ad correctionem præteritorum noxiorum, sed ad præmunitionem quoque eorum, quæ suboriri possent, Canones statuerit S. Synodus, ad hoc inprimis spectat, quod decretum est, ne recens baptizati in Episcopos assumerentur, vel presbyteri ordinarentur. Canon nu. 2.

De Episcopis ordinandis.

Sed quod ad Episcopum spectat, quomodo facienda ordinatio esset; definitum est, vt ab omnibus prouinciæ Episcopis ordinetur, vel saltem a tribus cæteris per scripta consentientibus, & Metropolitano confirmante. Habetur nu. 4.

Excommunicati ab vno Episcopo, ab alio ne recipiatur.

Quo insuper firma rataque concordia perduraret inter Episcopos, illud his additū, vt excommunicati ab vno, ab altero non recipiantur; Vtque bis in anno Antistites Cōcilia celebrarent, ad quę causæ deferrentur eorum, qui ab Episcopo se iniustè passos aliquid, conquererentur. delecta vero ad Concilia celebranda anni sunt tempora, ante

Qua-

A Quadragesimam, & in Autumno, qui Canon est nu. 5.

Sunt autem Canones omnes, quos recensuimus, viginti numero, non eadem tamen partitione, & ordine vbique dispositi, sicut nec eadem versione latinitati redditi, cum plures extēt. Sed & Theodoretus [a] Viginti tantum Canones in magna Synodo statutos affirmat, totidemque repertos esse in Archiuis, Alexandrinæ, Antiochenæ, & Constantinopolitanæ Ecclesiæ, cum illi magna diligentia perquisiti sunt, ab Episcopis Africanis, Synodi sextæ Carthagin. Acta. & epist. ea de causa tunc scriptæ, certissimam fidem faciunt. Ceterum Nicænos Canones, aliquod passos esse naufragium, tabulæ quæ hinc inde reperiuntur manifeste significant. Canonem editum a magna Synodo de Diuinis scripturis Authenticis, probatur ex S. Hieronymo, præfatione in Iudith, epistola 3. sed quia hunc librum, inquit, Synodus Nicæna, in numero SS. scripturarum legitur B computasse, acquieui postulationi vestræ, &c.

a Lib. 1. c. 8.

Canon de diuinis script.

Alium item Canonem de Bigamis non ordinandis, citat S. Ambrosius, ep. ad Vercellens. Eccl. sed prius cognoscamus, non solum hoc Apostolum de Episcopo & Presbytero statuisse, sed etiam Patres in Concilio Nicæno tractatus addidisse, neque Clericum quemquam debere esse, qui secunda coniugia sortitus sit.

De Bigamis non ordinandis.

Zosimus Papa, vt est in Concil. Carthagin. 6. cap. 3. citat Canonem Nicænum de appellatione ad Apostolicam Sedem; quem Theodoret. [b] digito signat, dum scribit; *Etenim Iulium Episcopum, qui tum Romanam rexit Ecclesiam, Eusebiani de criminibus, quæ falso contra Athanasium confinxerant, per litteras certiorem fecerant. ille Ecclesiæ Canonem secutus, (non alium certe quam Nicænum) & eos iussit Romam venire, &c. & Diuinum Athanasium, qui pro se in Iudicio responderet vocauit*: siquidem Athanasius aduersus Arianorum Iudicia contra se lata, Romanum Pont. legitime appellarat. C

De Appella. ad sedē Apostolicam.

b lib. 2. c. 4.

Cum vero constet, longe grauiori, ex Ariana hæresi tempestate, iactatam esse Oriētalem, quam Occidentalem Ecclesiam, haud mirum sit Hieronymum, Ambrosium, & Zosimum Papam, ex Romanæ Ecclesiæ Archiuis, atque aliunde petitos, alios, præter viginti illos, nouisse Nicænos Canones, quod intelligentes Patres Catholici, qui Sardicam, ad Oecumenicum Concilium conuenēre, complures, ex Canonibus Nicææ, in Magno Concilio editis, quasi in recentiori theca recondentes, decretis Sardicensibus, additis quibusdam alijs, intexuere.

Rursus autem Episcopi ipsi Africani in 3. Concil. Carthag. sub Siricio Papa, quod constituerunt Can. 29. vt non nisi a ieiuno sacrificium offeratur, in Concil. Nicæno statutum fuisse inferius, can. 48. profitentur, cum in fine sic aiunt: *De fide enim Nicæna tractatus audiuimus. Verum & de sacrificijs inhibendis post prandium, vt a ieiunis, sicut* D *dignum est offeratur, & tunc, & nunc confirmatum est.*

Ieiuni tantū sacrificium offerant.

Insuper alterius Canonis meminit Iulius Papa in epistola ad Arian. recitata & intexta ab Athanasio in Apolog. 2. in hæc verba. *Episcopi, in magna Synodo Nicææ congregata, non sine Dei consilio, permiserunt, prioris Synodi dicta, in alia Synodo examinari.* & paulo post. *Quod si istiusmodi consuetudo olim fuit, eiusque memoria renouata est, & scripto prodita in magna Synodo, eamque apud uos ualere non sinitis, rem profecto indecoram facitis.*

De minore Synodo ad maiorē prouocatio.

Ceterum nec ipsi Greci, quantumlibet tenacissimi Nicænorum Canonum, numeri vicenarij custodes & vindices, negare usquam potuerunt, nihil præterea in magna illa Synodo esse statutum, quod extra illos 20. Canones inueniatur. Cum ab Attico ipso Episcopo Constātinopolit. editum sit exemplar Formatæ scribendæ, cuius communica E tione, uniuersa compaginari deberet Ecclesia. quod excusum habetur post Concilium Chalcedonense, sed in Cresconiana Collectione, sub eiusdem Attici titulo descriptum reperitur, in quo hæc sunt verba. *Hoc a Patribus 318. Nicææ congregatis saluberrimè inuentum est & constitutum.* Vsus porro Formatarum ad hoc referebatur, vt qui has scriberet, vel afferret, agnosceretur esse Catholicus. Hic autem Canō, nequaquam credendum videtur, cum ceteris esse editus, sed penes Catholicos Episcopos, retentus esse secretus, ne si alioqui vulgaretur, impostor aliquis Hæreticus, vel Schismaticus, per fraudem, confictis eiusmodi litteris, Formatis dictis, se pro Catholico venditaret, & Catholicam communionem suffuraretur. Ad huius Canonis elucidationem legendus

De Formatis statutum in Cōc. Nicæn.

est Iuo,

est Iuo, de caus.cler. parte 6.cap.433. sed inprimis de tota re Annales ipsi Card.Baronij. Canoni de Formatis, in Crescon. Collectione. Subijciuntur S. Synodi litteræ (sane corruptæ) ad Siluestrum Rom. Pont. in quibus illa verba leguntur. *Quidquid autem constituimus in Nicæno Concilio, precamur vestro oris consortio confirmetur. Oret Beatitudo tua pro vniuerso Concilio. Dat. vij. Kal. Iul. Accept. xiij. Kal. Nouembr. Paulino, & Iuliano Coss.* A

Nicænę Syn. litteræ ad Silu. quibus petit confirmationem.

Cui habetur coniuncta Siluestri epistola ad Synodum, sed mendosissima, quæ & ob Coss. perperam positos, commentitia reputatur. Quod ad magnæ Synodi confirmationem spectat, certum est, Ecclesiastico iure traditum, & obseruatum esse, vt omnia Decreta Synodica ab Episcopo Rom. Ecclesiæ acciperet firmitatē. CANON ECCLESIASTICVS VETAT (est apud Socratē 2.c.13.) NE DECRETA, ABSQVE SENTENTIA EPISCOPI ROMANI, ECCLESIIS SANCIANTVR. Qui quidem Canon nō in aliqua Synodo reperitur esse sancitus, sed potius antiquo vsu, vti Apostolica institutio, ad posteros iugi obseruatione omniū, apparet stabilitus. Glorificationis hymno, id est, GLORIA PATRI, ET FILIO, ET SPIRITVI SANCTO, (qui ab Apostolis ipsis vna cū fide traditus est Ecclesiæ, vt est apud Basil. de Spiritu sancto, ad Amphilochium, cap. 7. 27. & 29.) illud a Nicæna Synodo factum est additamentum, SICVT ERAT IN PRINCIPIO, ET NVNC, ET SEMPER, ET IN SÆCVLA SÆCVLORVM, AMEN. idq; occasione Arianorū blasphemantiū Dei Filiū, nō semper cū Patre fuisse, sed tēpore cœpisse, vt habetur in Cōcilio Vasensi primo, habito sub Constantio, cap. 1. Ado in Chron. A.D. 337. sed & eosdem Arianos, vt baptismi formam corruperant, ita etiam hymnum glorificationis, dicentes: Gloria patri per filium, in Spiritu sancto. Sozomenus tradit 3. cap. 19. in fine. Vsum porro huius hymni glorificationis in Ecclesia fuisse ex traditione Apostolica, ante Concilium Nicænum, est sane verisimile, nam si de eo Concilium statuisset, vniuersalis & vniformis per Ecclesiam eius fuisset vsus & obseruatio, at secus apparet ex Cassiano lib. 1. cap. 8. Illud etiam, ait, (quod in hac Prouincia vidimus) vt vno cātante, in clausula Psalmi, omnes adstantes concinant, cum clamore. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nusquam per Orientem audiuimus, sed cum omnium silentio ab eo qui cantat, finito psalmo, orationem succedere, hac vero glorificatione Trinitatis tantummodo solere Antiphonam terminari, quare redarguitur falsitatis commentitia illa, nomine S. Hieronymi Epistola ad Damasum, qua rogat, vt ex Orientis exemplo inducat huius hymni vsum in Ecclesiam Romanam. B C

Glorificationis hymnus.

Vsus concinendi in Ecclesia Symbolum Nicænum in Ecclesijs Orientis, vbi hæresis Arij magis inualuit, magis etiam debuit frequentari. In Ecclesia Constantinopolitana, cum antea semel in anno, Parasceue scilicet Dominicæ passionis tempore, quo Episcopus Catechizabat, recitaretur; *Timotheus Episcopus*, inquit Theodorus Lector, *ab amicis rogatus, per singulas synaxes dici curauit, ad reprehensionem videlicet Macedonij, quasi ille Symbolum hoc non reciperet.* Ecclesia vero Romana, custos fidelissima antiquitatis, quod didicerat ab Apostolis, Symbolum, nullo prorsus additamento, quod nec vlla hæresi maculata fuit, diutius retinuit. Rufin. in expositione Symb. D

De Vsu Symbol. Nicæni in Eccl. Oriētis.

Ecclesia Romana diutius retinuit vsū symb. Apost.

Quod rursum spectat ad numerum Canonum Nicænorum, cum constet excessisse numerum Vicenarium, non videtur posse affirmari fuisse 70. quod in epistola, quæ Marci Papę dicitur ad Athanasium, legitur; nec 80. quod alij affirmarunt; nec Constitutiones quasdam ab eadem Synodo, ad recte viuendi formam præscriptas fuisse, quas circumferri tradit Dalmatius Episc. Cycicenus, cum hæc omnia maiores ignorasse visi sint, quando oborta controuersia in Ecclesia Africana, de ijs mentio necessaria incubuisset. E

De num. Canon. Nicænorum.

Quod legitur apud Greg. presbyterum in orat. de magna Nicæna Synodo, & apud Nicephorum [a] de subscriptione facta a duobus Episcopis iam vita functis, non videtur fuisse cognitum Athanasio, Hilario, & alijs, qui nihil plane reliquere intactum, quo insultantem Arianam hæresim oppugnare potuissent.

[a] Lib. 8. c. 13

S. Synodi Nicænæ, mirum est, quot & quanta extent SS.PP. præconia & elogia, sed in primis S. Leonis Papæ, cum alibi, tum maxime Epist. 53. ad Anatolium, & 55. ad Pulcheriam Augustam.

Elogia Concilij Nicæni.

A Nicæa Ciuitas, licèt antea non ignobilis, longe clarior & illuſtrior reddita eſt trium menſium, Magni illius Concilij incolatu, admirandis quibuſdam ſibi diuinitus impertitis potita beneficijs, quæ Gregorius Presbyter recenſet in Orat. de PP. Nicæni Concilij, apud Lipom. T. 6. 10. Iul. Quorum PP. memoriam Orientalis Eccleſia celebrat v. Kal. Iun. Græc. Menolog.

Abſoluto Nicæno Concilio, Vicennalia Imperij Conſtantini acta, gaudijs cumulatis, Conſtantio Cæſare creato, Euſebius [a] eius oratio, qua ſe ait Conſtantinum ad cœlum vſq; laudibus extuliſſe, non extat.

Conſtantini Vicennalia.
a lib 3. Vitæ. c. 14. & 15. et l. 4. c. 40.

Conſtantinus, ſummis fauoribus & ſtudijs Epiſcopos proſequitur, epulo excipit, muneribus donat ampliſſimis, mandat per Prouincias Clericis, Virginibus, Viduis, certum frumenti numerum ſuppeditari. Euſebius,[b] Theodor. [c] Sozomenus. [d]

Conſtantini beneficentia erga Epiſcopos, &c.

B Dextros oculos Epiſcoporum, pro pietate effoſſos, pie oſculatur, pro certo perſuaſus, (ait Theodoretus) oſculo ſe benedictionem inde hauſturum eſſe.

b 3 Vitę c. 20
c lib. 1. c. 11.
d li. 1. c. vlt.

Pia & peramanti admonitione, de pace & animorum conſenſione ſeruanda, Epiſcopos a ſe dimittit. Euſeb. ibidem.

Perlatis Romam Decretis S. Magnæ Synodi, atq; litteris, Silueſter colligit ex Italia Epiſcoporum Concilium, cuius extat fragmentum Tom. 1. Concil. Silueſter Epiſcopus S. & Apoſtolicæ Sedis Romanæ, dixit: QVIDQVID IN NICÆA BITHYNIÆ CONSTITVTVM EST, AD ROBVR S. MATRIS ECCLESIÆ CATHOLICÆ ET APOSTOLICÆ, A SANCTIS SACERDOTIBVS TRECENTIS DECEM ET OCTO, NOSTRO ORE PARITER CONFIRMAMVS. OMNES QVI AVSI FVERINT DISSOLVERE DEFINITIONEM SANCTI, ET
C MAGNI CONCILII, QVOD APVD NICÆAM CONGREGATVM EST, SVB PRÆSENTIA PIISSIMI ET VENERANDI PRINCIPIS CONSTANTINI AVGVSTI, ANATHEMATIZAMVS. ET DIXERVNT OMNES, PLACET; Sunt & alia ibi ſtatuta quæ videat qui volet.

Cõfirmatur Concil. Nicę num per Silueſtrum.

Felix Papa III. de hac eadem confirmatione, quarta Synodica Epiſtola, cum Synodo Romana, ſic habet: *Domino ad B. Petrum Apoſtolum dicente: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi nõ præualebunt aduerſus eam: eam vocem ſequentes, trecenti decem & octo SS. PP.* apud Nicæam congregati, confirmationem rerum, atque auctoritatem S. Romanæ Eccleſiæ detulerunt, quam vtramq; vſq; ad Ætatem noſtram, ſucceſſiones omnes, Chriſti gratia præſtante, cu-
D ſtodiunt.

Quod Concil. Carthaginenſe VI. teſtatur Can. 9. perlata fuiſſe in Africam ſtatuta Nicæni Concilij per Cæcilianum Epiſcopum Carthagin. qui eidem interfuit; idem credendum eſt factum fuiſſe ab alijs Epiſcopis.

Alexander Epiſcopus Alexandrinus, ad fidem Catholicam, ſartam tectam conſeruandam, præcauens in futurum, ſtatuit, ne Alexandriæ, quantumuis ampliſſima Ciuitate, populum fidelem, alius quiſpiam, licet presbyter, ſed ipſe tantum doceret Epiſcopus, Sozomenus. [e]

Alexandrin⁹ Epiſcop⁹ ſolus prædicat ibi Euang.
e lib. 7. c. 19.

Conſtantinus Imperator compoſitis in Concilio Nicæno rebus Eccleſiaſticis, ad politicum ſtatum animum conuertit, & grauiſſimum ac ſaluberrimum Edictum aduerſus Magiſtratus ſancit, in hæc verba: *Si quis eſt, cuiuſcunq; loci, ordinis, dignitatis, qui
E in quemcunq; Iudicum, Comitum, amicorum, vel Palatinorum meorum, aliquid veraciter & manifeſte probare poſſe confidit, quod non integre atq; iuſte geſſiſſe videatur: intrepidus & ſecurus accedat, interpellet me. Ipſe audiam omnia, ipſe cognoſcam. Et ſi fuerit comprobatum, ipſe me vindicabo. Dicat ſecurus, & bene ſibi conſcius dicat. ſi probauerit (vt dixi) ipſe me vindicabo de eo, qui me vſq; ad hoc tempus, ſimulata integritate, deceperit. Illum autem qui hoc prodiderit, & comprobauerit, & dignitatibus & rebus augebo. Ita mihi ſumma Diuinitas ſemper propitia ſit, & me incolumem præſtet vt cupio, feliciſſima efflorente Repub. P. P. xv. Kal. Octobr. Nicomediæ, Paulino & Iuliano Coſſ.* [f]

Conſtantin⁹ Politicum Reip. ſtatum corrigit. Notēt Principes, & emulentur.

f Co. Theo. l. 4. de accuſ.

Aduersus aduocatos quoq; peculiarem edidit sanctionem.[a]

Item de gladiatoribus sanxit ad Maximum Præfectum Præt. Cuncta spectacula in ocio Ciuili, & domestica quiete non placent. Quapropter qui omnino gladiatores esse prohibemus, eos qui forte delictorum causa hanc conditionem atq; sententiam mereri consueuerant, metallo magis facias inseruire, vt sine sanguine suorum scelerum pœnas agnoscant. P.P. Beryti Kal. Octobr. Paulino & Iuliano Coss.[b]

Postremo supplicium Crucis a Romanis olim decretum maleficis, (ait Sozomenus)[c] sustulit Constantinus, non quidem post debellatum Maxentium: nam in Rescripto dato anno nono eius Imperij, Volusiano & Aniano Coss. legitur, Denegata audientia, patibulo affigatur.[d]

Quin etiam suam Imaginem Constantinus, seu nummis expressam, seu depictam in tabulis, iussit semper hoc quoque Diuino signo inscribi consignarique, cuius rei adhuc testimonio sunt imagines eius hac figura descriptæ. Sozom.[e]

Quod æmulati sunt nonnulli ceterorum Imp. vt Maioriani extat nummus.

In aureis nummis (ait Euseb.)[f] se pansis manibus, instar precantis & Cœlum contuentis insculpi curauit, & in summis Regiarum Vestibulis, erecto statu, sursum in Cœlum contemplans, & precantis forma, manus sursum tollens, pingebatur, ac propterea, lege cauit, ne sua effigies in Idolorum templis poneretur. Deniq; lãceam ipsam, Euseb. 4. Vitæ c. 16. qua uti soleret in prælijs, in similitudinem Crucis elaborãdã curauit, quæ a successoribus Imperatoribus iure hæreditario possessa, ad Henricum quoque Imperatorem & Othonem eius filium peruenit, ac magno in precio habita fuit. Acta S. Gerardi Abb. apud Surium, die 3. Octob.

Per hæc tempora Constantinus cultus scribitur ab Euseb.[g] legationibus & muneribus plurimarum exterarum & barbararum gentium, Blemyum, Indorum, Æthiopum, Persarum, quorum legatos amplissimis donatos muneribus remisit, & cum Persarum Rege Sapores fœdus & societatem inijt, & litteris perhumaniter missis, gratulatus est multitudinem Christianorum in eius Regno; eosque illi diligenter commendauit. Euseb.[h]

Deinceps Religio Christiana ad Gentes finitimas permanauit, & in multos diffusa est. Sozom.[i]

Eusebius Chronicon suum in Vigesimo anno Imp. Constantini terminat; quod longè plenius ab eo elucubratum, (ita vt Hieronymus vocet historiã) ad nos peruenit mutilatum, & corruptum. Hieronymus eo latinè reddito & aucto vsque ad Consulatum Valentis sextum, & Valentiniani iterum, pari forma persecutus est historiam, & pleniorem Chronologiam, quam item mutilatam & corruptam habemus.

a l. 5. de postu. C. Theo.
Qui ad gladiatoriã conditionem ex legib. addicebãtur, ad metalla redigũtur.
b l. 1. de gladi. Cod. Theodos.
c L. 1. ca. 8.
Supplicium Crucis tollit.
d l. unica ad l. Iul. Maiest. in fin. Cod. Theodos.
Imago Constantini præferens manu Crucem.
e lib. 1. c. 8. ĩ fine.
f Vitę 4 c. 15. & 16.
g lib. 4. Vitæ c. 7.
Legationib' variarum gẽtium celebratur.
h Vitæ 4. ca. 8. & 9.
i lib. 2. c. 7.
Euseb. chrõ in Constantini anno 20 terminatur.

Gangrensis Synodus.

Hanc Synodum per hos annos habitam, Osij Legati Apostolici, in Orientem a Siluestro Papa, varijs de Causis Ecclesiasticis, missi, præsentia facit vt affirmemus, de quo Athanasius in Apolog. de fuga sua sic habet: *In qua enim Synodo ille, non dux & Antesignanus fuit? Quem non ille recta tuendo in sententiam suam pertraxit? Quæ Ecclesia illius præsidentiæ non pulcherrima monumẽta retinet? &c.* Ob cuius Osij forte præsidentiam, in ea Synodo, vt Legati Apostolici, Symmachus Papa in sexta Synodo Romana affirmat, Canones Gangrenses, Apostolica auctoritate conditos esse; Qui quidem Viginti Canones, Viginti errores condemnant Eustachij, an Eustathij, an potius Eutacti cuiusdam, cuius similes errores refert Epiphanius, (sed quod dubitationem affert, an hic fuerit) uixisse eum ait extremo tempore Constantij. nam quod Socrat.[k] & Sozom.[l] putant Eustathium fuisse Sebastenum, in minori Armenia Episcopum Arianum, hoc ipso, præter alia, improbatur, quod S. Basilius duabus Epistolis, errores illius enumerans, horum minimè meminit.

k 2. c. 35.
l 3. cap. 15.

A

Christi Annus 326. *Siluestri Pap.* 13. *Constantini Imp.* 21. *Const. Aug.* 7.[m] & *Constantio Cæs.* *Coss.*

S. Alexander Episcopus Alexandrinus, post multos exantlatos labores, decertans cōtra Arij blasphemiam, in decrepita ætate, quinto mense post celebratum Nicænum Concilium moritur, in eius locum Athanasius, eiusdem Ecclesiæ Diaconus subrogatur. Athan.[a] Theodoretus [b] Epiph.[c]

Ariani electionem Athanasij calumniantur apud Imperatorem, &c. *Nos autem contra*, (ait Synodus Alexandriæ celebrata, in Epistola Encyclica, apud Atha. Apolog. 2.) *cum tota Ciuitate, & vniuersa Prouincia testamur, omnem multitudinem, populumque* B *Catholicæ Ecclesiæ in vnum coactum, quasi in speciem vnius corporis & animæ, clamoribus, vociferationibusque postulasse Athanasium Ecclesiæ Episcopum dari, idque publicis votis à Christo expetijsse, nosque vt faceremus, permultos dies & noctes, iureiurando obtestatos fuisse, cum interea nec ipsi ab Ecclesia discederent, neque nobis discedendi facultatem permitterent. Hoc nostrum totiusque Ciuitatis, & Vniuersæ Prouinciæ testimonium; Nec mali quidquam de eo, quod ab illis fit, pronunciamus; sed optima quæque prædicamus, bonum illum esse Religiosum, Christianum, deuotarium, & vere Episcopum. Porro quod nostrum plerique, sub omnium oculis, exclamationibusque Athanasium Episcopū crearint, nos ipsos in testes offerimus; quibus ut creationis auctoribus, maior quam istis, qui tunc aberant, & nunc mentiūtur, fides haberi debet.* & post multa, *Fingūt fuisse* (scilicet in Athanasij introitu) *seditiones, luctus, populorumque lamentationes, indigne ferentium* C *eius Creationem; Nihil ibi tale contigit, sed potius omnia contraria, gaudia scilicet, animorumque alacritates, & populorum desiderio videndi hominis, accursus, vbique per Ecclesias lætitia, & gratulationes ad Dominum.*

a or. 1. cōtra Arian
b lib. 1. c. 26.
c hær. 69.
Synodi luculentum testimonium de Athanasio.

Sozom. [d] ex Apollinario Syrio refert, Athanasij electionem Diuinitus præcognitā seni ipsi B. Alexandro, & prædictam, cum diceret. *Athanasi, putas te posse effugere, non tamen effugies*, si quidem secesserat, ne illo gradu locaretur.

d lib. 1. c. 16.

Meletius, mortuo Alexandro, contra Decretum Nicæni Concilij iam migraturus è vita, Ioannem, vnum è familiaribus suis, in suum locum Episcopum ordinat; & eo mortuo, Meletiani rebelles & contumaces, aduersus Athanasium omnia miscere cœperunt, & cum alioqui alieni essent ab Arianis, ab Euseb. Nicomedien. inuitati & solicitati, cum illis coitionem faciunt, aduersus rectam fidem, & Athanasium; qui commonuit D Imperatorem de eorum violatione Concilij Nicęni, seditionibus, & contumelijs in Orthodoxos; at Imperator pro sua humanitate & pietate, plurimum laborans in dissidijs componendis, nec proficiēs, Meletianos, vt obstinatos in Schismate, & Hereticos, post Nicænum Conciliū in Hæresi permanentes, priuilegijs, reliquis Christianæ legis cultoribus concessis, edita Sanctione, priuauit, & alijs oneribus obligauit, quæ est huiusmodi: *Priuilegia quæ contemplatione Religionis indulta sunt, Catholicæ tātum legis obseruatoribus prodesse oportet. Hæreticos autem atque Schismaticos, non tantum ab his priuilegijs alienos esse volumus, sed etiam diuersis muneribus constringi & subijci. PP. Kal. Sept. Generasto, Constantino A. VII. & Cōstantio Coss.*[e] Eusebius [f] & Athanas. Apolog. 2. & orat. prima contra Arianos.

Ariani Meletianos ad se trahūt cōtra Athan.

Epiphanius ex Meletianorum quopiam fautore mutuatus historiam, deceptus est, E hæresi 68. nec consentanea ijs, quę narrat Athanas. nec verisimilia narrans.

De Nouatianis ad Bassum, hoc eodem anno, sic rescribit: *Nouatianos non cōperimus prædamnatos, vt ijs, quæ petiuerunt, crederemus minimè largienda. &c.* D. nono Kal. Octobr. Spoleti. [g]

e Cod. The. & Iust. l. 1. de hæret.
f Vitæ li. 3. c. 22. & 23.
g l. 2. Cod. Theod.

Quod ait Nouatianos non comperimus prædamnatos; cum tamen Concilium Nicęnum, dum illis venire volentibus ad Ecclesiam Catholicam, conditiones præscribit, satis ostendit eos extra Ecclesiam esse; sed fortasse propterea sic dixit, quod inter Schismaticos, non autem inter Hæreticos numerarentur, quod de Christi Persona atque Natura cum Catholicis recte sentirent. Sed consultius in alia prolixiore Sanctione, ad-

A uersus hæreticos edita, primo loco Nouatianos posuit, sic dicens: *Cognoscite iam per legem hanc, quæ a me sancita est, ô Nouatiani, Valentiniani, Marcionitæ, Pauliani, quique Cataphrigarum nomen vsurpatis, &c.* in qua conuẽtus publicos & priuatos interdicit, loca conuentuum dirui iubet, & omnes ad Catholicam Ecclesiam inuitat, apud Euseb. in Vita.[a]

a 3.c.61.62.

Cur vero Ariani, quorum recens perfidia Orientem turbauerat, inter hæreticos minimè sunt recensiti? an quod sub Catholico nomine adhuc laterent, qui & Nicæno de fide decreto subscripserant; an vero dolo & fraude Eusebij Ariani, sunt prætermissi?

Quantum per Edictum Constantini profectum sit, alijs verè, alijs fictè ad Ecclesiam concurrentibus, alijs etiam longè refugientibus, disserit Euseb. cap. vltimo, lib. 3. Vitæ.

Extirpandæ Idololatriæ, & Ecclesiæ ædificijs illustrandę incũbit Constãtinus.

B Stabilita in Nicæno Concilio Catholica fide, Hæresibus atque Schismatibus, quantum licuit, legibus profligatis; ad extirpandum Idolorum cultum, & Dei Ecclesiam in Oriente, (quod in Occidente fecerat) ædificijs illustrandam, animum adiecit; tumque illud factum est, quod Eunapius Sardianus Ethnicus, scriptum reliquit; *Constantinus qui tum Imperium regebat, fana, toto orbe celebratissima euertebat, & Christianorum ædificia extruebat*, quæ ad hunc annum referunt, Euseb. in Vita [b] & Socrat. [c]

b lib.3.c 24.
c lib.2 c.12

Basilicæ a Constantino extructæ in Oriente.
Sex Basilicæ ad passionis Domini monumenta extructæ.

Euseb. porro qui plura augustissima templa circa Mysteriorum Domini monumenta extructa scribit in Vita, sex recenset, Orat. in Tricennalib. Constantini, Primũ, in memoriam Christi passionis; Secũdum, in memoriam sanctissimæ Crucis; Tertium in loco vbi sepultus est; Quartum ad antrum Bethleemiticum. Quintum ad montem Oliueti, vnde ascendit; Sextum ad montem Caluariæ, vt videtur velle significare Euseb.

Inuentio Crucis.

C Mirum sanè est, quod Euseb. latè prosequens Ecclesias à Constantino & Helena extructas, de Cruce, ab ea inuenta, ne verbum quidẽ: qui tamen in Chronico sic de ea meminit. *Helena Constantini mater, diuinis admonita visionibus, beatissimum Crucis signum, in quo mundi salus pependit, apud Hierosolymam reperit.* in quo licet sit error in numero annorum Constantini; tamen constat ibi, positam Crucis inuentionem anno sequenti post Nicænum Concilium, vt non immeritò omnes antiqui auctores Græci, hoc eodem anno Helenæ aduentum Hierosolymam, & Crucis inuentionem ponant, sed plura minus solidæ veritatis in historiam Inuentionis S. Crucis, etiam antiquitus irrepsisse constat, ex eo quod Gelasius Romanus Pont. sic dubiam reliquit & incertam, vt in arbitrium prudentis lectoris reijciat. Inuentionis porro historia antiquis probata hæc fere est, ex S. Ambrosio Orat. in funere Theodosij, Paulino, Epistola 11. Seuero, hist. lib. 2. Rufino, 1. cap. 7. & 8. Helena pio studio, diuinæ reuelationis instinctu, Hierosolymam profecta, ex indicio Iudæorum, loco altè effosso, tres Cruces reperit, atque Dominica ex indicio tituli, (vt Ambros.) comperta, vel potius defuncti excitati, admota vera Domini cruce, (vt Paulinus, & Seuerus) vel languentis fœminæ sanitati restitutæ (vt Rufinus, Theodoret. Socrat. Sozomen.) cuius partem alteram Hierosolymis reliquerit, alteram ad filium adtulerit (vt Sozom. & Theodoret.) quam inquit Socrates, *acceptam Constantinus, ratus ciuitatem illam, in qua illa seruaretur, omnino saluam & incolumem fore, in suam ipsius statuam, quæ Constantinopoli in foro super columnam ingentem locata fuit, inclusit*; quæ quidem haud magna pars esse potuit; reliquam partem constat Romam esse perlatam, & in Basilicam, ad Atrium Sessorianum collocatam. Ex maxima vero illa portione Hierosolymis relicta, fidelibus eo pietatis ergo peregrinantibus, & pro mercede longi itineris, aliquid ex Dominicæ Crucis ligno sibi impertiri obnixè petentibus, à loci Episcopo erat solitum frustulum D

Iuge miraculum in Cruce Domini.

E concedi, sed *operante diuina virtute, iugi miraculo*, (quod ait S. Paulinus Epistola 11.) *Crux in materia insensata, vim viuam tenens, ita ex illo tempore innumeris pene quotidie hominum votis lignum suum commodat, vt detrimenta non sentiat, & quasi intacta permaneat, quotidie diuiduam sumentibus, & semper totam venerantibus: sed istam imputribilem virtutem, &, indetribilem soliditatem, de illius profecto carnis sanguine bibit, quæ passa mortem, non vidit corruptionem.* Sed & S. Cyrillus Hierosolymorum Antistes, qui his temporibus vixit, & interfuisse potuit eiusdem Crucis inuentioni, (nam sub Constantio, filio Constantini, eidem Sedi post Maximum Macarij successo-

A rem, fuit præfectus Episcopus) de Crucis innumerabiles fere per partes facta diuisione, hæc habet Cathechesi 4. *Ligno crucis vniuersus terrarum orbis per partes repletus est*; ac rursum Catechesi 13. *per particulas ex hoc loco, per vniuersum orbem sparsum est*, qui item de multiplicatione in crucis diuisione diuinitus impartita testis fidelis accedere videtur, Cathechesi 10.

De Clauorum inuentione ijdem omnes supra citati auctores, affirmant, de quibus Ambrosius. *Quæsiuit quibus crucifixus est Dominus, & inuenit. De uno clauo frænos fieri præcepit, de altero diadema intexuit, unum ad decorem, alterum ad deuotionem uertit. &c.* Tres uero fuisse clauos, imagines Christi Crucifixi vsitatiores indicant, quattuor tamen fuisse affirmat Gregor. Turonen. de glor. Martyr. cap. 6. quorum duobus frænum Imperatoris munitum fuit, tertio munita eiusdem Galea. Quarto sedatum Hadriaticum Mare tempestatibus & naufragijs infame. — Claui quib⁹ cruci affixus Dominus.

B *Reliquit Hierosolymis etiam* (inquit Rufinus 5. cap. 8.) *inditium hoc religiosi animi Regina uenerabilis: quod Virginibus Deo sacris, e pulum, præbuerit, & eadem, famulæ habitu succincta, ijsdem ministrarit, & Regina orbis, ac mater Imperij famularum Christi se famulam deputarit*, quod ipsum factũ Græci Theod. Socrat. Sozom. celebrãt. — Pium Helenæ officium.

Coluisse plurimum, & eius Filium Constantinum sanctas Dei Virgines, easque ex publico aluisse, Euseb. testatur his verbis: a *Maximis autem eos honoribus prosequebatur, qui vitam suam Cœlesti philosophiæ dedicassent. Sanctissimum ergo perpetuarũ Virginum cœtum constanter colebat, quod in earum mentibus Deum ipsum, cui se consecrarunt, inhabitare crederet.* — a l. 4. Vitæ c. 28. Constantin⁹ colit Virgin. professos.

De eiusdem Helenę incredibili munificentia, in omnis ordinis homines, & maxime in Ecclesijs extruendis, omnem peragrans Orientem, Euseb. b in Vita Constantini. — Helenæ munificentia. b 4. ca. 43. & 44.
C De Basilica Luciani Martyris cuius erat recens memoria, hęc eius Acta antiquitus scripta: *Postea autem quam salutarem Domini restituit Crucem, quæ Magnum inter claros Imperatores, genuit Constantinum, veneranda Helena, quando reuertebatur Hierosolymis, locum honorans & in eo condidit Ciuitatem, conuocatis habitatoribus, ex ijs quæ circum erant Regionibus, & effectis operis participibus, & validis eam cinxit mœnibus, & martyri templum ædificauit maximum, quod nunc quoque insigne & pulchrè extructũ cernitur, ab ijs qui terra & mari ingrediuntur ac nauigant*, apud Sur. 7. Ian. quam vrbẽ Drepanum antea vocitatam in Bithynia, redditam ampliorem, Helenopolim a Matre filius appellari voluit. Sozom.[c] sed & Pontum ipsum Polemaicum antea dictum ab eadem Helenopontum voluit nominari. Iustiniani Nouella Constit. 28. — c lib. 2. c. 1.

Cum quoto potissimum anno Helena defuncta sit, incompertum penitus habeatur; — Mors Helenæ.
D hic, vbi de rebus ab eadem gestis agitur opportunum uidetur beatum eius finem adnectere, ex Euseb. 3. Vitę, cap. 45. & 46. Ea igitur reuersa in Occidentem, Romę, coram Imperatore filio & Nepotibus Cęsaribus, Testamento confecto fere Octogenaria, ita viuendi finem fecit, vt potius ad cœlestem & beatam vitam transire videretur, elata splẽdidissimis exequijs, regali est sepulchro condita, sarcophago porphyretico, in Basilica SS. Martyrum Marcellini & Petri, via Lauicana, inter duos lauros, vt est apud Anastasium, in libello inscripto, Munificentia Constantini. Quod vero asserit Nicephorus 8. cap. 31. biennio post translatam Constantinopolim, apud antiquos nulla est mentio; fuisse tamen C.P[li]. sacram ędem S. Helenę Sãctissimę maiori Ecclesię copulatam, testatur Iustinian. Imp. imo Sigebertus A.D. 849. ab Vrbe trãslatam ait in Galliam. Verum tamen corpus ostenditur Venetijs, quod eius esse constanti fama asseritur. Plura prose-
E quitur ibi Euseb. de filij pietate in parentem, quam etiam a pietate alienam, ita piã reddidit, ut a prima ętate, ab ipso communis omnium saluatoris ore instituta fuisse uideretur. plurima porro morientem, de pia uiuendi ratione filio pręcepta dedisse, eundemq; benedictionibus muniuisse addit Theodoret. [d] eam quidem in Occidẽtem reuersam satis constat, cum Hadrianum Mare nauigans in illud clauum vnum de cruce Domini, ad sedandos fluctus proiecit, adueniens autem in Vrbem, partem quam secum vexit Sãctissimę Crucis, & vnum ex Clauis, in Basilica dicta Heleniana religiosissime collocauit. Nummus extat, quo eius anima post obitum ad cœlos sublata, & a Christo recepta describitur. — d lib. 1. c. 18.

Constantini Basilicæ in Oriente. Quod rursum spectat ad Basilicas a Constantino Imperatore in Oriente erectas, inter alias plurimas in diuersis locis, quas tradit Sozomenus ab eo ędificatas Ecclesias, excelluit Basilica Antiochena, ob suam mirificam in omnibus excellentiam, Dominicum aureum, dictam: cui prȩter augustissimam eius structuram, accessit ex auro confectis vasis effusa Constantini munificentia. describit eam Euseb. in Vita [a] & orat. de laud. Constantini. Idem quoque tradit sumptuosissimum ab eo erectum fuisse Templum Nicomedię in Bithynia. A

a lib. 3. c. 49.

Fana Gentil. demolitur. Ad fana Gentilium, Cloacas omnium turpitudinum diruendas, animum conuertens Constantinus, locum ad Quercum Mambre, diuinis visionibus Abrahę factis, nobilitatum, & a Gentilibus impuris Idolis & sacrificijs pollutum, purgari mãdat, ibique prȩclarum extrui Templum. extat ea de re Epistola eius ad Palestinę Episcopos, apud Euseb. 3. Vitę, cap. 50. & 51.

Veneris fanum in Phœnicia, in summo uertice montis Libani situm, omnis turpitudinis Scholam euertit. Æsculapij in Cilicia templum demolitur. Panis simulacrum aufert, denique alia templa Deorum, ornamentis nudat, alia tecto, & laquearibus. Idola alia conflat, alia publicè ad ludibrium exponit; apud Euseb. in Vita. [b] & Sozomenum. [c] B

b cap. 53. 54. 55. 56. lib. 4. c lib. 2. c. 4.

Non tamen omnia penitus Gentilium Templa sustulit Constantinus, cum constet, plura & famosissima per orbem remansisse; sed claudi iussit & frequentari vetuit, sacris omnibus interdictis. *Cesset superstitio* (ait Constantius filius in suo Edicto L. 2. de Pag. Cod. Theod.) *sacrificiorũ, aboleatur infamia, nam quicunque contra legem Diui Principis parentis nostri, & hanc nostræ mansuetudinis iussionem, ausus fuerit sacrificia celebrare, competens in eum uindicta & præsens sententia exeratur.* Qui & postea de claudẽdis templis rescripsit ad Taurum [d] & his consentanea scribit Euseb. [e] *Hac autem ratione*, inquit, *adductus est*, & *rectè sanè, vt frequentib. legibus, & edictis præciperet omnib. ne Idolis immolarent, nec oracula curiose sectarentur, nec statuas dedicarent, nec occulta sacrificia facerent*; eademque cap. 23. quæ tamen Edicta, aut non omnino generalia fuisse, autem non adeo obseruata, colligi ex eo potest, quod diu post Constantinum cõstat fuisse hostias immolatas; Romæ siquidem Gentilitiæ superstitionis cultores patria sacra retinebant, vixque tandem tempore Valentiniani senioris Imperatoris, Idolis immolare sacrificia, Romanis penitus interdictum fuit. Quod vero ad Templorum ruinas pertinet, dicendum est, eum, cum esset pudicitiæ & honestatis amantissimus, in ea potissimum delubra irruisse, quæ essent turpitudinum promptuaria, vt colligitur, præter dicta, ex cap. 25. lib. 4. Vitæ; Permissa tamen Templis donaria fuisse, eisdemque integra conseruata, ex Ambrosij verbis illis, colligi potest, aduersus Symmachum agentis: *Dicant*, ait, *& ipsi* (Gentiles scilicet) *quis Templis dona detraxit?* & inferius, *Nemo tamen donaria delubris, & leg ata Haruspicibus delegauit.* C

d l. 4. de Pagã. C. Theo. e li. 4. Vitę, c. 25.

Valentin Senioris tẽpore, Idolis immolare plane desitum.

Donaria Tẽplis Idolorũ a Cõstãtino permissa. D

Sancit aduersus etiam occultas turpitudines. Hoc item anno sanctione edita, occultas quasque etiam turpitudines insectatus est, nimirum, vt si quæ ingenua mulier, proprio seruo se occulte miscuisset, capitaliter puniretur: seruus autem ignibus exureretur. deditque potestatem cuique accusare volenti, etiam si serui vel ancillæ forent, apposito præmio consequendæ libertatis, si probasset.

Aduersus Virg. raptores. Sed & aduersus Virginum raptores, pariter hoc anno rescripsit, nam Constantinus pro Constantio restituendus est. ex Fastis. [f]

f l. 1. de rap. C. Theod.

Sancit adu. nobiles militi munera detrectãtes, sub specie Clericatus. Rescripsit hoc eodem anno ad Ablauium Præfectum Prætorio, de Nobilibus, qui ad euitanda militiæ munera, & vt fruerentur Priuilegijs ab eodem ministris Christianæ Religionis concessis, sese, haud recta mente, in Clericatum intrudebant, quos repellendos esse, (non sine Episcoporum forte consilio) existimauit, quos ipsos, & alio exagitarat edicto L. 6. de Episc. & Cler. Cod. Theodos. in quo rescripto illa sunt verba obseruanda. *Opulentos enim sæculi subire necessitates oportet; Pauperes, Ecclesiarum diuitijs sustentari.* non tamen omnino tenuit ea constitutio, pop. ipso eam irritante, cum sæpius nobilissimos viros ad Episcopatus compelleret. E

De Ablauij Præfectura Prætoria meminit Marcellinus lib. 17. sub quo contigit illud admirandum, de Beato Nicolao Myrorum Episcopo, cum per visum Ablauio & Cõstantino apparens, tres Tribunos per fraudem & calumniam neci addictos, intermi-

nans,

A nans, liberauit. Acta, quæ ex antiquis monumẽtis, descripsere Methodius & Metaphrastes, typis excusa, & Ioannes Diaconus, sed hæc tantum manuscripta.

Ad compescẽdam Magistratuum auaritiam, diuersas sancit leges; sed aduersus aduocatorum rapinas, hunc in modum, hoc anno, ad Bassum rescripsit. *Aduocatos, qui consceleratis depactionibus, suæ opis egentes spoliant atque denudant, non iure causæ, sed fundorum, pecorum, & mancipiorum qualitate rationeque tractata, dum eorum præcipua poscunt coacta sibi pactione transcribi, ab honestorum cœtu, iudiciorumque conspectu, segregari præcipimus* P.P. VIII. Id. Mart. Constantinop. Constantino VII. & Constantio Coss. Aduersus Magistratuũ & aduocatorum rapinas.

Hic Ablauius fuit auri cupidissimus, qui & auro corruptus, adeo præclaris viris illis tribus Tribunis, de Imperio optime meritis, necem inferre, pro viribus, studuit; & is B fortasse de quo Euseb. 4. Vitæ, Cap. 29. & 30. dum de pio Constantini officio, in curandis suorum Aulicorum morbis, loquitur sic, ait: *Fertur Constantinus cuidam ex suis aliquando prehenso, dixisse. Quousque tandem, ò bone, inexplebilem hanc auaritiam cumulamus? deinde hasta, quam manu tenebat, humi descripta humani corporis forma; omnes,* inquit, *vitæ diuitias, & totius orbis opes si haberes, tamen plus, hoc à me circumscripto loculo non possidebis, & si illud forte possederis.*

In Ablauium vehemens est querela Eunapij Sardiani, quod Sopatrum Philosophũ Platonicum, Iamblici discipulum, quoniam ab eo claritate vincebatur, magicarum artium delatum, securi percutiendum Constantino credulo, exhibuerit. Hunc Sopatrum, natura sublimium bonorum appetentem, animoque magno & feroci aspernatum in reliqua turba ætatem agere, ait idem Eunapius, transisse in Aulam Imperatoriam, quasi C Constantini propositum atque impetum domiturũ, & ratione superaturum, ac insinuatum in eius intimam familiaritatem, ita, vt assessorẽ ad dexteram publice eum haberet; cuius amplitudinis inuidia, ab Ablauio sit delatus, quod magijs suis ventos vinxisset, quo minus ex Ægypto naues aduenirent frumento onustæ, ob cuius penuriam, immensus Populus tumultuaretur, cuius seditionem veritus Cõstantinus, credulus nimis calumnijs, illum obtruncari mandauit. Sopater magiæ nomine accusatus ab Ablauio, obtruncatur.

Cum, quæ ante in causa Episcoporum, quorum iudicium & testimonium ratum firmumque in omnibus, & ab omnibus voluit custoditum, sanxisset, iamque propemodũ exoleuisset, hoc anno Ablauio Præfecto Præt. per visum a S. Nicolao territo, & Constantinum consulenti, rescribens, renouauit, quod extat lib. 1. de Episc. Cod. Theodos. Religionis est &c. supra relatum ad A.D. 314. Constantini nono.

D

Christi Annus	*Siluest. Pap.*	*Constantini Imp.*	*Constantino Cæs. 4.*[m] *& Maximo* *Coss.*
327.	14.	22.	

CVm historia de Arij rebus gestis, post Nicænum Concilium, sit admodum perplexa & obscura, & à scriptoribus Ecclesiasticis diuerse tractata, Socrate, Sozomeno, Theodoreto, Rufino, atque adeo ipso Epiphanio, non ab alio tutius veritas peti potest, quam ab vno Athanasio, qui cuncta spectauit, atque pro rerum & temporum occasione conscripsit, protulitque eadem ipsis hostibus examinanda, cum aduersus eos Apologias composuit. Ex eius igitur testificatione constat, primum omnium, pro restitutione Arij Alexandriam, Eusebium Nicomediensem, & Arianos, plurimum laborasse, & E acres litteras a Constantino ad Athanasium extorsisse, & cum nec sic quidem profecisse aliquid intellexissent, quod Athanasius concitatum Constantini animum placasset; ad exturbandum a sede eundem Athanasium cum Meletianis conspirasse, ex Athanas. Apol. 2. Historia Arianæ causæ post Nicenum Conci. ex Athanasio.

His ipsis primordijs Athanasij Episcopatus, de propagatione Euangelij apud Indos per Frumentium quendam ibi à Barbaris captiuum factum, postq; reducem, factum Episcopum, & illuc remissum, miram & præclaram Rufinus inprimis narrat historiam, lib. 1. cap. 9. & ex eo Socr. Theodor. Sozom.

Aliam quoque historiam non minus admirabilem idem Rufinus narrat, auditam vt

Per piam feminam captiuam, gens Iberorum ad fidem adducitur.

ait a Bacurio Iberorum gentis Rege, fidelissimo viro, eo, de quo meminisse uidetur Ammianus lib. 31. quique post domesticorum Comes apud Constantinum fuit, de fide Christi propagata inter Iberos illos, qui iuxta Caucasum incolunt, inferiores, vergentes ad Mare Caspium, per captiuam quandam piam feminam, per cuius preces, sanato Regio filio, Rex cum gente, ad Christi fidem est adductus, & ad expetẽdos Sacerdotes, missa ad Constantinum legatione, permotus. Rufi.[a] & alij ex eo. Occasione porro Christianorum, qui vel captiui ad Barbaras gentes abstraherentur, vel metu tormentorum ad eos profugerent, cum vitæ puritate, & miraculorũ operatione virtute Christi, admirationi illis essent, fidẽ apud illas esse propagatã credibile est. & Sozom.[b] satis innuit. A

a lib. 1. c. 10.

b lib. 2. c. 5.

Iud. quidam admirabili modo ad fidem conuersus.

Aliam quandam præclaram historiam, de Iosepho quodam primario inter Iudæos, ad Christum mirabiliter conuerso, recitat Epiphanius, hær. 30. auditam ab ipsomet, cũ fere septuagenarius ageret Scythopoli; apud quem etiam narrat idem Epiphanius, hospitio exceptum fuisse Eusebium Episcopum Vercellensem, a Constantio, ob fidem Catholicam relegatum. Hinc autem ponitur, quod temporibus Constantini senioris, inquit idem Epiphanius, vixit, & ab ipso Comitum dignitatem assecutus est. B

Aduersus Iudæos sancit Constantinus.

Porro occasione forte huius Iosephi, aduersus Iudæos, lex olim lata Murgille in Pannonia, sub Consulatu quarto Constantini atque Licinij, postea Constantinopoli, ad cohibendos Iudæos, qui erant in Oriente, iterum sancita reperitur, his verbis eodem Imperatore ad Euagrium rescribente. *Iudæis, & Cœlicolis, & maioribus eorum, & Patriarchis volumus intimare: Quod si quis post hanc legem, aliquem, qui horum feralem fugerit sectam & ad Dei cultum respexerit, saxis, aut alio furoris genere, (quod nunc fieri cognouimus) ausus fuerit attentare: mox flammis dedẽdus est, & cum omnibus suis participibus concremandus* D. XV. Kal. Nouemb. Constantinopoli, Constantino A. Viij. & Constantino Cæs. iiij. Coss. (sic enim restituendum ex germanis Fastis pro Constantio VI.) L. 2. Cod. Iustin. C

Christi Annus	*Siluestri Pap.*	*Constant. Imp.*	*Ianuario atq; Iusto* Coss.
328.	15.	23.	

Athan. visitat diœcesim

Athanasius nonnullam quietem nactus, pro Episcopali suo munere, amplissimam suam Alexandrinam Diœcesim visitare & perlustrare aggreditur, ad restaurandos mores, quos hæresis, schismaq; corruperant. de qua sua visitatione idem ipse meminit Apolog. 2. D

S. Pachomi⁹. Abbas. Monasteriũ Virgin. institutũ à S. Pachomio.

In hoc munere versans, cum non modo Ecclesias in Ciuitatibus, Oppidis, ac Villis, sed & quæ in solitudinibus, & desertis locis essent, visitaret, ad Monasterium S. Pachomij peruenit; qui hoc anno agebat annum vitæ trigesimum secundum, cum anno primo Belli Liciniani, dictum sit, annum egisse vigesimum, & hoc duodecimo Monasticæ institutionis anno, magnis virtutibus florebat. Pater multorum Monachorum. Eius quoque soror, cum ad eum venisset, & eiusdem vitæ genus arripuisset, sanctarum quoque Virginum Cœnobium erexit, quod senioris, sanctiorisque Monachi curæ subiectum, vitam in terris Cœlestem degebat, de quo Cœnobio præclara admodum leguntur. Vita apud Surium 14. Maij.

Cum Athanasio Ecclesias perlustranti, significatum esset, Ischiam quendam, se pro Presbytero venditantem, cum non esset, Ecclesias conturbare, interminatus est illi vt desisteret, qui ad Meletianos confugiens, receptus est. Apolog. 2. E

Atha. uisitat S. Antoniũ.

Magnum quoq; Antonium Monachorum omnium fama celeberrimum, vtpote antiquiorem, & vitæ præstantia, sanctiorem, atq; Cœnobitarum omnium auctorem & Principem, quo cum ab adolescentia assueuerat, & vt ipse in eius vita a se scripta, testatur, inseruierat, visitauit; ad eumq; benedictionis gratia, duo pallia attulit, quorum altero, (vt auctor est Hieronymus in Paulo) Pauli primi Eremitæ corpus, cum ex hac vita migrasset, eius rogatu, festine allato, inuoluit: alterum idem Antonius moriens eidem, qui dederat, Athanasio, vltimo legauit elogio, dicens. *Melotem & pallium tritum cui superiaceo, Athanasio Episcopo date, quod nouum ipse detulerat.* de quo tamen

con-

A congressu, & Ecclesiarum ac Monasteriorum Eremi visitatione, pro sua modestia, nihil in vita S. Antonij meminit Athanasius.

De ingenti porro fama Antonij, per totum orbem, admirans scribit Athanasius. *Hoc etiam fratres, quod per omnes Prouincias amor eius & fama volitauit, quem nec librorum disseminatorum oratio luculenta, nec humanæ sapientiæ disputatio, nec generis nobilitas, nec opum infinita congestio, commendauit, cui omnium ore est adscribendum, nisi Christo, cuius hoc donum est? qui deuotos eius animos, erga suam prauidens Maiestatem, hominem alio pene orbe celatum, inter tantas positum solitudines, Africæ, Hispaniæ, Galliæ, Italiæ, Illirici, ipsi etiam, quæ Vrbium caput est, Romæ, vt in exordio promiserat, demonstrauit.*

Anton. Abbatis fama.

Hoc in eo viro admirabile est (idem id Athanas. in eius vita) *vt hominem in extremo mundi limite conditum, & Principum fauor, & omnis celebraret aula Regalis. Nã*
B *& Constantinus Aug. & eius liberi Constans, atque Constantius, talia cognoscentes crebro ad ipsum, quasi ad Patrem, missis litteris, obsecrabant, vt reciprocis scriptis se exhilararet. At ille eiusmodi manens, qualis, antequam litteræ ad eum venirent, fuerat, nec salutatione Principum mouebatur; & tanquam non acceptis litteris conuocatis Monachis, aiebat: Reges Sæculi ad nos miserunt Epistolas. Quæ hic Christianis adhibenda admiratio est? licet enim diuersa sit dignitas, attamen eadem nascendi & moriendi conditio est. Illa sunt omni admiratione percolenda, illa toto animi affectu retinenda sunt, quod hominibus Deus legem scripserit; quod per filium suum proprijs Ecclesias ditauit eloquijs. Quæ Monachis ratio est cum Regum epistolis? Cur accipiam litteras, quibus cõsueta nesciam reddere salutationis obsequia? igitur rogatus ab vniuersis fratribus, vt Christianos Reges suis litteris refrigeraret, ne scilicet, per silentium eius, exasperarentur,*
C *ad susceptas litteras conuenientia rescripsit. Laudauit primum quod Christum colerent, deinde salutaria persuasit, ne magnam putarent Regiam potestatem; ne præsentis carnis Imperio tumentes, se homines esse nescirent, & a Christo iudicandos obliuiscerentur. Ad postremum clementiæ erga subiectos & iustitiæ, curæ quoq; inopum admonuit: atque vnum sempiternum esse Regem omnium sæculorum Christum Iesum, epistolis testatus est. His Principes susceptis, vehementissime lætabantur, &c.*

Constantin. & Antonius inuicem scribunt.

Sed & Philosophi Gentiles, præ admiratione eorum, quæ de homine rudiore audiebant, inuisebant, vt irriderent, vt exagitarent, & confutarent; qui ad eius sapientiam, & argutas interrogationes & responsa, in confirmandis nostris dogmatibus, illorum confutandis, stupentes abibant. Concurrentibus autem ex omni hominum genere, ad inuisendum Antonium, eoque ad contemptum sæculi, & perfectæ vitæ studium arri-
D piendum eos sedulo inuitante Cœnobitarum Monachorum idem inuentor, vel restitutor & propagator, compluribus conditis Monasterijs est habitus; ex eius enim discipulis, alij in eisdem cum illo montibus, Monasticam exercuere disciplinam, alij vero, eadem ex planta, palmites succidentes, & in diuersis Prouincijs complantantes, breui tempore factum est, vt replerint terrarum orbem, tam sancta propagine, nimirum, Palæstinam, Syriam, Asiam minorem, Cappadociam, Pontum, Armeniam, Mesopotamiam, & Boreales Regiones, vsq; ad Latrones Bessas & Dacos, vt ait Hieronym. epistola tertia, & septima, & Paulinus in Carmine vltimo, de reditu Nicetæ ad Nat. S. Felicis. Basilius porro imitator potius accessit, quam inuentus sit auctor. quod ipsum & ille profitetur epistola 63. ad Neocæsarien. non modo de viris sed & de feminis; & confirmat Io. Chrisost. hom. 8. in Matth. Atq; hoc ipsum institutum per Athanasium, dela-
E tum in occidentem, ibi quoque coalitum, longe lateq; propagatum est; Romæ imprimis, postq; per Prouincias, *sed primus in Occidentis partibus diuersa inter se* (ait Ambros. epistola 82. lib. 10. ad Eccl. Vercell.) *Eusebius sanctæ memoriæ coniunxit, vt & in Ciuitate positus, instituta monachorum teneret, & Ecclesiam regeret, ieiunij sobrietate.* & post aliqua. *Hæc igitur patientia in S. Eusebio Monasterij coaluit vsu, & durioris obseruationis consuetudine hausit laborum tolerantiam, nam hæc duo in attentiore Christianorum deuotione præstantiora esse quis ambigat? Clericorum officia, & Monachorum instituta, &c.* quod ipsum præstantissimum vitæ genus, S. Martinus Episcopus Turonensis, transuexit in Gallias, & S. August. in Africã, qui admirabili quadam connexione

S. Anton. auctor Cœnobiticæ vitæ.

Monachatus delatus per Athanasium in Occidẽtẽ.

Clericatum & Monachatum coniunxit Euse. Vercellens.

Monachatũ in Africã S. Aug. detulit & in Gal. S. Martinus.

xione duo hæc, omnium perfectissima vitæ genera, Clericorum, & Monachorum in vnum pariter coniungentes, tamq; lucidissimis astris, vt olim Martyres, tempore persecutionis; in pace, Christi Ecclesiam exornarunt. At parum visum est Athanasio, Monachorum instituta in Clerum Ciuitatis Ecclesiarum transferre: sed ipsos sanctissimos Monachos, quos ceteris nosset, moribus, & peritia antecellere, in Episcopos diuersarũ Ecclesiarum asciuit, quod fortissimos hos fore sciret, aduersus Arij hæresim pugnatores, & quasi munitissimas turres, contra Meletianos Schismaticos, de quibus epistola ad Dracontium Monachum scribit, quem contentiosius reluctantem, ad idem ministerium suscipiendum, expertus, his monet, post multa: *Neq; enim tu solus ex Monachis es constitutus* (Episcopus scilicet) *neque solus Monasterio præfuisti, neque solus à Monachis delectus es: Nosti enim Serapionem Monachum esse, & quot Monachorum præfectum? neque à te ignoratur, quod Monachorum Pater fuerit Apollonius: Nosti Agathonem, neque ignotum habes Aristonem: Memor es Ammonij cum Serapione peregre profecti. Fortassis etiam audisti de Lucio, in superiori Thebaide; poteris etiam resciisse de Paulo, qui est apud Latos, & de alijs multis; & tamen isti Episcopi constituti, non contradixerunt, sed habentes pro exemplari Eliseum, & conscij quid Elias egerit, & eruditi, quid Discipuli Christi, Apostoliq; fecerint, susceperunt hanc curam, neq; ministerium hoc aspernati sunt, neque propterea deteriores seipsis facti sunt, sed & laboris mercedem expectant, proficientes ipsi, aliosque proficere adhortantes. Quot ab Idolis conuerterunt? quot a furiosa & Dæmoniaca consuetudine suis admonitionibus compescuerunt? quot adduxerunt Christo seruos, adeo, vt qui ista signa conspiciant, admirantur. An quæso non ingens signum, puellam inducere vt Virgo maneat? & adolescentiorem adhuc, vt sit continens, & Idolatram vt cognoscat Dominum?* & post aliqua, quod non sit impedimento cura Episcopalis Monasticæ obseruantiæ, hæc subdit: *Quapropter cum istiusmodi habeas exempla, dilectissime Draconti, ne dicas, nec dicentibus credas, Episcopatum esse causam peccati, aut quod inde nascantur occasiones delinquendi. licebit tibi in Episcopatu esurire, sitire cum Paulo; licebit vinum non bibere, sicut Thimotheus fecit; & ieiunare frequenter, vt Paulus solitus; ita, vt secundum illum ieiunãs, alios sermonibus nutrias; & sitiens, abstinendo à potu, alijs docendo potum præbeas. Ne igitur talia obijciant consiliarij tui. Nouimus enim Episcopos ieiunantes, & Monachos comedentes: Nouimus & Episcopos non bibentes vinum, & Monachos bibentes: Nouimus quoq; Episcopos signa facientes, & Monachos non facientes, &c.* Hæc & alia Athanas. ad Dracontium, cui & persuasit; & Episcopum factum, & pro fide exilium post passum, alibi commendat.

Monachos ĩ Episcopos asciscit Athanasius.

Hortatur Monachũ ad suscipiendũ Episcopatũ.

Puellam inducere vt Virgo maneat, miraculum appellat Athanas.

Negari quidem non potest fuisse Monachismum seminarium in Ecclesia Dei sanctissimorum Episcoporum, ex quo Basilij, Gregorij, Chrysostomi, & alij tam in Oriente, quam in Occidente, viri spectatissimi prodiere, quorum omnium qui Antonium Magnum dixerit Patriarcham, non errabit, in quo mille signis atque virtutibus, quam sit Deo gratum, relicto sæculo, Monasticam vitam profiteri, fuit euidentissime declaratum, & in alijs probe confirmatum, vt in Pachomio, Hilarione, Macarijs, Ioanne, Ammone, & alijs similibus ferè innumeris, in quibus sunt innouata antiqua miracula Prophetarum, & Apostolorum. Ceterum, degentium in Ægypto Monachorum, non erat idem genus omnium, institutio & Vitæ perfectio, eorum triplex genus describit Hieronymus, epist. 22. ad Eustochium, sed præcipuè Cœnobitarum. De Cœnobitis porro Monialibus Basilius de Virginitate. Hieronym. epist. 22. & 48. & Aug. de moribus Ecclesiæ Cathol. cap. 31. & alij plures scripsere.

Monachismus seminarium Sanctissimorum Episcoporum.

Moniales.

At ne Monachorum quidem nomine digni, sed plane pseudomonachi, appellandi sunt illi, quos describit S. August. de opere Monachorum, cap. 28. cuius aurea plane illa sententia notanda est epist. 137. *Simpliciter autem fateor charitati vestræ, coram Domino Deo nostro, qui testis est super animam meam, ex quo Deo seruire cœpi, quomodo difficile sum expertus meliores, quam qui in Monasterijs profecerunt; ita non sum expertus peiores quam qui in Monasterijs ceciderunt: ita, vt hinc arbitrer in Apocalypsi scriptum Iustus iustior fiat, &, qui in sordibus, sordescat adhuc.* Quod exemplo demonstrari potest quorũdam in Ægypto Monachorum, qui Meletianis iuncti, & Arianis,

Pseudomonachi.

Ex Monachis qui deficiũt, deterrimi.

Apoc. 22.

mon-

A monstrosas calumnias in Athanasium confinxerunt; & aliorum, qui hæresiarchæ fuerunt teterrimi, & perditissimi, iam olim, & nunc quoq; maxime.

Christi Annus	*Siluestri Pap.*	*Const. Imp.*	*Const. Aug.* 8. & *Const. Cæsare* } *Coss.*
329.	16.	24.	

MEletiani, & Ariani ad deturbandum Episcopatu Athanasium, communicatis consilijs, Legatos mittunt, qui eum apud Constantinum accusent, de indicto Ægyptijs tributo, de pendendis Ecclesiæ linteis, & exacto: at Presbyteri Athanasij, qui ibi forte præsentes aderant, eos, audiente Imperatore, de calumnia vicerunt, ostendentes, non fuisse illam indictionem, nec tributi exactionem, sed rogationem, & liberam collationem, spontaneamq; oblationem, pro Christiano more fieri solitam, ad Ecclesiam exornandam, quod linteis, seu velis fiebat. Meletiani refutantur coram Cõstãt.

B

Imperator (ait Athan. Apolog. 2.) damnato Isione, prioris calumniæ delatore, me istiusmodi litteris ad se accersit. Re cognita, Eusebius ijs auctor est, (Meletianorum videlicet Legatis) ne loco se moueant: & ex eius consilio rem apud Cæsarem, nouis criminibus tentant, accusantes Macarium, (Athanasij Presbyterum, qui eum a priori calumnia purgarat) de calice (scilicet confracto) *Mihi autem non quoduis crimen, sed quod maximum est omnium, imposuere, quasi hosti Imperatoris, crumenam auri cuidã Philumeno misissem. Psommathiæ causa audita, illos quidem vt calumniosos reiecit; nos autem in Patriam redeuntes, cum istiusmodi epistola ad populos remisit*: CONSTANTINVS MAX. A. POPVLO CATHOLICÆ PER ALEXANDRIAM ECCLESIÆ, DILECTI FRATRES SALVTO VOS, ETC. Ea epistola exagitat Meletianorũ malitiã, & improbitaté, tacito nomine, & Catholicos hortatur, ad mutuam concordiam retinendam. Athanasium commendat, illis verbis: *Ego enim Episcopum vestrum Athanasium libenter recepi, eumque vt virum Dei allocutus sum.* & pro sua modestia, Christianissimus Princeps, quamuis accusatorum nequitiam, plus certo exploratam habuisset, & innocentiam Athanasij; tamen non suæ Iurisdictionis esse fatetur de his cognoscere, & sententiam ferre (quod res Ecclesiastica inter Ecclesiasticos agenda esset) verum illis verbis: *Vestri autem est, non mei Iudicij ea de re cognoscere*: ad Cõprouinciales Episcopos cognitionem causæ remittit, vt non Athanasij modo, sed & Macarij presbyteri, de fracto calice accusati, causam ipsi peruestigent. Arianorum & Meletianorũ improbitas. Causam Ecclesiasticam non vult attingere Constant.

D

Sed cum hæc omnia aduersus Athanasium intelligeret actitari, ab Eusebio Nicomediensi. (qui Constantinopolim venientes susceperat Meletianos) & Theognide Episcopo Nicæno, damnatis & depositis iam in Nicæno Concilio, & simulatè palinodiam recantantibus, ab eodem Concilio, Constantini precibus restitutis; aduersus eos vehementer commotus, vt sedibus pellerentur, secundum priorem Synodi sententiam, data ad Nicomedienses epistola aperte declarauit; quam Theodoretus [a] recitat: sed non integram, eam vero integram ex antiquis monumentis exhibuit auctor Annalium, sed in eo tempore quo scripta fuerit fallitur. [b]

[a] lib. 1. c. 20.
[b] Tomo 9. pag. 864.

Hoc eodem anno Edita sanctione Concubinatum sustulit, sic rescribens ad pop. *Nemini licentia concedatur, constante matrimonio, concubinam penes se habere*. Dat. xviij. Kal. Iul. Constantinis, Patre, & filio Coss.[c] Cõcubinatũ tollit.

E

[c] l. 1. de Cõuul. c. Theo.

Constantinus per Gallicanum Ducem Scythas debellat, Ponte super Istrum extructo, & Romanum Imperium a Vectigali, quod illis pendebat, redimit, ac sub tributo, quod antea nemo fecerat, redigit. Euseb.[d] Hierony. in Chron. Gothos vocat. Acta Sanctorum Martyrum Ioannis & Pauli. Cedrenus an. 25. Constantini. Gallicani Victoria de Scythis.

[d] 4. Vitæ c. 5.

Christi Annus	*Siluest. Pap.*	*Constantini Imp.*	*Gallicano* 2.m & *Symmacho* } *Coss.*
330.	17.	25.	

OVinius Gallicanus, qui anno superiore, in magnas angustias redactus a Scythis, ex voto (Ioannis & Pauli ministrorum Constantiæ, illi desponsæ, monitu) fa- Gallicani cõuersio.

cto,

cto, se fore Christianum si liberaretur; ingenti miraculo, relata victoria, Consul, pro re bene gesta creatur; & abdicato Magistratu, & Cõiugio renunciato, Deo vt vacaret, ad Ostiam excipiendis peregrinis, se dicauit, cum Hilarino Monacho, ingenti Vrbis, & Orbis stupore. Acta SS. MM. Ioãnis & Pauli. Martyrolog. 25. Iun. Ado. In libello de munificentia Constantini, extat præclarum monumentum, de munificentia quoque Gallicani. A

C. P. dedicatur.

a 3. Vit. c. 47.

b lib. 1. c. 22.

c lib. 8. c. 26

d l. 2. de Fer. Cod. Theod.

Anno Imperij vigesimoquinto, & Quinquennalibus Constantini Cæsaris, Constãtinus A. Constãtinopolim, Nouam Romam Christiano Ritu Deo dicat, in memoriam Sãnctissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ. Euseb. [a] Hieronymus, Cassiodorus, Anastasius in Chronico, idem colligitur ex Marcellini Comitis supputatione, & Suidæ, ex Socr. [b] Nicephor. [c] Dies huius Dedicationis, 10. Maij, sanctione Impp. celebris habetur, his verbis: *His adijcimus natalitios dies vrbium maximarum: Romæ atque Constantinopolis, quibus debent iura deferre, quia & ab ipsis quoque nata sunt.* [d] & in Menologio. NATALIS DIES NOVÆ ROMÆ CONSTANTINOPOLIS *in Ecclesia publice recitandus descriptus reperitur.* B

C. P. omniũ vrbium nuditate exornatur.

Nõ nomine solum sed re ipsa, conatus est Constãtinus Ciuitatem illam, alteram Romam facere, quæ in omnibus ex æquo, veteri Romæ responderet, idque omnium Vrbium nuditate, inquit Hieronym. extat descripta in notitia Prouinciarum, in qua longe minor apparet; vt verissima comprobetur illa Suidæ sententia. *Constantinopolis, tanto est alijs omnibus Vrbibus maior, quanto Roma esse minor videtur, a qua secundam numerari, longe mihi certe quidem videtur esse melius, quam ceterarum omnium prima existimari.*

Ad eã amplificandã, edita sanctione annonã viritim habitantibus, & domos extruẽtibus, destribuendam instituit, quę largitas, & ad posteriores Imperatores permanauit, vt qui emolumenta perciperent, ædificandi studio magnitudinem Vrbis augerent, &c. Theod. li. 11. de annon. C. Theod. & Arcadij l. 13. *eos quos in hac Vrbe domos non habere cognoueris, annonis nouis, quolibet titulo acceptis priuari tua magnitudo præcipiet, nec vllis emolumentis ciuicis adiuuari; neq; enim fas est, vt, qui Vrbis affectũ, domus indicio monstrare neglexerint, eius commodis perfruantur, &c.* & Zosimus; *populo Byzantino, publicam annonam distribuit.* (Constantinus) *quam & hactenus ille semper habuit.* C

e lib. 3. vitæ, c. 52.

Statuis & simulachris, præclaro opere factis, quasi Trophæis de deuictis hostibus, Gentilium Dijs, ad ludibrium publice expositis, Vrbem exornauit. Eusebius [e], Zosimus lib. 2.

Simulacro, magnitudine & artificio spectabili; ex ære super porphyreticam columnam in foro, dedicato, suum nomen imposuit; in cuius manu, malum aureum, cum imposita cruce, & tali inscriptione: D

TIBI CHRISTE DEVS VERBVM, HANC COMMENDO.

IN cuius columnæ basibus, reliquiæ ab eo conditæ, alia præclara Vrbis ornamenta, cum pietate coniuncta, & miraculis etiam illustrata, recensent Zonar. Cedrenus, Nicephorus, 8. c. 52.

De Templis erigendis Constantinopoli, primam illi fuisse curam, auctor est Euseb. Orat. de Laud. Constantini. Socrates de duobus meminit: Apostolorum, & Pacis, quæ alio nomine Sophia. i. sapientia nominata reperitur. Omnes vero Ecclesiæ ibi ædificatæ, vsq; ad Arcadij, & Honorij Impp. tempora, in descriptione Vrbis Cõstantinop. quæ extat in notitia Imperij, numero sunt quatuordecim, vt hinc quoq; colligere possimus, quantum noua, veteri Romæ cederet, in qua Quadraginta & amplius Basilicas reperiri, Optatus scribit lib. 2. E

f lib. 2. c. 2.

De Ecclesia ædificata extra Vrbem, in honorem S. Michaelis Archangeli, vt maxime celebris, & miraculis illustris, meminit, Sozom. [f]

Ad alia amplissima donaria, & pretiosa, Ecclesijs collata, magnam copiam librorum exactè descriptorũ addidit, qua de re extat eius epist. ad Euseb. Cæsar. lib. 4. Vitæ, c. 36.

A Quod ad perfectionem Vrbis desiderari posse uidebatur; scientiarum Scholas ædificauit, & excellentissimos Oratores, & Philosophos adhibuit, quos & amplissimis Priuilegijs donauit.[a] Aurel. Vict. & Greg. Nazianz. orat. in Basil. Perseuerarunt eædem eruditionis scholæ vsque ad impium Leonem Imp. Isauricum, qui eas memorias abolendas curauit.

a l. 1. ff Med. & professf. & 3. C. Theod.

Constantini quoque Magni opus fuisse putatur Bibliotheca ibidem ædificata, ab alijs vero aucta libris, ita vt numerum centum viginti millium librorum expleret, quæ tempore Basilisci Imperatoris, diro illo incẽdio conflagrauit. Zonar. in Basilisco, 3. par. Annal.

Bibliotheca Cõstantino polit. viginti milliũ librorum.

In tanta amplitudine & numero publicorum ædificiorum, carcerem tantum, pro sua mansuetudine, vt se habebat, humilem atq; depressum, & paucorum hominum capacẽ, B nullo auctum additamento, reliquit, quem nec posteri ausi sunt mutare Imperatores, vsq; ad Phocam, qui eum reddidit ampliorem. Glicas lib. 4.

Carcer C. P. humilis & angustus relictus à Constantino.

Nouam quoque Romanorũ Ciuium Christianorum Coloniam, C.P^{lim}. transtulit, ex quibus Senatus amplissimus est coagmentatus. Sozom.[b] Glycas.[c] De Zotico, ex ijs vno, clara est memoria in tabulis Ecclesiasticis, tum Græcis, tum Latinis, vtpote homine, qui miseratione in pauperes, alijsq; virtutibus enitens, egregia claruerit sanctitate. In Constitutione Leonis & Anthemij AA. ad Dioscorum Præf. Præt. hoc ornatur Elogio. Zotici beatissimæ memoriæ, qui primus huiuscemodi officia pietatis inuenisse dicitur, id est primus Constantinopoli, pium hospitalitatis officium instituit. Menolog. & Martyrol. Rom. vlt. Decembr.

b lib. 2. c. 2.
c lib. 4.

Disposito à Constantino sacro Senatu, Politicum statum, magno consilio, in meliorem C ordinem volens reformare, nouos Magistratus instituit, & veteres magna ex parte mutauit; de quibus est querela impij Zosimi, cuncta, quantumlibet rectè gesta Constãtini, carpentis. Pro duobus præfectis Prætorio, quattuor constituit; de quibus & alijs Magistratibus habes in notitia peruetusta Prouinciarum, post Cod. Theodos.

Politicũ statũ disponit Cõstãtinus.

Alia grauis est querela Zosimi, sed potius impudens calumnia, de duris, & intolerandis exactionibus Constantini, quarto quoq; anno, quo vrbes hominibus & opibus exhauriebantur; pauperes, & qui soluendo non essent, dirissime cædebantur, liberos ipsæ matres distrahebant, filias prostituebant. Cum tamen Constantinus vetuerit, ne debitores experiri cogerentur carcerem vel pœnas aliquas corporales, quibus antea affligebantur, & licet Fisci debitores essent, non nisi in eorum bona agi permiserit.[d] Et ne parentes vendere filios, aut prostituere filias præ inopia cogerentur, vt victus & vestitus de Ærario suppeditaretur, lege cauit.[e] & vt pauperes vacationem haberent à D muneribus.[f] Sed ne singulas Calumnias Zosimi cõfutare pergamus, sufficiat vnus Iulianus Apostata, Impius, ad os Impij obstruẽdum, cum in Cæsaribus, coram Dijs (quod fingit) reum habitum recitet Constantinum, nihil eiusmodi illi obijcit, sed tantũ quod delicijs deditus esset; non taciturus Apostata, Constantino infensissimus, quæ ignorare non potuisset, de auaritia, crudelitate, rapinis, si quid tale admisisset. Quanto studio curauerit plebem, & inferiorum animos exhilarare, declarat Euseb. 4. Vitæ.[g]

d l. 3. & 4. de exact. C. Theod.
e l. 1. ff alim. eodem Cod.
f l. unica, de his qui num. liber. eodem Cod.
g cap. 2. 3. 4 De immuni. Clericorum.

Aduersus improbos Donatistas, pro more hæreticorum, ad Sæcularia Tribunalia trahentes Ecclesiasticos, Constantinus huiusmodi edit sanctionem. *Lectores Diuinorum Apicum, & Hypodiaconi, cæterique Clerici, qui per iniuriam hæreticorum, ad Curiam deuocati sunt, absoluantur. Et de cetero, ad similitudinem Orientis, minime ad Curias deuocentur, sed immunitate plenissima potiantur. Dat. Non. Febr. Sardicæ. Gallicano, & Symmacho Coss.* E

Hoc pariter anno, quo Quinquennalia Constantij Cæsaris celebrata sunt, in gratiã ipsius, Exules, Ariani Episcopi. Euseb. Nicomed. & Theognis Nicænus, ab exilio relaxati esse putantur. Quibus fauit Constantia A. Licinij olim coniux. & Constantini Soror, parsuadens id eidem Constantino, ex quodam conficto somnio (vt Niceph. tradit 9. cap. 21.) quasi innoxij homines iniuste exilio damnati essent.

Christi Annus	Siluestri Pap.	Const. Imp.	Ouinio Basso iterum & Ablauio Aegypt. Coss.
331.	18.	26.	

Impudentia Arianorum fraudulenta.

CVm Ischyras Pseudopresbyter ad Meletianos confugisset, illi re cum Eusebianis communicata (Athanas. Apolog. 2.) istiusmodi calumniam composuerunt, Calicem à Macario meo presbytero fractum, Arsenium autem Episcopum à me interfectum esse, illumque (vt calumnia succederet) in abditis habent, quo, si nusquam appareret, occisus esse crederetur. Interim illi manum cuiusdam, tanquam ex eius corpore recisam, ad ostentationem circumferre. Ischyram quem non nouerant, vt presbyterum celebrare, vt cum de calice loqueretur, auctoritate tituli commodior ad fraudem esset. Cum Ischyras à suis reprehenderetur, ad nos lamentabundus accessit, nihil quidquam inquiens, tale factum à Macario, qualia iactitabant, sed se subornatum à Meletianis, ad istud flagitium comminiscendũ, quapropter & ista quoque scriptis protulit. Beato Præsuli Athanasio, Ischyras in Domino S.

Quia me Domine Præsul, te adeundo, vt in Ecclesiam reciperes obiurgasti, quod istiusmodi locutus essem; quasi ego vltro hoc fecissem, ac non vi potius huc adactus essem; ideo hanc satisfactionem tibi scripto porrigẽdam putaui, vt cognosceres vim mihi factam esse, tum ab Heraclide: ab Isaac porro Letoïs, & à Socijs eius, etiam verberibus cæsum esse. Ego autem, Deo in testem adhibito, pro excusatione mea dico, me nihil eorum, quæ illi a te facta iactitant, conscium esse, neque vllum Calicem confractum scire, aut mensam subuersam esse; meque ad ista omnia calumnianda, eorum vi adactum esse. Hanc autem pro me excusationem facio, tibique eam scripto trado, optans me vnum eorũ esse, qui ad tuos conuentus pertinẽt, & tuis parent. Valere te in Christo exopto. Tradidi autem manu mea tibi Episcopo Athanasio in præsentia præsbyterorum &c. plures enim numerat. Hæc cũ ita confessus esset Ischyras (pergit Athan. Apolog. 2.) *æquè tamẽ illi istiusmodi crimina passim iactitarunt, remque ad Imperatorem Constantinum detulerunt. Ceterum, ille iam ante a Psamathiæ de hoc Calice audierat, cum nos ibi præsentes essemus: quapropter repudiata aduersariorum Sycophantia, Antiochiam litteras ad Dalmatium Censorem (vel Cæsarem) misit, vt cognosceret de causa homicidij.*

Donatus à quo Donatistæ, vel Donatiani.

Donatus agnoscitur, a quo per Africam Donatiani. Hier. in Chron. Hic Donatus, successor Maiorini, pseudoepiscopus Carthaginensis, à quo Donatistæ, seu Donatiani, tantæ superbiæ fuit, vt per suum nomen suos iurare pertulerit, quasi per Deum: vt Angelum sibi locutum de Cœlo affirmarit: Vt Præfectos contumelijs lacessierit, & in Impp. conuitia & probra coniecerit. Optatus lib. 3. Aug. tr. 13. in Io.

Circũcelliones insolẽtissimum hominum genus.

Sub hoc Donato, audacissimo & insolentissimo homine, nati, & propagati sunt Circumcelliones dicti, quia circum cellas vagarẽtur, quos tamen Donatus Agonisticos, & eorum Præfectos, Duces sanctorum appellabat. Erant hi sectæ defensores, qui per nundinas, villas, vicosque circumuagantes, præseferebãt se esse publicæ iustitiæ vindices, quo prætextu & seruos vocabant ad pileum; & ære alieno aliquo oppressos, a creditoribus liberabant, minaces litteras ad eos scribentes, & necem intentantes, nisi eorum debita expungerent, & Chirographa delerent, a quibus immania sæpius scelera sunt patrata. Ad hos autem grassatores coërcendos, constat ex Optato, & Augustino, fuisse missos primo Leontium, deinde Vrsacium post Macarium.

Donatistæ affectãtes martyrum honores, sibi vim afferunt.

Sub tali tantoque Doctore, adeo superbo, tumido, & insano Donato, creuit Donatistis pariter cum furore, stultita; nam eo dementiæ peruenerunt, vt quasi Martyrum gloriæ cupidi, nouum excogitarint genus Martyrij, seipsos scilicet necantes præcipitio, aqua, vel igne, vel alios ad inferendam sibi mortem cogentes, quos ita vita functos, insana Donatistarum turba colligere, & loco digno martyre condere, atque honore martyribus congruo, venerari soleret. Optatus, & Aug. pluribus in locis. Vide quo ruant, qui se ab Ecclesia Catholica segregant.

Macarius Episcopus Hierosolymitanus, cum sedisset annos XIX. longæuus moritur, eius memoria X. Martij celebris in Ecclesia habetur. Subrogatur Maximus Episcopus

Dio-

A Diospolitanus, expetente eum populo Hierosolymitano, vt Confessoré & spectatæ virtutis Virum. Sozom.[a]

Constãtinus præclara sanctione Magistratuum auaritiam cohibet. *Cessent iam nũc ait, rapaces officialium manus, cessent inquam, nam si moniti non cessauerint, gladijs præcidentur. Non sit venale Iudicis velum, non ingressus redempti, nõ infame licitationibus secretarium, non uisio ipsa Præsidis cum precio. Aequæ aures iudicantis pauperrimis ac diuitibus referentur. Absit ab inducendo eius, qui officij Princeps dicitur, deprædatio. Nullos litigatoribus adiutores, eorundum officij, Principum concussiones adhibeant. Centurionum, aliorumque officialium, parua, magnaque poscentium, intolerandi impetus oblidantur; eorumque qui iurgantibus Acta restituunt, inexpleta auiditas temperetur, semper inuigilet industria Præsidalis, ne quidquam a prædictis generibus hominum de litigatore sumatur. Qui si de ciuilibus causis quidquam putauerint esse poscendum; aderit armata censura, quæ nefariorum capita ceruicesque detruncet, data copia vniuersis, qui cõcussi fuerint, vt Præsidum instruant notionem. Qui si dissimulauerint; super eodem conquerẽdi vocem omnibus aperimus, apud Comites cunctos Prouinciarum, aut apud Præfectum Prætorio, si magis fuerint in vicino, vt his referentibus edocti, super talibus latrocinijs, supplicia referamus. Dat. Kal. Nouemb. Constantinop. Basso & Ablauio VV. CC. Coss.*

a lib. 2. c. 19.

Magistratuũ auaritia cohibetur.

Christi Annus	*Siluest. Pap.*	*Constantini Imp.*	*Ouinio Pacatiano & Mecilio Hilariano Coss.*
332.	19.	27.	

C Athanasius occursurus Antiochiam ad Iudicium de Arsenio Episcopo occiso, (de quo crimine accusatus erat) Arsenium, quem ante quinque vel sex annos non uiderat, a Meletianis in diuersas partes ammandatum, omnibus vestigijs indagatum, Tyri denique repertum, sistit Iudicio Pauli eius vrbis Episcopi Orthodoxi, apud quem, negans se esse, qui esset, conuictus tandem, confessus est se esse Arsenium, & totam de simulatione suæ necis, ex Eusebij Nicomediensis consilio, fabulam pandit. Ex Athan. Apolog. 2. Sozom.[b] Socrat.[c] & Epiphan.[d] scribunt de hoc Arsenio aliqua, ijs quæ certa ex Athanas. habentur, parum consentanea.

Arsenius Arianorum calumniam cõuincit.

b lib. 2. c. 22.
c lib. 1. c. 21.
d hær. 68.

Christi Annus	*Siluest. Pap.*	*Constantini Imp.*	*Delmatio atque Zenophilo Coss.*
333.	20.	28.	

D

Athanasius, misso Macario presbytero suo Constantinop. docet Constantinum de Arsenio reperto, & de tota calumnia, & in se hostium fraude detecta; qui Dalmatium a cognitione causæ desistere, & accusatores abire iubet; & per litteras gratulatur Athanasio, & Meletianorum impudentem improbitatem detestatur. ex quibus Cõstantini litteris apparet, purgato Macario de confractione calicis, per confessionem Ischyræ, eandem calumniam Meletianos in Athanasium conuertisse, ad cuius finem interminatur Meletianis his uerbis: *Certum habeant me ita decreuisse, atque huius esse sententiæ; si quid tale iterum mouerint, non pro more Ecclesiarum, sed legibus publicis mea ipsa opera, causæ cognitionem suscepturum, ac deinde cognoscent, se non solum humani generis, sed etiam Diuinæ disciplinæ latrones esse.* Quas litteras Constantinus mandat populo recitari, ex Apolog. 2.

Cõstãtinus Meletianis interminat Athanasium probat.

E Tam immane scelus, illud maximum bonum est consecutum, ut cum Arsenius ipse Episcopus, tum etiam Ioannes Antistes, & antesignanus Meletianorum, facti pœnitentes, supplices pro venia consequenda, Athanasio litteras dederint, atque a Schismate recedentes, eidem se Catholica communione coniunxerint, extant Arsenij litteræ ad Athanasium, & Constantini ad Ioannem; gratulãtis & laudantis, de reuersione ad Ecclesiam Catholicam.

Arsenius, & Io. Episcop' Meletianus supplices fiunt Athanasio.

Chri-

A

Christi Annus	*Siluest. Pap.*	*Constantini Imp.*	*Optato & Paulino* Coss.
334.	21.	29.	

EVsebiani, bellum, pœnitentia præcipuorum Meletianorum Episcoporum aliquantulum consopitum, in Athanasium acrius renouant; & incredibili fraude concinnatis dolis & calumnijs, Constantinum, nimia humanitate & facilitate, uel potius leuitate peccantem, impellunt, vt, quem innocētissimum sæpius probarat & laudarat, Athanasium, suspectum sibi redditum, quasi ab illis dementatus, objciat acerrimis hostibus sub specie Catholicorum, nefarijs hæreticis, in Cōciliabulo Tyrio iudicandum, uel potius condemnandum. Euseb. 4. Vitæ. cap. 54. de nimia facilitate Constantini; & incredibili multorum nefaria simulatione agit. De tota re Athanasius Apolog. 2. Theodoret.[a] & Sozom.[b] B

Constantini nimia facilitas.

a lib. 1. c. 28. & 29.
b lib. 2. c. 24
c l. 2. de off. Iud. C. Thed l. 15. Cod. de Test. milit.

Constantinus sancit pro miserabilibus personis pupillis, Viduis, debilibus, & ægrotantibus, ne ab ullo Iudice compelli possint Imperatorem adire.[c]

Item fauet & militibus in expeditione positis, in testando, ut vltima eorum voluntas rata habenda esset, licet in Vagina, vel Clypeo, vel in puluere scripta foret.[d]

Christi Annus	*Siluestri Pap.*	*Constantini Imp.*	*Constantio & Albino* Coss.
335.	22.	30.	

C

COnstans Cæsar creatur ipsis Patris Tricennalibus.

Cōciliū Tyriū Arianorum.
e 4. vitæ c. 42

Concilium Tyri a Constantino indictum, instantibus Eusebianis, euocatis ad illud Episcopis, ab ipsismet designatis, vt affirmat idem Constantinus litteris suis ad Synodum, apud Euseb.[e] ipsis suis tricēnalibus ad quod conuenisse Episcopos, non nisi sexaginta, & nullum ex Occidentalibus, testatur Socrates, quantumuis Euseb. sua, suorumque, pro more, ostentans, ex Asia, Africa, & Europa, illuc conuenisse Episcopos scribat, quasi Nicæno non impar voluerit ostentare, porro conuenisse ait, tum ad dedicationem Templi, tum ad componendas discordias inter Ægyptios obortas. De quo Athanas. Apolog. 9. *At præclari Eusebiani, quo veritatem scriptaque sua obluerent, nomen Synodi suis Actis prætexunt, cum res ipsa negotium Imperatorium, non Synodale haberi debeat: quippe vbi Comes præsideat, & milites Episcopos suo satellitio cingant, & Imperatoria Edicta, quos ipsi nolunt coire compellant.* D

Athanasius diu multumque anceps, an accederet, qui quorsum coactum esset intelligeret, tamen ne causæ diffidere videretur, & aduersarijs ansam præberet amplius sæuiendi, & ne inuitus, quod Imperator euocans, comminatus fuerat, cogeretur, cum quadraginta septem Ægypti Episcopis, in quibus nonnulli Cōfessione spectati, accedit; & vt reus ad dicendam causam excipitur, & corā accusatoribus stare iubetur. At magnus ille Potamon Heracleæ Ægypti Episcopus, Confessor, tristis, & collacrymans, præ indignitate rei, clara voce in Eusebium inuectus; *Tu sedes*, inquit, *Eusebi, & Athanasius innocens stans à te iudicatur? quis tulerit talia?* & pluribus exprobrat illi defectionem a fide, tempore persecutionis, quibus auditis Eusebius, indignatione commotus, surgit, & dissoluit Iudicium. Athan. Apolog. 2. & Epiphan. hær. 68.

Athanasius accedit ad Concilium.

Iniquissimæ agit à pseudosinodo. cōtra Atha.

Athanasius videns Meletianos accusatorum partes, Eusebianos Iudicium sibi vindicare, vtrosque vt inimicos ob hæresim reijcit. sed cum minime audiretur, accusatores fauore Iudicum, audaciores facti, vetera crimina renouant, noua confingunt, & cum nihil probarent, & omnes eorum conatus eluderentur, producto Arsenio, quem interfectum iactabant; & meretricula calumniæ conuicta, quam subornarant, vt Athanasio crimen impingeret; Legatos in Ægyptum destinant, qui crimina peruestigent, testes conquirant, & subornent, *quos e vestigio, multis de causis reijciendos docuimus*, ait Athanasius, *in primis, quod & Ariani essent, & propter Arianismum nobis propalam infensi.* Verum illi potentia Magistratuum freti, clam emittunt Theognidem, Marim, Theo- E

A dorum, Macedonium, Vrsacium & Valentem, Episcopos delectos, contra sententiam omnium Orthodoxorum, qui omnia fieri cum viderent ex aduersariorum sententia, contra omne ius & fas, contestationis libellum porrigunt, primum Ægyptij Episcopi, Synodo; tum omnes qui in Synodo aderant Catholici Episcopi, Dionysio Comiti, (quem Constantinus dederat vt animaduersorem & custodem æquitatis, & ordinis) ne vlterius in ea causa procederetur, sed omnia integra cognitioni Constantini reseruarentur. propriam etiam contestationem Alexander, Episcopus Thessalonicensis, qui in Concilio aderat, mittit ad eundem Dionysium: quas recitat Athanasius in Apolog. sua secunda. Cum contestationibus nihil proficerentur, tanquam e Concilio iniuriosorum recessimus, inquit Athanasius, & ad Constantinum profecti sumus.

Athanasius, cũ ius a Concilio non obtineret, proficiscitur ad Constãtinũ.

Interim Legati Alexandriam profecti, multa impia & contra omne ius fasq; aduersus Athanasium committunt, Philagrij Præfecti fauore, & opera subnixi, ad quos presbyteri, Alexandriæ & Mareotes, animaduersa illorum malitia, mittũt contestationem B & appellationem ad veram, & legitimam Synodum; & ad Concilium Tyri, Mareotici omnes presbyteri & Diaconi testificationem miserant pro Athanasio; itemq; ad Philagriũ & alios Constantini Magistratus, quæ omnia extant in Athan. Apolog. 2. Actis Mareoticis, per summam iniuriam & fraudem, à Legatis confectis, & Tyrum perlatis, ex ijs Athanasium absentem Eusebiani condemnant, abdicant Episcopatu, vetant ne Alexandriæ habitet: Ioannem autem, & Meletianos omnes, vt iniuria affectos, in communionem recipiunt, ad omnes vbique Episcopos scribunt, vt Athanasij vitent communionem, vt cõuicti. Vide reliqua apud Sozom.[a] Quod vero Iulius Papa in Epistola ad Arianos (apud Athanasium Apolog. 2.) negat eum condemnatum, intelligendum est à maiore & saniore parte Concilij Tyri congregati. Porro in præmium inquissimæ C accusationis in Athanas. Ischyram pagi sui, qui ne presbyter quidem erat, appellant Episcopum, & ab Imperatore impetrant, vt Ecclesia illi ædificetur. Athan. 2. Apolog.

a 2. cap. 24.

Iniqua condemnatione ex sententia peracta Basilicam Tyri erectam, iussu Constantini (4. vitæ cap. 41.) solemni ritu dedicant, de qua extat oratio Eusebij in 10. hist. capit. 4.

Mox Hierosolymam profecti, eiusdem Constantini mandato, Martyrion, Templum cæteris augustius dedicant. Euseb. 4. Vitæ cap. 44. 45. 46. Cuius anniuersariam templi dedicationem, per dies octo, agi deinceps solitam, asserit Sozom.[b]

b lib. 2. cap. 25.

Eusebiani persuadent Constantino Arium rectè & Catholice, de fide sentire, qui eum ad se per litteras euocat, & fidei confessione ambigua, sed in specie, Catholica, callide tamen, Consubstantialis nomine omisso, ab eo, & Euzoio accepta, admodum dele- D ctatus, eos, cum sua subdola Confessione, mittit ad Episcopos, Hierosolymis id temporis conuocatos, examinandos, & si recte sentirent, probandos, & omnino recipiendos. Eusebiani Episcopi, peracta templi dedicatione, cætuque dimisso, conuenientes, Ariũ eiusque fidem, probant & recipiunt, & Alexandriam restituũt, hæc breuiter ex Athan. Apolog. 2. & de Synodis. & ex epistola Synodali Conciliabuli Hierosolymitani apud Athanas. Apolog. 2. Ex Socrate[c] & Sozom.[d]

Ariani Constãtinum decipiunt.

c lib. 1. cap. 19.
d lib. 2. c. 26

S. Siluester Romanus Pontifex migrat è vita, pridie Kal. Ian. cum sedisset ann. 21. m. 10. d. 1. alij quidẽ aliter, sed cum in libro de Rom. Pont. eius ingressus ponatur sub Cõsulatu Volusiani, tempore Constantini, (sic enim legẽdum est) rursum vero Marci eius successoris subrogatio ponatur anno sequenti; sub Consulatu Nepotiani atq; Facundi, præsentem annum nequaquam potuit excesisse Siluester, cessauit eius Episcopatus E dies. 15.

Romana nomine, Calpurnij Præfecti Vrbis filia (de quo mentio in Concilio Romano superius recitato) à S. Siluestro Baptizata, perpetuam coluit Virginitatem, in antris & speluncis, miraculis clara; eius dies Natalis vij. Kal. Martij celebratur. Martyrolog. Rom. Tuderti præcipue colitur, vbi eius venerandæ Reliquiæ asseruantur.

Romana Virgo.

Christi Annus 336.	Marci Papæ. 1.	Const. Imp. 31.	Nepotiano atq; Facundo Coss.

A

MArcus Romanus in Siluestri locum subrogatur.

Athanasius ex Tyro, Eusebianorum Conciliabulo, Constantinopolim profectus, & apud Constantinum de Eusebianorum in se calumnijs & iniquitate conquestus, impetrat, vt eos ad se euocet. at ceteris Episcopis, à profectione retentis, soli, Eusebius, Theognis, Patrophilus, & alter Eusebius, Vrsacius & Valēs ad Principē adeunt, & commentitium crimen ingerunt, quod Athanasius minatus esset, se impediturum, quo minus frumentum ex Alexādria Constantinopolim deueheretur, idq; testimonio confirmant (quod magnam vim habuit ad fidem faciendam) aliquot Episcoporum Catholicorum, & qui in conuentu Tyrio pro ipso steterant, quos Eusebiani blanditijs & magnis pollicitationibus ad suas partes abstraxerant, qui præsentes id ab eo se audisse dicerent. ex qua causa, ira incensus Constantinus, inaudita causa, Athanasium relegat in Gallias, aduersus Imperatorem magna libertate inclamantem, (vt Epiphanius scriptum reliquit hær. 68.) *Iudicabit Dominus inter me & te, quoniam tu consentis calumniatoribus modestiæ nostræ.* B

Cōstantinus calūnijs impulsus Arianorum Athanas. relegat in Gallias.

Constantinum, de tam immani facinore, Alexandrinum Concilium excusat, (apud Athan. Apolog. 2.) quod Arianorum fraudibus deceptus, cum supplicium capitale posceretur, exilio damnato, eorum cupiditatem expleret: Item Athanas. Epistola ad solitar. eum excusat, (magno Christianæ modestiæ exemplo erga Principes) quod calumnia Eusebianorum, eum in Gallias ad tempus amandarit, quo liber esset ab eorum crudelitate, qui illi per insidias, imminebant, hoc enim à Beato Constante eius fratre, post mortem Patris scriptum fuit, vt ex litteris illius patet. idem Constantinus iunior, maioris filius, suis litteris ad Alexandrinos postea datis, qui & addit consilium Constantini Patris fuisse, vt eum ad suam Ecclesiam restitueret: sed morte præoccupatum, quod animo conceperat, implere haud valuisse. ex Apolog. 2. Theodoretus item excusat, lib. 1. cap. 33. Vnus Lucifer Calaritanus, libris illis quos ad Constantium Augustum pro Athanasio scripsit, Constantinum incusat, quasi Athanasium relegarit, quod fidem Arianam, ad quam ipse transisset, probare noluisset, quod quidem falsissimum est. C

Quomodo excuset Constantinus.

Sed tamen illi (Constantino) non persuasum est ab Eusebianis, vt in Athanasij locum Episcopum, quem ipsi postulabant, summitteret; immo eos, qui id moliebantur, compressit, & eam rem ipsam conantes, grauibus minis deterruit. Athan. epist. ad solitarios. D

Non tantum Athanasium, sed & alios Ægypti Episcopos, à Concilio prędamnatos, in exilium ire iussos, epistola concilij Alexandrini aperte testatur, Publica enim inquit omnium Episcoporum profligatio ex suis sedibus, exterminatioq; facta est, &c. ex Apol. 2.

Alexandriæ ob Athanasij exilium tumultuatur.

Nuncio de Athanasij exilio perlato Alexandriam, populus, Monachi, & Virgines, tumultuari cæperunt præ eius desiderio, & Antonius pro eodem sæpius scripsit ad Imperatorem, qui & Alexandrinis turbulentiam obiectauit, & ad Antonium rescripsit, se non posse Concilij sententiam non probare, quod Athanasium damnasset. Sed & Ioannem Meletij successorem, quantumuis probatum in Concilio Tyrio, quem nosset Schismaticum & Nicænorum decretorum contemptorem, quantumuis Eusebianis repugnantibus, in exilium eiecit, sic paci Ecclesiæ Alexandrinæ se putans consulere, dum vtrumque dissidiorum & turbulentiarum caput, quod putabat, de medio sustulisset, Athanasio postea, æquior factus, sequenti anno, quo & obijt, eum Alexandriam reuocare cogitauit, quod ipsemet Athanasius confirmat orat. 1. contra Arian. *Quamuis inquit tum Religiosissimus Imperatorum Constantinus curam egerit, vt pacifice in Patriam, & ad bonam Ecclesiam deduceremur, & inprimis rationem concordiæ populorum habuerit, &c.* E

Atha-

A Athanasius non quasi exul, sed vt Confessor, & de impietate triumphans, Treuiris, à Populo Christiano & Maximino Episcopo exceptus est. Hier. in Chron.

Ariani, relegato Athanasio, impetrant restitutionem Arij Alexandriam à Constantino, quo reuersus, tum Eusebianorum, tum Imperatoris litteris communitus, male acceptus ab Alexandrinis, eam Ciuitatem vniuersam, de integro in magnas turbas conijcit, ac propterea à Constantino C. P[lim] accersitur. Athanas. de Synod. Socrat. 1. cap. 25.

Exactis Tricennalibus, Constantinus, qui primo filio multo ante vxorem dederat, Constantio secundo filio dat (Euseb. 4. vitæ, cap. 49. &c.) Eusebiam eruditione præstantem, & supra muliebrem sexum prudentem (Zosimus lib. 3.) sed sterilem & alienorum partuum insidiatricem & inuidam (Ammianus lib. 16.) &, quod deterius est, Ariano infectam contagio.

B Legati Indorum Orientalium preciosis muneribus, & animantibus, tota natura à nostris discrepantibus, Constantinum venerantur. Euseb. 4. cap. 51.

Constantinus filijs Imperium partitur. Auitam sortem Constantino grandiori natu filio; Constantio Orientis partes; Intermedias, tertio filio Constanti attribuit: salutaribus eos præceptis imbuens, imprimis vt Dei cognitionem & Religionem, Regno ipsi anteponerent, & Ecclesiam pie colerent. Euseb. [a] — *Filijs Imperium partitur Constatinus.* — *a lib. 4. Vit. c. 51. & 52.*

Cum Eusebius de tribus tantum Cæsaribus mentionem faciat, & alij fere omnes de dignitate Cæsaris Dalmatio collata, affirment, sic conciliandi videntur inter se, nimirum vt tres tantum, in successione atque administratione Imperij creati Cæsares fuerint; Dalmatius vero titulotenus eam dignitatem sit consequutus, sicut, & pater eius, & patruus, idq; ex sententia Zosimi lib. 2.

C Substiterunt Constantinopoli Eusebiani, Arium expectantes, quod Imperator Cōstantinus, ab Alexandrinis non receptum, quod à fide Catholica alienus esset, ad explorandam rursus eius fidem, Constantinop. acciuerat; vbi propinquorum Episcoporum conuentus collectus erat (ex maxima tamen parte Eusebianis studentium) occasione Marcelli Ancyrani Episcopi, quem in Cōcilio Nicæno, maxime infensum experti, multis calumnijs impetitum, & crimine hæresis falso insimulatum, quod cum Samosateno sentiret, & Christum solum hominem fuisse assereret, condemnarunt, & Episcopatu abdicatum in exilium eiecerunt. Epiphan. hær. 73. Athanas. Apolog. 2. de Synodis, & Epistola ad solitar. Socrates [b] Sozomenus. [c] — *b lib. 1. cap. 24.* — *c lib. 2. c. 31.*

Ceterum quod non Athanasio tantum atque Marcello, sed & alijs Episcopis fuerunt exilia irrogata ab Eusebianis, contra ius fasque, more prædonum, non expectata

D sententia sedis Apostolicæ, Iulius Papa, alia occasione, postea iure conquestus est; ad eosdem Arianos alia ex causa, scribens, ex Athan. Apolog. 2.

Quod vero Constantinus Imperator, Episcopos ab Eusebianis damnatos, exulare iusserit, plane accidit vt apud nonnullos eiusdem optima fama Catholici nominis periclitaretur; hinc de eo illud Seueri lib. 2. *Imperator etiam deprauatur, dumq; sibi Religionis officium videtur implere, vim persecutionis exercuit; actique in exilium Episcopi, sæuitum in Clericos, animaduersum in laicos, qui se ab Arianorum communione secreuerunt*. Ruffin. 1. cap. 17. & apud Hieronymum, in Chronico, pariter legitur in obitu Constantini, ipsum in dogma Arianum declinasse. — *Vnde suspectus Constātin' Arianismi.*

Sed omnino isti aberrarunt, sic de Constantino sentientes, qui semper perseuerauit Catholicus, quod quidem multipliciter probatur: tum quod ipso viuente Eusebiani, — *Purgatur a suspicione.*

E ne quidquam aduersus fidei Nicænæ Regulam mutire sunt ausi, vt constat ex Athanasij libro de Synodis, & Sozomeno; tum quod Athanasius epist. ad solitar. & alibi, & Hilarius lib. 1. ad Constantium, Epiphan. hæresi 69. Constantinum vt vere & integre Catholicum contestantur, & Constantium filium prouocant ad patris fidem sectandam. — *lib. 2. c. 30. in fine.*

Arius euocatus, se Imperatori sistens, de fide interrogatus, verbo & scripto fidem Catholicam iuratus profitetur, per summam simulationem; quare iussus Alexander C. P[nus]. Episcopus, eum recipere in communionem, & recusans; dum vim timet, cum populo ieiunijs & orationibus insistens, Vindicem Christum in Arij impietatem impetrat; — *Arius fidem Catholicam ementitur.*

petrat; dum ab Eusebianis Arius magno fastu ad Ecclesiam deductus, exonerandi alui necessitate, ad locum declinare compulsus, vna cum excrementis, viscera, diuino miraculo effundens, misere moritur. Athan. ad Serapionem. orat. 1. contra Arianos, Rufin. [a] Socrat. [b] Sozom. [c] Greg. Nazianz. hoc elogio rem contestatur: *Arius petulantis & effrenatæ linguæ pœnas dedit, in obscænis & impuris locis extinctus, atque orationis nō morbi viribus oppressus, ac Iudæ instar disruptus, in eadem Verbi proditione*. orat. de laud. Athan. & Ambr. de fide ad Gratianum. *Cui ergo credimus, Ioanni, in Christi pecto rē recumbenti, an Ario inter effusa sua viscera volutanti? vt agnosceremus similem Iudæ proditoris, Arij quoque fuisse perfidiam, quem similis pœna damnauit: effusa sunt enim & Arij uiscera: pudet dicere, ubi, atque ita crepuit medius, prostratus in faciem, ea quibus Christum negauerat, fœda ora pollutus: crepuit enim, sicut etiam de Iuda Petrus Apostolus dixit.*

a lib. 1. c. 12. b lib. 1. c. 25. c lib. 2. c. 28. in fine.

Arius pœnas dat perfidiæ.

Diuinitus damnata ad hunc modum Ariana hæresi, plurimi ex ijs, qui ante decepti erant, conuersi sunt (Athan. ad Serapionem) ingens terror, & examinatio Eusebianæ factioni incussa est, fama rei per vniuersum fere orbem diuagata. Imperator magnopere exitu illo lætatus est. (Socrat. 1. cap. 25.) quique Arij, & Arianorum, tanto prodigio persuasus, detestatus est errorem; seipsum quoque arguit leuitatis, ob missum Athanasium in Exilium, quem reuocandum Alexandriam destinauit, sed morte præuentus, non perfecit, ipsomet attestante Athanasio orat. 1. contra Arian. vt modicum tempus intercessisse videri possit, inter mortem Arij & Constantini, ac propterea fortasse dici posset, mortem Arij contigisse anno sequenti.

Marci Papæ nomine epistola conficta.

Hoc anno ijsdem Consulibus, decimo Kal. Nouembr. data legitur, Marci nomine, Epistola ad S. Athanasium Episcopum Alexandrinum, & ad ceteros Ægypti Episcopos, de numero Nicænorum Canonum, quos apud se deperisse conquesti erāt, suis ad eū litteris; sed subreptitiam, & ab aliquo cōfictam apparet: tum, quod in controuersia diu agitata inter Africanam Ecclesiam, & Romanos Pontifices Zosimum, & Bonifacium, de numero Nicænorum Canonum, hæc Epistola minime illis cognita fuit: tum, quod Athanasius hoc tempore in Gallijs exulabat; tum, quod grassatio illa in Ecclesiam Alexandrinam, non contigit nisi post aliquot annos, sub Constantio; tum denique, quod Marcus, iam Nonis Octob. ipsius anni erat defunctus.

d lib. 2. c. 19.

Marcus Papa, octauo sedis Mense moritur, Hier. in Chron. Sozom. [d] ad exiguum tēpus sedem tenuisse affirmat. & lib. de Rom. Pont. habet, Iulium sedere cæpisse anno sequenti. Feliciano & Maximo Coss. Qui igitur sedere cæpisse reperitur 14. die Febr. & diem obijsse sexta Octobr. qua anniuersaria eius in Ecclesia memoria agitur, dicendum est vixisse in Pontificatu menses octo, minus dies octo. Vacat Sedes dies viginti.

An Pont. Rom. consecrari ab Ostiēsi Episcopo, à Marco sit institutum. Prima Pallij mētio, in Marco Papa.

Quod dicitur institutum à Marco, vt Ostiensis Episcopus Romanos Pont. consecraret, antiquior videtur fuisse eius rei vsus: nam Dionysius Papa, a Maximiano Ostiensi Episcopo consecratus habetur; meminit quoque S. Augustinus eiusmodi vetustissimi ritus, agens aduersus Donatistas, in Breuic. Collat. diei tertiæ cap. 16. Quod vero ad Pallium spectat; eo donatum à Marco Ostiensem Episcopum, dicitur. Primo autem hic mētio in rebus gestis Rom. Pont. habetur de Pallio summi honoris & potestatis plenitudinis indice, idemque dictum Phrygium, quod Phrygionum crucibus intexi soleret, & potissimum esset Rom. Pont. insigne: ab eodem Metropolitanis aliquando solitum impertiri. Cur autem Prygium, pallium appellatum, cum veteris pallij forma longe diuersa esset, & amplior? An quod vt olim in Sacerdotio Hebræorum (Exodi 28.) erat Summi Sacerdotis superhumerale insigne, quod nefas esset, aliquem alium Sacerdotum vel Pontificum indui: ita in Christianæ Religionis sacerdotio, genus illud indumenti, quòd pallium dicimus, Summi tantum Pontificis cessit vsui: & quod inhæreret, dum Pontifex sacra ageret, indumento illi, quod pallij præseferebat imaginem (nos planetam seu Casulam dicimus) inde fortasse accidit, vt Phrygium ipsum, præcipuum sacerdotalis Pallij ornamentum, itidem pallium appellaretur, cum alioqui pallij nomine, omne operimentum in rebus sacris significari soleret, vnde & vela oblata Sanctæ Cruci in Ecclesia, a Gregorio Turonensi Episcopo [illegible], Venan-

tius

A tius Fortunatus pallia appellat, quæ & ipsa Crucum imaginibus essent contexta.
Vigesima sexta mensis Octobr. creatur Rom. Pont. Iulius, Ciuis Romanus.

Iulius Papa.

IN mouentes Persas expeditionem parat Constantinus, Episcopos educens, qui secũ in Tabernaculo, ad Ecclesiæ similitudinem, magnificentissimè facto, pro victoria supplicarent. At Persæ ad tantæ expeditionis famam, Oratores de pace mittunt, quos ille humanissime excipit, & fœdus cum illis lubens init. Euseb. 4. Vitæ.[a]

a cap. 56. & 57.

Basilicam 12 Apostol. dedicat.

Basilicam, artificio, amplitudine, ornamentis magnificentissimam in honorem 12. B Apostolorum C.P[li]. dedicat, in illud translatis Sanctorum, Andreæ Apostoli, Lucæ Euangelistæ, & Timothei, Pauli discipuli, corporibus. Euseb. 4. Vitæ.[b] Socrates.[c] Procopius lib. 1. de ædific. Iustin.

b cap. 58. 59. 60.

c lib. 1. c. ult.

Variȩ leges.

Constantinus Imp. Christianæ modestiæ amantissimus, ad Felicem Præfec. Præt. rescribit; ne conuersi ad fidem ex Iudæis, in Iudæos persecutionem excitarent, his verbis: *Eum qui ex Iudæo Christianus factus est, inquietare Iudæos non liceat, uel aliqua pulsare iniuria, &c. Dat. XI. Kal. Nou. Constantinopoli, P. P. octauo Idus Maij, Nepotiano & Facundo Coss.*[d]

d l. 5. de Iud. Cod. Theod.

Sanxit etiam ne Christianus quisquam seruiret Iudæis. Euseb. 4. Vitæ. cap. 27. leges adhuc extant. Cod. Theodos.[e]

e l. 1. & 2. ne Christ. mãcip

Ijsdem Consulibus legem tulit aduersus spurios, ne quid caperent ex Patris vltima C voluntate.[f]

f l. 1. Cod. de Natur. lib.

Primus, Corpus constituit ex nongentis & quinquaginta diuersorum Collegiorum & artium officinis, ad curanda & efferenda defunctorum corpora, quod & a publicis muneribus, & a tributis voluit esse immune.[g]

De curatoribus sepulturæ mortuorum.

g Iustiniani Nouell. constitutio 49.

Christi Annus	*Iulij Pap.*	*Constant. Imp.*	*Feliciano & Titiano Coss.*
337.	I.	*vltimus.*	

Fasti tam Græci quam Latini lib. de Rom. Pont. & Syn. Rom. sub Iulio; Maximinum vel Maximianum habēt, pro Titiano. Sanctiones Constantini, Felicianum & Titianum habent.

D

VIxit Imp. Constantinus annos sexaginta quinque Triginta vnum Regnauit: mortem obijt, Feliciano & Titiano Coss. ad XI. Kal. Iun. anno secundo 278. Olympiadis. Consentit his S. Hieronymus, dum Constantini obitum 31. eius Imperij anno ponit. Rufinus etiam, atque Sozomenus, Euseb. Epiphan. Victor, Zonaras, 32. annis Cõstantinum dicunt imperasse, quorum sententia dicendum esset peruenisse Constantinum vsque ad sequentem annum, atque ad Consulatum Vrsi, ac Polemij. Ceterum, vt Chronologiæ Socratis assentiamus, illud inprimis persuadet, quod leges post hac datæ, nominibus Constantij & aliorum nouorum Impp. reperiuntur conscriptæ, vt Cod. Theodosiano, titulo de ann. & Trib. Cõstitutio 4. data legitur a Cõstãtio viij. Idus De- E cembr. Thessalonicæ. Feliciano, & Titiano Coss. & in Tit. de distrahend. pign. habetur Rescriptũ Constantij A. prid. Idus Decemb. Decessit autem in suburbana Villa Nicomediæ, quo, cum primum male habere cœpit, ad calida balnea accesserat. Eusebius, Rufinus.

Constantini obitus.

De præstanti corporis valetudine & firmitate Constantini Imp. & animi vigore, ad omnes tum corporis, tum mentis functiones, fere vsque ad obitum, Euse. 4. Vitæ.[h]

h cap. 53. 54. 55.

Testamentum, quo filios Imperij hæredes relinquebat, cum Constantius abesset, cui Orientis Imperium decreuerat, presbytero sibi a sorore Constantia moriente, commẽdato, (egregie Catholicum se apud eum assimulante, Arianus cum esset) commisit, Constantio tradendum, cuius beneficij gratia, Constantius, Regni cupidius, ita ei deuinctus

Testamẽtum per Arianum presbyterũ

Constantio delatum.

est,vt qui imperare cunctis ambierit, ab illo sibi imperari æquanimiter pateretur. ex Raff.1.c.11. A

Quisnam fuerit presbyter ille, qui primo apud Constantiam A. deinde apud Constantinum Imperatorem, ac denique penes filium Constantium, tantæ fuit existimationis, quem & dicunt secta fuisse Arianum, nusquam proditur. forte is fuit Acacius luscus presbyter, qui post, mortuo Eusebio Pamphili, in sede Cæsariensi successit, de quo S. Hieronymus in scriptoribus, ea claruisse fama, ait, sub Constantio, vt ipse Romæ in locum Liberij Papæ Felicem Episcopum constituerit.

Constantini corpus funere amplissimo & magnificentissimo Constantinopolim deductum, & pijs Sacerdotum precibus, ac mystico sacrificio, pro Ecclesię more adhibito, ad SS. Apostolorum Basilicam, extra tamen, in vestibulo (vt est apud Chrysost. hom. 26. in secundam ad Corinth.) conditum describit late Euseb. 4. Vitæ.[a]

a c.65.66.

Constantinus relatus est apud Græcos inter sanctos, & eius Natalis dies anniuersarius ab illis colitur. Menolog. B

Elogia de Constantino, Victoris; *Constantinus commodissimus rebus multis fuit, calumnias sedare legibus syncerissimis, nutrire artes bonas, præcipue studia literarum; legere ipse, scribere, meditari, audire legationes, & querimonias Prouinciarum.* Eutropius lib. 10. *Ciuilibus*, inquit, *artibus, & liberalibus studijs deditus erat, affectator Iustitiæ & amoris, quæ omnino sibi & liberalitate, & docilitate quæsiuit. Innumeræ in eo animi, corporisque virtutes claruerunt; militaris gloriæ appetentissimus, fortuna in bello prospera fuit, verum ita, vt non superaret industriam.*

Ex omnibus eius edictis constat, eum omnes suas, tot ac tantas de Tyrannis & Barbaris victorias, vni Christo ferre acceptas, idque palam ingenuue ac libere solitum profiteri. C

Cōstantinus Conciones scribebat & recitabat.

Quod a tanti Imperij administratione supererat otij, in scribendo consumere consueuerat, elucubrabat pias & sanctas conciones, quas etiam interdum coram populo recitabat, magna approbatione & acclamationibus; quod si aliquando aliqua incidisset de Theologia loquendi occasio, erecto corpore consistens, contractoque vultu, ait Euseb. (4. Vitæ cap. 29.) & depressa voce, adhibita summa prudentia, & moderatione, præsentium animos cœlesti disciplina initiare, & deuouere videbatur; quam rem cum sequeretur populi grata acclamatio; solebat nutu significare vt cęlum suspicerent, & venerandis laudibus, omnium Regem Deum admirarentur, & colerent. & idem (eodem lib. cap. 55.) testatur, eundem Constantinum vsque ad extremum vitæ tempus, Orationes scribere minime prætermisisse, qui, & quasi sui futuri exitus pręscius, postremam omnium funebrem elaborauit scriptionem, sed pręclarę eius facultatis in eo genere (pręter pietatem & Religionem in Deum) Oratio, quæ eius vnica extat, ad sanctorum cœtum, luculentum prębet testimonium. D

Cōstātinus optimus & felicissimus Princeps ex regula Christiana.

Constantinus bonorum omnium sententia, optimus Princeps, & felicissimus existimandus est, ex regula tamen Christiana, quam tradit Aug. lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 24. *Neque enim*, inquit, *nos Christianos Imperatores ideo felices dicimus, quia uel diutius imperarunt, uel imperantes filios, morte placida, reliquerunt; vel hostes Reipub. domuerunt; vel inimicos Ciues aduersus se insurgentes, & cauere & opprimere potuerunt: hæc enim & alia, vitæ huius ærumnosæ, vel munera, vel solatia, quidam etiam cultores Dæmonum accipere meruerunt, qui non pertinent ad Regnum Dei, quo peruenient isti. Et hoc ipsius misericordia factum est, ne ab illo ista, qui in eum crederent, uelut summa bona desiderarent: sed felices eos dicimus, si iuste imperant; si inter linguas sublimiter honorantium, & obsequia nimis humiliter salutantium, non extolluntur; sed se homines esse meminerunt: si suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatandum, Maiestati eius famulam faciunt: si Deum timent, diligunt, colunt; si plus amant illud Regnum, vbi non timent habere consortes: si tardius vindicant; facile ignoscunt: si eandem vindictam pro necessitate, regendæ tuendæque Reipub. non pro tuendis inimicitiarum odijs, exercent: si eandem veniam, non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent: si quod aspere coguntur plerumque decernere, misericordiæ lenitate, & beneficiorum largitate compensant; si luxuria tanto est eis castigatior, quanto posset esse liberior: si malunt cupidi-* E

tatibus

A *tatibus prauis, quam quibuslibet gentibus imperare: & si hæc omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloriæ, sed propter charitatem felicitatis æternæ: si pro suis peccatis, humilitatis & miserationis, & orationis sacrificium Deo suo immolare non negligunt. Tales Christianos Imperatores dicimus esse felices, interim spe, postea reipsa futuros, cum id quod expectamus aduenerit.* Hęc Aug. qua regula planè felicissimus dicendus Constantinus, nisi falsorum hominum, hypocritarum inquam Eusebianorum, dolosis artibus circumuentus, a recto iustitię tramite, nolens abductus, S. Athanasium, & alios Episcopos multasset exilio; licet facti pœnitentia, ut dictum est, facinus diluisset.

Cur autem Constantinum Imperatorem voluerit Deus adeo prosperis rebus clarescere, idem S. Augustinus eiusmodi rationem affert ibidem, cap. 25. cum ait: *Bonus Deus ne homines qui eum crederent, propter æternam vitam colendum, has sublimitates* B *& Regna terrena, existimarent posse neminem consequi, nisi Dæmonibus supplicaret, quod hi spiritus in talibus multum valerent; Constantinum Imp. non supplicantem Dæmonibus, sed ipsum verum Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet: Cui etiam condere Ciuitatem Imperio Romano sociam velut ipsius Romæ filiam, sed sine aliquo Dæmonum Templo, simulacroque concessit. Diu imperauit; vniuersum Orbem Romanum vnus Augustus tenuit, & defendit; in administrandis & gerendis bellis, victoriosissimus fuit: in Tyrannis opprimendis, per omnia prosperatus est: grandæuus, ægritudine & senectute defunctus est, filios imperantes reliquit. Sed rursus, ne Imperator quisquam ideo Christianus esset, & felicitatem Constantini mereretur, cum propter vitam æternam quique deberet esse Christianus, Iouianum multo citius, quam Iulianum abstulit.* Cur Cōstātinū adeo prosperauit De⁹

C Plures viri doctrina & sanctitate & in miraculis celebres sub Constantino claruerunt, præter eos qui in serie rerum gestarum commemorati sunt. Clari viri sub Constantino.

Parthenius Episcopus Lampsacenus, in Hellesponto, Nicolao & Spiridioni Episcopis, par, impetrata a Constantino facultate Idolorum Templa diruendi, Ecclesiam ædificauit, clarus miraculis. extant Acta, à Crispino, candido, & puro stylo conscripta, apud Metaphrasten, & Sur. 17. Febr. & Niceph. lib. 8. c. 42. in fine.

In Diœcesi Lampsacena, Abrahamus Anachoreta vir admirabilis, ab Episcopo prope inuitus creatur presbyter, illique attribuitur Vicus, idololatriæ squalore, & sordibus ita obsitus, vt a nullo antea Presbytero nec Monacho ad pietatē attrahi potuisset. Hic, Idolorum simulacris, aliquando clam in terram detractis, & confractis, populariū furorem in se concitauit, ita, vt sæpius cæsus, & semimortuus relictus, & sæpius Diuina ope recreatus, per triennium hæc passus, incredibili cum patientia, & assiduitate precū, D conuersionem omnium illorum a Deo impetrauit, quibus per Baptismum regeneratis, & in pietatis doctrina institutis, clam ad solitudinem se recepit. Hæc & alia plura de eo admirāda, refert B. Ephrem, apud Surium 16. Martij, qui dies eius Natalis in Martyrolog. Rom. notatus habetur.

S. Rhetitius Augustodunensis Episcopus, cum sanctitate, tum eruditione conspicuus in Gallijs, Commentaria scripsit in Cantica Canticorum, & contra Nouatianum grande volumen. Hieronym.

Insignis quoque fama, vixit eius Collega Marinus, Episcopus Arelatensis, & Maternus Agrippinensis, delecti olim Iudices in Causa Cæciliani.

Claudius etiam Episcopus Viennensis, Catholico dogmate, inquit Ado, clarissimus fuit. Nectarius quoque eiusdem sedis Episcopus, qui Vasensi priori Synodo in E terfuit.

Maximinus item Episcopus Treuerensis, his non impar meritis & doctrina, effulsit.

Sed, & S. Euartius Aurelianensis Episcopus, eximio Diuinæ gratiæ fulgore, cum in sui electione, tum etiam in administratione eiusdem Ecclesiæ, coruscauit.

Iuuencus nobilissimi generis, Hispanus presbyter, quattuor Euangelia, Hexametris versibus, pene ad verbum transferens, quattuor libros composuit, & nonnulla eodem metro ad Sacramentorum ordinem pertinentia. de qua opere Gelasius: Iuuenci laboriosum opus non spernimus, sed miramur. floruit sub Constantino. Hier.

A

At in Ægypto prope innumeri claruere, eminenti sanctitate conspicui, sanctissimi Monachi, Magni Antonij collegæ, vel discipuli, in quibus, præter supra memoratos, vixit Ammon ille, de quo refert Athan. in Antonij vita, visam fuisse eius animam ab Antonio, inter Angelorum Choros, in cœlum ferri. idem refert de Ammone, insigne illud miraculum, cum ab vna ripa fluminis, in alteram, absq; nauigio, vel fluctuum calcatione, Diuinitus eodem momento translatus est. Eiusdem Ammonis celsa primordia narrat Socr.[a] Eum nimirum inuitum ad nuptias inductum, sponsæ suasisse, vna simul, in corporis integritate, vitam ducere, quam & in monte Niticæ, in eodem tugurio ad exiguum tempus, nullo sexuum habito discrimine, Monasticam exercuerunt, & non multo post tempore, ipsa hortãte sponsa, segregati alter ab altero, quod reliquum erat vitæ, in magna abstinentia exegerunt. Hæc & plura Socrates.

a lib. 4. c. 18.

B

Constantini, Constantij, Constantis Imppp. Annus I.

Constantius in domesticos Patris, & cõsanguineos sæuit.

Constantius accepto suæ Ditionis imperio, in domesticos patris, atque in ipsos præcipuè consanguineos sæuire incipit, Constantium & Annibalianum Patruos & Delmatium Cæsarem, Delmatij filium, a militibus interfici curat. Zosimus, Eutrop. Victor.

C

Causam Patruos occidendi hanc affert Cedrenus, quod Imperatorem Constantinũ veneno sustulissent, quod ille præsentiens, per Eusebium Nicomediensem mandarit Cõstantio, vt a Patruis caueret, inque eos vlcisceretur. Artemius Martyr sic excusat Constantinum, de imperata fratrum nece, in Actis, apud Metaphr. 20. Octob. Pater tuus Cõstantius (Iulianum alloquitur) & eius fratres, priores ei fecerunt iniuriam, vt qui ei malum venenum miscuerunt, nulla omnino ab eo affecti iniuria.

Cum Delmatio Delmatij filio fratris Constantini, pene periclitati sunt Gallus & Iulianus Constantij, fratris Constantini filij, Gallus quidem ex Galla Rufini, & Cerealis, Consularium virorum, sorore, Iulianus vero ex Basilina Christiana, & pientissima femina, cuius memoria extat in Actis Synodi cuiusdam Constantinopoli celebratæ, apud Metaphr. in vita S. Io. Chrysost. sed illum seruauit morbus, ex quo mox moriturus creditus est, qui tum erat duodennis, & hunc, id est Iulianum, tenera ætas, erat enim quinquennis: quos Constantius longe ab aula Regia, sed magna cura educandos & instituendos curauit; Sozom.[b] Greg. Nazian. orat. 1. in Iul.

D

b lib. 5. c. 2.

Optatus quoque, qui Patriciatus dignitatem à Constantino cõsequutus fuerat, ab eodem Constantio est interfectus. Zosimus.

Iulianus quidem se post annum septimum, Mardonio Ethnico Philosopho traditum affirmat, in Misopogone, à quo Gentili cultu, & odio Christianæ Religionis imbutum credibile est; quod fortasse subodoratus Constantius, custodes puero adhibuit ne quid a Christiana Religione deflecteret, vt est apud Eunapium.

Eusebio quoque Nicomediensi, cui Constantius plurimum fideret, quique Iulianũ genere longius attingeret (vt est apud Ammianum lib. 14.) eius educatio credita est, a quo haud dubium, vt studiosissimo impietatis architecto, iacta esse videntur fundamenta occultæ Iuliani Apostasiæ.

E

Ablauius Ægyptius, generis obscurissimi, sed arrogantissimus & auarissimus, qui ad tantam gratiam apud Constantinum Imperatorem ascenderat, vt pene Imperatore plus posset, Consul, Præfectus Prætorio, Socer Constantis, collocata illi Olympiade filia, quæ post Arsaci Armeniæ Regi nupsit, quique Sopatrum Philosophum, & ipsum in magna gratia apud Imperatorem, præ inuidia, tollendum curarat, a Constantio Imperio exutus, cum in Bithynia, ad villam, Regali ocio, & secessui dicatam, se recepisset, cũctis admirantibus quod imperare nollet, immissis denique satellitibus trucidatur, merito pila & ludus fortunæ dictus est. Zosim. Eunap. in Vit. Philosoph.

A Mortuo Constantino, Eusebiani omni ope contendunt, fide Consubstantialis, exturbata ab Ecclesia, Arij opinionem, in eam introducere, per Arianum illum presbyterũ, corrupto Constantio, & Eusebio Eunucho, Cubiculi Præfecto, & alijs Eunuchis, qui plurimi & potentissimi erant in Palatio, & per eos, Vxore ipsa Constantij, & toto Gynecæo. Socrates. [a]

a lib. 2. c. 2.

Iulius Romanus Pontifex, ipso primo sui ingressus anno Romæ Concilium celebrat, centum & sexdecim Episcoporum, Feliciano & Ticiano Coss. ad Confessionem Nicænæ fidei, & Arianæ hæresis detestationem, quæ in Oriente, eiectis in Exilium Athanasio, & Marcello, rursum tollere caput timebatur.

Iulius Episcopus Mediolanensis legitur huic Romano Concilio interfuisse, qui forte idem est cum Materno, eiusdem Ciuitatis Episcopo, Ecclesiasticis tabulis memoria B anniuersaria celeberrimo, vt dictus sit Iulius Maternus, atque fortasse idem ille est, cuius extat nobilissimus Commentarius hoc titulo inscriptus, Iulij Firmici Materni V. C. de Mysterijs & erroribus profanarum religionum ad Constantinum, & Constantem Augustos, liber. Nomina quidem consentiunt, & tempora ęque conueniunt, licet in titulo illo nomen tantum Episcopi desideretur, errore forsitan librariorum omissum.

Iulius Maternus Firmic[a].

Hoc consilio Auctor Commentarium illum edidisse videtur, ne Constantini morte Idololatria, siue Romæ, siue alibi, iam prope sepulta iterum reuiuisceret: Senatoribus Romanorum, & compluribus Gentilium, pro antiquo Deorum cultu, certantibus; & magno studio nisus est illis persuadere, vt quod reliquum esset superstitionis Gentilitiæ abolerent. in quo Commentario cum sæpe de victorijs, ab eis aduersus hostes, diuina virtute partis, mentio habeatur, quarum nulla pene memoria apud scriptores alios reperitur, dicendum videtur ea contigisse, cum Patre agente in Oriente, ipsi Occidentale administrarent Imperium: & Barbaros in Britannia, atque alijs in locis rebellantes feliciter compressisse, sed quoto potissimum anno illa acciderint, ignoratur. Commentarius ille habetur Tomo 5. Biblioth. SS. PP.

Christi Annus 338. *Iulij Pap.* 2. *Constantini, Constantij, Constantis* 2. *Vrso atq; Polemio Coss.*

D Athanasius, biennio integro, & mensibus quattuor, Treueris commoratus, Alexãdriam in suam sedem, per Constantinum iuniorem, ex litteris Constantini Patris, non quidem libente, sed permittente tamen Constantio, restituitur. Constantini iunioris recitaturus litteras Athanas. Apolog. 2. hæc præmittit: *Certe quidem beatus Constantinus minor, memor scriptorum Patris sui, dum nos Patriæ restitueret, in hæc uerba Epistolam misit.*

Athanas. ex litteris Constantini Patris, per Cõstãtinũ filiũ Alexandriæ restituitur.

Constantinus Cæsar. Pop. Catholicæ Ecclesiæ Alexandrinæ, S.

E *Neque vestram sacram mentem latere arbitror, ideo Athanasium, adorandæ legis interpretem, in Gallias missum esse, ne quo tempore sanguinolentorum hostium feritas, sacro eius capiti quam maxime immineret, implicitusque malorum collimitio, aliquid intolerandum, & cui remedium nullum esset, pateretur. Ad hanc igitur feritatẽ eludendam, tot faucibus inhiantium subtractus, vt sub me ageret, iussus est. Atque ita in hac vrbe commoratus est, vt omnibus rebus necessarijs abundaret: tametsi eius reuerenda virtus, diuina ope fretus, onera asperioris fortunæ vilipenderet. Iam cũ in primis uestræ in Deum pietati, suisque sedibus hunc Episcopum, Dominus noster & Pater Cõstantinus restituere, vellet, & humana sorte præuentus, antequam hoc votum impleret, requieuerit; ego mihi conuenire puto, vt suscepta uoluntate sacræ memoriæ Imperatoris, idipsum adimpleam quod ille non potuit. Cum igitur Athanasius, ad vestrum conspectum penetraue-*

rit; tunc demum intelliges, quantæ apud nos reuerentiæ fuerit. Neque id mirum videri debet, si quid huiusmodi in eius gratiam fecerim: ad hoc enim faciendum meam mētem, & vestri desiderij imago, & species tanti viri instigauit. Diuina prouidentia vos seruet, dilecti fratres. Datum Treueris, 15. Kal. Iul. Eandem habent, sed alterius translationis Epistolam, Theodoretus, Sozomenus, Socrates. A

Vt cum Athanasio alij Aegypti Episcopi exulare iussi fuerant, ita cum eo restituti sunt. Epistola Synodalis Concil. Alexandrini apud Athanas. Apol. 2.

Omnium, omnis generis hominum plausu, & gaudio incredibili, præterquam Asianorum, Alexandriæ exceptus est Athanasius. Theodoretus [a] & Epistola Synodalis.

Constantius Antiochiam profectus ob expeditionem in Persas, quod data ab eo ibi Rescripta declarant, [b] insanabili morbo percutitur, quo vt curaretur orãs, visus illi per somnum Chorus Episcoporum, & duo quidam præcipui, quos Angelus ostēdebat, vnicos eius morbi curatores, euocatis igitur celebrioribus fama sanctitatis, suę ditionis Episcopis, Magnus quoque Spiridion, & Triphillius Cypri Episcopi affuerunt, qui cogniti ab Imperatore illi esse, quos Angelus indicarat, supplici sibi, manu sua capiti admota, Spiridion eum sanat, magna omnium admiratione; & cohortatione illi salutari adhibita, ut patrem se & curatorem populorum meminisset, & Ecclesiæ sensum sequeretur, pluribus alijs editis signis in Cyprum reuertitur. Acta apud Surium die 12. Decembris, ubi additur de Cōstantio, ad meliorem frugem reddito, & immunitate Clericis concessa, de qua est mentio. [c] C. Theodos. B

a lib. 2. c. 2.

b lib. 4. de temp. cursu. & 23. de Decur. C Theo.

Constantius miraculo sanatur.

c l. 8. de Episc. & Cler.

Disputatio quę fertur hoc anno secundo Constantis, habita Laodicæ in Syria inter Athanasium & Arium, non quidem eorum esse potest, sed alterius, qui eo genere scriptionis sit delectatus, ut Vigilius Episcopus Tridentinus, de seipso testatur contra Eutichen, lib. 5. *Plenissime* inquit, *in eis libris, quos aduersus Sabellium, Photinū, & Ariū, sub nomine Athanasij, tanquam si præsentes cum præsentibus agerent; vbi etiam cognitoris persona uidetur inducta, conscripsimus. &c.* C

Sapores Persarum Rex, mortuo Constantino, quod viuo non erat ausus, Romanum inuadit Imperium, & Mesopotamia vastata, Nisibim obsidet; quæ ad preces Iacobi Episcopi, eximię sanctitatis, liberatur, immissis culicibus, & cyniphibus, quibus agitati equi, & elephantes, totum exercitum disiectum abire compulerunt. Hier. in Chron. primo & secundo Constantij anno. Theodor. in hist. [d] & in Philotheo, mortuus sub Cōstantio, iuxta pręceptum Cōstantini, intra muros vrbis Nisibenę sepelitur, ad eius scilicet custodiam. quod secundum fidem Constantini euenit. Gennadius.

d lib. 2. c. 30.

Iacobus Nisibenus, non modo sanctitate, sed & eruditione excellens fuit, viginti sex libros uariorum argumentorum scripsit, quos non uidetur agnouisse, Hier. vt Syro sermone conscriptos, necdum Latine vel Græce redditos. Gennad. eius memoria anniuersaria celebris, quotannis recurrit Syris, Græcis, Latinis. Idib. Iul. Martirolog. Rom. D

Ephrem Syrus Diaconus, Ecclesiæ Edessenæ, discipulus S. Iacobi Nisibeni, sub eo Doctore, tantum profecit eruditione & sanctitate, quanto postea emicuit, eius primordia, diuinis quibusdam signis diuinitus demonstrarunt, quantus postea futurus esset. Theodoretus, [e] Sozomenus, [f] Greg. Nyssenus, de ipso.

e 2. c. 30, f 3. c. 15.

Quod ad politicum statum spectat, hoc eodem anno, ijsdemq; Coss. Vrso, atq; Polemio, Constantius Imperator ad Aconium Catullinum, Africæ Vicarium, aduersus honores ambientes rescripsit. [g]

Idemque de Famosis libellis ad Afros rescripsit, quos omnes cremandos esse decreuit. [h] E

Sed & illud aduersus occultos delatores edixit. Reip. vtile, Innocentiam securitate firmantes, & quorundam audaciam prohibentes, edictum promulgauimus, ne quid occultis delationibus possit in hominum licere fortunas. Dat. prid. Id. Iun. Viminaci. Vrso & Polemio Coss. [i]

g l. 2. de honor. codicill. & l. 24. & 25. de Decur. C. The.
h l. 5. de lib. fam. C. The.
i l. 4. de pet. Cod. Theo.

A

Christi An. 339. *Iulij Pap.* 3. *Const. Const. Const. Imppp.* 3. *Constãtio 2.m & Constante Coss.*

EVsebiani videntes ex reditu Athanasij hæresim suam succumbere, Legatos Romã ad Iulium Papam, & ad Imperatores Constantinum & Constantem mittunt, tres præcipuas ingerentes calumniosas criminationes. Vnam, quod in eius reditu magnus mœror extiterit, & cædes plurimorum patratæ sint: Alteram, quod à Synodo damnatus, absque Synodo Sedem recipere, temere, & contra Canones præsumpserit: Tertiam, quod frumentum exhiberi solitum, ex Cõstantini Imperatoris liberalitate, Ægypti, ac Lybiæ Viduis, surripuisset. Sed à Legatis, (an proprie ab Athanasio, an vero quod verisimilius est, a Synodo missis) falsitatis conuicti & refutati sunt. Athanasius si quidem optimo consilio Synodum ex Ægypti, Thebaidis, Libycæ Pentapolis, Alexandriæ Episcopis congregarat, quæ Legatos communi Synodi nomine, cum Synodali epistola ad Iulum Papam, & omnes vbique Catholicæ Ecclesiæ Episcopos mittit, qua innocentiam Athanasij, & summam Eusebianorum improbitatem testatam facit, quæ cum longior sit, non videtur his inserenda, sed omnino legenda est, ad cognoscendam totius huius negotij seriem & veritatem, extat apud Athanas. Apolog. 2. Athanasius nouis calũnijs impetitur ab Arianis.

B

Legati igitur Eusebianorum semper conuicti & refutati a Presbyteris Athanasij, (vt inquit Iulius Epistola ad Arianos apud Athanas. Apolog. 2.) Concilium indici postularunt, & Eusebianos ac Athanasium Alexandria euocandos, vt coram omnibus, iusto iudicio, de causa cognosci posset.

C

Eusebiani subdole suaserunt Papæ, vt Pisto cuidam Alexandriam scriberet, quo gloriari possent, se haberi Catholicos, quem Athanasij Presbyteri docuerunt Arianum esse; Hic igitur Romam euocatus, a Legatis Athanasij confutatus, atq; hæresis conuictus est. quod aduertentes Eusebianorum Legati, & veriti ne Sententia contra se proferretur, noctu clandestine ab Vrbe profecti sunt.

Hic ipse est annus, quo S. Antonius ille Magnus, Monachorum pater, Diuino eleuatus Spiritu, horribilem visionem illam, de immensa Ecclesiæ clade, ab Arianis inferenda, præuidit atq; prædixit; biennio scilicet ante quam fieret, recitat eam S. Athanasius in Antonio, his verbis: *Lamentabilis sequitur visio, & omni lacrymarum fonte plangenda. Cum autem cum fratribus circa se considentibus operaretur: intentè fixit oculos in Cœlum, gemens atq; suspirans: & post aliquantum spatium reuelationis incœptæ, nimio dolore contremuit: & statim fixis genibus, ante Dei Vultum prouolutus orauit, vt Clementia sua futurum scelus auerteret; succedunt orationi lacrimæ: metus ingens inuadit præsentes, obsecrant, vt tantæ calamitatis exponeret visionem: singultus occupant vocem, lingua fletibus præpeditur, & in medio conatu sermo gemitu interrumpitur. Vix tandem vociferatione fluctuosa, ait: Melius erat, ò filioli, impendens piaculum, eita morte lucrari: sic incipiens, rursus lacrymis vincitur, & inter ægra suspiria, tandem pectori accommodans vocem. Magnum, inquit, quoddam, & vniuersis sæculis inauditum imminet nefas. Magno fides Catholica turbine subuertetur, & homines, iumentis similes, Christi sancta diripient. Vidi enim altare Domini mulorum circumdatum multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia dissipabãt; Hæc est causa gemituum meorum quos audistis; Et facta est vox Domini dicens, abominabitur altare meum. Nec mora, visionem sequitur effectus; nam post duos annos, sæua Arianorum irrupit insania, &c. Sed istam tristitiam, consequentis reuelationis prosperitate consolatus est* (prosequitur Athanasius & ait:) *Nolite filioli mærori vos penitus dare; vt enim iratus est Dominus, sic rursus miserebitur, & suum cuo Ecclesia recuperabit ornatum. &c.* Antonij visio de horribili Ecclesiæ clade.

D

E

Hoc eodem anno ijsdemque Coss. data lex illa reperitur aduersus Hæreticos, vt a Priuilegijs, Catholicæ legis cultoribus concessis, omnino excluderentur; l. 1. de hæret. ac in Cod. Theod. tempore Constantini Magni, ea data habetur septimo Consulatu ipsius.

Ijsdem Coss. aduersus adulteros ab Impp. lex sancita est, ad Catullinum re-

Adulteri absque prouocatione acerrime puniendi.

scribentibus, in qua hæc inter cætera. *Hoc in eiusmodi criminibus deinceps conuenit obseruari, vt manifestis probationibus adulterio probato, frustratoria prouocatio minime admittatur: cum pari similique ratione sacrilegos Nuptiarum, tanquam manifestos Parricidas, insuere culleo viuos, vel exurere iudicantem oporteat. Dat. IV. Kal. Sept. Cōstantio Aug. II. & Constante Cæs. Coss.* Nota ex eo, quod adulteros appellant sacrilegos Nuptiarum, & tam diro supplicio eos plecti velint, alia ratione habitum Christianorum matrimonium, à Gentilium Nuptijs, nimirum, vt Ecclesiæ peculiare Sacramentum.

Hoc ipso anno Constantius rescripsit ad Euagrium. Ne, sub Capitali poena, Iudæi Christianas feminas ducerent in vxores.

Christi An.	*Iulij Papæ.*	*Const. Const. Const. Imppp.*	*Acindino & Proculo Coss.*
340.	4.	4.	

Vafre Ariani Conciliū petunt.

EVsebianis veritis, ne contra se, pro Athanasio, sententia à Romano Pontifice pronunciaretur, & ad moram interponendam, Concilium petentibus, Iulius Papa lubens indulsit, Conciliumque vbicunq; vellemus (ait Athan. epistola ad solitar.) fieri iussit. Eoque libentius, quod Marcellus Episcopus Amyanus, & alij complures, iniuria ab Eusebianis affecti, Romam ad eum conquestum venerant, & accusationum libellos dederant, quibus vt illi satisfacerent, Romam ad Concilium per Legatos, Elpidium & Philozenum, litteris ex Concilio datis, citantur, præscripta certa die, qua se Iudicio sisterent, vt cognoscerent se omnibus modis suspectos haberi. Athan. epistola ad solit. & Apol. 2.

Athanasius ex fiducia sui, sciens Romæ causas Ecclesiasticè, non tyrannicè agi, propere accurrit, & aduersarios ibi, per annum integrum cum dimidio expectauit. Ex Epistola Iulij P. apud Athan. Apolog. 2.

a lib. 4. c. 18

Adduxit secum, præter alios, Isidorum illum, de quo multa Palladius in Lausiacis cap. I. & Ammonium, admirandæ sanctitatis virum, de quo Socrates [a] ait: *Cum Romæ cum Athanasio forte versaretur, nihil ex magnificis vrbis operibus, præter templum Petro, & Paulo dicatum, videre omnino desiderasse.* Peruenit iste vsque ad Theophili Alexandrini Episcopi tempora, à quo creandus Episcopus cum Euagrio, auriculam sibi præcidit, ne (quod sibi videbatur) eligeretur indignus.

Videtur innuere Athanasius, se exceptum Romæ hospitio à Nepotiano Eutropiæ Constantini Magni sororis filio. Apolog. ad Constantium.

Athanas. Romā inuehit Monachismum.

Multum profuit suo Romam aduentu Athanasius, inuecta primum in Vrbem Ægyptiorum Monachorum institutione, vitaque admiranda Antonij Magni, licet adhuc viuentis, à se conscripta, delata; quod vitæ genus, ad omnes Euangelicæ perfectionis numeros adtemperatum, etiam nobilissimæ Romanæ feminæ consectari cœperunt, teste ipso S. Hieronymo epist. 16. ad Principiam.

Athanasij Symb.

Athanasius Romæ agens, publicam Catholicæ fidei professionem, latino sermone, ex more, coram Pontifice, & ei assidentibus, recitauit, quæ cognita & suscepta, in Romanæ fuit Ecclesiæ amplissimo Archiuo, vna cum Actis Synodi, collocata; & aliquando post multa annorū curricula, inuenta, & in lucē edita, ob tanti viri insignem memoriā, de fide Catholica optime meriti, tradi meruit Ecclesiæ recitanda, quæ Symbolum Athanasij appellatur. Quod igitur longo tempore inter Ecclesiastica vetera monumēta delituerit, inde accidit, vt minime citatum ab antiquioribus, nostratibus, vel Græcis reperiatur Symbolum illud, cum tamen ad confutandas complures hæreses postinde subortas, magna ex eo suppeterent argumenta. aliquod tamen eius exemplar delatum esse ad transmarinam Africanam Ecclesiam, ab aliquo Episcopo Africano, qui eidem interfuerit Synodo, inde probari videtur, quod illud ipsum S. Augustino videatur notasse, cuius scripta verbis quibusdam, atque sententijs eiusdem Symboli [illegible] cōspersa. Cum autem è Romanæ Ecclesiæ antiquitatis monumentis eru[illegible] professio, emersit in lucem, tum à Latinis omnibus, tum à Græcis,

A æquè suscepta est,& summa veneratione habita, non ab Ecclesia C. P^na^ tantum, sed
Seruiana,Bulgarica,Russica,Moscouita, & alijs; quod & ipsi fidei hostes, recentiores
Ariani,Trinitatis Aduersarij,non eunt inficias;licet ab ijsdem Græcis,& superius re-
censitis Ecclesijs,pars illa dempta ab eodem Athanasij Symbolo sit,qua Spiritum san-
ctum à Patre filioq; procedere,expressum habetur,eo falso prætextu,quod superaddita
fuerit nuper à Latinis,cum liquido appareat, ante annos nongentos sexaginta, ita, vt
nunc se habet,legi solere: Nam ex eodem Athanasij Symbolo,ea verba,primi Capitu-
li,Toletani quarti Concilij deducta noscuntur, quibus dicitur: Patrem à nullo factũ,
vel genitum: Filium à Patre non factum, sed genitum asserimus: Spiritum vero san-
ctum,nec creatum, nec genitum, sed procedentem ex Patre & Filio profitemur, &c.
Quæ quidem de processione Spiritus sancti à Patre, atq; Filio ita se habere, in eodem
B Athanasij Symbolo Apostolicæ Sedis Legati Græcis palam significauere,temporibus
Gregorij Noni. Rom.Pont.

Alexandro Episcopo C.P^no^, vigesimo tertio suæ sedis anno, & ætatis nonagesimo
octauo, uita functo,Paulus ab eo probatus,pietate spectatus Vir,& ad docendũ aptus,
eligitur;& paulo post Concilio Arianorum Episcoporum abdicatur, & per Constan-
tium in Pontum relegatur,traducto in eius locum Eusebio ex sede Nicomediensi. So-
crat. [a] Sozom.[b] Athanas. Apolog. 2. & epistola ad solitar.

Alex. Episcopus C. P.^no^ moritur.
Paulus creatur.
Mox opera Arianorũ relegatur.
a lib. 2. cap. 3. 4. & 5.
b lib. 3. c. 4.

Mox impotentes Ariani,in Eustathium Antiochenum Episcopum se inferunt, Vi-
rum confessione clarum,religione pium,& fidei Catholicę egregium propugnatorem;
& triplici calumnia delatum; Quod in matrem Constantij Faustam (non integræ fa-
mæ feminam)contumeliosa verba dixisset: Quod feminæ se miscuisset; Quod Sabel-
C lianus esset,damnatum,Traianopolim Thraciæ in exilium mittendum curant. Athan.
epist.ad solitar.Hier.de script.Socrates [c] Sozom. [d] Theodor. [e]

Ariani tripli ci calumnia Eustathium Antiochen. Episcopum exturbant.

In exilio perseuerans,magna cum gloria Catholicæ Confessionis,ibi decessit, cuius
natalis anniuersarius dies recurrit 26. Iulij: præclara eius literarum monumenta cõ-
numerat Hieronymus,& eius admirandam eloquentiam,& leporem in explicandis re-
bus commendat Sozomenus. [f]

c lib. 2. c. 18.
d lib. 2. c. 17. & 18.
e lib. 1. c. 21. & 22.
f lib. 2. c. 20.

Eustathio in exilium misso, an hic gressum suum represserunt? (ait Athanas. epist.
ad solit.) *minime gentium. Eutropius enim Hadrianopolis Episcopus, Vir bonus, & in
omnibus perfectus,quia subinde Eusebium coarguerat,& illac transeũtibus auctor erat,
ne impij Eusebij verbis fidem adhiberent; easdem cum Eustathio calamitates patitur,
& à Ciuitate sua,& Ecclesia propellitur,eo quod Augusta illi grauiter succẽsuerat. Eu
D phrasius autem Calanis,Cymathius Palthi, alter item Cymathius Larandi, Asclepas
Gazæ,& Cyrus Beroeæ,quæ est in Syria,Diodotus in Asia,Dommen in Sirmio, Ellani
cus in Tripoli Episcopi, visi sunt tantummodo hæresim odisse,& id tanti fuit, vt hos sub
specie alicuius causæ,illos prorsus sine vlla causatione,diplomate Imperatoris, exturba-
tos è Ciuitate,alio transtulerint,suffectis in locum eorum quos impios nouerant.* & Apo-
log. 2.

Plures Episcopi tãtum φ odissẽt hęresim, ablegantur.

Eiecto Eustathio (cuius historiam non suo loco & tempore narrant Socrates [g] So-
zom. [h] Theodoretus [i]) Ariani per plures annos occupant sedem Anthiochenam, de
quorum successione,ordine,& tempore,non videtur laborandum. Interim Catholici
relictis publicis Ecclesiæ conuentibus,separatim, per se Conuentus agere cœperunt,
quos propterea Eustathianos vocarunt.

g 1. cap. 18. in fine.
h 2. c. 18.
i 1. c. 22.

Inchoata Arianorum in Catholicos persecutione, admirandus plane & horribilis
E terræmotus Orientem concussit,certum de offenso numine prodigium, quo multæ Vr-
bes conciderunt,& maxime omnium Antiochia per annum integrum concussa est; Ar
meniæ montes ab inuicem dissiti, in mutuum quasi conflictum impulsi sunt. Hieron.in
Chron.Orosius, [k] Socrat.[l] Sozom. [m] S.Ephrem.orat.de terræmotu.

Prodigijs Deus ostendit se detestari Arianismum.
k lib 7. c. 9
l lib. 2 c.
m lib. 3 c.

Eusebius Cæsareæ Palæstinæ Episcopus exaturatus proscriptione Eustathij An-
tiocheni,ob fidem Catholicam sibi aduersarij,moritur. Socrat.lib. 3. c. 3. quem lib. 2.
cap. 17. frustra purgare nititur à labe Ariana,qua nimium inquinatus fuit, propterea
appellatus à S.Hieronymo & alijs, Arianæ factionis signifer, cuius memoriam adeo
execrata est Synod. Nicæna secunda, vt planè iam velle eum defendere, sit, Ecclesiam

Euseb. Cæsar. moritur, quẽ frustra quidam ab Arianismo purgare nitũtur.

Catho-

Catholicam impugnare. Vtinam vel exiguus saltem eius excusandi locus reliquus esset, qui, vt S. Hieronymus ait, infinita edidit volumina, quæ commemorat; plena eruditionis & eloquentiæ. postrema eius lucubratio creditur fuisse vita Constantini, in gratiam Constantij filij Imp. (quo vtebatur familiarissime, ex affinitate prauorũ dogmatum) in qua parum se fidelem & syncerum exhibuit historicum. A

Vita Constantini vltima lucubratio Euseb. Cæsar.

Acacius eius discipulus, succedit in Cæsariensi Episcopatu, de quo Athanasius lib. de Synod. Acacius inquit, cum suis, immani vecordia audaciaque, plane abnegauerunt Nicæni Concilij scripta, ipsam Synodum diffamantes. Hic Acacius Eusebij Magistri sui Vitam scripsit.

Constantinus iunior Imper. inuadere ausus fraternæ ditionis Imperium, apud Aquileiam, ad Alsam Fluuiam, occiditur. Eutropius, S. Hieronymus, Orosius. Vnus Zosimus culpam confert in Constantem.

Bello Persico inualescente Constantius Antiochiam Syriæ redit, Zosim. B

Ariani excusant aditum suum Romam, ob Bellũ Persicum, epistola Iulij apud Athanas. Apolog. 2.

De bello Persico hæc summatim Orosius. [a] Constantius aduersus Persas & Saporem, qui Mesopotamiam deuastauerat, nouem prelijs parum prospere decertauit.

a lib. 7. c. 29.

Lex Mediolani lata, aduersus eos qui sepulchra demolirentur, ex pietate quidem Christiana, sed in dispendium antiquitatis. VII. Kal. Iul. Mediol. Acindino & Proculo Coss. [b]

b de sep. uiol. C. Theod.

Christi Annus	Iulij Pap.	Const. Const. Impp.	Marcellino & Probino Coss.
341.	5.	5.	

C

IPsis suis Quinquennalibus celebrat Constantius Antiochiæ Encænia nobilissimi Templi, a Patre inchoati, a se perfecti, quod ob præstantiam, Dominicum aureum nuncupatum est: cuius celebritatis prætensa occasione, collecti sunt 80. Episcopi, vt Athan. vel 97. vt Hilarius, vel 99. vt Sozom. quorum quidem triginta sex tantum Ariani, sed adhuc sub Catholico nomine latẽtes, & celebrata est Synodus, quod nefas fuit, pendente Romanæ Indictione Synodi, & contra Canones Ecclesiasticos, cum nec Pont. Rom. nec eius Legati adessent: atque coram Constantio, criminationibus in Athanasium renouatis, vel clam seorsum à Catholicis, vel illis frustra reclamantibus illum damnant, deponunt, & in eius locum Eusebium, hominem doctissimum quidem, sed nondum sacris initiatum, & Arianum designant (qui post Emesenus factus Episcopus, eo nomine innotuit, quo renuente, Gregorium Cappadocem immittunt (non Georgium, nam illum postea) peregrinum & externum hominem, neque Alexandriæ baptizatum, neque plebi cognitum, neque postulatum a presbyteris, &c. ut conquestus est Iulius Papa. Athan. de Syn. epist. ad Solitar. Apolog. 2. Socrat. [c] Sozom. [d] qui plura mendacia de Euseb. Emiseno mutuatur a Georgio Laodiceno Ariano. D

Dominicum aureũ dedicatur. Cõciliabulũ Antiochenũ Arianorum.

Ariani Athanas. deponũt & Euseb. Episcopũ designant.

c lib. 2. c. 5. d l. 3. c. 5.

De innumerabilibus eius libris, Hieronymus de scriptoribus.

Eusebiani fidem Consubstantialis per crebra Concilia labefactare studentes, & cauentes interim ne ab se res tyrannice gestæ, vt ab Arianis factæ, ab Orthodoxis irritarentur, & ab Vniuerso Populo Christiano inuidiam eo nomine, & odium sustinerent, in eadem Synodo callide & vafre, se Arium detestari, ac procul ab eius sentẽtia abhorrere, scripta fidei confessione, publice professi sunt, ac rursum, Secundam, Tertiam, & Quartam (prioribus tamen non abolitis, ut singulis pro ratione lociq; & temporis abuti possent) fidei professiones ediderunt, ita subdolas & fucatas, vt quemuis non oculatissimum decipere possent, omisso tamen semper nomine consubstantialis; quibus tamen fidei confessionibus, Catholici præsentes Episcopi, minime assensi sunt, una Nicæna contenti. Cum quarta autem Confessione fidei mittunt Legatos quatuor, Episcopos suæ factionis, uaferrimos & audacissimos, in Occidentem, ad tentandum, si quomodo possent, ut Orientis, sic etiam Occidentis Imperatorem deceptum, ad suas partes pellicere. Athan. de Synodis, & de Synodo Arimin. Socrat. [e] Sozom. [f] E

Ariani nouas subinde cudunt fidei professiones ad euertendam fidem.

e lib. 2. c. 7. f 3. cap. 5.

Eodem

A Eodem Côciliabulo Antiocheno, Eusebiani, 25. Canones ediderunt, quos antiquiores, vt ab Arianis profectos, cum in Iudicio citarentur, reiecerunt, vt accidit in causa S. Ioannis Chrysostomi, de duodecimo, qui etiam per Sardicense Concilium sublatus, & irritus redditus est; cum decreuerant, vt depositus a Concilio Episcoporum non nisi per Côcilium maioris numeri Episcoporum possit a sententia, qua fuerat condemnatus, absolui. Socrates [a] De quibus Canonibus, in eadem causa Chrysostomi, Innocentius Rom. Pont. ad Clericos Constantinopolit. ab hæreticis compositos affirmat. a lib. 6. c. 16.

Eusebiani, quibus maxime cordi erat, vt hęreticissimi cum essent, vitarent nomen hęreticum, vt in prima sua fidei confessione contestati sunt, se Arium minime sectatos esse, ita in Canonum editione videri volentes vindices Synodi Nicænæ, ipso ingressu Canonem posuerunt Nicænum de Paschatis tempore, aduersus Audeum quendam, more Iudæorum Pascha celebrandum asserentem, vnde Audæani hęretici, de quo, vt B ex magno zelo, vt videbatur, censor Ecclesiasticus, factus sit hæreticus, legendus est Epiphanius hær. 70.

Ad eandem de se opinionem confirmandam ijdem Eusebiani, inter Episcopos qui scripserunt Epistolam Synodalem, posuerunt insignem illum Iacobum Nisibitam omissis Signiferis illis Arianæ hæresis, Eusebio Nicomed. iam Constantinop. Episcopo, Acacio Cæsariensi, & alijs famosissimis Arianis.

Qua impostura decepti aliq. can. collectores, hos ab Arian. editos canones quasi à Catholicis, collegerint.

Ex qua eorum impostura accidit, vt antiqui Canonum collectores, eosdem tanquã editos ab Orthodoxis, vna cum alijs collegerint, & Ecclesiæ legendos ediderint, quare in Côcilio Chalcedon. Act. 4. & 11. ex quadam antiqua nobis incomperta collectione, citantur ad verbum duo Canones Antiocheni, sed absque titulo Antiocheni Concilij, quorum prior in eo Codice, qui in Synodo probatus & lectus est, 95, posterior vero C 96. erat numero consignatus, cum tamen ijdem in Concilio Antiocheno 16. & 17. ordine describantur.

Gratianus male hanc Synodum inter Concilia à Catholicis habita recenset, dist. 16. cum ait. Quinta est Antiochena &c. qui & aliter etiam in eo errore labitur. Gratiani lapsus.

Legati Romani Pontificis ad conuocandos Eusebianos ad indictam Romæ Synodum missi, dolo malo Eusebianorum detenti, & non nisi post res impie gestas abire permissi; sic igitur, non expectato Legatorum reditu, cum status terminus indictæ Synodi longius esset præterlapsus, (nam Athanasius, vt dictum est, annum & dimidium expectarat) Iulius Papa, causa Athanasij cognita, & Actis Tyrijs, & Mareoticis aduersus eum, & omnibus denique diligẽtissime examinatis, ex Ecclesiasticarum rerum præscripto, innocentem eum pronunciat, recipitque ad Communionem atque conuictum. Idẽ D Papa litteris suis ad Eusebianos, apud Atha. Apolog. 2. & ipse Athan. ad solitar. Idem ibidem se absoluisse ait Marcellum quoque Ancyranum, & ad Communionem, ut Catholicum, admisisse, qui profecturus Roma, libellum fidei suæ apud Iulium; sua manu subscriptum, reliquit; habetur apud Epiphan. hær. 72. qui tamen dubitari potest, an is sit quem reliquit Marcellus, cum in eo non sit nomen Consubstantialis, quod maxime contra Arianos agenti, requiri videbatur; Iulius Epistola illa sua apud Athan. hoc amplius: *Non enim solum*, ait, *Athanasius & Marcellus Episcopi, cum querimonijs de illatis iniurijs, sed & alij plurimi Episcopi ex Thracia Coelesyria, Phœnicia, Palæstina, huc conuenere; presbyteri item non pauci, partim ex Alexandria, partim aliunde, huc ad Concilium accurrerunt, & coram omnibus Episcopis ibi congregatis, inter reliqua sua dicta conquesti sunt, vim & iniurias Ecclesijs illatas esse, suasque Ecclesias, eadem, quæ E Alexandrina passas esse, & in alijs Ecclesijs similia designata*, hæc Iulius Papa.

Iulius Papa Athanasium absoluit.

Absolutus Athanasius, Alexandriam properat, veritus, ne pro sua tam longa absentia, Eusebiani aliquam cladem suæ inferrent Ecclesiæ. Socrates. [a] Absolut. Athan. redit Alexandr. a lib. 2. c. 12.

Eusebiani auditis quæ Romæ acta erant, de sententia a Iulio lata pro Athan. & Marcello, eius legatos cum litteris suis dimittũt, quæ, quales fuerint, licet non extent, ex ijs quas ad eos reddidit Iulius Papa, quæ extant, apud Ath. apol. 2. sæpe citata, arrogantissimas videlicet, & querimoniarum plenissimas existimare licet, quod ægrè tulissent, se Romam citatos; quod angustum tempus ad veniendum præfixum; non opus fuisse in alia Synodo retractari, quæ in alia iam stabilita essent (intelligunt damnationem Atha

nasij

nasij in Tyrio Conciliabulo) & alia huiusmodi leuia. De rebus tamen à se in Synodo gestis, & de iniusta Gregorij electione in Episcopum Alexandrinum, ne verbum quidem, hæc de litteris Eusebij ad Iulium. Socrates [a] cap. 11. & Sozom. [b] sed fallũtur, dum putant ex alio Concilio Antiocheno, quam ex eo in Encænijs celebrato, ipsas, datas. A

a 2. lib. c. 11. b 3. lib. c. 7.

Quæ litteræ extant Tomo primo Cõciliorum, Arianorum nomine ad Iulium, & Iulij ad ipsos, consarcinationes videntur potius esse, ex ijs quæ Socrat. & Sozom. scribũt, quam ipsorum litteræ, vt ab illis diuersæ, quæ certę & indubitatę extant apud Athanasium.

Constantius rescribit ad Magdalianum vicem agẽtem Præf. Præt. [c] aduersus Idololatras. *Cesset superstitio, sacrificiorum aboleatur insania, nam quicunque contra legem D. Principis parentis nostri, & hanc nostræ mansuetudinis iussionem, ausus fuerit sacrificia celebrare, competens in eum uindicta & præsens sententia exeratur.* Erant hæc ad sectam Arianorum illecebræ, dum eorũ patronus, ex huiusmodi aduersus Idololatras promulgatis edictis, maxime pius ab omnibus videri voluit. B

c L. 2. de Paga. C. Theo.

Christi Annus 342. Iulij Pap. 6. Constantij & Constantis Impp. 6. Constãtio 3.[m] & Constante 2.[m] Coss.

Gregorius Cappadox, Arianus, proximo anno ab Arianis, in Conciliabulo Antiocheno, contra omne ius & fas, Athanasio successor in Alexandrina Ecclesia datus, à Comite, cum militari satellitio Alexandriam deducitur. Philagrius præses Ægypti, Apostata a fide, Gregorij cõterraneus, Arianorum fautor strenuissimus, litteras publice proponit, in speciem Edicti, quibus declarat, Gregorium pro successore Athanasio datum, in Cathedram, militari manu introducendum, at populo Catholico fremente, & vim contestante, Ethnicos, Iudæos, & alios nequissimos homines in Ecclesias immittit, per quos sacra mysteria polluuntur, bona Ecclesiarum diripiuntur, cædes & incendia fiunt, virgines nudantur, raptantur, cæduntur, Monachi obteruntur, Episcopi in carcerem truduntur, flagellantur, Confessores in exilium expelluntur, necantur, Christianæ Religioni insultatur; per vim, per exilia, per cædes Catholici Arianis communicare coguntur. Athanasius, ad necem quæsitus, elabitur. hæc & alia sub Pascha, supra omnem fidem, impie ab Arianis patrata, Athanasius e latebris scribit, Epistola ad omnes Orthodoxos, prouocans eos ad vindictam tantæ impietatis, & latius Epistola ad Solitarios. C

Arianorum insolentia, & immanis sæuitia.

Antonius Magnus ad Gregorium scribens, contemnitur. D

Idem ad Balacium Ducem, dirum Ecclesiæ persecutorem, huiusmodi litteras mittit: *Video iram Dei venientem super te. Desine persequi Christianos, ne te ira occupet, quæ proximum iam tibi minatur interitum.* Legit infelix Epistolam, & consputam, proiecit in terram, intentans minas in Antonium, sed confestim minitatorem oppressit supplicium; & post quinque dies effrenatum, vltio Diuina compescuit equo decussum in terram, ex quo casu, post tertium diem mortuus est; Athanas. Epistola ad Orthodoxos, & in vita S. Antonij, paulo aliter.

Vltio diuina in cõtẽptorem minarũ Antonij.

Iulius Pontifex Romanus, Epistola sua ad Eusebianos, (apud Athanas. Apolog. 2.) significat, de impia hac grassatione Arianorum in Ecclesiam Alexandrinam, edoctum se fuisse ab illis qui Alexandria fugientes Romam se contulerant; & Ægypti Episcoporum litteris; Ancyræ quoque in Galatia eadem prorsus, cum factis Alexãdrinis, patrata esse affirmat. E

Cum dicat Athanas. Apolog. 2. Romæ Synodum, per Iulium Romanum Episcopum scripsisse; colligitur, honoris ergo; id antiquitus seruari solitum fuisse, vt quæ in Synodo decreta essent, solius Rom. Põt. litteris vulgarẽtur, quod & postea emulata est Ecclesia Africana, Cum in Carthagin. Concilio decretum illud ipsum est, vt dum ex Synodo litteræ scribendæ essent, ab Episcopo Carthagin. prouinciæ illius Primate darentur.

Synodales Romanę, per ipsum Rom. Pont. dabantur.

Iulius conqueritur dolenter cum Eusebianis, de Episcopis damnatis in Concilio

A Antiocheno, dicens inter alia: *Nam si vt dicitis in culpa fuerunt, oportuit secundum Canonem, & non isto modo iudicium fieri; oportuit enim scribere omnibus nobis, vt ita ab omnibus, quod iustum esset decerneretur. Episcopi enim erant, & non vulgaris Ecclesiæ, qui ista patiebantur; sed quam ipsi Apostoli suamet opera ad fidem instruxerant. Cur igitur, & in primis de Alexandrina Ciuitate, nihil nobis scribere voluistis? an ignari estis, hanc consuetudinem esse, vt primum nobis scribatur, ut hinc quod iustum esset definiri posset?*

Primatus Sed. Rom.

Mitius quidem visus est cum Eusebianis agere Iulius in Epistola, ex sua, & Synodi sententia data, quàm par erat, in tanto immanium criminum admissorum aceruo; sed quod (vt ex eorum professione, imo contestatione facta in Synodo Antiochena superius visum est) Eusebiani Ariani esse conuinci nondum poterāt, vt ab eodē damnarentur; & quod, quæ ab eis gesta essent in subrogatione Gregorij in sedem Alexandrinā, B non priuatim ab ipsis, sed Synodali iudicio, cui præsens fuerat Cōstantius Imperator, acta esse præseferebant, alio erant iudicio retractanda, eos Romam ad Synodum pertrahere volebat, ad quam & eos litteris suis inuitat.

Cur mitius agat Iulius cū Eusebianis.

In hac tota narratione de Gregorio & Philagrio omnia miscent, & confundunt, Socrates,[a] & Sozomenus[b] præstat magis auscultare Athanasio in Epistola ad Orthodoxos & alibi, cui magis accedit Theodoretus, 2. cap. 4.

a lib. 2. c. 10. b lib. 3. c. 6.

Gregorius pseudo Episcopus Alexandrinus Carponam quendam Arianum hominem, iam olim ab Alexandro Episcopo Alexandrino, eo nomine notatum, legatum ad Iulium Papam mittit, cui, vt alijs, ea labe consperfis, Pontifex suum denegauit aspectū, quorum mentio est in eiusdem Iulij Papæ Epistola ad Eusebianos (apud Athan. Apolog. 2.) contra vero profugis Alexandrinis, alijsque diuersarum Ecclesiarum extorrib. C Episcopis, atque presbyteris, Ecclesiasticam communicationem impertiuit, atque eos Christiana charitate confouit.

Athanasius fuga lapsus, ad tutum tranquillumque portum Romanam nimirum Ecclesiam se contulit, de quo suo Romam accessu, ipsemet Apolog. ad Constantium. *Profectus sum Alexandria, non ad Castra fratris tui, aut ad alium quempiam, sed Romam dumtaxat, me meaque, Ecclesiæ commendaturus, ea enim mihi vnica cura fuit; quo tempore multus eram in Synaxibus celebrādis: neque vnquam fratri tuo scripsi, nisi vbi Eusebiani calumniosas de me literas ad eum misissent* (per legatos de quibus anno proxime elapso) *necessumque erat, vt me, etiam tum, cum Alexandriæ adhuc eram, excusarem.* (Excusatio hæc non extat.) *Iterumque ad eum scripsi, cum mihi mandasset vt tabulas sacrarum literarum conficere*, (compendium scilicet & breuiarium sacræ scri-D pturæ) *quas confectas ad eum misi.* Tabulę extant, Synopsis nomine, sed excidit Epistola. De tempore quo Romę fuit, ipsemet in Apologia ad Constantium, *Post triēnium, quarto denique anno, literis iussit Constans vt ad se venirem: agebat autem per id tempus Mediolani.*

Athanasius profugit Romam.

Eusebius Nicomediensis dictus, iamque ad Ecclesiam traductus, qui Romanę Ecclesię iudicium subterfugerat, ad Diuini examinis seueritatem, per mortem (vt auctor est Socrates[c]) venire compellitur, homo omnium hominum scelestissimus, bis Apostata, blasphemus, cuius opera, extincta in Concilio Niceno Ariana hæresis, reuixit, ex qua vniuersus prope Christianus orbis, incendio conflagrauit, tantus patronus & promotor hęresis Arianę, ut Eusebiani prius quam Ariani vocati sint.

Euseb. Nicomed. morit.

c lib. 2. c. 9. et 13.

E Eusebio vita functo, Populus Constantinop. Paulum in Ecclesiam denuo restituit, & simul Ariani, Macedonium deligunt Episcopum, ex quo seditiones & cędes consequuntur. Constantius Antiochię, turbis C. P^nis auditis, Hermogeni duci mandat, ut Paulum expellat, qui frustra conatus id exequi, a populo concitato, incensa domo inde extractus interimitur; cuius audita cęde Constantius. C P^lim reuersus, Paulum eijcit, Ciues, frumenti congiario ex Constantini largitione quotannis suppeditari solito, priuat, Macedonium, quod sua sententia & consilio delectus non fuerat, improbat, & in ea tantum Ecclesia ubi delectus fuerat Episcopus potestate celebrandi permissa, Antiochiam reuertit, Socrates 2.[d] Sozom.[e]

Paulus restituitur a pop. à Constātio eijcitur.

d lib. 2. c. 10. e 3. c. 5.

Eodem tempore Paulus Episcopus Constātinopolis, Asclepas Gazę, Marcellus An-

R cyrę,

cyrę, & Lucius Hadrianopolis, alij ob aliam causam accusati, & Ecclesijs suis eiecti, Romam adeunt, iniurias conquestum apud Iulium Rom. Episcopum; ille uero pro Ecclesiæ Romanæ Priuilegio & Primatu, eos dimittit, ad suas quemque sedes, cum litteris obiurgatorijs ad Orietales, qui obiurgationem contumeliæ loco ducentes, Concilium Antiochiæ rursum conuocant &c. hæc Socrates [a] reliqua fere confusè, & turbato ordine historiæ. A

Plures Epi eiecti Romã adeunt.

Iulius, pro summa sua potestate eos restituit.

a lib. 2. c. 11.

Photinus Syrmij Episcopus; Ancyræ in Galatia, natus, Marcelli Ancyrani, Episcopatu abdicati, discipulus, præceptoris insistẽs vestigijs, nouam promit hæresim, filium Dei solum hominem affirmans, Socrates.[b]

b lib. 2. c. 14.

Photinus hęreticus.

Sane quidem Photini hęresim his temporibus innotuisse, professio fidei iterum scripta ab Eusebianis, in posteriore Antiocheno Concilio, post annum sequentem habito, fidem facit, nam in ea, vt Marcelliani ita & Photiniani damnantur hæretici. Ceterum, sicut Marcelli causa adhuc dubia versabatur, dum Eusebiani illum damnassent, Catholici vero, edita ab eo Orthodoxa fidei professione recepissent, ita pariter de eius discipulo Photino, accidisse putandum est, si quidem (vt auctor est Epiph. hęr. 71.) à Concilio Sardicensi, iussus reddere suæ fidei rationem, tum demum damnatus est. B

Constans gentem deuincit Francorum, eosque fœderatos & socios Romanis facit. Socrates.[c]

c lib. 2. c. 10.

Sanctio aduersus nefandum scelus.

Extremo hoc anno edita est sanctio a Constantio Imperatore aduersus nefandum scelus; *aduersus quod*, inquit, *iubemus insurgere leges, armari iura gladio vltore; vt exquisitis pœnis subdantur infames, qui sunt, uel futuri sunt rei.* P.P. Romæ xiij. Kal. Ian. Constantio tertium & Constante secundum A A Coss. sed mendose sub Cõsulatu Cõstantij cum Constante nono qui nunquam fuit. C

Christi Annus 343. *Iulij Pap.* 7. *Constantij, & Constantis Impp.* 7. *Placido & Romulo Coss.*

Paulus primus heremita moritur.

Annus memorabilis, ob felicem S. Pauli primi Eremitæ, ad Deum transitum, cuius vitæ res gestę a S. Hieronymo literis posteritati fuerunt commendatæ, hoc ipso exordio septimi anni, ipsum a Magno Antonio inuentum & defunctum, humatum quoque colligitur.

Quod vero in vita Antonii, ab Athanasio conscripta, de congressu Pauli cum eo, nulla penitus mentio habeatur; inde accidit, quod (vt eodem Hieronymo auctore dictum est) Athanasius res gestas Antonij ipso adhuc viuente, scriptis commendatas, Romam detulit, ante biennium, cum a Iulio Papa vocatus est; quo tempore hæc de Paulo nõdũ acciderant: postea uero, multis prætermissis, appositus est eius obitus, sed an ab eodem Athanasio, haud pro certo affirmari potest. D

Quod autem scribit S. Hieronymus Paulum ab Antonio expetijsse pallium illi largitum ab Athanasio, ad suum ipsius defuncti corpusculum inuoluendum, id ab eo factum, non tantum (quod tradit S. Hier.) vt ab eo recedendo mœror suæ mortis leuaretur; sed fortasse magis, vt qui Prophetico spiritu, Athanasium, tantum fidei Catholicæ athletam nouerat, & pallium donatum Antonio intellexerat, hoc symbolo suam cũ eo fidei communionem significaret, qua vacillantium animi, in fide confirmarentur si quidem tanti facere solebat populus, illustrium Monachorum, de fide Catholica testimonium, ut Ariani hoc sentientes, non sint veriti euulgare, Magnum Antonium eadẽ de fide secum vna sentire, quocirca ab Athanasio & alijs Episcopis rogatus Alexandriam descendit, ad eorum confutationem, cuius prædicatione & miraculis, innumerabiles, partim ex Gentilibus ad fidem sunt traducti, partim uacillãtes confirmati. Athanas. in Vita S. Antonij & Hieronymus ep. 33. ad Castrutium. E

A

Persica persecutio.

DIra persecutio excitatur in Christianos, a Rege Persarum Sapore, instigantibus Magis, anno Constantij septimo. Hieronym. in Chron.

Simeon Seleuciæ & Ctesiphontis in Perside Archiepiscopus, a Magis & Iudęis accusatur apud Regem, quod Imperatori Romano, cum quo Bellū gerebatur, amicus, res Persarum ei proderet. Rex primo Christianos immodicis tributis affligit, deinde Simeonem obtruncat, cum prius Vsthazanem senem Eunuchum & Regis educatorem, qui ab adoratione solis præ metu, in gratiam Regis resipuerat, interfecisset, & alios cētum, qui in carcere detinebantur, alios Episcopos, alios varij Ecclesiastici ordinis, &
B alios aliquot, omnes ipso die salutari Christi passionis, Sozom.[a] Martyrolog. Rom.

Neocæsarea in Ponto subuertitur terręmotu, excepta Ecclesia & Episcopo, ceterisq; qui ibidem reperti sunt, Constantij anno 7. Hier. in Chron. obtinuit autem hanc diuinitus prærogatiuam Ecclesia illa, in qua S. Gregorius eius Ciuitatis Episcopus, cognomento Thaumaturgus, sepultus erat, vt ceteris ædificijs terræmotu sæpè prostratis, ipsa remanserit semper incolumis; de qua Neocæsariēsi Ecclesia, S. Basilius Epistola *66.* ad Neocæsar. sic scribit: A tempore magni Præsidis Ecclesiæ vestræ Gregorij, vsque ad Beatum istum (Musonium scilicet) alium post alium semper, quasi ex quadam pretiosorum lapidum serie depromptos adijciens & adaptans, admirabilem Ecclesiæ vestræ Dominus pulchritudinem largitus est; in qua Ciuitate ipse Basilius ab Auia Marcina
C B. illius Gregorij discipula, se in fide Catholica enutritum ait, Epistola *64.* & *75.*

a lib. 2. c. 8.
Neocæsar. terræmotu subuertitur excepta Ecclesia.

Christi Annus	*Iulij Pap.*	*Constantij & Const. Impp.*	*Leontio atq; Sallustio. Coss.*
344.	8.	8.	

ARiani secundum Concilium Antiochiæ celebrant, in quo nouam fidei formulā, ceteris prolixiorem edunt, qua se ab Ariano contagio procul abhorrere significarent; cùm tamen suis verborum inuolucris, omisso Consubstantialis nomine, eo se maxime infectos probarent, quam propterea Occidentales Episcopi fidei, imo perfidię formulam reiecerunt; in primis vero Iulius Rom. Pont. Athanas. de Synodis So-
D zom.[b] Socrat.[c]

SECVNDO ANNO PERSICAE PERSECVTIONIS, Edicto Saporis Regis, omnes qui se Christianos confiterentur, morti addicti, ac innumerabiles fere securi percussi, in quibus & Azades Eunuchus Regi lōge charissimus, ob cuius cædem, dolore ingenti rex affectus, communem cædem sedauit, atque solos Christianæ legis Doctores trucidari præcepit, quorum fuit ingens numerus & sexdecim quidem millia recensentur morte affectorum, præter innumerabilem multitudinem aliorum, quorum notitia non habetur. Quorum Martyrum cum maxima ex parte Acta perierint, aliquorum tamen extant apud Metaphrast. 2. & 3. Nouemb. 20. Febr. 19. Martij, 8. Apri. Et cū bellum durarit inter Persas & Romanos, vsque ad Iouianum, persecutionem non biennio terminatam credendum est, licet enim Christiani Persæ natione essent, cum tamen Religionem Christianorum sequerētur, pro transfugis & proditoribus habebātur, So-
E zom. 2. c. 10. Eius persecutionis meminit Cyrill. Cathech. 10. & Aug. 18. ciui. cap. 52. Porro Ecclesia Persidis subiecta erat Ecclesiæ Antiochenæ, Canon eadem re extat, qui fertur esse Concil. Nicæni.

b lib. 2. c. 10.
c lib. 2. c. 15.

A

Christi Annus 345. *Iulij Pap.* 9. *Constantij & Constantis Imp.* 9. *Amantio & Albino Coss.*

HIs Consulibus datum reperitur Constantij Imp. rescriptum Nisibi, ad Nemesianum Præf. Vrbi (L. 5. de exact. Cod. Theodos.) quod euidés est argumentum, ipsum cum expeditione aduersus Persas, Antiochia profectum, ad Persarum fines, Nisibi, cum exercitu consedisse. De hoc bello per plures annos gesto, & pluribus pugnis (nouem numerat Orosius) male pugnatis, vix perpauca extant apud Eutropiū lib. 10. *Diuersa*, inquit; *Constantij fortuna fuit; a Persis enim multa & grauia perpessus, sæpe captis oppidis; obsessis Vrbibus, cæsis exercitibus: nullumque ei, aduersus Saporem Regem Persarum, prosperum prælium fuit: nisi quod apud Singaram, haud dubiam victoriam, ferocia militum amisit, qui pugnam seditiose, & stolide, contra rationem belli, die iam præcipiti poposcerunt*; hæc Eutropius. An aduersa hæc perpessus, quod Arianis Episcopis, & maxime Eusebio Emeseno comitatus, ad bella procedebat? B

Ad hęc tempora referenda videntur, quæ de Gallo, & Iuliano, a Gregorio Nazianzeno, & alijs antiquis scriptoribus scribuntur, eos videlicet cum adoleuissent, & Gallus vigesimum annum attingeret, Iulianus vero sextum decimum, secundum Sozomeni rationem, vel iuxta Eunapium, tredecim; siue sponte, (ne qua affectati Imperij esse posset suspicio) siue Constantij iussu, vt omnem illis spem Imperij auferret, crine deposito, inter Clericos profiteri cœpisse. Sed Gallum quidem ex animo pietatem coluisse; Iulianum vero simulatè, quod & diuinitus patefactum est, dum vtroque in honorem martyrum, Basilicam extruente; Galli quidem opus feliciter consurgebat, vt Deo gratum; Iuliani verò à terra excutiebatur, quasi Deo munus reijciente, Gregor. orat. 1. in Iulianum. & Sozom.[a] C

Iulianus simulatè Clericū se pfitet.

a lib. 5. c. 2.

Successit priori illi Ethnico præceptori Iuliani, Mardonio, de quo superius, Maximus Ephesius, Ædesij discipulus, non tantum Ethnicus, & Christianæ Religionis hostis, sed & Magus, occultus tamen, ob Constantij metum, incantationes exercens. Eunapius. Sozom.[b]

b lib. 5. c. 2.

Humanioribus item instituebatur disciplinis Iulianus, & orationes scribebat, hortante etiam Constantio, vt constat ex eius epistola ad Iamblicum Philosophum eundemque magum (vt ait Eunap.) quem Iulianus plurimi se facere testatur, epistola ad eum.

D

Christi Annus 346. *Iulij Pap.* 10. *Constantij, & Constantis Impp. Post Consulatum Amantij & Albini* Fasti Latini, & vetus inscriptio, Fasti Græci, *Constantio quartum, & Constante tertium.* Coss.

10.

HIc est annus quartus, de quo Athanas. Apolog. ad Constantium: *Post triennium inquit, quarto denique anno litteris iussit, vt ad se venirem, agebat autem per id tempus Constans Mediolani*, & paulo post: *Cum igitur venissem Mediolanum, expertus sum illius mirificam humanitatem, dum & me suis oculis dignatur, verbisque indicat, sed ad te, de celebrando Concilio (rogatum, per Legatos Episcopos, a Iulio) litteras misisse. Idem me rursus agentem in suburbio, in Gallias euocauit, eo enim Pater Osius concesserat, vt inde ad Concilium Sardicense proficisceremur.* Excusat inde se de calumnia, quod illum aduersus Constantium incitasset. *Nunquam sine comitibus, aut arbitris fratrem tuum vidi, neque ille vnquam mecum solus cum solo uerba miscuit: sed semper cum Episcopo eius loci ubi agebat, alijsque, qui ibi aderant, ad colloquium intraui, simul cum illis eum vidi, simul cum illis ab eius conspectu recessi: Huius rei testis est Fortunatianus Aquileiæ Episcopus, & plenam eius rei historiā pater Osius docere posset;*

A *set; Crispinus item Patauij Episcopus, Lucillus Veronæ, & Dionysius Laudæ, & Vincentius Campaniæ (quia defuncti sunt Maximinus Treueris, & Protasius Mediolani Præsules, Eugeniusq; qui Magister erat) testes citari possunt; hic enim ante ostium stabat, audiebatque & nostras tum postulationes, & quid vicissim ab illo responderetur.*

Ex quo obseruatu illud dignum est, hoc anno sedi Mediolanensi præfuisse Protasium, quo defuncto, antequam illā ad Constantium Apologiam scriberet Athanasius, subrogatum fuisse Dionysium, quem præcessit Iulius Maternus, vt habetur ex Actis Concilij Romani sub Iulio A.D.337.

Hoc anno procuratum & indictum est a Iulio Generale Concilium Sardicā & præfixum Episcopis tempus ad conueniendum, Constantio, efflagitanti fratri Constanti consentiente. Sozomenus [a] Socrates [b] Theodoretus. [c] Concilium Sardicam indictum. a Lib.3. c.9. b Li.2.c.16. c Lib. 2.c.5.

B Hoc quoque anno post Consulatum Amantij, & Albini, 4. Idus Maias, celebratum habetur Concilium Agrippinense, aduersus Euphratam Coloniæ Agrippinæ Ciuitatis Episcopum, Christi negantem Diuinitatem: ob eamque causam ab Episcopis, qui illuc conuenerunt, depositus est. Sed quod ille ipse sequenti anno, reperitur ex Synodo Sardicensi, vna cum Vincentio Episcopo Capuano, honorificentissima legatione functus esse, ad Constantium Imp. Antiochiæ commorantem, vt quos ipse eiecerat, a Synodo absolutos, pateretur in suas sedes reuerti, quod S. Athanasius disserte affirmat, epistola ad Solitar. & Theodoret. ac alij omnes, post eum, asserunt, suspectum redditur imposturæ, totum illud negocium Concilij. Agrippinense Cōcil. cur suspectū imposturæ.

Constantius hoc anno rescribit ad Catullinum Præfectum Vrbi, de non diruendis Templorum ædibus, extra vrbem positis, [d] &, vnius Mensis spatio intercurrente, rescribit ad Taurum Præfectum Prætorio, de claudendis Templis, omnibus locis atque Vrbibus, & sacrificijs non faciendis, sub pœna gladij, etiam in Rectores Prouinciarum, si facinora vindicare neglexerint. [e] C d L.3. de Paga. C. Theo. e L.4. de Pagan. eodem Cod.

Christi Annus	*Iulij Pap.*	*Constantij & Const.Impp.*	*Rufino & Eusebio.* Coss.
347.	11.	11.	

Concilium Sardicense Oecumenicum, ex pluribus quam triginta quinque Prouinciarum Episcopis, ijsque numero trecentis ex occidente, & septuaginta ex Oriente. Athanas. ep. ad Solitar. & Apolog. 2. Socrates [f] Sozomenus [g] Missi sunt Legati ad Concilium à Iulio Rom. Pont. Archidamus atque Philoxenus Presbyteri D (Athanas. Apolog. 2.) quidquid scribat Gratianus dist. 16. cap. 11. Osium Cordubensem & Protogenem Episcopum Sardicensem, principem locum tenuisse in Synodo, post Legatos, Sozomen. tradit [h] Agebat autem Osius Patronum Synodi, cuius muneris erat definienda proponere, atque singulorum rogare sententias. Plures eidem Cōcilio interfuere insignes Episcopi & Confessores, qui & Nicæno interfuerant. f lib.2.c.15. g 3.c.11. h lib.3.c.11.

Ad significandum plenissimum Concilium Patres olim, illud, Magnum nominare consueuerunt, sicque sæpissime nominatum est Nicænum, & eadem ratione Athanasius Synodum hanc Sardicensem magnam appellat. Idem quod Oecumenicum dicimus, maiores, plenarium, appellare consueuerunt, vt Aug. ep. 162. *Restabat adhuc plenarium Ecclesiæ uniuersæ Concilium.* Quo uero omnes earum Prouinciarum Episcopi qui sub vno Primate erant, conueniebant, Generale dici a maioribus consueuit, quo E modo Athanasius Alexandrinum appellat, Apolog. 2. & Synodo Carthagin. 3. Vniuersale illud Concilium anniuersarium, ad quod singulis annis ex omnibus Africæ Prouincijs Episcopi conuenire in vnum consueuerant. In Gallia vero, vt quolibet triēnio celebraretur Vniuersalis Synodus, statutum est, Concil. Matiscon. 2. cap. 20. Obtinuit tamen postea vsus, vt Concilium Vniuersale, idem diceretur, quod Oecumenicum à Græca voce οἰκουμένη quod est orbis terrarum, & οἰκουμενικὸς, quod spectat ad orbem terrarum, ob idque Concilium collectum ex totius Christiani orbis prouinciarum Episcopis, nominari Oecumenicum consueuit; vel ea ex causa, quod ex omnibus Orbis terrarum Prouincijs Antistites sint conuocati, vel ex ea, quod in eo decerne- Concilium, Magnum, Plenarium, Generale, Vniuersale, Oecumenicum.

rentur, quæ ad vniuersum orbem terrarum, ipsam vniuersalem Ecclesiam pertinerent. A
Quod igitur ex Oriente & Occidente ac Septentrione Sardicam accersiti sunt Episcopi, & præfuit illi Synodo Legatio Sedis Apostolicæ, Sardicense Concilium Oecumenicum dici potest.

Ariani non audent se cõmittere Concilio.

Ariani Sardicam conueniunt tribus stipati comitibus, sed cum viderent plane Ecclesiastice agi, & accusatores præsto esse, seque omnino damnandos, iam antea sua conscientia prædamnati, quantumuis sæpius citati, in Concilium se dare ausi non sunt, sed profugerunt, Athan. ad Solitar. & Apolog. 2.

Athanasius, Marcellus, Asclepas & alij, rebus diligenter examinatis, absoluti, & ad suas Ecclesias restituti, Ariani vero plures Episcopi damnati, excommunicati, & sedibus depositi sunt. De quibus omnibus scribuntur a Synodo ad Iulium Rom. Pont. litteræ, quæ extant. Item ad Impp. Constantium & Constantem, quibus, Patres rogarunt eos, vt omnes ab Arianis vinctos, aut eiectos liberari, & restitui quamprimum iuberent: monentes eosdem, ne in posterum iudicijs se Ecclesiasticis immiscerent, sed sinerent cuncta peragi, ex Ecclesiasticarum legum præscripto. Hæ litteræ ad Impp. non extant, sed earum mentio est in litteris ad Iulium Rom. Episcopum. Extant tamẽ litteræ Synodi ad Ægypti Ecclesiam, de Absolutione Athanasij, & condemnatione Gregorij, aliæ item ad vniuersas Ecclesias encyclicæ, apud Athanas. apolog. 2. sed librariorum vitio, immutatis inscriptionibus: & vltimæ hæ ad vniuersos Episcopos, apud Theodoretum libr. 2. capit. 8. Epistola hæc Synodalis apud Theodoretum aucta reperitur appendice commentitia, nempe tractatione seu Regula Catholicæ fidei, quam eandem etiam Sozomenus deceptus, veram esse putauit. libr. 3. capit. 11. cum nullam prorsus editam esse Catholicæ fidei regulam, nec priorem illam Nicænam vel vno verbo, aut apice auctam, aut quouis prætextu explanatam, locupletissimus testis fit Athanasius, dissertis verbis scribens ex Alexandrina Synodo, ad Legatos Apostolicæ Sedis Eusebium, & Luciferum, & alios Episcopos Antiochiæ considentes, *Tabellas*, inquit, *nonnulli iactant, quasi ex Sardicensi Synodo de fide conscriptas: ne legi quidem semel aut proferri sinatis: nihil enim tale Concilium definiuit. Quãuis enim certi homines nonnulla, quasi quæ deessent Nicæno Concilio, adscribere uellent, idque acriter contenderent; Sancta tamen Synodus, quæ Sardicæ conuenit, indigne id tulit, decretoque sanciuit, ne quid vlterius de fide scriberetur: & sese contentos esse Nicæna fide declararunt, ut cui nihil deesset, & in qua integra & solida pietas contineretur: neque edendam esse aliam professionem fidei, ne illa quæ Nicææ scripta est, suos numeros non habere videretur: neue illis quibus libido est semper noua statuere, occasio huiusmodi suppeditaretur, vt iterum atque iterum de fide definiant. Quapropter, si quis hæc, aut aliud quidpiam cauillabitur: compescite illos, & ad studium pacis inducite: nihil enim in istis cognoscere possumus, nisi contendendi libidinem.* Hactenus Athan. Ex quibus erroris conuincitur Vigilius Episcopus Tridentinus, dum agens contra Eutychen, lib. 5. affirmat, septem capitula ad fidem spectantia, post illa, quæ in Nicæa statuta essent, à Patribus Catholicæ professionis in Sardicensi Concilio fuisse addita.

Impp. causis Ecclesiasticis ne se immisceant.

Nulla fidei professio Sardicæ edita.

Obserua ex his, ex Athanasio recitatis, inter alia Decreta Concilij Sardicensis, desiderari Canonem, quo, ait Athanas. qui præsens fuit, statutum fuisse, ne quid ulterius de fide tunc scriberetur, contentosque se esse Nicænæ fidei Symbolo Patres declarasse.

a lib. 2. c. 16.

Tres Ariani Episcopi libellos offerunt pœnitẽtiæ de calumnijs in Athanas.

Rursum uero in Dialogo Liberij Papæ cum Constantio Imp. qui recitatur a Theodoreto [a] habetur de tribus Episcopis Arianis, qui libellos supplices dederint Synodo Sardicensi, & postulauerint veniam de calumnijs in Athanasium; de quibus cum nihil extet in binis Synodi superius recitatis epistolis, credibile est post datas illas epistolas, ea contigisse, ut & plura alia.

b Hære. 71.

Ex Hilario quidem compertum haberi uidetur, Constantium Imp. ad Synodum Sardicensem litteras dedisse, quibus profiteretur, filium Dei eiusdem esse cum Patre substantiæ, ait enim, in eum scribens; *Damnas quoque & substantiæ nomen, quo te, & in Sardicensi Synodo, & Sirmiensi, pium esse mentiebaris.* Sed & S. Epiphanius [b] auctor est in eodem Concilio Sardicensi damnatum fuisse Photinum, Episcopum Sirmiẽ-

A sem, Hæresiarcham, nisi pro Sirmiensi, errore lapsus, posuit Sardicensem, vt & Seuerus. a

a 2. Histo.

De Paulo Constantinopolitano Episcopo Socrates & Sozomenus affirmant, interfuisse Synodo Sardicensi cum Athanasio, quos adeo fuerint detestati Ariani Episcopi, vt his in communionem receptis, noluerint cum alijs præsentes esse; sed verisimilius quod tradit Theodoretus, vetitum fuisse à Populo catholico C. P.no ad Concilium Sardicam progredi, quod sciret paratas illi insidias ab Arianis: cum in duabus illis epistolis, vbi agitur de causa Episcoporum eorumque absolutione, nihil de Paulo habeatur.

Tractatis causis Episcoporum, & alijs nonnullis, quorum leuia extant vestigia, vltimo loco, de more, ad ea, quæ ad Ecclesiasticam disciplinam spectare viderentur tractanda, Patres iteratis Comitijs, se conuerterunt, atque secundum diuersas Episcoporum suggestiones, rogante Osio, Synodi Patrono, sententias Patrum, Canones viginti & vnus ab eisdem sanciti sunt.

B

Porro Sardicense Concilium, duplici ex causa passum est calumniam. Ac primum quidem, quod Marcellum Episcopum Ancyranum, ab Arianis Sabellianismi ante damnatum, examinatis eius libris, & ex sua ipsius confessione, Catholicum repertum, absoluit; qui postea vel cõpertus est esse hæreticus Sabellianus, vel saltem de eo vehementer fuit suspectus; vnde non parua occasio patuit Arianis, obloquendi in idem Cõcilium; atque adeo Catholici ipsi, magni nominis, ea de re conquesti sunt, vt est apud Basilium Epistola 52. ad Athanasium, a quo postea a Communione suspensum fuisse, Seuerus lib. 2. affirmat, & S. Hier. ait circumferei contra illum Asterij & Apollinarij libros, Sabellianæ eum hæresis arguẽtes, sed & Hilarius (inquit Hier.) in 7. aduersus Arianos libro, nominis eius, quasi hæretici meminit, porro ille defendit, se non esse eius dogmatis, cuius accusatur, sed communione Iulij & Athanasij, Romanæ & Alexandrinæ Vrbis Pontificum, se esse munitum. De quo Marcello legendus est Epiphanius hær. 72. qui cuncta Marcelli, accuratissime perscrutatus est, aitque diuersas de eo fuisse sententias, & recitat Epistolam discipulorum eius (Fidem Marcelli inscriptam) ad Episcopos Confessores, plane sinceram & Catholicam, nec vllo modo Sabelij errorem attingentem. Verum non modicam Marcello inussit notam, Photini, eius discipuli, execranda impietas, necnon vulgata ab Arianis in deteriorem partem accepta, Marcelli scripta; & quod eiusdem Discipuli postea, vt idem testatur Epiphanius, tres in Trinitate subsistentias confiteri minime uoluerunt, mentem illius ignorantes, nec veritatem illius recensentes; ex quibus factum est, vt Marcelli nomen pessime audierit, & S. Ioannes Chrysost. hom. 6. in epist. ad Philipp. illum cum Photino, & Sophronio, qui verbum ab humanitate Christi separabant, coniunxerit, & Theodoretus, ac alij omnes posteriores, eandem illi impegerint hæresim. Alia causa fuit Calumniæ Sardicensis veri Concilij, quod Ariani Sardica, fuga lapsi, seorsum cum suis egere Conciliabulum Philipopoli, quod & Sardicensis Concilij nomine honestarunt, talique indito titulo, per Christianum orbem vulgauerunt, Synodalibus litteris, per Orbem sparsis, quæ extant, dolosæ iactantiæ, detestandæ hypocrisis, calumniarum & mendaciorum impudentissimorũ plenissimæ, de quibus meminit S. Aug. 3. contra Cresconium, cap. 34. quarum communicatione Donatistas Schismaticos sibi adiungere studuerunt. Hilarij fragmenta Historica recenter eruta & excussa: Additæ sunt vires mendacio, Constantis morte, & Constantio Arianorum Patrono vbique regnante, ueritas depressa, & impostura est potẽtia Principis, roborata; adeo, vt illud tantum Sardicense Concilium ubique vulgaretur, quod confectum constaret ab Arianis, multique nescientes duplicis esse generis Concilium Sardicense, audientes illud collectum ex Arianis, nec in aures admitterent, sed penitus ipsum, refertum impietate putantes, execrarentur. quod accidit S. Augustino, qui obijcientibus Donatistis Concilium Sardicense, excepit, tantum illud fuisse ex Arianis collectum, nec ullam adhibuit distinctionem, quodnam germanum, quodue spurium & mentitum esset, vt nec vllus alius Catholicus eius Confessus Episcopus. lib. 3. contra Crescon. ca. 34. & ep. 163. ad Eleusium & socios; quod quidem permirum est, quomodo tanti Con

Sardicense Cõcil. duplici ex causa passum calumniam.

C

D

E

Concilium Sardicense legitimum incognitum. Aug.

A cilij memoria, in quo adfuerit Gratus Episcopus Carthaginen. cum triginta quinque Episcopis Africanis; cuius Concilij expressa mentio habita fuit ab eodem Grato in Concilio Carthagin. sequenti anno habito, adeo obscurata fuerit, ut eadem ætate in Africa agnitum non fuerit; ex cuius ignoratione discordiæ postea illæ Africanorum Episcoporum cum Zosimo & Bonifacio, Romanis Pontificibus, semel exortæ, & magno scandalo in immensum auctæ, eorundem Sardicensium Canonum scientia componi ac penitus sedari valuissent.

a 2.c. 20. b lib. 3.c.10.

De illo Conuenticulo Arianorum meminit Socrates, a & Sozomenus b ait in eo Acta contraria sanxisse, & Iulium Episcopum Romanum & Osium Confessorem, & Treuerésem Episcopum, Protogenem Sardicensem & Gaudentium, ob communioné cum Athanasio, Paulo, Marcello, Asclepa, initam, excommunicasse, & abdicasse, & omnibus ubique Episcopis mandasse, vt eos omnino vitarent, De Deo auté eo modo sentire iusisse, quo formula fidei epistolæ subiuncta præscriberet, quæ ut nullam uerbi Consubstantialis fecit mentionem, sic illis communione interdixit, qui dicerent tres Deos esse, aut Christum non esse Deum, aut Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum eundem esse, aut filium ingenitum, aut tempus sæculumve fuisse, quando non erat. B

Primi omnium hæreticorum Ariani audent excommunicare Ro. Pont.

Obseruandum illud est, Primo, inter omnes hæreticos, Arianos ausos esse impudentissime & insolentissime ferre damnationis sententiam in Primæ Sedis Episcopum, Rom. Ecclesiæ Pontificem.

Semiarianorum origo.

Extat fidei formula, Sardicensis Synodi nomine insignita, apud Hilarium libr. de Synodis, quã Ariani, licet a professione Nicæna deflexerint, non recipientes nomen consubstantialitatis in Dei filio: tamen quo se abhorrere ab hæresi Ariana monstrarent, positiones quasdam Arij damnauerunt, ex quo id consecuti sunt, vt semi Ariani fuerint nominati, qui cum tribuerent Filio Dei Diuinam substantiam, quiduis tamen potius dicere parati erant, quam consubstantialitatem filij cum Patre, optime scientes (quod superius ex Athanasio est pluribus demonstratum) hoc vno relicto, ad inuadendam Nicænam fidem foramine, ad omnem prorsus superinducendam impietatem fore sibi aditum patefactum. C

Christi Annus	*Julij Pap.*	*Const.& Const.Impp*	*Flauijs Philippo & Sallea.* Coss.
348.	12.	12.	

Arianos qui non recipiũt capite plectuntur, aut relegantur.

D Exautorati a Synodo Sardicensi Episcopi Ariani, una cum profugis ab eadem Synodo, non recepti in Communionem ab Hadrianopolitanis, re delata ad Imperatorem ad omnia promptum, quæ ipsi vellent, efficiunt, vt Hadrianopolitani qui eos auersati, intra vrbem recipere noluerunt, more laicorum, capitibus truncarentur, administro Philagrio Comite quoque præsente, & vt Lucius Hadrianopoleos Episcopus, audacter eorum impietatem redarguens, iterum, vt prius, vinctus in exilium deportaretur, ubi & extinctus est; vt ab Alexandria duo Presbyteri, & tres Diaconi in Armeniam relegarentur: vt item Macarius, (aliàs Arius) & Asterius Episcopi, qui ab ipsis desciuerant, in superiorem Africam relegarentur. ex Athan. ad solitar. Martyrũ Hadrianopolitanorum memoria celebratur in Ecclesia 11. Februar. Asterij 10. Iun. & Macarij 20. Iun. subdit Athanas. de alijs optimis Episcopis, calumnijs affectis, & expulsis ab Arianis, & de edictis emissis, ne Episcopi & presbyteri à Concilio restituti, sub capitali pœna reciperentur. E

Impudens facinus Arianorum i Catholicos Legatos.

Legati circa finem anni superioris, a Synodo Sardicensi decreti ad Constantium Imperatorem, Vincentius Capuæ Campaniæ Metropolis, & Euphratas Agrippinæ Metropolis, superioris Galliæ Episcopi, ut, pro Synodi decretis, pateretur Episcopos quos ipse eiecerat restitui, hoc ipsum Constante fratre Imperatoris hortante, hoc anno, circa Paschale tempus, perueniunt Antiochiam. In quos Ariani, Stephano Antiocheno Episcopo Ariano nequissimo homine, duce & auctore, instruunt calumniam impudentissimam; meretricem in hospitium Legatorum introducunt, quasi ab ipsis euo-

A catam, sed fraude detecta, Stephanus Episcopali dignitate exuitur, & illi, Leontius, nihilominus Arianus, substituitur, qua ex re Constantius Imp. paulisper compunctus, & ex hac calumnia ceteras metiens, ad se redit, relegatos ex Alexandria reuocat, & Alexandriam scribit ne ulterius Athanasij aut Clericos aut Laicos persequerentur. Ex Athan. ad Solit. plenius rem narrat Theodoretus. [a] a li. 2. c. 8. 9. 10.

Constans edoctus a Grato Episcopo Carthaginensi, (vt verisimile est) redeunte cum alijs Episcopis a Consilio Sardicensi, de misero statu Ecclesiæ Africanæ, Schismate Donatistarũ misere laceratæ, & rogatus vt aliquam rationẽ iniret, populos ad Ecclesiam Catholicam, si minus Episcopos posset, reuocandi, pro suo studio Catholicæ Religionis restaurandæ, selectos ex multis, maxime pios, atque amplissimos viros, ad tantum munus, Paulum atque Macarium in Africam legatos decernit, eo quidem titulo, vt munificentia Imperatoris, pauperum omnium subleuarent inopiam, reuera tamen vt populum beneficentia delinitum, ad vnitatem Ecclesiæ adducerent. Feroces & contumaces Donatistæ, ita hoc pium officium abhorruerunt, vt Donatus eorum pseudo Episcopus Carthaginẽsis, vetuerit quemquem suæ partis, quidquam accipere, & contumeliose, cum in ipsos legatos, tum in Imperatorem ipsum, impudentissimè egerit. Horum porro ingentem temeritatem legati coacti sunt aliquando per milites coërcere, & plurimos interficere, quos illi martyres appellare, & Catholicos, persecutores atque adeo Paganos inuidiosissime iactare consueuerunt; Vitellius quidam Afer, de eo, quod odio sunt mundo, serui Dei, per hoc tempus, scripsit, schisma defendẽs, & Catholicos, velut persecutores, incusans, in quo, si tacuiset de nostra, veluti persecutorum, nomine, egregiam doctrinã ediderat, vt ait Gennadius, de Viris illustr. cap. 4. qui & plura alia scripsit. Et, si non in ipsis Donatistarum Episcopis, qui primi ad Concordiam inuitati fuerunt, in populo saltem illis subiecto optatum finem est legatio consecuta, multis cõfirmatis, pluribus ad Ecclesiam reuocatis. Donatistarum alijs cum Clericis profugientibus, fortioribus captis & relegatis, Donato ipso Carthaginẽsi Pseudo Episcopo Donatistarum Principe, & omnium malorum auctore, expulso, vt est apud Hieronym. in Cron. licet non suo loco, sed sub anno Constantij 20. hæc ex Optato lib. 3. breuiter descripta.

(Artificium lucrandi hæreticos per munificẽtiã.)

B C D

His ita gestis, Schismaticis Episcopis deturbatis, & populis ad Catholicę Ecclesię vnitatem compaginatis, mox per Gratum Catholicę Communionis episcopum Carthaginensem, Cartagine Concilium conuocatum est, in quo ipse. De pace & vnitate confecta, coram Episcopis in Synodo præfatus est. In eo Fuerunt quatuordecim Canones sanciti, quorum primus, de rebaptizatione, quam Donatistæ intulerant, tollenda: secundus de martyribus. *Martyrum dignitatem nemo profanus infamet, &c.* quod scelerati Donatistę, allecti gloria martyrũ, volũtariam mortem oppeterent &c.

Hoc vero primum appellatur Carthaginense Concilium, non quod non alia plura celebrata ante fuerint, etiam sub Ethnicis persecutoribus, sed quod alijs deperditis, illorum, quæ extarent, hoc ipsum antiquissimum probaretur. Porro felicia hæc Africanæ Ecclesiæ pacis tempora, ab Optato Mileuit. vsque ad Iulianum perseuerasse scribuntur, lib. 2.

(Concil. Carthag. primũ dictum.)

E

Christi Annus	Iulij Pap.	Constantij & Const. Impp.	Vlpio Limenio / Catulino Philoniano. Coss.
349	13.	13.	

DVm Constantius procrastinat, Episcopos, Synodo Sardicensi absolutos, in suas sedes restituere, Paulum maximè & Athanasium, de quo a Synodo, per Legatos, & Constante fratre rogatus fuerat; decem menses abeunt; quo interim spatio, Catholici aliquot Alexandrini, pertæsi longas moras Athanasij Alexandriam reuertendi, vbi mox expetabatur, a Synodo absolutus, & ægro animo ferentes ipsum Gregorium in eadem Synodo condemnatum atque depositum, adhuc tamen obstinato animo Ecclesiæ incubare, illum interficiunt. Constans, quasi se comtemptum a Constantio ducens, minaces has litteras ad eum mittit per Saleam Prætorem

(Constãs per litteras interminatur Cõstantio.)

A *Sunt hic apud me Athanasius & Paulus, quos auditione accepi, pietatis causa, persecutionem passos esse. Quod si pollicear, te illis suas ipsorum sedes redditurum, inque eos, à quibus, sine causa, iniuria affecti sunt, animaduersurum; viros ipsos ad te mittam, sin autem recuses ista hoc modo perficere; pro certo velim cognoscas, me eo venturum, & te inuito, illis suas ipsorum sedes restituturũ*, quibus litteris acceptis Constantius Imperator, conterritus; suadentibus etiam Arianis Episcopis, ne vltra bellum Persicum, bello etiam ab Occidentis Imp. Constante impetitus, succumberet, statuit, etiã præter animi sententiam, fratri petenti assentiri, & Episcopos restituere scribit itaq; bis, & tertio ad Athanasium, vt secure ad se accedat, se illi reditum Alexandriam indulgere. Athanasius igitur his litteris acceptis ex Gallia, quo euocatus Aquileia fuerat a Constante, in Italiam ascendit, Ecclesiam & Episcopum aditurus, sic ille in Apolog. ad Constantium, vbi nota maiorum modum loquendi, vt per Ecclesiam, antonomastice, eam quæ Romæ est, significarent, ex qua & in qua omnes vnitate Catholica coniungantur; & per Episcopum, ipsum illum vnum, ex quo omnes, & in quo, & per quem, qui sunt, esse intelligantur Episcopi, Porro de aduentu suo Romam, sic idem Athanasius subdit, in eadem Apologia: *Ingens igitur gaudium in Ecclesia, Pontifexque Iulius, ut gratularetur nostræ restitutioni, litteras ad Ecclesiam misit Alexandrinam; nos autem, quacunque transiuimus, cum pace, ab omnibus Episcopis deducti sumus* recitat eas litteras idem Athanasius eadem Apologia, in se perhonorificas. His acceptis a Rom. Pontifice Athanasius litteris, proficiscitur Antiochiam, vbi a Constantio benigne excipi visus est, & libere ad Ecclesiam suam dimissus, cum litteris ad Alexandrinos & ad Magistratus. Episcopo autem suas calamitates calumniasque deplorante, & admonente, ne denuo, se absente, (sic ipse Athan. ep. ad Solitar.) calumniæ reciperentur: vt iam nunc accusatores euocaret; siquidem, se non intercedere, quo minus illi se apud Cæsarem sistant, ut eos ita conuincere posset. Hæc quidem Cæsar facere noluit, sed tamen omnia, quæ contra ipsum per calumniam scripta essent tolli & aboleri iussit, iurans se in posterum nullas calumnias admissurum, suumque in hac re propositum firmum & inconcussum fore: neque id simpliciter dixit, sed & iureiurando, Deo in testimonium uocato, obsignauit. quod ipsum iuramento promisisse Alexãdrinis, testatur Lucifer, pro Athan. ad Constantium lib. 1. Interim dum esset Antiochiæ, abstinuit a communione Leontij Ariani, & priuatos conuentus egit cum Eustathianis, cum Ariani omnes Ecclesias occupassent. Ac scite, roganti Imperatori, ex suasione Arianorum, vnam Alexandriæ concedi ab eo Ecclesiam, secum communicare detrectantibus, respondit, maxime, ò Imperator, modo & Antiochiæ vna concedatur illis, qui cum Arianis non communicant, qua postulatione vt æqua, a Constantio comprobata, commodum visum est Arianis rem silentio præterire. hoc Sozomenus, [a] & paulò aliter Socrates. [b] Acta hæc, hac serie ex Athanas. collegimus, quæ perturbatè recenseri videntur a Socrate & Sozomeno.

Per Ecclesiã Romana per Episcopum, Rom. intelligi solitus.

Constantius Athan. dimittit ad suam Ecclesiam.

a lib. 3. c. 19. b lib. 2. c. 18.

Hoc eodem anno, sub ijsdem Consulib. extat datum Rescriptum Principum, aduersus sepulchrorum demolitores. [c]

Item aduersus raptores Virginum, vt capitali sententia ferirentur. [d]

Item de immunitate Cleri corum. [e]

c C. Theod. l. 2. de sepulchr. uiol. d l. 2. de rapt. e l. 9. de episc. C. Theod.

Christi Annus	Iulij Pap.	Constantij Imperat.	Sergio & Nigriano. Coss.
350.	14.	14.	

Constans ætatis 27. Imperij 13. perfecto, mense Martio, Augustoduni in Gallia interficitur a Magnentio Legato, qui primus Christianorum, regnandi libidine, prodito Domino, inuadit Imperium. Victor, Eutropius, Zosimus, Socrates, [f] Sozomenus. [g]

Magnentius Decentium germanum suum Cæsarem creat.

De Constante hæc Athanasius Apolog. ad Cõstantium, per ironiam credo; *magnã scilicet & multam illi gratiam debebam, quod piæ memoriæ tuum fratrem. cuius donarijs*

Primus Magnentius, ex Christianis, occiso Domino, inuadit imp.

f lib. 2. c. 9. & 10. g 4. c. 1.

B C D E

A *rijs Ecclesiæ plenæ sunt, ipse Magnentius eius legatus occiderit, nihil eam necessitudinem, cum ante oculos uersaretur, reueritus, nihilque gratiam beato tuo fratri in baptismate donatam respiciens, ueluti Dæmon & furia infernalis in eum insiluit, atque ita sanctissimus ille uir, martyrium assecutus est.* — Athanas. Cōstantem appellat Martyrem.

Et de eodem, Concilium Orthodoxorum, (apud Athanas. de Synodis) *Fuit*, inquiunt, *proinde nobis persuasissimum, iniquum esse, cum Imperator Constans, ab obitu suo dignus omni memoria, hanc fidem omni cura & diligentia conscriptam promulgarit; tum demum, ex quo ille baptizatus, ex hominibus in requiem sibi debitam translatus est, aliquid noui in ea fide moliri uelle.* Hoc elogium sepulchrale, Constanti religioso Imperatori sufficiat, aduersus calumnias Ethnicorum, & eorum Christianorum, B qui nimis facile ijsdem fidem præstiterunt. Hic, præter cætera, pro fide Catholica gesta, hoc certe Magnus, & gratæ apud omnes memoriæ, quod Africanam Ecclesiam, diro & diuturno Schismate quassatam, & discissam, ipse Imperatoria munificentia, Populum sibi deuinciens, & militari terrore exagitans obstinatos Episcopos, vnitam & pacificam reliquerit, rem a Constantino Patre tentatam, nec perfectam. — Elogiū Constantis.

Vulgata Constantis morte, Ariani nouis calumnijs reditum Athanasio Alexandriam intercludere moliuntur. Socrates. [a] Sed Constantius, datis ad eum litteris, bono animo esse iubet, recitat eas Athan. Epist. ad Solit. & in Apolog. ad Constantium. — a 2.c.21.

De suo itinere Alexandriam versus, sic Athanasius, quasi de alio, in Apolog. 2. *Deductus igitur cum suis ad istum modum Athanasius, in peragranda Syria, Syros & Palæstinos conuenit, qui Synodo Ierosolymit. coacta synceriter eum, cum suis, exceperunt, & cum pace deduxerunt, simulque scripserunt has litteras ad Episcopos*, quas C recitat.

Viso suo Pastore Alexandrini, publica conuiuia celebrare, festos dies agere splendidissimos, eum magno honore aspicere, & Deum denique laudibus extollere cœperunt. Theodoret. [b] Sed præclara & admiranda sunt, quæ de suo aduentu narrat idem Athanas. epistola ad solit. plane digna quæ legantur. — b lib.2.c.12.

Vrsacius & Valens, ueteres Arij discipuli, & acres Athanasij calumniatores, cum hoc anno haberetur Mediolani Concilium, absente tamen Constante, adhuc in viuis Imperatore, præsentibus Romanæ Ecclesiæ presbyteris, pœnitentiam & veniam postulant; sed pro negotij grauitate, Romam ad Iulium, de more, remittuntur; vt, coram ipso, spectante Romana Ecclesia, exomologesim agerent. Quia, inquit Athan. Epistola ad Solitar. *Vrsacius & Valens, quasi a sua ipsorum conscientia flagellati, pœnitentiam professi sunt: litterasque amicas & pacatas ad Episcopum, quas nullas ab eo acceperant,* D *misere, Romamque abeuntes, pœnitentiam egere, confitentes omnia, quæ uel dixissent, uel fecissent contra Athanas. falsa esse, & nihil aliud quam calumniam, neque id simpliciter egere, sed ita ut anathemate execrarentur Arianam hæresim, & pœnitentiam suā scripto promulgarent.* Libellus porro eorum Pœnitētię, extat apud Athan. in Apolog. 2. De Synodo Mediolanensi mentio est in Synodali Concilij Arimin. PP. in ea Catholicorū; apud Athan. de Synodis & ad Solitar. & in epistola Osij ad Constantiū, Vrsacius & Valens recepti in communionem a Romano Pont. subscripserunt encyclicis litteris Athanasij, quibus per Prouincias colligebat communicationem Episcoporū, quasi impendentem præuidens tempestatem, & ad ipsummet scripserunt, & eius litteras expetierunt. — Vrsacius, & Valens Ariani, pœnitentiam agunt apud Rom. Pont.

E Vetranio in Pannonia exercitus dux, apud Mursum, Legionum suffragio acclamatur Imperator. Zosim.

Romæ audita Constantis nece, Nepotianus Constantini Magni ex Sorore Eutropia Nepos, Augusti sibi nomen sumit, id sibi iure sanguinis vindicans, sed 28. à suscepto Imperio die, per Anicetum Præfectum, Romæ a Magnentio constitutum, occiditur, cum Eutropia matre, & alijs eorundem pernecessarijs, de quibus Athanas. ut de amicissimis, & hospitibus suis Romæ cum esset, agit Apolog. ad Constantium, præter Zosim. Vict. alios. — Nepotianus A. Constantini ex sorore nepos Magnentij iussu Romæ cū alijs occiditur.

Legati a Magnentio destinantur ad Constantium, magni nominis totius Galliæ

Epi-

Episcopi, Seruatius Tungrorum, & Maximinus Treuerorum Episcopi; cum comitibus Clemente & Valente; qui Alexandriam cum appulissent, bene cogniti Athanasio, bene de eo meriti, ab eo in communionem sunt recepti, de quo postea illi conflata fuit calumnia, quasi per hos ad Magnētium aduersus Constantium scripsisset, de qua se purgat, Apolog. ad Constantium. A

Magnentius, ad demerendos, aliqua ex parte Gentilium animos, indulsit nocturnis sacrificijs patere Deorum templa, quod Constantis Rescripto uetitum erat, ut ex Rescripto Constantij postea dato apparet.[a]

a L. 5. de Paga. C. Theo.

Athanasius Constantij litteris communitus, ad triennium in sua Ecclesia perseuerauit, totus in Synaxibus, & Episcoporum Concilijs celebrandis, & congruentia Sardicensi, & Hierosolymitanæ Synodis sanciendo. Sed illud plane memorabile est, adeo auctam esse Alexandriæ, eius reditu, & commoratione, populi multitudinem, ut populum, Ecclesiæ antea erectæ non caperent, ita ut opus fuerit in solemnitate Paschali, recens a Constantio amplissimum templum, nec dum tamen dedicatum, adire, ibique Synaxes agere, quo permoti ualde Ariani, inde calumniam illi intendunt, quasi ausus esset, absque Constantij iussu, eius templi Encænia celebrare, quam copiose purgat in Apolog. Constantius, non tam pietatis ergo, vt qui nunquam ab Arianis se abduxisset, quam quod opportunum non esset, nec expediret Ægyptios, in tantis Imperij periculis irritare, huiusmodi delationes visus est contempsisse, totus in expeditione comparanda, cuius causa sanxisse hoc anno reperitur, vt qui ex indulgentia Principis, militiæ vacationem ante legitimum tempus accepissent, ad eam reuocarentur.[b] B C

b l. 4. de re mil. C. The.

Christi Annus	*Iulij Pap.*	*Constantij Imp.*	*Post Consulatum Sergij & Nigriani*
351.	15.	15.	

Constantius Gallum Cæsarem creat.

Constantius, absque spe liberorum, & Imperio, ob instantia a Persis & Tyrannis bella, nutante, noua init consilia, & Gallum, ex Constantio Constantini Magni fratre, & Galla matre genitum, vigesimum quinctum annum ætatis agentem, Cæsarem creat, tertijs ipsis suis Quinquennalibus. collocata ei in matrimonium sorore Constantina, vt profecturus ipse in Occidētem, aduersus Tyrannos, relinqueret qui Orientis administraret Imperium. D

Iuliano quoque, quē hactenus sub disciplina cōtinuerat, liberiores laxat habenas.

Oraculum Daphniticū mutum redditum ex p̄sētia Reliq. Babylæ martyris.

Gallus Antiochię Cęsar creatus, pro suo Christianæ pietatis & erga Martyres studio, nemus Daphnes in suburbio & templum, oraculo Apollinis & structura celeberrimum, expurgat & expiat, tum superstitione Gentilium, tum intemperantium hominum contumelia, translato illuc loculo Babylæ Martyris, olim Episcopi Antiocheni, ex quo statim Dæmonium mutum est redditum. Sozomenus[c] & Chrisost. lib. contra Gentiles.

c l. 5. c. 18.

Iulian⁹ Magiæ addict⁹.

Iulianus & ipse Constantij fratris Constantini filius, inuidia fraternæ dignitatis extimulatus, & in spem erectus fore, ut aliquando potiretur Imperio; profecto Constantio Imp. in Occidentem, se totum Magicis studijs addixit, & sciscitandis Oraculis, & ariolis impendit, familiariter vsus omnium, qui tum sub specie Philosophiæ, Magicam, quæ per Dæmonum fit inuocationem, excolebant, Maximum, Aedesium, Chrysantium, Eusebium, Priscum, & Iamblicum; ac tum illud accidit, vt cum horribili specie Dæmonibus apparentibus, ille præ metu, ex consuetudine, se signo crucis muniens, eos fugarit; & præstigiator contra dixerit, eos aufugisse, quod eius factum abominarentur. hæc ex Theodoreto, Gregorio Nazian. & Eunapio. E

Pagani vnde dicti Gētiles

Constantius Collecto in expeditionem exercitu, edicit, vt omnes sacro expientur baptismo, alioqui militia abdicentur (Theodoretus 3. c. 3.) ex quo factum, vt Gētiles qui id facere recusarent, exuti militia, ad paganitatem redacti, Pagani pariter, id est nō milites, dicerentur; indeque postea vsurpatum, vt Ethnici omnes a Christianis Pagani sint nominati, quod exclusi Vrbibus, circa pagos Deos suos colerent, & clandestina sa-

A cra peragerent. Ex hoc ergo tempore, cum Christianis tantum militare liceret, vnum cæpit esse militare sacramentum, quod ita ponitur a Vegetio. *Iurant*, inquit, *per Deũ & Christum & Spiritum sanctum, & per Maiestatem Imperatoris, quæ secundum Deum, generi humano diligenda est & colenda.*

Huius occasione legis, vt omnes militaturi imbuerentur sacro Baptismo, S. Martinus, adhuc Catechumenus, fuit baptizatus, annum agẽs ætatis trigesimum quintum, cum ante baptismum annos viginti militasset; qui natus anno Cõstantini vndecimo, adscriptus est militiæ, anno ætatis decimoseptimo, ex Edicto Constantini, quo iubebantur filij veteranorum ad militiam scribi. Ex Seuero, vitæ S. Martini, c. 1. & 23. & Dialogo, lib. 2. cap. 7. in quo tamen numeri annorum sunt admodum deprauati, & ex Greg. Turon. Hist. Franc. lib. 1. cap. 36. S. Martinus baptizatur.

B Maximus Hierosolymorum Episcopus moritur. Hieronymus Chron. cum sedisset annos 20. qui sedere cæpit A. D. 331. post quem, Ecclesiam illam Ariani inuadunt. Hier. Chron. in quo successio Episcoporum post Maximum interuersa putatur, & ijsdem confusa nominibus, in quibus ab eo variant, Epiphan. hær. 33. & 66. & Rufin. 1. cap. 23.

Acacius Cæsareæ Palestinæ Episcopus, defuncto Maximo Athanasij studiosissimo, & Ecclesia Hierosolymitana Arianorum successione perturbata, molitur cum suis Athanasium per Constantium Imp. e sede sua rursum exturbare. primum igitur Vrsacio & Valenti persuadent, vt causentur, pęnitentiã quã simularant, ex metu Constãtis Principis exortã esse: deinde Constantio persuadent, nisi Athanasius, cuius se in dies cõmunioni plures Episcopi, etiã suæ factionis aggregent à sede sua deturbetur, periclitari ne hæresis innolescat, & ipse cũ illis hæreticus cõdẽnetur: deniq; litteras simulãt C Athanasij ad Constantium, quibus eum rogaret, vt proficiscendi in Italiam sibi facultas daretur, cum ad eundem Constantius ipse rescripsit, & pro itinere commode conficiendo diploma dedit, qua tamen facultate non est vsus, agnita hostium fraude, ex Apolog. ad Constantium. Ariani rursũ urgent calũniis Athan.

Constantius ęgre ferens, quod Paulus sedem suam Constantinop. recepisset, Constantis fratris metu iam solutus, Philippo Præfecto mãdat, vt eo eiecto, Macedonium subroget; qui eum ad se euocatum, clam per fenestram, tumultum Populi veritus, emissum, in nauimque impositum, Thessalonicam, eius Patriam ablegat, & Macedoniũ, aliquot millium de Populo cæde facta, in sede collocat. Qui Macedonius Pauli fautores varie vexat, alijs exturbatis, alijs cæsis, alijs in fronte compunctis. Socr. [a] nõ suo loco, vt & Sozomen. [b] addit Socrat. [c] eum, Nouatianos etiam, vt Consubstantialis fidem D profitentes, tormentis adegisse sibi vt communicarent, & in translatione loculi Constantini, magnam populi cædem factam. Paulus eps. C. P. rursum ablegatur. a lib. 1. c. 12. b lib. 3. c. 8. & 4. c. 2. c 2. c. 30.

De Paulo in diuersa translato exilia, ac demum ab Eusebianis strangulato, & Philippo Præfecto horum administro, diuina eum vltione persequente, nondum vertẽte anno, præfectura, magna cum ignominia, spoliato, & in magna calamitate extincto, Athan. in epist. ad Solit. & in Apol. de fuga. Paulus eps strangulatus ab Arianis.

Christi Annus	*Iulij Pap.*	*Constantij Imperat.*	*Constantio Aug. 5m. & Gallo Cæsare. Coss.*
352.	16.	16.	

E IVlius PP. migrat è vita, cum sedisset an. 15. m. 5. d. 17. Indices Vaticani.

Iulio attributa fuit quędam epistola ad Dionysium Corinthi Episcopum, & alię septem, quę tamen Apollinaris esse probantur, a Leontio de sectis T. 9. Biblioth. SS. PP. & Euagrio [d] in qua epistola deceptus est Gennad. cap. 2. putans esse Iulij. d lib. 3. c. 31.

Liberius Papa.

POst dies 25. Vacationis sedis, subrogatur Liberius Romanus, octaua Maij: qui in epistola sua ad Constantium, (quæ extat apud Luciferum Calaritanum in fine, &

T.9.Bibl.S.S.P.P.) sic de seipso; *Testis autem est mihi Deus; testis est tota, cũ suis membris Ecclesia, me fidelem (seu fide) & me in Deum meum cuncta mundana, (ita vt Euangelica & Apostolica ratio præcepit) calcare, atque calcasse, non furore temerario, sed constituto atque obseruato iure Diuino: atque in alio ministerio Ecclesiasticus viuens, nihil per gloriæ cupiditatem, quod ad legem pertinebat, impleui, atque ad istud officium (testis est mihi Deus meus) inuitus accessi: in quo cupio quidem sine offensa Dei, quamdiu in sæculo fuero, permanere.* A

Oriẽtales Episcopi Ariani, audita Iulij morte, quem sibi aduersantem in omnibus semper vehementer experti erãt, & subrogationem Liberij, collectis suæ Communionis Episcopis, Concilium habent, ex quo datis ad eum litteris, Catholicæ ab eo vnitatis communionem exposcunt, & ijsdem Athanasium accusant. Verum eodem ferme tempore, redditę sunt eidem litteræ ex Synodo septuaginta quinque Aegyptiorũ Episcoporum, pro Athanasij defensione. Quibus ipse acceptis, ex vtraque parte epistolis, eisdemque recitatis, in Concilio tunc Romæ collecto, negatum est Arianis, quod à Liberio postulabant; ne tamen huiusmodi occasione, Constantio Imp. cuius voluntate cuncta ista fiebant, ansa daretur grassandi in Romanam Ecclesiam, decretum est vt legatio ad eum, de cogendo Concilio mitteretur, quę propter bellum, in sequentem annum est dilata. Ex epistola Liberij ad Cõstantiũ, ex qua vt ex multis alijs, cõuincitur imposturæ, epistola eiusdem Liberij nomine, ipso ferme suæ sedis ingressu, cõscripta, qua significat Athanasium a sua Communione, quod Romam vocatus venire noluisset, redditum alienum; in Hilar. fragm. lib. 1. B

Communio Arianis a Liberio negatur; & Legatio ad Cõstantium de Cõcilio mittitur.

Constantius Pannoniam ingressus, magnisque pollicitationibus ad se attracto Vetranione, dum ad eius milites concionem habet, efficit, vt ab ijsdem purpura exuatur, & de solio detractus priuatus viuere cogatur. Zosimus lib. 2. C

Extat rescriptum Constantij hoc anno, Syrmij, in Pãnonia datum, quo, Eunuchis, faciendi Testamenti facit potestatem, sed pro Collega Gallo irrepsit Constans. [a]

a l. 5. Qui test. fac. pos.

Christi Annus	Liberij Pap.	Constantij Imp.	Cõstantio Aug. 6.m & Gallo 2m. Coss.
353.	2.	17.	

Constantius Imp. apud Mursum Pannoniæ confligens cum Magnentio, vindictam exposcente numine, de innoxio Constantis sanguine, illum profligat & interficit, & Decentium Cæsarem ad laqueum adigit. Zosim. Vict. Eutrop. Marcellin. hist. lib. 11. D

In hoc primum bello, Christiani contra Christianos; Cruces contra Cruces in vexillis, & labaris, proh scelus, concurrere, sed quorum alterius partis Tyrannus Dux esset, alterius vero hæreticus Imperator, ut non alijs plane, quam his auspicibus, tantum decebat aggredi nefas.

Hoc primũ bellũ Christianorũ inter se.

Constantius, dum confligitur, longe ab acie in æde Martyrum cum Valente Mursonum Episcopo Ariano residens, euentum pugnæ expectat. at Valẽs, qui callide per suos disposuerat, moneri de pugnę euentu, primus victoriam nunciat, ab Angelo id sibi significatum mentiens. Credulus Imperator palam postea dicere est solitus, se Valentis meritis, non virtute exercitus vicisse. Ab hoc initio illecti Principis, extulere animos Ariani, potestate Regis vsuri, vbi auctoritate sua parum valuissent. Ex Seuer. libro 2. E

Vnde magis afficitur Cõstãt. Arianis.

Constantius ex hac victoria, qua Orientali, Occidentale adiecit Imperium in tantam venit arrogantiam vt (teste Ammiano lib. 15.) æternitatem meam, subscriberet, & Orbis totius se Dominum appellaret, & seipsum æternum nominaret, vt extat in pluribus eius Rescriptis; & Ariani illi adulantes, suum Cęsarem æternum appellarẽt, (Athanas. de Synodis) qui filium Dei æternum esse negarent. In eo plane illud verũ esse comprobatum est: Nihil esse infelicius felicitate peccantium (quod est apud Senecam de Prouidentia) si quidẽ ex hoc prospero rerũ successu putabat, & iactabat suam perfidiam, id est Arianam, Diuino calculo comprobatam, ex qua persuasione tenacis-

Prospera inflant Constãtium, vt se ęternũ vocet. Nihil infelicius felicitate peccantiũ

A fime illi deinceps inhæsit, omnique conatu promouit, quasi in eo, Deo magnum obsequium præstaret; etiam ad modum Gentilium, Catholicam Ecclesiam persequens, & affligens. cuius eius falsæ persuasionis occasione, Lucifer Calaritanus, librum ad eum scripsit de Apostaticis Regibus, qui cum impijssimi fuissent, magna tamen temporali felicitate potiti fuissent, *Vide*, Constanti, inquit, *tametsi contingat tibi in summa felicitate, in hac temporaria versari vita, tamen magis timere debes, quod Dei reserueris Iudicio, &c.*

Liber de Apostaticis Regibus Luciferi.

Liberius ex Concilio Romano, Legatos mittit, Vincentium Capuæ Episcopũ (qui idem in Concilio Nicæno, & Sardicensi legatus fuerat) & Marcellum æque in Campania Episcopum, qui Constantium de concepto furore placarent, quo edixerat, vt qui in damnationem Athanasij non subscriberent, in exilium pellerentur (vt est apud Seuerum) & apud eum agerent de cogendo Aquileiæ Concilio, Agebat tum Imperator B Arelatæ, apud quem plures Ariani Episcopi, & aliquot occidẽtales in eorum communionem, per Constantium pellecti, Saturninus Arelatensis Episcopus, & Fortunatianus Aquileiensis, magni tum nominis vir, qui pro Athanasio & fide Catholica cum aliis Orthodoxis senserat in Concilio Sardicensi.

Legatio Liberij ad Cõstantium.

Legati sedis Apostolicæ, instantibus Arianis, consentiunt subscribere in Athanasium, si tamen ijdem Arij hæresim condemnarent, quam cum se damnare non posse affirmarent, nihilominus Vincentius primarius Sedis Apostolicæ legatus, importunitate Arianorum, & Constantij victus imperio, turpi lapsu, subscribit in Athanasium, quod item post fecerunt, Fortunatianus Aquileiæ, & Herminus Thessalonicæ. Ex epistola Liberij ad Constantium, apud Luciferum, & Athanasij Apolog. ad Constantiũ.

Legati Sedis Apost. p̄uaricatores ĩ causa Athanas.

Lapsum Vincentij tanti viri, Sanctę sedis Apostolicæ Legati, deplorat Liberius, Epi C stola [a] ad Osium Cordub. & altera, ad Euseb. Vercellensem.

a Extat in Cod. Vat. nu. 2672. cuius est inscriptio Cõcordia canonum.

In Arelatensi illo Concilio, dum conflictantur inter se Ariani & Orthodoxi, Paulinus Episcopus Treuerensis, Maximino suffectus, agitur in exilium, Rodanius item, seu Rodianus Episcopus, necnon & Lucius Anneus Episcopus Moguntinus relegatur in Phrygiam, quem secundo anno sui exilij, fuisse Arianorum insidijs strangulatum, in locumque eius ab Orthodoxis Maximum esse subrogatum, Acta eiusdem Maximi sępe testantur, apud Sur. 18. Nouemb.

Plures Cath. epi ex Arelat. Cõc. pelluntur in exilium.

Hoc quidem tempore, cum expugnatus esset Magnẽtius, signum crucis maximum mirifice apparens, adeo, vt admirabili splendore, superaret lucem diei, visum est Hierosolymis, circa tertiam diei horam, cum esset dies festus, qui dicitur Pentecoste, pertingens a loco qui dicitur Caluarię, vsque ad montem Olíueti. Artemius Martyr, ut D est in eius Actis, apud Sur. 19. Octobr. Cyrill. Episcopus Hierosolym. post Maximũ, de ea apparitione epistolam scripsit ad Constantium, extat in fine eius Cathechesi Mystagog. Hieronymus in Chron. Socra. [b] Sozomen. [c] Celebris anniuersaria memoria est huius apparitionis apud Grecos in Menol. 7. Maij.

Prodigiũ visæ crucis in cœlo.

b 2. cap. 24.
c 4. c. 4.

Hoc porro prodigio videtur significatum, quod cum mundanus Imperator, bellum gesturus contra Ecclesiam, impietatis vexillum erexisset: Christum vexillum suum, quo impietatem debellauerat, sustulisse, & cœlitus ostendisse, quasi illud intonantem; Confidite ego vici mundum.

Constãtij Rescriptum; Aboleantur sacrificia nocturna, Magnentio auctore permissa, & nefaria deinceps licentia repellatur, &c. [d]

Aliud item de Clericorum immunitate. [e]

E Aliud eiusdẽ alia irritãs, alia probãs acta ab eo, & eius Magistratib. Mediolani. [f]

Aliud de non infligendis pœnis, corporibus debitorum. [g]

Constantiũ hoc anno in Gallijs egisse Arelatæ, auctor est Ammianus, lib. 14. ibiq; celebrasse Natalem diem suum, 6. Id. Octobr. quo ętatis suę annum trigesimum terminabat: quam quidem celebritatem, insontium idem tradit fuisse sanguine madidam, eorum scilicet, qui vel leuissima suspicione de amicitia cum Magnentio laborassent, uel alijs ex causis delatorum calumnijs obnoxij fuissent. Sed quod ad diem Natalem Constantij pertinet, cum Idibus August. celebrari solitum, ipsius ad Senatum Rescriptum datum declarat. [h]

d l. 5. de pag. & Sacr. C. Theod.
e l. 10. de Episc. & cle. C. Theod.
f l. 5. de infir. his q̄ sub Tyran. C. Theo.
g l. 7. de exac. C. Theo.
h l. 10. de præor. C. Theo.

Orientale fluctuat Imperium, Isauricis latronibus, longe lateque grassantibus: aliaque ex parte Sarracenis collimitios infestantibus, atque etiam Persis Mesopotamiam inuadentibus. Ammian. lib. 14. A

Gallus Cæsar affectans Imperium, in Magistratus complures, prætensis causis, immaniter furit. Idem Iudæos, qui interfectis per noctem militibus, arma ad rebellandum inuaserant, oppressit, cęsis multis hominum millibus, usque ad innoxiam ætatem, & Ciuitates eorum Diocæsaream, Tiberiadem, & Diospolim, plurimaque oppida igni tradidit. Hier. chron. Sozom.[a]

a l. 4. c. 6.

Christi Annus	*Liberij Pap.*	*Constantij Imp.*	*Constantio A. 7. & Gallo Cæsare 3.* *Coss.*
354.	3.	18.	

B

Liberius Cōcil. fieri īpetrat a Cōst. per Legatos.

Noua legatio a Liberio ad Constantium mittitur, Lucifero Calaritano Episcopo, Pancratio Rom. Ecclesiæ presbytero, & Hilario eiusdem Ecclesiæ Diacono, cum litteris ad Constantium destinatis; alij quoque ad Eusebium Vercellensem Episcopum, quibus negotium legatorum, de Concilio a Constantio impetrando commendabat. Is igitur Eusebius cum legatis vna profectus in Gallias ad Imperatorem, enixius agens, obtinuit vt Concilium celebraretur; quod sequenti anno Mediolani collectum est. qua re cognita, Liberius litteras ad Eusebium mittit, sui gaudij indices, & eius laudum plenas. Extant hæ litteræ ad Eusebium, in eius actis.

Constantius Consulatu suo septies, & Cæsaris tertium, egressus Arelate, Valentiam petijt, in Alemanorum Reges, qui in Gallias irruperant, arma moturus, sed pace ab eis, per Legatos petita, fœdus cum eis ferijt, & superatis alpibus, Mediolanum in Hiberna concessit. Ammianus lib. 14. C

Gallus, Constantio suspectus, in Istria circumuentus à Constantianis, Cæsareis ornamentis spoliatus, & ad priuatam vitam redactus, paulo post capite trūcatur, ætatis anno 29. cum quadriennio imperasset, & Constantina eius vxor, paulo ante fuisset febribus absumpta. Ammian. lib. 14. Perseuerasse vsque ad exitum pietatem excolere, Theodoretus[b] tradit, vtinam & fidei, mansuetudinem coniunxisset. S. Greg. Nazian. orat. 1. in Iulianum hæret. in vtrum reijciat culpam, in Gallum, an in Constantium licèt apertè non asserat vtrumque certè. deliquisse affirmat.

b l. 3. c. 3.

Plures alij quoque necati, & alij in exilium acti, quod ob amicitiam cum Gallo in suspicionem venissent (Ammianus lib. 15.) in quibus exilio relegatis, fuerunt Eudoxius & Ætius hęretici, vt habet Nicephorus.[c] qui & recenset Theophilum quēdam Arianum, cognominatum Indum, vt ipse ait, quem miserit Legatum ad Indos Cōstantius, de quo plura refert, ex Philostorgio hæretico, quæ antiquiores Græci historici Theodoret. Socr. & Sozom. vt falsa & omni fide carentia, sunt ita auersati, vt ne leuē quidem huius Theophili mentionem fecerint. D

c l. 9. c. 18. & 19.

Suidas quoque ex Thalassio, hæretico item, illique summa familiaritate coniuncto, de eo refert, feminam Iudæam in vitam reuocasse.

Porro de hoc Philostorgio, hæc Photius in sua Bibliotheca, Philostorg. librum scripsit de Religione, quasi historiam texens Ecclesiasticam, omnes Arianos extollens, & contumelia afficiens Catholicos, vt non sit historia, sed encomium Arianorum, &c. Vixit, ait, sub Theodosio iuniore, ad quod tempus posterioris libri historiam perduxit. Vide quam caute legenda, quæ ex lutoso hæreticorum fonte Nicephorus & Suidas, deriuant.

Athanasius quinque Episcopos cum suis tribus Presbyteris Legatos mittit ad Imperatorem in Occidentem, qui suam innocentiam apud eum tueātur. Sozom.[d] Quod vero addit paulo post, eum accipisse Imperatoris litteras, quæ eum ad aulam euocarēt, falsum esse plane perspicitur ex Athanasio Apolog. ad Constantium, qua semper excusat, se nec litteras, nec mandatum ab eo accepisse, & absq; eius Diplomatib. noluisse discedere Alexandria, quantumuis vrgentibus Arianis, qui cum tot diplomatibus [illegible] est.

d 4. c. 8.

A Iulianus Galli frater in suspicionem adductus conspirationis cum eo in Rom. Imp. ad Constantium perducitur, ibique reddita causa profectionis suæ ex Asia Athenas, doctrinarum scilicet causa, vt ipse aiebat (sed reuera addiscendæ Magiæ) suffragante Eusebia Imperatrice, imminens sibi periculum euadit, &, impetrata venia, Athenas regreditur (Ammian. lib. 15.) vbi Greg. Nazianz. cum eo versatus, ex eius aspectu, & moribus non vanus coniector extitit, eorum quæ postea secuta sunt. *Quale malum Romanorum terra nutrit*, prolocutus; præfatus, *Vtinam falsus sim vates*. ex Ora. Greg. 2. in eum. Prædictio Nazianz. de Iuliano.

Florentissimæ hoc tempore erant Athenarum scholæ, quarum causa Iulianus se eo proficisci vehementer cupere demonstrauit. Docuit enim ibi, Constantij temporibus, Anatolius clarus orator, eidemque Imperatori percarus, qui ipsum Romam euocatū, Præfectura Prætorij insigniuit; Proæresius item, qui ob dicendi facultatem, in Gal- B lias primum, deinde Romam ab ipso Constantio missus, ibidem ex S.C. statua donatus est, cum hac inscriptione: Regina rerum Roma, Regi eloquentiæ; quem fuisse Christianum aliqua est coniectura, cum tradat S. Hier. in Chro. lege lata a Iuliano, ne Christiani liberalium artium doctores essent; permissum illi docere, ipsum vero sponte Scholas deseruisse, quantumuis Eunapius eum sibi asserat. De Proæresio etiam Sozomen. meminit lib. 6. c. 17. Musonius quoque, quem idem Iulianus cessare iussit, denique Hemerius, & Libanius, quibus tradit Sozom. Greg. Nazianz. & Basilium, præceptoribus vsos esse. Athenarum celebritas sub Constantio.

Vigebant etiam tum in Oriente, in alijs quoque præclarioribus vrbibus, Gymnasia celebria, vt Cæsareæ Palestinæ, Alexandriæ, & Constantinopoli, sed cæteris omnibus eminebant Athenæ, accidereque solebat, vt qui in alijs vrbibus aliquandiu ver- C sati essent, tum demū Athenas, quasi penitus consummandi, se conferrent, quod fecisse scimus Gregorium & Basilium, quorum quasi cunabula, & progressus, & famam tū singularis amicitiæ, tum doctrinæ, describit Greg. orat. in laud. Basilij. Sed vt præstantes disciplinæ Athenis florebant, ita Dæmonum cultus, & magicæ artes vigebant, vt est apud Nazianz. in laudib. Basilij. Vterque autem Basil. & Greg. virginitatem coluerunt. Orat. in laud. Basil. Gymnasia in Oriente.

Discessit prior Athenis Basilius, cum Gregorius vix vt remaneret potuerit inuitus compelli, cum iam ageret annum ætatis trigesimum, coactus ab Atheniensibus publice oratoriam artem profiteri: sed nec diu post ipse se subducit, domū repetens; & Cōstantinopoli cum esset, accidit vt Alexandria rediret Cæsarius frater, philosophia & arte Medica apprime excultus, qui nec Senatoria oblata dignitate retineri potuit, quo D minus parentes reuiseret. Idem, Carm. de vita sua. Ex quibus redarguitur Rufinus, dū ait à Gregorio subductum Basilium è Doctoris Cathedra, manuque iniecta in Monasterium esse perductum. Rufin. fallit in Basilio.

Christi Annus	*Liberij Pap.*	*Constant. Imp.*	*Arbetione & Lolliano* Coss.
355.	4.	19.	

Concilium Mediolanense, (trecentorum amplius Episcoporum ex Occidente, paucorum ex Oriēte vt est apud Sozo.[a]) expetitum fuit a Liberio, vt cognita, ex conflatis in Athanasium calumnijs, Arianorum perfidia, tum à subscriptione in E ipsum, tum a communicatione cum Arianis, ac multo magis ab eorum hæresi, Occidentales omnes procul abhorrerent Episcopi: a Constantio vero eo consilio concessum, vt collectos in vnum, quos posset Catholicos Episcopos, ipse præsens ad subscribendum in Athanasium, adhibita vi quoque compelleret, quod & infelicissime præstitit. Conuenerant fere Catholici Episcopi, omnia quæ Ariani postularent, esse facturos, & in Athanasium subscripturos, modo illi Nicænæ fidei subscripsissent, quod diserte negarunt; qua re in populum vulgata, magna indignatio exorta est, cuius populi iudicium & impetum timentes Ariani, e Dominico in Palatium concilium transferunt, vbi omnia pro libidine agunt, Constantio ad omnes eorum nutus consentiente,

[a] 4. c. 8.

In Conc. Mediol. Epi adigūtur ad subscribendum in Athan. recusantes, exulare iubent.

& cooperante, accusatorem & Iudicem in Athanasium agente, & edicto publico eum condemnante. Ibi igitur adacti omnes ad subscribendum in Athanasium interminatione exilij. Qui subscribere recusarunt, Legati Sedis Apostolicæ Lucifer Calaritanus in Palæstinam relegatur, (qui mire constantiæ & præparati animi ad martyrium, contra Constantium Imp. scriptum librum, ad eum misit legendum) Pancratius Presbyter in exilium agitur; Hilarius Diaconus nudatus, cæditur, & in exilium eijcitur: Dionysius item Mediolanensis Episcopus, & Eusebius Vercellensis, recusantes subscribere in Athanasium; ne cum damnatione Athanasij, fidem quoque Nicænam damnare viderentur, relegati. hæc de Actis in Concilio Mediolan. breuiter ex Athanasio epist. ad solitar. & Hilario ad Constantium. A

a lib. 1. c. 20. b lib. 2. c 2. c. 29. d 4. c. 8.

De iisdem item rebus, agunt Rufinus,[a] Seuerus,[b] Socrat.[c] & Sozom.[d] in quibus singulis aliqua sunt quæ corrigantur. B

Emissi post hęc Notarij, & Palatini, per Prouincias, qui Episcopos in Ecclesijs suis commorantes in Athanasium subscribere cogerent, & cum suis populis Arianis communicare; alioqui vincula, contumelias, exilia, bonorum direptiones passuros. Atha. ep. ad Solitar. & Hilar. ad Constantium. *In locum eiectorum Episcoporum Ariani intruduntur. Athan. ad Solitar. Dissoluens (Constantius) Christi, & Apostolorum instituta, moresque Ecclesiæ inuertens, & ex locis peregrinis cum satellitio militari, Episcopos, ad populos inuitos submittit, qui pro mutua inuicem cum populo notitia, minas secũ deferunt, & diplomata ad Iudices. Ita enim Georgium Cappadocem Alexãdriam, ita Germinium e Cyzico, Sirmium; ita è Laodicea, Nicomediam, Cecropium misit; ita Auxentium delatorem potius quam Christianum è Cappadocia Mediolanum amandauit, vt expulso inde, ob suam in Christum pietatem Dionysio, viro religioso, eum ibi Episcopum constituat, hominem ne Romanæ quidem linguæ, sed tantummodo hæreseos peritum.* hic quantumuis Catholicum se simularet, paucos inuenit, qui secum communicarent, ex quo Ecclesia Mediolanensis varie est exagitata, ex Hilario contra Auxentium. C

Liberius cognitis insigniorum Episcoporum Occidentalium proscriptionibus, Encyclicis eos litteris celebrat, illis gratulatur, & rogat, vt se de singulis certiores faciãt. extant litteræ in Actis S. Eusebij.

Liberius PP. varie tentatur vt subscribat in Athanasium.

Ariani, nihil Sedem Apostolicam, & Metropolim Romanæ ditionis, Romam, reueriti, & secum cogitantes, si Liberium Romæ Episcopum, in nostram sententiam traxerimus, omnes breui superabimus, impellunt Constantium ad eum alliciendum & trahendum. Is igitur Eusebium Spadonem Præfectum cubiculi, ad eum mittit, cum donis & litteris, per has minas, per illa blandiens, vt Athanasium damnaret, & Arianis communicaret. D

Liberius respondit, id iure fieri nullo modo posse, nec debere, & dona reiecit. Quare cognita Constantius, scribit ad Leontium Præfectum Vrbi, vt vi aut dolo Liberiũ ad se mittat, rumore vulgato, ingens terror, & perturbatio Vrbem inuadit, & ægre populi metu, qui eius ardore flagrabat, cum magna difficultate, noctis medio potuit asportari. Mediolanum cum venisset, longo cum eo sermone habito (qui exceptus a Notarijs, per Dialogismum à Theodoreto[e] recitatur) Cõstantius nihil ab eo impetrat, infracto animo, & ingenti cum libertate, pro fide & pietate Liberio perorante, & exilium potius eligente, iussus igitur deportari vsque Beroecam Thraciæ. Constantius mittit illi in sumptus quingentos aureos, Eusebia Imperatrix totidem, quos omnes remisit, vt & alios ab Eusebio allatos, cum illa exprobratione. *Tu Ecclesias orbis terræ expilasti, & iam mihi, vt damnato & egenti affers eleemosynam? Abi primum, & Christianus ipse fias.* Athan. ad solit. Ammian. lib. 15. qui illis verbis designat auctoritatem Episcopi Romani, etiam apud hæreticos: *Illud*, inquit, (Constantius) *Athanasio semper infestus, licet sciret impletum* (exilium scilicet & abdicationem Athanasij) *tamen auctoritate qua potiuntur æternæ Vrbis Episcopi, firmari, desiderio nitebatur ardenti.* E

e li. 3. c. 16.

Liberius deportatur.

Diaconus Liberij illi sub

Felix Diaconus Liberij, ab Arianis in eius locum ordinatur Episcopus: Fidem ille quidem Nicænam integre seruans, sed cum Arianis communicans, ob quam causam popu-

A populus illi Romanus non communicauit. Athanas. ad Solitar. Hier. in Chron. Theodor. [a] Socrates [b] Sozomenus [c] Rufinus. [d]

Eiecto in Exilium Liberio Papa, furorem suum Ariani conuertunt in Osium Episcopum Cordubensem, gloria Confessionis iam ante sexaginta annos, illustrem, & tũ prope centenarium, qui a Constantio euocatus, Imperatorem magnis rationibus conterritum, de sentẽtia deduxit, atque ita in patriam suam atque Ecclesiam rediit; rursum eum aggreditur Constantius, instigantibus Episcopis Arianis, nunc blanditijs, nunc interminationibus, at ille infractus, inter omnes contumelias Epistolam scribit ad Constantium, plenam fidei, libertatis, & constantiæ, quæ extat apud Athanasium, epistola ad Solitarios; rursum eum ad se accersit Imperator, & cum ad subscriptionẽ in Athanasium impellere nequiret, pro exilio, integro anno illum detinet Sirmij.

rogatur in sede Rom. a 2.c.17. b 2.c.29. c 4.c.10. d 1.c.22. Osius Eps varie tentat.

B Constantius non contentus Catholicos Episcopos relegasse, & Arianos subrogasse, Arianis impellentibus ad Prouinciarum Rectores scribit, vt omnes Orthodoxos Clericos & Populos, quos sciebat Arianos exhorrescere, & penitus detestari, cum illis communicare compellant, quam impiam vim cognoscens S. Hilarius Pictauensis, haud ita pridem Episcopus factus, supplicem libellum ad Constantium Imp. dat hoc ipso anno.

Hilarius ciuis Pictauiensis, post Philosophos cognitos ac vanos deprehensos, diuinæ scripturæ libros perscrutatus, ex eis veri Dei cultum accepit, veritateque peruestigata & inuenta, ac perfecte cognita, se tandem in classem fidelium, per lauacri sacramentum, iam prouecta ætate, coniugatus, & vna filia auctus, coniecit; nec longo post tempore, defuncto Pictauiensis ciuitatis Episcopo, miro vniuersorum consensu, deligitur eius sedis Antistes. Hic igitur diuina ope ad fortia peragenda, forti animo roboratus, oculos in acerbissimam Ecclesiæ cladem conijciens, eius miseratus, auctorem omnium Constantium Imperatorem libello scripto conuenit, supplicans & obtestãs, vt fidem liberam esse uellet: Iudices a causis Ecclesiasticis abstinere iuberet, & Catholicos Episcopos ab exilio relaxaret. Cõstantius igitur, qui alios Orthodoxos exulare iusserat Episcopos, Hilarium perferendum hoc quidem anno sibi putauit, ne Gallias, ob inuasionem Barbarorum nutantes, quas sciret esse Catholicas, a se alienaret, & aliquid illi indulgendum censuit, rescribens ad Seuerum, ne Iudices sibi negocia Ecclesiastica vsurparent, neue causas cognoscerent Clericorum, quod ille petierat. [e]

De Hilario Pictauiensi.

C

Hilarius libello conuenit Const.

Ne laici causas cognoscãt clericorum, edicit Constantius. e L.12. de episc. & cler. C. Theod.

Imparem igitur sentiens se Constantius tantis motibus, Iulianum Cæsarem creat, Sorore Helena Virgine illi in Matrimonio collocata, & aduersus Barbaros immittit in Gallias. Ammian. lib. 15.

D Iulianus veniens in Gallias, ab omnibus ignoratus (ait Eunapius) quod Deorum cultui addictus esset, ad conciliandos sibi animos Catholicorum, quibus sciebat inuisum esse Constantium, non modo Christianus, sed & Catholicus videri voluit, & Hilarium ac ceteros Episcopos, pluribus officijs demereri studuit, quod de se affirmat Hilarius, in lib. ad Constantium, post exilium, scripto.

Iulianus Cæsar creatur.

Quot, quantaque mala Constantius in Ecclesiam Catholicam intulerit, ex ijs quę dicta sunt, de aliquibus Ecclesijs, colligi potest, trans mare quoque in Africam, transgressam esse in Catholicos persecutionem, Athanasij assertione, Apolog. 2. in fine compertum habetur, sed exciderunt de his omnia monumenta, vel, ob malorum multiplicitatem, & frequentiam, absque memoria præteriere.

E

Christi Annus	*Liberij Pap.*	*Const. Imp.*	*Constantio Aug. 8.m & Juliano Cæs.* *Coss.*
356.	5.	20.	

HVius anni exordio 8. kal. Febr. Constantius Imp. aduersus Haruspices, Magos, & alios Gentiliciæ superstitionis cultores rescribit ad pop. [f]

Idemque sequenti mense Feb. aduersus Idololatras eiusmodi promulgauit Edictũ: Pœna capitis subiugari præcipimus eos, quos operam Sacrificijs dare, vel colere simulacra constiterit. Dat. xj. kal. Mart. Mediolani, Constan. viij. & Iuliano Coss. [g] Has

f C. Theo. de Malef. & Mathem. Constantij leges. g L.6. de Pagan. C. The.

haud dubium veritus est ipse Iulianus Cæsar leges: nam de eo Ammian. lib. 16. sub hoc anno iisdemque Coss. testatur, quod noctu surgens, occulte supplicabat Mercurio. A

Porro sanctionem quoque hoc ipso anno idem Constantius edidit aduersus Apostatas. a

a C. Theod. l. 1. de Apost.

Militaris & plusquã barbarica irruptio in Ecclesiã Alex ad capiendũ Athanas.

Dux interim militiæ Syrianus, mandato Imperatoris Alexandriam veniens, cum populo Alexandrino, cum iureiurando pollicitus esset, se nihil moliturum, donec legationem mitterent ad Imperatorem, ex improuiso 5. kal. Febr. intempesta nocte, populo in Ecclesia cum Episcopo pernoctante in orationibus, cum pluribus quã quinque armatorum millibus cinctam irrupit Ecclesiã, ne quisquã elaberetur, quærẽdo ad necẽ vni Athanasio intentus, qui a Monachis & Clericis abstractus, per medios milites inoffense, Domino Duce & protectore, pertransiens, nihil ipsis sentientibus, elapsus, solitudinem petijt, milites porro tam nefandas & horrendas cædes Clericorum Virginum, laicorum fecerunt, vt omnem superent barbariem, quas & Populus Alexandrinus Catholicæ Ecclesiæ ad Constantium perscripsit, initio huius anni, post Consulatum Arbetionis & Lolliani, cum de nouis Consulibus nuncius nondum esset allatus, extat apud Athanas. ad Solitar. eadem narrat Athan. Apolog. ad Constantium, & de fuga sua. Interim Georgius Cappadox a Constantio in Athanasij locum designatus, adueniens, homo, qualem descripsit Gregor. Nazianz. in laudibus Athanasij, plane monstrum, ex omnibus vitiorum & dedecorum sordibus conflatum, aliam ingentem cladem intulit Ecclesiæ Alexandrinæ, de quo Athan. ad solit. & Lucifer lib. 1. pro Athan. B

Dirissima psecutio ĩ Athan. & oẽs catholicos.

Athanasius ex impiorum manibus elapsus in solitudinem, & sibi bene conscius, cogitans de adeundo Constantio, iamque iter ingrediens, fama percipit Liberium, Osium, & alios Orthodoxos Episcopos, cum Presbyteris & Diaconis, in Exilium exterminatos esse, & Vincentium Sedis Apostolicæ Legatum, & Fortunatianum Aquileiæ, & alios contumelijs & ui adactos ad subscribendum in sui damnationem, denuo alia atrox fama de Ægypto & Lybia illi ad aures allabitur, de Episcopis prope nonaginta pulsis, Ecclesijsque professoribus Arij traditis, sexdecim in Exilium actis, ceteris deinde aut fugatis, aut ad simulationem hæreseos coactis, summam illatam fuisse persecutionem. Cæptum nihilominus iter vrgens Athanasius, ecce tertia de nouo allabitur fama de Frumentio Episcopo Auxumis abducendo, seque vbicunque, etiam apud Barbaros, perquirendo & deportando, populisque & Clericis ad cõmunionem hæreseos cogendis, & non obtemperantibus interficiendis, quæ res non verbis tantum iactata, sed opere quoque completa fuit, hæc Athan. Apolog. ad Constantium, in qua & profert litteras Constantij, hoc anno ad Alexandrinos datas, cũ accepisset quæ Alexandriæ contigissent, quibus non probat tantum quæ gesta essent, sed & iisdem Athanasium plurimis prosequitur contumelijs; ac demum, vt Georgiũ Episcopum recipiant, adhortatur: & quas item dederat ad Magistratus aduersus Frumentium. C D

His auditis Athanasius in Eremum se refert, plane perspiciens se ad necem quæri, & deinceps in ea Apologia prosequitur, & exaggerat crudelitatem exercitã ab Arianis in sacras Virgines, eademque in epistola ad solitarios, enarrat inuasiones præterea armatorum in Ecclesiam, lapidationes, flagellationes, cædes, incendia, direptiones per ipsos Gentiles, ab Arianis immissos, sed & Diuinam vltionem refert in petulantem quendam, qui Thronum Episcopalem ignominia affecit; & dum conuellere nititur, fragmento ligni in ventrem ipsius resiliente, & quasi ab ipsa vltione impacto, intestina perfossus, viscera effudit; & in alterum quendam Ethnicum, qui cæcitate percussus, nihil videret, nec intelligeret vbi nam terrarum esset, & vix post diem ad mentem redierit, quibus conspectis, Ethnici quidem in metu erant, neque plura ausi sunt, Arianis absque vllo rubore magis, magisque induratis, & atrociora indies agitantibus. Episcopi igitur & Clerici Catholici vndique Ecclesijs pulsi, alij tormentis affecti, alij cæsi, alij ad metalla damnati, alij relegati, vt hæc persecutio longe immanior probetur, quam quæ a Gentilibus factæ fuerunt. In eiectorum porro Episcoporum lo- E

cum,

A cum, suffecti indignissimi, libidinosi, Ethnici, ne Catechismo quidem imbuti, modo aurum darent, nulla alterius rei ratione habita.

Athanasium verisimile est, Antonium adhuc superstitem, saltem inuisisse, si minus diutius apud eum manere licuit. Porro ad euitandos curiosissime eum indagantes Arianos, quasi canes uenaticos, occultiores latebras ipsum quæsisse oportuit, ubi usque ad Constantij obitum commoratus, haud ociosus transegit, ibi enim complura conscripsit, quæ ad roborandos in fide Catholicos, lapsos erigendos, Arianos exagitandos, magnopere conducerent. Tunc enim luculentam illam epistolam elucubrauit, ad omnes in Eremo solitariam uitam agentes, ut, quos singulos non posset, simul omnes nobili illa scriptione inuiseret, & de impijssimis Arianorum facinoribus in Ecclesiã B Alexandrinam, certiores faceret, ne ex eorum calumnijs quemquam illorum tentatio ulla pulsaret. quam quidem hoc ipso anno ab eo scriptam esse, ex eo facile potest intelligi, quod res gestas huius tantum præsentis anni oratione prosecutus, quæ post acciderunt, minime attigit. Epistola ad solitarios ab Athan. quando scripta.

Tunc etiam, cum durissimum accepisset nuncium de his quæ Deo dicatæ Virgines passæ essent, acerbissimos casus iugiter lacrymis prosecutus, eas consolaturus, litteras ad ipsas scripsit, quæ non extant, sed ex eis tantum breue fragmentum apud Theodoretum.[a] a lib. 2. c. 14.

Quod insuper accepisset, Arianos ignauiæ & socordiæ nomine fugam suam infamare penes populum non desinere, calumniantes scilicet, quod malæ causæ diffisus, solum uertisset, nec boni pastoris numeros explesset, animam suam pro ouibus ponendo, egregium illum commentarium elaborauit, Apologiam scilicet de fuga sua; quam etiam fugam S. Augustinus probauit, adducens eam in exemplum, epist. 180. ad Honoratum. Athan. Apolog. de fuga.

C Quod autem Ariani, & inprimis Constantius, dictis & scriptis plurimas & impudentissimas calumnias de eo spargere non cessarent, ut sua in ipsum atrocia facta, aliquo prętextu iustitiæ obuelarent, ad simpliciores decipiendos, Apologiam scripsit ad Constantium, qua singulas calumnias confutando recenset. Athan. Apolog. ad Constantium.

Eodem quoque latebrarum ipsius tempore, sed vltimo eius articulo, nempe post biennium, soluto iam Liberio ab exilij pœna, idem Athanasius prolixiorem pro se scripsit Apologiam, quam secundam vocant, eandemque cunctis communem. Athan. Apolog. 2. cõis.

Antequam autem Athanasius latebris illis abstrusioribus confoueretur, a magno illo Serapione Thmueos Episcopo, æque exule fidei causa, accepit litteras, quibus ro D gabatur scribere, quæ passus esset ab Arianis, deque Ariana hæresi & auctore Ario, ac denique de ipsius interitu, quo fine diem clausisset extremum, non tam sui causa, qui omnia satis perspecta haberet, quam aliorum titubantium fratrum in fide, vt rerum veritate percognita, confirmarentur. Sed, quod primo loco petebatur, ait se iam præstitisse in epistola illa ad Solitarios; tertium vero de Arij morte in responsione illa exequitur, sed magna cum modestia.

Episcopi illi, qui pro tuenda Athanasij innocentia, in Conciliabulo illo Mediolanensi fuerant in exilia deportati, quantumlibet inter hostes, non desiere eiusdem innocentiam prædicare; &, cum liceret, etiam litteris contestari, sed imprimis id egregie præstitit Lucifer Episcopus Calaritanus. Hic enim, cum exul ageret, pro Athanasio aduersus Constantium duos libros conscripsit, tertium contra eundem, de non cõmunicãdo cũ hæreticis; rursum quartũ, de Regibus Apostaticis, quos quidẽ certo ho E mini ad Constantium perferendos dedit. Quid autem illis acceptis Constantius fecerit, haud satis liquet, scimus tamen eum, hominem alioqui sæuissimum, interdum affectasse patientiam quandam Philosophicam, ex ijs quæ scribit Greg. Nazianz. carmine de iracundia. Ceterum aduersus reprehensorem suum expostulasse Constantium, illis lectis libris, ipse Lucifer illo commentario, quem postea in eum ingeminans scripsit, De non parcendo delinquentibus, demonstrat ipsius exordio, cum ait: Superatum te Imperator a Dei seruis, ex omni cum conspexisses parte, dixisti, passum te ac pati, contra monita scripturarum, contumeliam: Dicis nos insolentes extitisse circa te, quem honorari decuerit. *Si quisquam Dei cultorum pepercit Apostaticis, sint* Lucifer duos li. exul scribit cõtra Cõstantium. Tertium cõtra eundem de non communicando cum hæreticis. Quartum de Regibus Apostaticis. Quintum de non parcendo in Deum delinquentibus.

A

vera, quæ dicis de nobis, &c. porro grauioribus eum illo libro exagitat inuectiuis.

Sextum, moriẽdum pro filio Dei.

Rursum vero idem Lucifer, quod autumaret Constantium eiusque Ministros in necem suam conspiraturos, alium addidit commentarium, cuius est titulus & argumentum. Moriendum pro filio Dei: sed hunc postea scriptum esse constat, nempe, post Cõciliabulum Sirmianum & C.P^{num} in quo Eudoxius, cuius mentionem habet, suffectus est in locum Macedonij: in quo, quod meminit de recenti clade Alexandrina, diuersam esse satis indicat ab ea, quæ fuit ab Athanasio descripta.

Athan. petit libros Luciferi contra Constantiũ, & acceptos laudat, & admiratur.

Athanasius, his ad se perlatis, Eutychetem Diaconum suum cum litteris mittit ad Luciferum (extat apud Lucif. prope finem) in quibus præter alia. *Peruenit ad nos*, inquit, *scripsisse sanctitatem tuam Augusto Constantio, & magis, magisque miramur, quia in medio tanquam scorpionum, habitans, animi tamen libertate vteris, vt vel monendo, vel docendo, vel emendando, errantes ad lumen ueritatis adducas. Rogo igitur, rogant mecum etiam omnes Confessores, ut digneris nobis exemplum destinare, ut non tantum auditu, sed etiam ex litteris perspicere possint omnes, animæ tuæ uirtutem, fideique fiduciam & libertatem*, &c.

B

His Lucifer acceptis litteris, exemplar omnium scriptionum, quas ad Constantium dederat, libenter impertitus est, quas cum Athanasius, magna animi admiratione atque lætitia, perlegisset, alias ad eundem litteras misit, quibus, & quo statu res suę essent, reddidit certiorem; nempe de grassatione facta in sanctos Monachos, in odiũ Athanasij, quasi ipsum recepissent, & occultassent; deque fuga iterum ab ipso captata, & in occultioribus latebris, quæsito perfugio, in illis inter cetera; *Accepimus itaque epistolas & libros, religiosissimæ ac sapientissimæ animæ tuæ, in quibus perspeximus imaginem Apostolicam, fiduciam Propheticam, Magisterium veritatis, doctrinam veræ fidei, vitam cœlestem, Martyrij gloriam, triumphos aduersus hæresim Arianam, traditionem integram Patrum nostrorum, regulam rectam Ecclesiastici ordinis, ò vere Lucifer, qui iuxta nomen, lumen veritatis ferens, posuisti super Cãdelabrum, vt luceat omnibus.* hæc & alia plurima de laudibus eius: sed & illa: *Testis est autem Dominus, quia nec parentes, quos habeo, potui videre, ex quo persequuntur nos. Quid enim non faciunt Ariani? itinera obseruant, curas agunt de proficiscentibus, & exeuntibus de Ciuitate, naues quærunt, Eremos circumeunt, domos perturbant, concutiunt fratres, singulis negocijs concinnant. Sed Deo gratias, dum hæc agunt, tanto magis & plus execrantur ab omnibus, & cognoscuntur vere, (vt dicit sanctitas tua) mancipia esse Antichristi*, &c. Quæ latine scripta, Athanasius idem in Græcum sermonem conuertit, quo Oriẽtalibus omnibus communiores essent. testatur id quidem Marcellinus, in libello ad Theodosium, de Schismate Vrsicini.

Athanasij elogium de Lucifero.

C

Eosdem in Græcum sermonẽ uertit Athanas.

D

Cum autem constet Constantium & Arianos in tam multos alios, tam crudeliter sæuijsse, quod ipsi, tanta eos libertate ferientem & lacerantem, pepercerint, plane apparet eos illi gloriam Martyrij inuidisse, cuius se adeo cupidum esse, tot tantisque editis scriptis præseferebat, & Constantij expressam fuisse iussionem, ne idem Lucifer, quam auide cupiebat, dignaretur corona Martyrij. Nec tamen quiete agere est permissus in uno loco exilij, quarto, ad diuersa loca mutatus, vt auctor est Marcellinus, ex quo conciliari possunt, qui diuersorum eius exilij locorum meminerunt.

Abstrusæ Athanasij latebræ quæ.
a lib. 1. c. 18.
b 4. c. 9.

Abstrusæ porro illæ latebræ, in quibus nec fratres, nec libere aërem videre licebat, vt ipse ait, in epistola ad Luciferum posteriore, uerisimile est siccam illam cisternam fuisse, in qua, Rufinus [a] & Sozomenus [b] mentionem faciunt, eum per sex annos latuisse; nec potuit tamen nisi per quinquennium, vsque ad obitum Constantij; sed neque illud integrum, à tempore, quo e Monachorum contubernio, vitaturus exquisitissimas Arianorum indagationes, secessit, vt ipsemet affirmat.

E

c lib. 5. c. 6.
Quod de latebris apud Virginem habet Sozom. falsum.

Quod vero Sozomenus [c] addit de sex aliorũ annorum latebris, apud formosissimã Virginem, plane falsum est de annis; qui, præter annos latebrarum in Cisterna, nulli sunt, & improbabile de Virgine; & forte de commentis Arianorum haustum, ad infamandum sanctum uirum. quod uero Palladius in Lausiacis, se eam Virginem nouisse testatur, cum esset Septuagenaria, ita intepretarer, ipsum Athanasium eo fugæ inopinatæ improuiso impetu, cum Syrianus Ecclesiam, ad eum intercipiendum inua-

sisset,

A fiffet, qualescunque latebras sibi opportune tunc oblatas captantem, dictæ Virginis domum ingressum esse, sed mox inde (quod ipse testatur) recedentem, Eremum petijsse.

De ceteris propter Catholicam fidem exulibus, sic Seuerus: *Ceterum exules satis constat, totius orbis studijs celebratos, pecuniasque eis in sumptum affatim congestas, legationibus quoque eos Catholicæ plebis, ex omnibus fere Prouincijs frequentatos*. & de ijsdem Confessoribus S. Ambrosius ad Ecclesiam Vercell. ep. 72. *Errauerunt toto orbe, vt nihil habentes, & possidentes omnia. Quocunque missi essent, locus deliciarum putabatur, neque enim illis quidquam deerat, quibus fides locuples abundabat*, &c. Exules pro fide Episcopi, ubique celebrati.

Eusebius Vercellensis Episcopus Scythopolim Palæstinæ ablegatus, primum apud Iosephum Comitem, ex Iudæo, Christianum factum, & Comitatus honore a Constantino honestatum, hospitio exceptus, & magna cũ charitate tractatus est; ad cuius visitationem (Eusebij) ego & alij fratres (ait Epiphan. hæresi 30.) illuc profecti; etiam ipsi apud eum (Iosephum Comitem) diuertimus; post a Iosepho diuulsus, diræ custodiæ mancipatus est, sub Patrophilo veternoso hæretico, Arij quondam socio, & homine immanissimo. quæ autem & quanta passus sit sub eo, libellus ad eum missus, &, litteris ad suos Vercellenses adiunctus, indicat; porro in illis eius ad Vercellenses litteris, quæ extant, elucet ueri Pastoris erga suas oues affectus. alias eius ærumnas legere potes apud Ambros. ser. 69. qui creditur esse S. Maximi. sed in alia, ac alia loca amandatum, testes sunt Hiero. in script. Rufin.[a] Socrat.[b] Theodor.[c] Sozom.[d] Euseb. Vercellẽs. exiliũ. B

Inter alios illos Occidentis, Confessione claros Episcopos exules, duo ex ipsis promeriti sunt Coronam Martyrij, nempe S. Dionysius Mediolanensis, & S. Paulinus Episcopus Treuerensis. De Dionysio enim hæc habet S. Ambrosius.[e] *Denique & Dionysius exegit votis, ut in exilio uitam poneret, ne regressus confusa institutis & vsu infidelium studia plebis, aut Cleri inueniret; meruit hanc gratiam, vt pacem Domini tranquillo affectu secum referret, itaque vt Eusebius sanctus, prior leuauit vexillum confessionis, ita B. Dionysius in exilij locis, propiore Martyribus titulo, exhalauit.* Cum igitur Dionysius in Cappadocia, vnde Axentinus venerat, in grauiorem pœnam exulare iussus esset, ibi Arianorum ex more, exagitatus ærumnis, mortuus est, sed, quo anno, non constat. C

a lib. 2. c. 27. b 3. c. 4. c 3. c. 4. d 5. c. 11. Dionys. Mediol. Paulin. Treuerens. Mart. e ep. ad Vercell. 82.

Paulinus vero anno 23. Constantij Imp. Corona martyrij morte auctus, ponitur in Chronico a S. Hieronymo.

Hoc eodem anno agitur in Gallia Narbonensi, prope Arelatem, Byterris Concilium, ex quo, factione Saturnini Arelatensis Episcopi Ariani, S. Hilarius Pictauiensis Episcopus, quod resisteret Arianæ impietati, mittitur in exilium in Phrygiam. hoc quidẽ hoc anno contigisse colligitur ex Seuero, & ipsomet Hilario ad Constantium, apud quem: *Nec leuem*, inquit, *habeo querelæ meæ testem, Dominum meum religiosum Cæsarem tuum Iulianum, qui plus in exilio meo à malis, contumeliæ, quam ego iniuriæ, pertulit*; quem hoc anno in Gallias peruenisse constat, &, contra eundem Constantiũ; *Post sanctorum virorum* (inquit) *exilia, Paulini, Eusebij, Luciferi, Dionysij, quinto ab hinc anno, Saturnini & Vrsacij, ac Valentis communione me, cum Gallicanis episcopis separaui, indulta ceteris consortibus eorum resipiscendi facultate*, &c. quarto si quidem anno & vltimo sui exilij illa scripsit ad Constantium. D Byterrense Cõc. ex quo Hilari⁹ mittitur in exilium.

Causa cogendi Concilij illius fuit Arianis, quod cum eiectis in Exilium, ob fidem Catholicam, tanta fama celebribus Episcopis, non posset amplius persecutio Arianorum aduersus Ecclesiam Catholicam dissimulari; & Hilarius ac ceteri Gallicani Episcopi, mutuo consensu, Decreto edito, se a Communione Saturnini, Valentis, & Vrsacij, segregassent, & excommunicatione feriendos statuissent, qui non se quamprimum ab illorum communione separarent; Saturninus in primis & alij Ariani, videntes se Anathemati traditos, ab omnibus euitandos, egerunt fauore Constantij, vt Biterris, in Saturnini Diœcesi, Concilium cogeretur, quo Præsidum vi, Catholici Episcopi venire compellerentur. In quo S. Hilarius timens, ne ijdem Ariani, (vt aliàs sæpe fecerant) simulatione agerent, & mentito substantiæ nomine, simplicitatem plurimorum Orthodoxorum Episcoporum circumuenirent, libellum legendum obtulit, quo Aria- E

norum latebræ, & dolosæ eorum panderentur insidiæ, eosdemque esse hæreticos, cunctis perspicue demonstraretur; sed restiterunt complures, ne ingesta ab Hilario legerentur, quod ipse testatur contra Constantium. Exilium igitur illi a Saturnino procuratum est, circumuento Imperatore. *Rhodanium quoque Tolosanum Antistitem*; ait Seuerus, *qui natura lenior, non tam suis viribus, quam Hilarij societate, non cesserat, eadem conditio implicuit*. De vtriusque exilio Rufin. quoque meminit.[a] ceteris vt ait remanentibus, vel ignorantibus, vel non credentibus.

a lib. 1. c. 20.

Mirum vnde Hilario tanta eruditio Ecclesiastica tam repente.

Sed miraculum plane est, Hilarium ex coniugio ad Episcopatum assumptum, virum alioqui eruditum, controuersiarum tamen Ecclesiasticarum prorsus ignarum, adeo vt ipsum quoque præteriret Nicænum Concilium, notum omnibus, (quod incredibile videri posset, nisi ipsemet affirmaret in lib. de Synodis in fine) tantum de repente, cum opus fuit, extitisse Doctorem, & Antagonistam aduersus Arianos.

Matronæ Rom. reditũ impetrãt Liberio.

Hoc eodem anno, tertio kal. Maias, Constantius Imp. in Vrbem se contulit, Triumphum agens de Magnentio Tyranno extincto, quem describit Ammian. lib. 16. vbi à Nobilium & Magistratuum vxoribus exoratus, reditum Liberij ab exilio, indulget. ex Theodoreto.[b]

b 2. c. 17.

Idem Constantius A. Victoriæ simulacrum cum Ara, vnicum in Capitolio Idolum relictum, super rhedam impositum, & in vestibulo Capitolij collocatum, (vt ait Tacitus lib. 17.) quod à Constantini Patre Constantio cultum, à Constantino autem Christiano Principe non remotum, a Constante vero sublatum, restitutum per Magnentium, tolli rursum curauit. Symmach. in relat. ad Valentinianum A.

Cupiens Constantius Romæ, augustissima omnium sede, diutius morari, diuino iudicio non permittitur, ne contagio Arianorum, quos circum se habebat, vrbs contaminaretur; coactus trigesimo postquam ingressus est die, abire, ob auditas Barbarorum incursiones in plures Romani Imp. Prouincias.

Eudoxius, Germaniciæ Syriæ Vrbis Episcopus, ob id quod Gallo fauisset, relegatus, & post restitutus, Romæ dum esset cum Constantio, audita morte Leontij Episcopi Antiocheni, sub specie consulendi Ecclesiæ suæ, dimissione impetrata, per cubicularios Imperatoris, sua ipsius sede dimissa, per dolum in Episcopatum Antiochiæ subrepit, moliturque vt Aëtium denuo in Ecclesiam reducat, hominem supra Arium impium, de quo plura Epiph. hær. 76.

Martinus honestam petit missionẽ a bello.

Iuliano Cæsare aduersus Barbaros in Gallias effusos bellum gerente, & ad pacem adigente (Ammian. lib. 16.) S. Martinus qui iam Vigintiquatuor stipendia meruerat, honestam petijt missionem, de quo Seuerus vitæ S. Martini cap. 3. Quod autem idem Seuerus subdit de Martino; eum relicta militia conuenisse S. Hilarium Ecclesiæ Pictauiensis Episcopum, id contigisse oportuit, antequam Hilarius ab Arianis in exiliũ mitteretur.

Eusebia A. inuidet Iuliano successionem Imperij.

Eusebia Augusta, Constantij vxor, quæ Iulianum periculo subtraxerat, eadem ipsa, quod careret liberis, cæpit inuidere eius in Imperium successioni, & Helenæ sorori Constantij, Vxori Iuliani, quæsitum venenum bibere, per fraudem illexit, vt quotiescunque concepisset, immaturum abijceret partum: quæ & pridem in Galijs cum marem genuisset, infantem dolo perdidit. Ammian. lib. 16. At consilium Dei erat hoc, ne in Apostatæ a fide sobole propagaretur impietas.

Eusebia A. erudita & prudens, sed hæretica.

Eadem Eusebia erudita & prudens, supra muliebrem sexum, (vt de ea tradit Zosimus) sed hæretica, cuius consilio Constantius cũcta perageret, & cuius sententia omnes Magistratus aduersus fidem Catholicam mouerentur, fax & gladius Ecclesiæ, iure nominari potest.

Hoc item anno, mense Decembri, Constantius Imperator Rescripto, exemptos voluit Clericos a collatione lustrali, reliquos autem homines obligatos.[c]

c Immunit. cle. l. j. d̃ col. lustr. Cod. Theod.

A

Christi Annus	*Liberij Pap.*	*Constantij Imp.*	*Constantio 9.[m] & Iuliano 2.* Coss.
357.	6.	21.	

Concilium Sirmiense sub Constantio Imp. dum Sirmij ageret, (ante annos sex male positum a Socrate [a] & Sozomeno [b] ea occasione ab Arianis coactum, quod Catholicum nomen affectantes, id se consequi posse putarunt, si hæreticos de filio Dei, humiliter & abiecte nimis sentientes, impugnarent; ac propterea Ancyræ in Galatia, aduersus Aëtium decreuerunt Concilium Ancyranum, & aduersus Photinum, episcopum Sirmiensem, pariter negantem in filio Diuinam cum Patre substantiam, & omnimodam cum eo similitudinem, Sirmiense.

a lib. 2. c. 14. b lib. 4. c. 5. Catholicum nomen affectantes Ariani damnant hæreticos humiliter de Christo sentientes.

B Photinus igitur prædamnatus in Concilio Sardicensi. (vt vult Epiph. hær. 71.) nec sententiæ Concilij aquiescens, sed petens ab Imperatore iterum audiri, rursum damnatur in Sirmiensi. (Sozom. 4. cap. 5.) æqualis in eo Arianis, quod vtrique Dei filium creaturam esse dicerent, sed illi ante omnia, ille vero post omnia creatum diceret, nec ante Mariam extitisse. Lucifer, de non parcendo in Deum delinquenti.

Ariani Sirmij congregati, nouam fidei edunt formulam, qua quidem ab eisdem tunc scriptis Anathematismis 27. damnando Photini hæresim, videri volunt esse Catholici, nomen substantiæ inserentes; eam recitant Athanas. & Hilarius de Synodis.

Formulam nouam fidei edūt Ariani.

Sed inconstantes Ariani, mox destruentes, quod antea ædificarant, alteram edunt, in qua nomen Substantiæ abdicant, vt est Apud Athanas. de Synod. his verbis. C *Ceterum, quia multos commouet uox latine quidem dicta, substantia, Græce autem οὐσία, hoc est, ut diligentius cognoscatur, illud quod ὁμοούσιον. aut ὁμοιούσιον. dicitur: nullam earum uocum mentionem debere fieri, neque de ea id sermocinandum in Ecclesia censemus, quod de his nihil scriptum sit in sacris literis, & quod illa hominum intellectum & mentem transcendunt, & quod nemo possit Filij generationem enarrare*, &c. Huic subscripsisse Osium Socrates [c] & Sozomenus, plagis & tormentis adactum, confirmant. de qua re Athan. ad Solit. *Tantam uim intulit Seni* (Osio, Constantius) *quem Sirmij pro exilio detinebat, & eum ita arcte tenuit, ut afflictus attritusque malis, tandem ægreque cum Vrsacio & Valente communicaret, sed tamen ut contra Athanasium non subscriberet*, &c. & Apologia secunda in fine. *Etsi Osius minis Constantij conterritus, non videbatur Eusebianis contradicere: vis tamen illa, & Constantij Tyranni potestas, multæque contumeliæ, & interminationes, satis ostendunt, minime eum in nostri condemnationem consensisse; sed senij imbecillitate, imparem verberibus, ad tempus cessisse.* Seuerus item de eodem. *Osium quoque ab Hispania, in eandem perfidiam consensisse opinio fuit, quod eo mirum, atq. incredibile videtur, quia omni fere ætatis suæ tempore, constantissimus nostrarum partium, & Nicæna Synodus, illo auctore, confecta habebatur; nisi fatiscente æuo (etenim maior centenario fuit, ut S. Hilarius in epistolis refert) delirauerit.* De eiusdem Osij lapsu, alij plures scripserunt: qui quidem fuit supra omnium casus miserandus, siue Origenis, siue Tertulliani, siue quorumuis aliorum; cum is, per tot annos, tot tantisque publicis actionibus, in Oriente & Occidente spectatus fuisset, tot summis legationibus perfunctus, tot Conciliorum magna ex parte auctor extitisset; Eliberini, Arelatensis, Neocæsariensis, Alexandrini, & duorum magnorum atq. Oecumenicorum, Nicæni & Sardicensis, & aliorum, quorum memoria excidit: quem in suo Christiane fidei tyrocinio Constantinus Imperator adhærentem suo lateri habere voluisset monitorem, quem parentem dixisset, & filiali affectu coluisset. eum ipsum Osium, quem & Ariani Synodorum principem dicerent, & Nicæni Symboli formulam concepisse omnes scirent, hunc inquam in Conciliabulo Sirmiensi ignominiose prostratum, turpissimè factum esse eiusdem Nicænæ fidei proditorem, miserando, nec aliàs audito exemplo.

Alteram edunt qua uolunt abstineri omnino a nomine substantiæ.

Osius ui adigitur ad cōicandū Aria. c lib. 2. c. 22

D

Osij lapsus omnū maxime miserādus.

E

At Orientales Episcopi pertæsi Sirmianæ perfidiæ, Sirmio, in Asiam abeuntes, & Ancyræ Galatiæ conuenientes, restituto in Filio Dei, ablegato substantiæ nomine, &

quode-

Nouā fidei formulā edūt Ariani, qua filium patri p omnia similem fatentur, eā probat, illa altera abdicata, Constātius.

duodecim capitum, statutis fidei regulis, eas per Legatos Sirmium ad Constantium mittunt, qui eam comprobans (secunda illa abdicata) omnes ad subscriptionem, & filium per omnia patri similem confitendum, adigit. Sic igitur, quod adeo deformiter Osius, cum alijs delirasset, ab alijs continuo, nimirum a Semiarianis, quasi miraculo est emendatum, quos S. Hilarius ad suscipiendam vocem consubstantialitatis hortatus est (quod illis vnum ad Catholicæ Veritatis confessionem deesse videbatur) sine qua nomen quoque substantiæ videretur periclitari posse, habereque secum paratam fraudem ab ijs, qui in suum sensum, eius verbi significationem detorquerent. Hilar. & Athan. de Synodis. Epiphan. 73. A

Sed qualem finem sortitus sit idem Osius, modo dicendum. Miserabilem quidem illum describit, Isidorus Hispalensis, de viris Illustribus, cap. 1. cum dicit eum in sententia damnationis ferenda aduersus S. Gregorium Eliberitanum Episcopum Catholicum, & Arianis communicare renuentem, diuina vltione percussum, de sessu in terram elisum, atque illico expirasse. Sed præstat fidem potius habere Athanasio, res sui temporis scribenti, quam Marcellino Presbytero Schismatico Luciferiano, posterioris ætatis scriptore, qui post ducentos annos ab Osio scripsit, a quo ea Isidorum accepisse credibile est. Athan. igitur epistola ad Solitar. sic de Osio. *Verum ne ita quidem eam rem pro leui habuit*: (scilicet Osius communicationem cum Arianis) *moriturus enim, quasi in testamento suo, eorum vim protestatus est, & Arianam hæresim condemnauit, uetuitque eam a quoquam probari, aut recipi.* Idem præterea orat. 1. contra Arianos, trigesimo sexto anno a Concilio Nicæno scripta, cum recensens præclarissimos viros, de fide Catholica optime meritos, primo loco atque titulo honorifico ponēs Osium, plane declarat, eundem in Catholica communione esse defunctum, & in Apol. 2. *Vis tamen illa & Tyrannica Constantij potestas, multæque contumeliæ & interminationes, satis ostendunt, minime eum in nostri condemnationem, sed senij imbecillitate, imparem uerberibus, ad tempus cessisse.* B C

Osius uindicatur a calumnia, & Catholicum decessisse probatur.

Nec certe aliud S. Hilarius illis uerbis demonstrasse visus est, lib. de Synod. *Sed de eo* (nempe Osio) *nihil queror, qui idcirco est reseruatus, ne iudicio humano ignoraretur, qualis antea uixisset.*

Apud S. Augustinum quoque contra Parmen. cap. 4. mentio est de Osij innocentia; alterius quidem criminis, scilicet communicationis, cum traditoribus, obiectæ a Donatistis; sed manifestum est quod si tam enormis & Dei Iudicio infamis, atque dirus eius fuisset obitus, vt Marcellinus tradit, non tacituri fuissent Donatistæ, qui alia antiquiora per Parmenianum obijcerent. sed preter hec, falsa omnino esse illa de portētoso Osij obitu, probat Epistola Euseb. Vercell. ad Gregor. Eliberitanum in Hisp. Episcopum, que extat 2. lib. fragm. Hilarij, nuper editorum, que aperte significat, superuixisse eum etiam Concilio Ariminensi. D

Quando autem obierit, equidem, ex quo S. Athan. de eius obitu, & testata tunc ab eo Catholica fide, meminit, in epist. ad Solitar. scripta, haud diu post Ariminensem Synodum eum vixisse oportuit; siquidem illā, hec circa tempora scriptā esse apparet: qua quidem epistola, post eius obitum scripta, cum idem S. Athan. de ipso agens, ipsum sępe laudet, nequaquam tot tantisque eum prȩconijs exornasset, sed temperatius plane egisset, si ipse prodigiosa, & Diuinitus inflicta morte, diem clausisset extremū. E

De eo agens idem Isidorus, eum scripsisse tradit librum de laude Virginitatis pulchro (vt ait) & diserto eloquio exornatum.

Ad Osij dolendum casum, successit & casus Liberij.

Liberius subscribit in damnationē Athanasij, & sedē recuperat.

Liberius ipse Papa, post biennij exilium, nimia cupiditate recuperandȩ sedis, ærūnis & metu mortis inflexus, in Athanasij damnationem subscribit, cum Arianis communicat, & Sirmiensem primam fidei formulam, in qua expressum erat nomen substantiæ Filio cum patre communis; & tertiam in qua asserta erat omnimoda Filij cū Patre similitudo, (de quibus supra) comprobat, vt est apud Sozom. [a] vt excusari quidem non possit à grauissimo crimine iniquissimȩ damnationis Athanasij, & communionis cum hȩreticis, nec tamen iure dici possit hȩreticus, cum professiones illȩ fidei Catholicȩ essent, vt probant Hilarius de Synod. & Epiphan. hær. 73. Ex quibus

a lib. 4. c. 14.

planè

A planè intelligitur, non esse S. Hilarij anathemata illa in Liberium, quę in Epistola Liberij ad Orientales intexta leguntur in Hilar. fragmentis, *lib.* 1. p. 47. & 48. Quod enim S. Hieronym. de script. in Fortunatiano, & in Chron. habet Liberiū hęresi subscripsisse, id ita intelligendum est, quod cum subscripsisset in damnationem Athanasij, inuicti Catholicę fidei propugnatoris, & communicasset Arianis, visus est quodammodo hæresim approbasse; quod tamen non fecit. Legendæ sunt tres Liberij epistolæ, quę extant in Canonum Editione Cresconiana. Athanas. ad Solitar. Hilar. de Synod. & Sozom.[a] Obtenta Athan. damnatione a Liberio, Constantius, eum Romā ad sedem suam remittit. a lib. 4. c. 14.

Constantius & Iulianus 4. Id. Nou. Mediolani, ipsis, Constantio nonum, & Iuliano secundum Coss. rescribunt de Confirmatione priuilegiorum Clericorum, Romanæ Ecclesiæ. Priuilegia Cler. Roma. Ecclesiæ.

B Ijdem ex eodem loco. 8. Id. Decembr. rescribunt ad Felicem Romæ agentē Episcopum, de immunitate Clericorum.[b] quo probatur Liberium nondum Romā reuersum. De immuni. clericorum. b l. 14. de episc. & cler. C. Theod.

Qui filium Patri dissimilem in Syria cum Aëtio asserebant, quantumuis tertia fidei professione in Sirmiēsi Concilio damnati, & in primis Eudoxius inuasor Cathedræ Antiochenæ, epistola Osij abutebantur ad suum dogma stabiliendum, & nomen quoque Liberij ad idem procaciter vsurpabant, vt coactus fuerit Liberius interdicere Ecclesia omnibus, qui filium Patri non substantia, & omnibus rebus similem asseuerarent; aduersus quos & maxime aduersus Eudoxiū, acres & acerbas dat litteras Cōstantius ad Eccl. Antiochenam, quæ extant apud Sozomen.[c] c lib. 4. c. 12. & 13.

Iulianus Cęsar, quod huius anni exordio, sex Alemannorum Reges Gallias incursantes, bello vicisset, Augustus ab exercitu acclamatur. Ammian. lib. 16.

C Constantius ad Orfitum Vrbi Præfectum rescribit, aduersus gladiatorum munera exhibentes.[d] d l. 2. đ glad. C. Theod.

Hoc eodem anno ijsdem Coss. sub Præfectura eiusdem Orfiti, obeliscus omnium maximus Alexandria allatus, Constantij iussu, in circo maximo erigitur. Ammia. lib. 17. Quem in eodem circo fractum, iacentem, terra sepultum, Sixtus V. in Lateranum translatum, ac pene in integrum restitutum Crucis vexillo nobilitatum, Christi glorię consecrauit.

Ijsdem Coss. rescribit ad pop. aduersus Magos.[e] e l. 5. đ Mag. C. Theo.

D

Christi Annus	*Liberij Pap.*	*Constantij Imperat.*	*Datiano & Cereali Coss.*
358.	7.	22.	

Liberius Romam veniens, Ecclesię Romanę, litteris Concilii Sirmiensis commendatus, ob communicationem cum hęreticis, a quamplurimis non recipitur; & Felix, quem antea auersabatur, ob eandem cum hęreticis communionem, se ab eis segregans, & Catholicę professionis Vexillum erigens, vt legitimus Pontifex salutatur; ex quo magna perturbatio in Ecclesia Romana consecuta, & persecutio a Magistratibus excitata in eos, qui Liberio communicare recusarent, Clericis pluribus occisis, & martyrio coronatis. Sozom.[f] Liber de Rom. Pont. Martyrol. Rom. 24. Augusti. f lib. 4. c. 14

E De Felicis exitu plane diuersa scripta reperiuntur. Haud ita diu post mortuum ait Sozom. Liber de Rom. Pont. in Liberio; depositum ab Episcopatu habitasse ait in prędio suo, via Portuensi, atque ibi in pace quieuisse 4. Kalen. August. rursum in Felice, ipsum, ob damnationem Constantij, Corę in Latio, obtruncatione capitis, martyrio coronatum esse. Marcellinus porro Schismaticus scribit, Constantio superuixisse, & vsque ad Consulatum Valentiniani atque Valentis, annis videlicet octo post Liberij reuersionem fuisse superstitem. Sed quod de Martyrio legitur, prӕter Rom. Martyrolog. confirmatum fuit sub Pontificatu Greg. XIII. A. D. 1582. cum re in disceptationem adducta; quasi Diuino miraculo, in Diaconia SS. MM. Cosmæ & Damiani, effosum est corpus S. Felicis Papæ cum tabula lapidea, cum hac inscriptione: Corpus S. Felicis Papę & Martyris, qui damnauit Constantium. Liber de Rom. Pōt. Felix martyrio coronatur, ob damnatum Cōstantium.

sedisse

sedisse eum ait, annum tantum,& tres menses, totidemque dies, quod videtur probabilius, quàm quod alij scripserunt. A

Liberius abrupta cōmunione cū hæret. Ecclesiam Roma. colligit.

Liberius, mortuo Felice, abrupta omni communicatione, quam ignominiose quidem nimis inierat cum hęreticis, ut sedem suam recuperaret, & vexillo Catholicę fidei erecto, ab omnibus ut legitimus Ecclesiæ Romanę Pont. & agnitus & receptus, Ecclesiam discissam collegit, & sarsit, & Catholicam fidē magnifice prædicauit, quod planum deinceps suo loco fiet, ex Epistola Damasi ad Illyrij Episcopos, Siricij ad Himerium, ex professione fidei ipsiusmet Liberij ad Athanasium, (vt est in operibus Athan. post litteras ad Epictetum) ex Epipha. hęr. 75. Basil. epistola 74. Ambros. lib. 3. de Virgin.

Nicomediēse Conciliū impeditur terræmotib. a lib. 2. c. 31. b li. 4. c. 15.

Constantius absoluta Pseudosynodo Syrmiana, in qua triplici fidei professione edita, Ariani, non tam inter seipsos pace astricti sunt, quam maiori discordia diuisi, Cōcilium Nicomedię celebrandum, ad eos inter se conciliandos statuit: sed terręmotus ingens, quo urbs illa corruit, impedimento fuit, quominus fieret. Socrates [a] Sozomenus. [b] De quo terræmotu & Nicomediæ clade, Ammianus lib. 17. B

Arsaci⁹ Persa Monach⁹ nobilis.

Arsacius Persa, ex milite, qui Leones Imperatoris nutriebat, insignis Confessor, regnante Licinio factus, in Arcę Nicomediæ, intra murum, Monasticam exercens, diuinitus de ventura clade admonitus, nec creditus, cum eam prædiceret, mortem oppetijsse repertus est, post cladem pronus decumbens, sicut se, cum orare cępisset, extenderat, mori malens quam cladem illam aspicere. Sozom. lib. 4. c. 31. vbi plura de eius signis.

Terræmotu quoque impeditur Cōstantius, ne Cōcilio Nicææ, Arianorum Nicænam fidem obscuret. c lib. 2. c. 31.

Nicomedia exclusus, cogitat de Nicæa, sed inde quoque terræmotu, Diuino plane consilio, excluditur; ne vbi olim sancta Catholica fides propalata fuit, quæ & Nicæna dicta est, ibi sancientes hæresim, eam sub nomine Nicænæ fidei populis obtruderent. Theodor. 2. cap. 26. C

Actum quoque est de conueniendo Tarsi Ciliciæ, vt habet Socrat. [c] & Ancyræ Galatiæ, vt habet Hilarius de Synodis, denique suadentibus Episcopis hæresis fautoribus, conclusum est, & quidem magna fraude hæreticorum, vt Occidētis Episcopi Arimini, Orientis vero Seleuciæ Isauriæ conuenirent, quod facilius esse putabant, paucioribus, quam simul omnibus imponere. Athan. de Synod.

Arim. Cōci.

S. Hilarius cauens suis Gallicis Episcopis, ne conuenturi ex Decreto Principis ad Ariminense Concilium, a vafris Arianis deciperentur; studens item Semiarianos, qui se detestari præseferrent Arij nomen, & Diuinam in Filio substantiam vtcunque specietenus, confiterentur, nec tamen uocem Consubstantialitatis reciperent, de bono ad optimum adducere; commentarium scribit de Synodis, ac mira quadam prudentia editas ab illis, diuersis in locis fidei regulas, recitat, eas secundum potiorem sensum interpretans, & ostendens esse Catholicas, sed quod ob consubstantialitatis nomen, cum Catholica Ecclesia minime conuenirent, magna cautela protestationem præmittit, se internuncium esse, qui sic eas prodat, ut hæreticæ an Catholicæ sint piorum sententiæ subijciat. Hoc anno colligitur scriptum librum illum, tum ex alijs, tum ex eo quod ait triennium iam esse sui exilij. D

Hilari⁹, quo cōsilio librū scibit de Synod. & quādo.

S. Martinus uexatur ob fidem. d lib. 3. c. 13 e lib. 2.

S. Martinus, S. Hilarij discipulus, ob fidem Catholicam ab Arianis in Illyrio verberibus cæsus, demum in exilium actus, Mediolanum uenit, & agens in Monasterio, ab Auxentio Episcopo Ariano, dira passus & exturbatus, secedit in Gallinariam Insulam v sque ad annum sequentem Sozom. [d] Seuer. [e]

S. Antonij obitus.

Hoc eodem anno Sanctus ille toto orbe conspicuus Antonius Magnus, sexto kal. Febr. ex hac vita in cœlum migrat, cum iam quintum supra centesimum vixisset annum. Fidem Catholicam, detestationem Schismaticorum & hæreticorum, quasi Testamento suis commendat, his verbis: *Custodienda est pia fides in Christum, & Patrum religiosa traditio, quam ex scripturarum lectione, & crebro meæ paruitatis didicistis admonitu.* & post alia. *Schismaticorum quoque & hæreticorum uenena uitate, meumque circa eos odium consectamini, quia Christi sunt inimici: Scitis ipsi, quod nullus mihi, nec pacificus quidem sermo cum eis aliquando fuerit, propter eorum prauam uoluntatem, & pertinax contra Christum bellum.* Sed & Catholicæ fidei defensores, gloriosissimos E

Con-

A Confessores voluit in hunc modum suis exuuijs honorare. *Vestimentorum*, inquit, *meorum sit ista diuisio. Melotem & pallium tritum, cui superiaceo, Athanasio Episcopo date, quod mihi nouum ipse detulerat. Serapion Episcopus*, (hic est ille Thmueos Antistes, Confessione celebris, cuius sæpe mentio superius facta est) *aliam accipiat Melotē. Vos cilicinum habetote uestimentum & ualete uiscera mea; Antonius enim migrat, & iam non erit in præsenti sæculo uobiscum. Verba finierat, & osculantibus se Discipulis, extendens paululum pedes, mortem lætus aspexit; ita ut ex hilaritate uultus eius, Angelorum sanctorum, qui ad perferendam animam eius descenderant, præsentia nosceretur.*

Sepultus est Antonius incognito loco, vt ipse mandauerat, cauens, ne honore sanctorum coleretur, quibus imparem se esse agnoscebat. S. Hilarion cognito eius obitu, B licet longe absens, magno illuc labore se contulit, vt natalem eius diem in eodem, quo defunctus erat loco, præuijs nocturnis vigilijs, ex ritu Catholicæ Ecclesiæ celebraret. Multas scripsit Epistolas patria lingua, ex quibus septem in Græcum translatas fuisse, auctor est S. Hieronymus de Script. in Antonio. Vitam eius scriptam a S. Athanasio, cum S. Hieronymus, tum reliqui scriptores omnes affirmant, quam Euagr. Antiochen. Episcopus in latinum conuertit, quod ipsum a se quoque præstitum idem Hier. ait, epistola 101.

Incognito se loco mandat sepeliri Antonius. Hilarion celebrat Antonii exequias. Ant. epistolæ 7. Græce uersæ. Vitam Ant. scripsit Atha. Latine uerterunt Sophr. & Hier.

Constantius confecto Sarmatico bello, Sirmium reuertitur, Ammian. lib. 17.

Sarmaticum bellum.

Post Sarmaticum bellum feliciter gestum, Artemius Dux, Corpora SS. Andreæ Apostoli, & Lucæ Euangelistæ Constantinopolim, iussu Constantij transfert, & ob id Ægypti Prefectura donatur. Metaphr. in rebus gestis S. Artemij Martyris 28. Octobris.

Corp SS. Andr. & Lucæ C.P. transferuntur.

C Constantius odoratus, vt credibile est, occulta studia Magica Iuliani; sic aduersus Magos edicit, ad Taurum Præfectum Prætorio. *Etsi excepta tormentis sunt corpora, honoribus præditorum, præter illa uidelicet crimina, quæ legibus demonstrantur. Etsi omnes Magi in quacunque sint parte terrarum, humani generis inimici credendi sunt, tamen quoniam qui in Comitatu nostro sunt, ipsam pulsant propemodum Maiestatem; Si quis Magus, vel Magicis contaminibus assuetus, qui maleficus uulgi consuetudine nuncupatur, aut Haruspex, aut Ariolus, aut certe Augur, uel & Mathematicus, aut narrandis somnijs occultans artem aliquam diuinandi, aut certe horum aliquid simile exercens in comitatu meo, uel Cæsaris, fuerit deprehensus, præsidio dignitatis, cruciatus & tormenta non fugiat, si conuictus, proprium facinus detegentibus repugnauerit pernegando, sit equuleo deditus, ungulisque sulcantibus latera, perferat pœnas, proprio di-* D *gnas facinore.* Dat. 3. Non. Iul. Arimini. Datiano & Cereale. Coss. [a]

Const. sancit in Magos.

a l. 6. de Malef. & Mathema. C. Theo.

Christi Annus 359. *Liberij Pap.* 8. *Constantij Imp.* 23. *Eusebio & Hypatio Coss.*

CONstantius pro suo, non iure, sed iniuria, suadentibus Arianis, indicit Concilium; Arimini quidem Occidentalibus Episcopis; Seleuciæ autem Orientalibus, Athan. de Synod.

Annona singulis præberi ab Imperatore iussa, Aquitani, Galli, Britanni, renuentes accipere, suis sumptibus viuere malunt. Seuerus.

E

Ariminense Concilium.

ARimini conueniunt ambarum partium Episcopi, Occidentales quadringenti; in quibus Ariani non amplius octoginta, vt Seuerus, vel amplius quinquaginta, vt Athan. Secedentes Catholici ab Arianis, Ecclesiam obtinent, illi locum de industria vacantem, orationis loco, capiunt. Inter Catholicos eminuit legatio a Liberio Papa missa, cuius Vincentius Episcopus Capuanus tantummodo nominatus habetur,

Arim. Cōc.

Legatio Apostolica ad Cōci. Arimin.

qui

qui vna cum Liberio a communione Arianorum recedens, pro fide Catholica aduersus eos, in hoc Concilio, cum Collegis stetit intrepidus, vt post patebit. A

Cunctis in vnum coactis Episcopis, Lectæ litteræ Constantij Imp. Vt primum ambigua in fide ab Episcopis deciderentur: deinde de causis Episcoporum cognosceretur: a decem vtriusque partis, Acta ad eum referrentur. Sozom. 4. cap. 16.

Cum cœptum est agi de fide, Ariani postulant vt formulæ fidei, iam ante editæ antiquentur, & vna teneatur, quam dudum Sirmij latino sermone ediderant, & Imperator probarat, in qua callide suppressa de substantia mentio, filius Patri similis in omnibus dicebatur. Sozom. 4. cap. 16. Porro ipsa fidei Sirmianæ formula, extat apud Athan. de Synodis, sed falso, vt videtur, titulo; & apud Socr. 2. cap. 29. sed cognita a Catholicis eorum fraude, proponitur, vt cæteræ hæreses cum Ariana damnentur, reliquisque omnibus in id consentientibus, Vrsatius, Valens, Caius, Germinius & Auxetius reluctantur; quare cognita eorum improbitate, a Synodo damnantur, & Nicæna fides comprobatur; extat damnationis sententia apud Athanas. de Synodis, & apud Hilarium in fragm. nuper editis, lib. 2. pag. 45. 46. Atque hic finis legitimi Concil. Ariminensis. His peractis, Legatos decem decernit Synodus, ad Constantium cum Epistola Synodali, qua Acta exponunt, Veterem fidem, sartam tectam conseruari, & Episcopos in Ecclesias suas dimitti, nec subinde ab eis auocari petunt. Ariani totidem ex sua factione mittunt, qui Legatos Catholicorum præuertentes, leues Imperatoris aures falsis relationibus præoccupant; ex quo ille Catholicorum Legatos diu audire negligit, & reditum suum ab expeditione contra Barbaros, Adrianopoli eos operiri mãdat, quod & ad Synodum perscribit, litteris quæ extant apud Socr. 2. cap. 29. & Synodus repetitis litteris Imperatorem obsecrat & obtestatur, vt ante Hyemem sibi discedere liceat; quibus acceptis, Ariani Imperatorem impellunt, vt plurimos Episcopos, Nicæam Bythyniæ conuenire cogat, atque ibi partim circumueniendo, partim terrendo, formulam fidei, quæ & Nicæna dicatur, ad incautos decipiendos, conscribant, in qua omisso substantiæ & Consubstantialis nomine, hoc minus quam Sirmiana illa tertia habeat, vt filius Patri similis dicatur, cum in ea similis illi per omnia diceretur. Athanas. de Synod. Theodoret. [a] & Sozom. [b] B C

Ariani damnantur.

Ariminense Concilium quatenus legitimum.

a lib. 2. c. 19.
b lib. 3. c. 16 & 18.

Porro Legati illi ætate iuniores, & parum cauti, adacti sunt ad Arianorum perfidiam subscribendam, illisque communicandum, quos reuersos Synodus in communionem recipere suam recusauit. Gesta, vbi præuaricati sunt Episcopi Legati a fide vera, extant apud Hilarium in fragmentis. c

Præuaricatores Legatos, Synodus Arimin. damnat

c li. 2. pa. 36 37.

Horum exemplo, & Imperatoris mandato ad Taurum Præfectum Prætorio, vt omnes ad subscriptionem induceret, & obstinatius renuentes, dummodo is numerus intra quindecim esset, in exilium pellerentur, & tedio longioris peregrinationis & imbecillitate ingenij, reliqui paulatim inclinare cæperũt, ac denique cateruatim in partẽ aduersariorum transire, donec ad viginti vsque numerus nostrorum imminutus est. Constantissimi inter eos erant Fæbadius Agennensis, & Seruatio Tungrorum Episcopus, qui & ipsi proposita conditione, vt quæ addenda putarent illi formulæ, adderent, ea se probaturos, euicti, cesserunt. Deinde conceptæ a Fægadio & Seruatione professiones edi cæpere, in quibus primum damnatur Arius, totaque eius perfidia, Ceterum non etiam Patri æqualis, & sine initio, sine tempore, Dei Filius pronunciatur. Tum Valens, tanquam nostros adiuuans, subiecit sententiam, cui inerat occultus dolus, Filium Dei non esse creaturam, sicut ceteras creaturas: intelligens, non vt Catholici, Christum non esse vllo modo Creaturam; sed contra, esse quidem creaturam, sed non similem alijs creaturis, vt Ariani profitebantur, quæ fraus sero animaduersa a Catholicis, iactata mox est ab Arianis, quasi suam victoriam aduersus Catholicos canentibus. hæc plenius apud Seuerum, & apud Hieron. dial. contra Luciferianos, vbi & illud habetur. *Ingemuit totus orbis, & Arianum se esse miratus est.* non quidem quod se inuitum & nolentem Arianam hæresim, quam in Synodo damnarat, amplexum crederet, sed quod in noua fidei Regula Consubstantialitatis, & substantiæ nomine prætermisso (quod statutum fuerat, firmissimũm munimentum aduersus Arianos) visus esset quodammodo Arianis fauere. Sed omnino Ariminense Concilium, vt Catholicum, D E

Ariminẽses PP. subscribũt perfidiæ Arianorum, decepti.

Arimin. Cõcil. Catholicũ dicendũ.

A cum, debet ab omnibus probari, in quo fidei Sirmiana professio, omnium sententijs fuit explosa, & Nicæna confessio stabilita, & Ariani omnium sententia condemnati. quibus absolutis, quorum causa vocati essent, Concilium pariter perfectum est, atque hactenus probatur ab Athanasio de Synodis, & ad Africanos, & a S. Ambrosio epistola 32. ad Valentinianum Imp. Quæ vero post multos interlapsos menses, illata vi Legatis, ab Episcopis Arimini, lato quasi carcere inclusis, & Arianorum fraude deceptis, acta sunt, a legitimo Ariminensi Concilio, a Patribus iure fuere discreta, atq; reputata nomine Concilij indigna, vt ab Athanasio ad Africanos, & ab Ambrosio, qui ait, merito se illud exhorrere. Exemplum fidei epistola ad Constantium Imperatorem missa a perfidis Episcopis, extat apud fragm. Hilarij, lib. 2. 36. 37. in qua extant illa impia verba. *Iam Vsiæ & Omousij nomina recedant, quæ in Diuinis scripturis de Deo* Ariani damnant οὐσίαν & ὁμοούσιον.
B *& Dei filio non inueniuntur scripta.* Sed in tanto lapsu & deceptione, ferme omnibus Episcopis in prædictum modum captiuis abductis, ipse Romanus Pontifex Liberius, se a nouæ fidei subscriptione subtraxit. Testatur id S. Damasus Papa, litteris, quas vna cum alijs sanctis Episcopis ad Illyrici Episcopos dedit, in quibus, inter alia, hæc leguntur apud Theodoretum.[a] *Numerus Episcoporum, qui erant Arimini in unum congregati præiudicij vim habere non debet, præsertim cum formula illa composita sit, neque Episcopo Romano, cuius sententia præ cæteris omnibus expectanda erat; neque Vincentio, qui tot annis Episcopatum integre gesserat, neque alijs eisdem consentientibus; cumque etiam (quod est omnium maximum) illi ipsi ut antea diximus, qui in fraudem illecti a ueritate deflexisse visi sunt, & post ad meliorem mentem denuo traducti, plane testentur, hanc formulam sibi magnopere displicere.* hæc S. Damasus consentanea ijs, a lib. 2. c. 13.
C quæ S. Hier. scribit in Dial. aduersus Luciferianos, *Alij igitur*, inquit, *intra suam communionem remansere, alij ad eos Confessores, qui sub nomine Athanasij exulabant, cæperunt litteras mittere; nonnulli initam societatem, meliorum desperatione, planxerunt; pauci uero (ut se natura hominum habet) errorem pro consilio defensauere, periclitabatur nauicula Apostolorum*, &c. In fragmentis Hilarij de Synodo Arimin. mentio est de Liberio, damnato in Conciliabulo Arimin. quod manifestum est argumentum, illum ab exilio solutum, ab eorum Communione penitus recessisse.

Perpauci Orthodoxi Episcopi, post naufragium quod passa est fides Catholica in Arimin. conuentu; vt seorsum ab Arianis sacra facerent, Vicum petierunt inter Ariminum atque Pisaurum, quo pergentes se ire ad Catholicam, vsitato vetere loquendi modo dicerent, inde factum est, vt semper retinuerit nomen locus ille, vt Catholica diceretur (vt ex perpetua quadam traditione constat) ceterum haud diu id facere concessum fuit, persecutione sæuiente. Valens accepta ab Imperatore potestate eijciendi, qui Concilio Ariminensi subscribere recusarent. Liberium vrbe exturbat, vt est apud Sozomenum b & in Actis Liberij. in quo turpiter labuntur Socrates, & Rufinus, dum hanc expulsionem cum exilio a Constantio, post Mediolanense Concilium inflicto confundunt. Gaudentius Ariminensis Episcopus qui ingruente impietate, ad tempus excesserat, Synodo iam posteriore absoluta, ad suam Ecclesiam rediens, quæ gesta essent ab Arianis damnat; quam ob causam a Marciani Præsidis militibus fustibus & lapidibus appetitus, martyr gloriosus efficitur. Acta eius. Ceteri quoque Episcopi, qui iustis de causis ad Synodum non venissent, diuersis in locis a Valente ad hoc misso Legato, ad subscribendum Ariminensi impietati, solicitati sunt; renuentes vero, tum exilio, tum etiam alijs pœnis multati. Inter quos Maximus, Episcopus Neapolis in Campania, durum exilium subire coactus, in Zosimum sibi ab Arianis suffectum Anathema intorsit, Deo id miraculo comprobante; nam, (vt Marcellinus auctor est de Schismate Vrsicini & Damasi) illi quoties Basilicam ingrederetur, & sacra obire inchoaret, lingua extra os ita protendebatur, vt retrahere non posset, nisi Basilica egressus, cessit itaque ob eam causam Episcopatui, vt sibi linguæ officium integre redderetur, non tamen deserens impietatem. Subdit idem Marcellinus, de sæuitia Epicteti Episcopi Centumcellensis, Arianorum antesignani, in Ruffinum Episcopum miræ simplicitatis, & summæ constantiæ, quem ante suam rhedam tam diu currere coegit, quousque ruptis præcordijs, fuso sanguine expirauit. Sciunt hoc inquit,

Catholica, Vicus unde dictus.

D Liberius 2. Vrbe expellitur.

b lib. 4. c. 18.

Gaudentius Arimin. Eps damnatis Arianis martyr efficitur.

E Maximus Eps Neapolis ob fidem eijcitur episcopatu.

Miraculum in intruso Episcopo excõicato.

Diuinæ ultiones in fidei proditores.

Nea-

Neapolitani in Campania, vbi reliquiæ cruoris eius in obsessis corporibus Dæmonia
affligunt. Idem de Potamone adiungit (quem Potamium S. Hilarius nominat) quod A
cum iam à fide Catholica defecisset, & prædio, ob egregiam impietatem, a fisco dona
tus esset, dum ad ipsum prædium inuisendum ire festinat, diuinam nox vltionem in
via, obitu repentino præuentus, excepit. Addit quoque de Florentio Episcopo, quod
licet minime subscripsisset, tamen quia Arianis communicasset, cum in Conuentu
plebis in suo throno sederet, repente in terram elisus est, ac palpitans foras sublatus;
& cum vires resumpsisset, in thronum regressus, eadem quoque passus est: & rursus
foras ductus, at tertio denique idipsum obstinate pertentans, tertio elisus, ora distor-
quens, misere animam exhalauit. Pugnauit pro defensione Nicænæ fidei signis atque
prodigijs Deus, cum eius prædicatores Episcopi, eandem condemnassent Silentio.
a lib.2.c.11. — Miserum huius temporis Ecclesiæ statum Ruffinus his verbis repræsentat. a *Ea*
tempestate facies Ecclesiæ fœda admodum ac turpis erat: non enim sicut prius ab exter B
nis, sed a proprijs vastabatur; fugabat alius, alius fugabatur, & vterque de Ecclesia
erat. Ara nusquam, nec immolatio, nec libamina; præuaricatio tamen, & lapsus erat, ac
ruina multorum, similis pœna, sed impar victoria. Similiter concionabantur, sed non si-
militer glorificabantur, quia dolebat Ecclesia etiam illius casum, qui impellebat ad la-
psum.

Seleuciensis & C.P^na. Pseudo Synodus.

HOc eodem tempore, quo Arimini in Occidente, Seleuciæ Isauriæ in Oriente,
celebrabatur Synodus, in qua circiter centum sexaginta Episcopi conuene- C
runt, partim Acaciani, id est Aetianorum consortes; Christum omnis cum patre sub-
stantiæ expertem, impie tradentes; partim Semiariani diuinæ cum Patre substantiæ,
suo quodam sensu, assertores. ad quam Diuino plane consilio euocatus est quoque S.
Hilarius Pictauiensis Episcopus, iam quartum annum in Phrygia in Exilio agens. In
ea Synodo per quatuor dies omnia acta, per summam contentionem, & discidium, no
uis fidei formulis prolatis, in quas non conuenirent. Acaciani damnati, Constantino
polim conuolant, quo iam redierat Constantius; de quorum sententia indicit Syno-
dum Constantinopoli, ex proxima Prouincia, ad quam conueniunt Episcopi quinqua
ginta, in qua ex eorundem Acacianorum sententia noua fidei formula scribitur, quā D
Nona Arianorum fidei professio. — Nonam numerat Socrates, earum, quæ post Nicænum Concilium, ab Arianis sunt, di
uersis temporibus in hanc diem conscriptæ, ad quam illud impietatis additum, vt si-
cut aliàs nomen substantiæ aboleuerant, ita modo nomen subsistentiæ; eamque trans-
miserunt ad eos, qui Arimini conuenerant, coegeruntque homines istarum Prouin-
ciarum, (verba sunt Athanasij de Synodis) subscribere, exactis per Constantium in
Exilium, quicunque auderet contradicere.

Altercationes Acacianorum cum Semiarianis, coram Constantio deinceps con-
sequutæ. Acaciani iram Imperatoris veriti, Aetium suæ ipsorum professionis
auctorem damnant; Semiarianos recusantes negare similitudinem substantiæ Filij
cum Patre, damnant & deponunt ijdem Acaciani, & alios plurimos, varijs de
Cyrill' Hierosol. abdicat. ob fidem Nicænam. — causis, alijs in eorum locum substitutis, in quibus Cyrillus, Episcopus Hieroso- E
lymitanus abdicatur, quod Patri filium consubstantialem assereret, magna quidem
sua cum laude, quod fidei regulam inter tot fluctus solide retineret, quam Patres
Duplex fidei professio diuersa subscribenda indicitur. — Nicæç in concilio Ecclesiæ tradidissent. Dum hæc Constantinopoli geruntur, ex-
tremo huius anni tempore, perfertur professio fidei in Ariminensi Synodo nouissi-
me scripta, ad perpetuam vim & auctoritatem obtinendam, ab ipso Imperatore con-
firmāda, quod & præstitit, rationem ducens multitudinis Episcoporum, qui Arimini
cōuenerat, quam & ab Episcopis Seleuciensis Synodi subscribi voluit. Itaq; duplici
fidei ijdem Episcopi subscripserunt, cum tamē inter se diuersæ essent, quarum alterā.
in Oriente, in Occidente alteram, (quod plane ridiculum est) voluit obseruari. Hæc
latius apud Soc. b 2. ca. Sozom. c & Theodoretū d meminerunt. Basilius lib. 1. aduer-

b lib.2.c.31.32.33.34
c l.4.c.22. & 23.
d l.2. c.27.

ius

A sus Eunomium, & epistola 81. Lucifer libro, moriendum esse pro Filio Dei. Greg. Nazianz. in laud. Athan. vbi deplorat miserabilem Ecclesiæ cladem, & Gregorij Patris lapsum, cũ fere omnes Episcopi, alij citius, alij tardius in fraudem sunt inducti, vt Occidẽtales Ariminensi illi formulæ, ita Orientales C.P.[næ] subscriberent non quidem hæresim approbãtes, sed dum subscribunt similitudini, tacendo, quam intelligebant, consubstantialitatem, prodere videbantur.

Obseruãdum est apud Gregorium, in lapsu Episcoporum, firmitatem in fide Monachorum, qui se propterea ab Episcopis segregarunt. Labentibus Epis Monachi stant in fide.

Frequentiam hanc Synodorum, ad immutandas fidei regulas, Cõstantio vitio vertit etiam Ammianus Gentilis scriptor, & Christianis alioqui infensus, his verbis: lib. 21. *Christianam Religionem, absolutam & simplicem, anili superstitione confundens: in qua scrutanda perplexus, quanquam componendi gratia, excitauit dissidia plurima, quæ progressa, fusius aluit concertatio verborum, ut cateruis Antistitum, iumentis publicis, ultro citroq; discurrentibus, per Synodos, quas appellant, dum ritum omnem ad suum conatur trahere arbitrium, rei uehiculariæ succideret neruos.* B

In Idolatras sacrificantes, Maleficos, & superstitiosos inquirit hoc anno Constantius. Ammian. lib. 19. prope finem.

Hoc anno 23. Constantij Imp. S. Paulinus Treuerensis Episcopus, quinto sui exilij anno, apud Phrygiam, vita functus, de fidei percipit confessione coronam. Hieronym. in Chro. Martyrolog. Prid. Kald. Sept. S. Paulin. Treuer. Eps martyr.

Rodanius quoque Tolosanus Episcopus, & una cum Hilario exul, moritur. Seuer. lib. 2. Constantius Imperator ad hanc diem in summa felicitate, summa Dei patientia agere permissus, totus iam Acacianis deditus, & omni substantiæ similitudine in Filio cum Patre abnegata, & silentio damnata Fide Nicæna, deinceps omnibus retro labentibus, vsque ad obitum infelicissimus habetur. Item alij. C

Male pugnatur aduersus Persas, Romanorum primis propugnaculis à Rege Persarum Ruma & Brosã confestim captis. Vbi (inquit Ammianus lib. 18.) inuentas virgines Christiano ritu, cultui Diuino sacratas, custodiri intactas & religioni seruire solito more, nullo vetante, præcepit. Persæ Virgines intactas relinquunt.

Rursum profligatis Romanis, Amida, fortissimum propugnaculum expugnatur: Cum Romanorum Dux esset in Mesopotamia Sabinianus, ad bellicas functiones, ut ait Ammianus, minus idoneus, qui si ille est, quem vocat in Malchi vita S. Hieronym. Sabinum, conijcere possumus, perelegãtem illam historiam, qua mira Dei prouidentia, tum puniendo, tum miserando, declaratur, hoc anno contigisse. Malchi a Hier. scripti historia.

D

Christi Annus	Liberij Pap.	Constantij Imp.	Constant. A. 10.[m] & Iuliano Cæs. 3.[m] Coss.
360.	9.	24.	

IMpia Decreta pseudo Synodi C. P.[næ] indicta contra dicentibus pœna exilij, per omnes Rom. Imp. Prouincias promulgantur. De qua clade Ecclesiarum Sozomenus.[a] Sic breuissime: Perdifficile esset, omnes Episcopos & Sacerdotes, qui tum à suis Ciuitatibus pulsi erant, enumerare, nulla enim gens Romano subiecta Imperio, ab hac calamitate credo, vacua liberaque fuit. [a] lib. 4. c. 26.

Sed illud plane accidit admirandum, & non nisi à præpotenti Dei manu confectũ, vt inter tot Ecclesiarũ naufragia, proscriptiones, & exilia Episcoporũ, vnus S. Hilarius, qui exulabat, huius anni exordio, his ijsdẽ increbescentibus turbis, fuerit ab exilio relaxatus, & in Gallias liber abire permissus, cum alioqui aduersus Acacianos, quibus valuit viribus obniti conatus sit, & ipsum Imperatorem, grauissimis orationibus sæpe perstrinxerit. Is igitur è Seleucia Legatos sequutus, nullis certis de se mandatis, operiens Imperatoris voluntatem, si forsitan in Exilium redire iuberetur, vbi extremum fidei periculum animaduertit, Occidentalibus deceptis, Orientales per scelus uinci, tribus libellis publice datis, audientiam Regis poposcit, vt de fide coram aduersarijs disceptaret; id vero Ariani maximopere abnuere, postremo quasi discor- E

S. Hilarius permittitur redire in Gallias ab exilio.

diæ seminarium, & perturbator Orientis redire ad Gallias iubetur, absq; exilij indulgentia. ex Seuero. Tres illi libelli, supplices erant, & diuersi ab illis, quos pro defensione fidei ad Cõstantium dedit, vel aduersus ipsum scripsit. Cum enim disputationem non impetrasset, duobus libellis, de tribus qui extant, fusius sibi apud eum pro fide agendum putauit. Primus ille censendus est, cuius initium. *Benignifica natura tua*, &c. mox, post exilium Italorum Episcoporum Eusebij Vercellensis, & Collegarum scriptis. Secundus vero ille libellus est, seu potius oratio, quam ipse coram Constantio, hoc anno Constantinopoli, habuit, quæ sic incipit: *Non sum nescius Imperator*, &c. quam habuisse videtur, cum adhuc speraret a Constantio se publice audiendum, nam post multa sic habet: *Loquuturus sum tecũ cũ honore Regni, & fidei tuæ, omnia ad Orientis, & Occidentis pacem profutura, sub publica conscientia, sub Synodo dissentiente, sub lite famosa, præmitto interim pignus futuri apud te sermonis mei*, &c. Studet subinde illum reuocare ad antiquam fidem. Tertius demum ille est, quem post præcedentẽ, hoc pariter anno dedit Imperatori, falso inscriptus, post Constantij obitũ, ex verbis S. Hieronymi in Chron. de quodã libello scripto post mortẽ Cõstantij, qui desideratur; vt & alter aduersus Vrsacium, & Valentem. Audientia igitur denegata, & inualescente perfidia, meliorum rerum desperatione commotus, libellum hunc tertium offert Constantio, quo Sacerdotali auctoritate, tempori congrua, intrepido animo Imperatoris inconstantiam exagitat, atque perfidiam grauiter exprobrat, Antichristum appellans, Christianum negans, deteriorem Neronibus, Decijs, & Maximinianis inclamans, scelestissimum mortalium appellans, vt plane Dei opus agnoscendum sit, quod eum non occiderit, sed in Gallias restituerit; plane reseruatum a Deo ad multorum correctionem & salutem; quo, an hoc anno, an sequenti peruenerit, incertum. S. certe Hieronym. contra Luciferianos, post Constantij obitum, reuersum esse ait, cum tamen in Chronico, hoc anno 24. Constantij redijsse affirmet. Redeunti vero, & Romam aduentanti, S. Martinus ex Gallinaria insula, in qua solitariam vitam agebat, festinauit occurrere, sed inde profectum secutus est in Gallias. Fortunatus in Hilarij vita.

Tribus libellis Hilarius agit cum Cõstantio.

S. Hilarius asperrime cõpellat Constantium.

Pneumatomachorum Macidoniana hæresis.

MAcedonius Episcopatu Ecclesiæ C.P.næ abdicatus, quod proprium est hęreticorum, vt in deterius semper prolabantur, licet ab Acacio dissentiens, filium Deum esse, & Patri etiam substantia similem diceret, spiritum tamen Sanctum non eiusdem cum Patre, & Filio honoris participem esse docuit, sed ministrum eius & famulum, eademque de illo, quæ de Angelis, vere dici possint, differuit, cum quo eadem senserunt, Eleusius, Eustathius, Basilius Ancyranus, & quotquot eo tempore ab Acacianis abdicati fuerunt, quæ hæresis late propagata fuit, Constantinopoli, in Bithynia, Thracia, Hellesponto, & finitimis Prouincijs, ob ea, ad quæ solet populus maxime animum attendere, grauitatem, eloquentiam, & uiuendi rationem, similem Monachorũ; Hæretici hi dicti fuere Macedoniani, Pneumatomachi, Marathonij, a Marathonio quodam, qui ex Quæstore, & ex opulento, factus Monachus, sectam maxime propagauit. Macedonio non diu post, vita functo, post obitum Constantij, Eleusius Cyzici præualens, ibi sectam Macedonianorum propagauit; adeo, vt Vrbs illa dicta sit Ciuitas Macedonianorum, (sic enim eam appellat Anastasius Nicęnus qq. lib. 23. cum præstigias cuiusdam Macedoniani Magi recenset, T. 6. Biblioth. SS. PP.) & ipse auctor sectæ habitus sit, vt est apud Nazianzenum ad Nectarium. Quod vero Sozomenus, hæc recẽsens,[a] dicat ab hoc anno, vsque ad Arcadij tempora, Macedonianos Episcopis caruisse, plane fallitur, vt ex recẽsitis Episcopis constat, & ex epistola Nazianzeni ad Nectarium. Cum increbrescens nouæ hæresis fama, peruasisset Ægyptum, Magnus ille Serapion Thmuis Episcopus, certiorem fecit Athanasium latentem in heremo, vnde ille egregiam lucubrationem edidit de Spiritu Sancto, contra hanc nouam

a lib. 4. c. 25. & 26.

Athan. cõtra Pneumatomachos.

hęresim;

A heresim: eamque misit ad ipsum Serapionem.

Porro Blasphemia ista de Spiritu Sancto auide postea suscepta est ab Arianis, Filiũ blasphemãtibus, vt vtraque æque propagaretur; ad quã de Spiritu Sancto fulciendã, falsabant Sacros Codices, illud Euangelij (*Deus spiritus est*) delentes, vt quæritur Ambrosius 3. de Spiritu Sancto cap. 11.

Sed & eodem ferme tempore, Donatum Episcopum Carthaginensem, partis Schismatichorum, quod fœdus (vt dictum est) inijsset cum Arianis, testatur S. Hieronymus, scripsisse librum de Spiritu Sancto Ariano dogmati congruentem.

Eudoxius Arianorum scelestissimus, qui iam antea, quod Gallo fauisse crederetur, a Constantio in exilium eiectus fuerat, & post ex Germaniciæ Syriæ Episcopatu, Antiochenam Sedem inuaserat, & in Seleuciensi Synodo damnatus fuerat, & paria cũ Aëtio sentire conuictus fuerat, & vt Semiariani in exilium pellerentur, egerat, ex B Antiochena in C.P.nã Sedem, Macedonio deiecto, translatus, communi consensu cum Acacio laborat, vt fides Nicęna obliteretur, dimissa in vniuersum Imperium Fidei formula Arimini perlecta, cum eorum appendiculis; cum Imperatoris mandato, & qui ei nollent subscribere, exilio plecterentur, ex quo immanis persecutio in Ecclesiam excitata est Sozom.[a] & Theodo.[b] qui plura de eius impietate habent. a 4. cap. 25. b lib. 2. c. 29.

Eunomius Galata (vt Basilius, non vero Cappadox, vt Sozom.) cognomento Impius, scripturarum imperitus, sed garrulus Sophista, Eleusio deiecto, Cyzici Episcopus, Macedonianæ hæresis propagator, Arianorum, atque adeo omnium hæreticorum arrogantissimus, & procacissimus, ausus est dicere, nihil se ex Diuinis rebus ignorare, sed ipsam etiam diuinam substantiam exacte nouisse, ac se Deum ita nosse, vt ipse C seipsum, Theodor. 4. hæret. fab. Basil. epist. 168. ad ipsum, hanc eius intolerandam arrogãtiam exagitat, & retundit. De alijs eius blasphemijs Nazian. or. 3. de Theolog. & Nyssen. 2. de anima, cap. 12. in quibus & illa erat. Fidem quam ipse prædicabat, sufficere ad salutem iactabat, etiam si enormia quis crimina perpetraret, atque in ijsdem perseueraret assidue. Aug. de hæres. cap. 54. En a quo, & quam præstanti Doctore hæresim suam recentes hauserint hæretici, aduersus quos & illa conueniunt verba S. Hieronymi contra Vigilantium. *Rides de Reliquijs Martyrum, cum auctore huius hæreseos Eunomio, Ecclesijs Christi calumniam struis, nec tali societate terreris, vt eadem contra nos loquaris, quæ ille contra Ecclesiam loquitur?* Detraxisse etiam eum ait, vt alterum Porphyrium, sanctorum miraculis, docuisse etiam Anabaptismum eorum, qui in nomine Sanctissimæ Trinitatis baptizati essent. Epiphan. auctor est hær. 75. De scriptis eius Socrates[c] porro diutius vixit, siquidem Hier. dum scribit de viris illustribus, c lib. 4. c. 7.
D sic de eo ait: *Vsque hodie viuere dicitur in Cappadocia, & multa scribere contra Ecclesiam.* Responderunt ei Apollinarius, Didymus, Basil. Cæsarien. Gregorij, Nazian. & Nyssenus.

Eunomij impij blasphemiæ.

Atque ex infelici radice Arianę hæresis, tot hactenus praua germina propagata, Eusebiani, Aëtiani, Photiniani, Eudoxiani, Acaciani, Eunomiani, Macedoniani, atque alia plura obscura nomina. Theodor. 4. hæret. fabularum.

Fides hæreticorum.

Eudoxio in Synodo Seleuciensi damnato, & Ammiano illi substituto, in Exilium a Comitibus amandato; Ciuitas Antiochena vacabat, libentius ferens solitudinem suam, quam hæreticum sibi Episcopũ dari, interim vero pluribus eam Sedem, per summas contentiones & seditiones ambientibus, Meletius, consentiente demum vtraque parte, Catholicorum, & Eudoxianorum, vnaquaque pro se illum sentire opinante, (& E alioqui cum Arianis senserat) ex Sebastia Antiochiam transfertur, vir vitã spectatus, & in dicendo promptus, ac magni omnino nominis. Is post aliquot habitãs morales conciones, ad extremum, se doctrinæ Concilij Nicæni sectatorem professus, quam concionem integre recitat Epiphan. hær. 73. cuius principium: *Melior est finis orationis quam principium*, cum ab Eudoxianis ad sententiæ mutationem impelli non posset, Imperatoris mandato in exilium eijcitur, suffecto illi Euzoio, qui vna cum Ario abdicatus fuerat, atque hoc totum ex auctoritate Synodi factum videtur, quæ Antiochiæ ex ipsis Arianis coacta fuit, in qua deterrima omnium fidei formula ab illis scripta est. Filium scilicet Patri substantia & voluntate dissimilem esse, & ex nihilo ortum, sicut

Meleti⁹ Eps Antiochenus

Finis conuersationis Arianorum per 30. anni vt cōcluderent. Filium Patri per oīa dissimilem.

Ario ab initio placuerat. Atque hic finis tragędiæ, ab Arianis post Nicęnum Concilium, per triginta & amplius annos, cuius tot fuerunt actus, quot celebrata Cōcilia, quorum vltimo funestum illud, quod primo eorum insedit animis; Dei Filium (pro scelus) substantia & voluntate Patri esse dissimilem, infeliciter conclusum est. Ex Sozom.[a] Theodo.[b] & Athanasio de Synod. qui Acacium huius totius impiæ molitionis Architectum, qui Constantio assidebat, facit; & Constantium in hac perfidia vsq; ad mortem perseuerasse, in qua & baptizatum esse, ab Euzoio, hæreticorum impurissimo.

a lib. 4. c. 27. & 28.
b lib. 2. c. 23.

Iulianus a Militibus aliás etiam Augustus appellatus, cum Constantius eius præstantium rerum gestarum famæ inuidens, robur eius exercitus euocaret ad bellum Persicum, Imperator, inuitus licet ac reluctans, ab ijsdem eligitur, Ammian. lib. 20. Iulian. in Misopogone.

Helenæ Coniugis defunctæ cadauer Romam mittit condendum, cum Sorore Constantina, vxore Galli fratris, Ammian. lib. 21.

Inualescunt Persæ aduersus Romanos in Mesopotamia, pluribus munitionibus expugnatis, quibus de rebus Ammian. lib. 25. *Sabinus,* inquit *fortuna & genere inter municipes clarus, ore volubili replicabat; Constantium immani crescente bellorum materia superatum a Persis, deductumque postremo per fugam cum paucis ad Nibitam stationem intutam, panis frusto vixisse precario, ab anu quadam agresti porrecto, nihil tamen ad diem perdidisse supremum,* &c.

Georgius, ex Antiochena Synodo, reuersus Alexandriam, tum Gentiles, tum Christianos acerbissime vexat, omnes ad suā opinionem Religionis adducere conatus, Sozom. 4. cap. vltimo.

Christi Annus	*Liberij Pap.*	*Iuliani Imp.*	*Tauro & Florentio* Coss.
361.	10.	1.	

IVlianus Augustus, ad stabiliendum sibi Imperium, Christianismum se simulat. Ammian. lib. 21. mox impietatē detegit. Idem, ad Maximum.

c L. 11. de Pręt. C. Theo.

Constantius Themistium Philosophum Prætura ornat.[c] Faustinam ducit Coniugem Constantius, amissa iampridem Eusebia, ex ea posthuma edita Constantia, quæ post Gratiano nupsit, Ammian. lib. 21.

d l. 16. de Episc. & Cle. Cod. Theod.

Constantius expeditionem parat in Persas, & improbat Iuliani prouectionem, suadens per litteras, & nuncios, vt Cæsaris contentus sit dignitate. Ad conciliandum sibi diuinum numen, ad Antiochenos pro Christiana religione rescribit.[d] *In qualibet Ciuitate, in quolibet Oppido, Vico, Castello, Municipio: Quicunque voto Christianæ religionis meritum eximiæ singularisque veritatis omnibus intimauerit, securitate perpetua potiatur. Gaudere enim & gloriari ex fide semper volumus: scientes magis religionibus, quam officijs & labore corporis, vel sudore nostram Rempubl. contineri D. 16. K. Mart. Antiochiæ, Tauro, & Florentio Coss.* Primo vere mouet in eos, & pluribus nuncijs certior factus, de peruasione Iuliani in Thracias, regreditur cum exercitu, ipso quoque Persarum Rege retrocedente, ac Tarsi in itinere febri contactus, nec intermisso itinere, in Mopsi viculo, mentis sensu adhuc integro, successorem suæ potestatis statuisse dicitur Iulianum, ac post exisse de vita, 3. Non. Octobr. Imperij vitæque anno 40. & mensibus paucis. Ammian. lib. 21. At Victor 44. ab obitu Patris, quo cępit imperare 11. K. Iulij ad præsentem annum, quo obijt. 3. Non. Octobr. constat imperasse annos 24. m. 4. d. 14. Gregor. Nazianz. in laudatione Athanasij, *mutili, vt fertur,* ait, *pœnitentia in extremo vitæ affectus moritur,* &c. Verum tamen S. Athanas. de Synodis sic de eo. *Constantius hæreticus fuit, qui ad finem vsque permanens in ea impietate, ac deinde moriens voluit non a pijs viris, sed ab Euzoio, non semel, sed sæpius, ob Arianam hæresim deposito reiectoque, baptizari,* & S. Hier. epistola tertia ad Heliodorum *Constantius Arianæ fautor hæreseos, dum contra inimicum paratur, & concitus fertur ad pugnam in Mopsi viculo moriens, magno dolore, hosti reliquit Imperium.*

Constantius moritur hæreticus.

Quæ

A Quæ cum omnium confessione ita se habuerint, per quam mira videri possunt, quæ de eius laudibus prædicat S.Gregorius Nazianzenus, orationibus in Iulianum, nisi dicamus eum laudatum a pietate, in comparatione impij Iuliani; nam alioqui Constantiũ per quam studiosum Christianæ Religionis fuisse apparet, ex tot promulgatis edictis & Legibus, aduersus Idololatras, superstitiosos, Incantatores & Magos: ac præterea Gregorium habuisse fidem ijs, quæ de suprema eius pœnitentia, quod nouis dogmatibus studuisset, ferebantur. Constantius quatenus a Nazianzeno laudatus.

Per hæc tempora Massaliani hæretici, ex Monachis Mesopotamiæ deserta incolentibus, prodeunt; Euchitæ etiam dicti; quod ex sententia Domini semper dicunt orandum, hoc vnum sufficere, cetera omnia negligenda, opus manuum, & ieiunia penitus ignorãt. item Enthusiasta quasi Diuino spiritu afflati, qui se solos spirituales, ceteros B omnes, carnales appellarunt, plura alia insana, ridicula, & nefanda dogmata habent. Theodoret. hær. fab. lib. 4. hos refert in tempora Valentiniani, & Valentis, sed præstat Epiphanio credere tum viuenti, & ad Constantij tempora illos referenti, hær. 80. Damasc. hær. item 80. Aug. de hær. cap. 57. Massaliani, seu Euchitæ hæretici.

Mira deliria & ineptias suggessit Diabolus, per illa tempora Monachis quibusdã, quæ transierunt in hæresim, sed cito compressa est, eorum quidẽ in Ægypto, qui peccatum esse somniabant necessaria corporum excrementa egerere, de quibus Athanas. ad Ammonem Monachum: aliorum etiam de quibus S. Epiphan. in sua Anacephaleosi: denique Eutacti Monachi Armeni, quem Epiphanius hær. 40. educatum refert in Palæstina a Petro quodam professione Anachoreta, reuera autem impostore, extremo tempore Constantij, qui damnabat nuptias, & carnes manducantes; suadebat, C seruos Dominos cõtemnere: Presbyterorum coniugatorum oblationes respuendas aiebat, Ecclesias contemnebat, &c. aduersus cuius hæreses videtur Synodus Gangrensis congregata, quas singulis viginti capitibus iugulat. Vocatur ille quidem in Synodo Eustathius, & a Socrate, ac Sozomeno, putatur fuisse is Eustathius Sebastenus Arianus, quem & aiunt auctorem fuisse vitæ monasticæ in Armenia, Ponto, & Paphlagonia; Sed Basilius, qui totam eius vitam retexit, Epist. 74. 79. & 82. prope finem, nihil affert de eius Monachismo, (cuius nec vllum vsum fuisse in illis regionibus ante Basilium, ex Epistola eius 63. ad Neocæsar. colligitur) vt nec Epiphan. hær. 75. & hæresum in Synodo illa damnatarum nullus veterum, Eustathium Sebastenum insimulauit; alium igitur oportet fuisse Eustathium, sed nos ex multis coniecturis Eutachum substituendum censuimus. Satis ex dictis colligitur temere quosdam asseruisse Aretica illa præclara Basilij, eius Eustathij fuisse, præter quam quod ex Greg. Nazianz. Basilij D esse probantur.

Athanasius sciens Arianos fauore Constantij subnixos, suam ipsorum perfidiæ professionem tradidisse Catholicis subscribendam, additoque mandato Imperatoris, quamplurimos ad id inductos, Zelo domus Dei incensus, e latebris suis quatuor orationes se dignas, pro fidei Catholicæ defensione, emittit; quas hoc ipso anno, adhuc viuente Constantio, editas, satis ex eo probatur, quod ante trigesimum sextum, eos ait hæreticos declaratos, iudicio Synodo Vniuersalis. Ex eo item quod ait in fine. *Nos enim scimus humanissimum Imperatorem, vbi rem cognouerit, cohibiturum esse eorum malitias, ipsosque diuturnos in vita non fore.* Athanasius quatuor orationes edit in Arianos.

Iulianus Naissi in Dacia nuncio accepto de obitu Constantij, Constantinopolim progressus, tertio Idus Decemb. faustis acclamationibus excipitur, cum annum ætatis E ageret Vndetrigesimum, ex Ammiano & Zosimo.

Iulianus viginti annos Christianam fidem professus, decem, ob metum Constantij, eam simulat, atque hoc primum anno adeptus Imperium, metu solutus, Christianam Religionem solemniter abnegat (vnde Apostata dictus) & Summus Pontifex, impuris ritibus initiatur, qui describuntur a Prudentio Peristephanon in Rom. hymno 10. Ipsemet Epistola ad Alexandrinos. Greg. orat. 1. in Iulianum. Templa Deorum aperiri, & hostias immolari edicit. Ammian.[a] Socr.[b] Sozom.[c] Pontificem se etiam Eleusiniorum sacrorum creari vult, Eunap. in Maximo. Iulianus init Imp. & Apostatã a fid ipso initio se prodit.

a lib. 12.
b lib. 3. c. 1.
c lib. 5. c. 3.

Summus ipse Gentilium Pontifex, Pontifices minores creat, & dimittit in Pro-

uincias, Et magos Euocat. Eunap.

Vltio diuina in persecutores Catholicorum exercita p Iulianum. a lib. 22. b 3. c. 1.

Magna Dei Prouidentia factum, vt qui in gratiam Constantij, Domestici & Magistratus Arianis fauerant, Catholicos vexauerant, ipsi a Iuliano, Chalcedone tribunali constituto, alij exilijs, alij mortibus acerbissimis, varijs de causis afficerentur, Ammian. [a] Socrates [b].

Ad conciliandum sibi omnium Christianorum animos, Catholicorum & omniũ Sectarum, Episcopos, a Costantio proscriptos, & in exilium actos, restitui, illisque bona reddi mandat, &, ne quis, quenquã Christianorũ iniuria afficiat, vel contumelia, neve ad immolandum inuitos trahat, edicit. Episcopos ipsos inter se conciliare, & cum plebibus studet, Ammian. lib. 22.

Victorem historicum, virum Consularem, hoc anno, Iulianus præficit secundæ Pannoniæ ærea statua donatum. Vict. in Iuliano.

Christi Annus	Liberij Pap.	Iuliani Imp.	Mamertino atq; Neuicta. Coss.
362.	11.	2.	

Magos euocat & colit Iul.

IVlianus euocatum ad se per litteras Maximum Philosophum Cynicum, ex Asia venisse cum audisset, publica edens munera, exiliuit indecore, & effuso cursu, obuiam progressus, osculatum, susceptumque reuerenter, secum induxit, Ammianus lib. 22. huic, vt insigni Mago, & qui se ad impietatem induxisset, addictissimus fuit. Eunap. Iuliani Epist. ad Maximum, 15.

Eruditione clarissimos viros, ad se vocatos, nobilibus decorat Præfecturis, Themistium Philosophum, vrbis Præfectum creat; Libanium celebrem Oratorem, Quæstura, & alios, alijs Magistratibus ornat. Mamertinus in Panegyrico, in quo inter cetera. *Tu tu, inquam maxime Imp. exulantes relegatasque virtutes ad Remp. quodã postliminio reduxisti*, &c.

Gregorius tamen Nazianzenus orat. 2. in eum, ad Magistratus & Præfecturas, vnũ ait, suffragium erat perfidia, Christianismique desertio: ab eoq; beneficia consequebantur, qui sibi ipsis sceleratissime consuluissent, & post subdit, de multis illi familiariter studiorum communione cognitis, quos magno studio euocatos, eluserit, & inanes dimiserit. Extat epistola, qua S. Basilium Athenis olim egregia eruditione spectatum, ad se inuitat. Propera igitur vt dixi, ait, & publicis equis vteris, cumque apud nos, quantum tibi videbitur fueris; tum a nobis honeste, & vt decet, dimissus, quo voles, proficisceris. Alias etiam interuenisse inter eos epistolas ex Basilij epistolæ fragmẽto (quod extat act. 2. Concil. Nicæni 2. & act. 2. 7. Synodi) apparet, quibus cum ad eum venire non consentiret inuitatus, & ad impietatem prouocatus, magno animi robore Christianam fidem per litteras profitetur. Ex epistola B. P. N. Basilij ad Iulianũ Imp. Apostatam. *Quemadmodum a Deo Christianam & inculpabilem nostram fidẽ, veluti hæreditario iure accepimus, sic confiteor, & in ea maneo. Credo autem in vnum Deum Patrem omnipotentem, Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum; vnum Deum, hæc tria adoro & glorifico. Confiteor etiam Filij incarnatam Oeconomiam: Deinde S. Mariam, quæ secundum carnem illum peperit, hanc Deiparam nocans. Suscipio etiam SS. Apostolos, Prophetas & Martyres, qui pro me apud Deum supplicant, quo per illorum intercessionem propitius sit mihi, Deus noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob causam & historias imaginũ illorum honoro, & palam adoro, hoc enim nobis a SS. Apostolis non est prohibitum, sed in omnibus Ecclesijs nostris, eorum historias erigimus.* hactenus ex epistola. Tentauit etiam & Gregorium sibi beneficijs deuincire, quem tamen acerrime sibi, ob pietatem, expertus est aduersantem, quem vtrumque post reditum ex Perside destinauerat neci.

Iulianus Basilium per epist euocat.

Basilius catholicam fidem p epist. apud Iulianũ profitet.

Cęsari⁹ Gre. frater professus coram Iul. fidẽ, deserit Aulã, & Præfecturam.

Cæsarium Gregorij fratrem, insignem Philosophum, quem Constantius in Senatum amplissimum cooptarat, nobili Præfectura, nempe Thesauri custodia, ornauit. quod indigne admodum acceptum est ab eius parentibus, & fratribus, atque Gregorius

rius

A rius ipse,grauissimas de ea re ad eum dedit litteras; quibus excitatus Cæsarius, prætulit ignominiam crucis,palatijs Regum, & magna ac clara voce Christianum se esse ac semper fore,coram Iuliano pronunciauit,& se ad nos,inquit Gregor. recepit, exul beatus,& victor incruentus,atque ob ignominiā clarior, quam ob pristinam gloriā, nominisque splendorem.

Non sic Ecebolius Sophista Constantinopolitanus,sub Constantio ardenter Christianismum profitens,sub Iuliano fidei desertor,ob idque illi percarus,eo mortuo,rediens ad Ecclesiam,ante eius portam se pronum abijciens,sic vociferatus est. *Me quasi salem infatuatum pedibus conculcate*.Socrates.[a]

Coluit præterea Iulianus mirifice Oribasium Pergamenum, quo vsus est medico, qui,inquit Eunap.tantum in ceteris quoque excelluit virtutibus,vt ad Imperium etiā Iulianum euexerit.alios quoque Philosophos obseruauit, sed ante omnes Libanium B Sophistam Antiochenum,plurimi fecit, vt eius perbreuis ad ipsum epistola demonstrat num. 14.

Laude sane dignum videri poterat in Iuliano,eruditorum consuetudine delectari, nisi complures ex illis,sic foris Philosophos agerent,vt tamen Magos, & Haruspices intus gererent.Sed condonetur hoc illi,pro sua impietate. Quid vero cum Philosopho,qualis videri volebat,grex lenonum,meretricularum, cinædorum, quibus, prætextu Religionis,stipatus obambulabat? hæc se Antiochiæ præsentem spectasse S. Ioan.Chrysostomus affirmat,in orat.aduersus Gentiles.Sed & Ammian. libr.22. de his meminit.Sacrificanti exta animalium coronatam crucem aliquando prætulerūt, quod alijs indicare visum,potentiam crucis; at illi circumscriptionem, & quasi finem nostræ religionis interpretati sunt.Greg.orat.1.in eum. Sozomenus[b] Nicephorus.[c] C Aliàs item sacrificanti,præsente Christiano,qui credebatur gentilis, omnia irrita & vana cedebant,ipso & Sacerdote,ac alijs ministris horrore perfusis,alijs stupentibus, & Iesum inuocantibus.Prudent.in Apotheosi contra Iudæos.

a lib.3. c.11

b lib. 3.c.2.
c lib.10.c.3.

Iuliani Persecutio.

NOuo genere persecutionis Iulianus Christianos aggreditur,suasionem & blanditias sibi retinens, populari turbæ & Magistratibus, vim & coactionem permittens; id tamen sedulo agens, ne qui, pietatis causa, sed criminis alicuius nomine D tantum,vt facinorosi punirentur, inuidens nimirum illis Martyrij gloriam. nec tamē ita lenitatis & clementiæ simulationem retinuit, quin sæpius in crudelitatem & furorem erumperet. Domesticos igitur primum hoc genere persecutionis insectatur, alios alliciendo,fortiter reluctantes, occidendo; alios expellendo. Helpidium Præfectura prætorij à Constantio donatum, constantissime fidem Christianam profitentem, Præfectura primo exutum, in ordinem redigit, mox alia quæsita occasione, vt Imperij perduellem, dire, cum alijs necandum præcipit, de quo Martyrolog. 16. kal. Decembris; mox in milites conuersus, hominum genus simplicius & rudius, & deceptioni magis expositum, partim per se, partim per Magistratus, alios honoribus cæpit, alios alijs artibus in fraudem inducit.

Neminem religionis causa, sed criminis, vult videri occisū, Iulianus.
Fraudes Iul. & artes.

Labarum,Imperatorium Vexillum,amota cruce,in ueterem formam reducit, Deorum appictis imaginibus,cum imagine Principis, vt cum solita veneratione Principis,etiam Deos venerari viderentur.addit quoque vt cum donatiuum milites acciperent(quod quidem kal.apud Rom.& natali tum Impp.tum primarum Vrbium solitum fieri)tus offerrent, perinde quasi olim hoc fuisset apud Rom.decretum: quorum alij,ne tus offerrent,donatiuum renuerunt; alij minime rem aduertentes, nihil se peccare suspicati sunt; quod postea cum resciissent,admoniti,dolore & pœnitentia facinus eluerunt,& proiecto ad pedes Imperatoris auro,ceruices gladio obtulerunt,quos non quidem corona martyrij ornari voluit,sed a militia exclusit. Prætorianum militem Christianum nullum esse voluit,sed nec Magistratum gerere. Valentinianus, Valens,& Iouianus,insignes duces,ne fidem proderent, balteo se exuerunt, quorum illi

E

Tres Duces, ob fidē, balteum deponentes, mer-

cedem pietatis, etiam in hac uita, Imperium deinceps acceperunt.

duo relegati sunt, & omnes tres deinceps pro fideli confessione, diuinitus remunerati, Imperium acceperunt. Quantumuis autem Iulianus patientiam & mansuetudinem ad illecebram pietatis, plurimum affectarit, sæpius tamen excandescebat, & quasi in furorem vertebatur: legendus S. Io. Chrysostomus Ser. de SS. Iuuentio & Max. Gregorius Nazianz. Sozom. Socr. Theodor. hæc latius prosequentes. A

Pietas pop C. P.

Populum quoque Constantinopolit. ad suam impietatem pertrahere, hoc commento molitus est. Ineunte Quadragesima, pollutos tantum cibos venum exponi præcepit, quam contaminationem ciborum vt vitarent, admonitione Theodori Martyris, cocto omnes frumento vsi sunt in cibum, ditioribus largiter pauperibus impartientibus, quod solemne deinceps fuit, vt eo die coctum frumentum erogarent in pauperes. Nectarius orat. supra citata. B

Sanctissimum Crucis signum, quod Constantius felicitatis vrbis illius significandæ causa, in capite eiusdem vrbis simulacri exculpserat, Iulianus impie terræ defodit. Suidas V. μίλιον.

Legatos Persarũ, quod, ut Christiani nollent sacrificare, obtrũcat.

a lib. 10. c. 11

Commoratus Iulianus Constantinopoli ad decem Menses (vt est apud Zosimum lib. 3. quam vrbem vt patriam, maximis incrementis auxit & ornauit; Senatu, Portu, Porticu, cum Bibliotheca, in qua suos libros deposuit) transgressus Chalcedonem, nactus est Legatos a Rege Persarum Sapore (non Alemundaro, vt habent mendose acta) missos, & inuitatos ad Sacrificia Idolorum, magnis animis, vt Christiani, cum renuissent, contra gentium ius, neci tradit. Acta apud Metaphrast. 17. Iun. Martyrolog. Rom. Nicephorus. [a]

Iulianus Cæsariensibus, ob eorum fidem infensissimus.

b lib. 5. c. 4. & 10.

Progressus Cæsaream Cappadociæ, Ciuitatem primariam, eam ex numero Ciuitatum deleuit, & Cæsaris priuauit nomine (quod regnante Claudio, cum antea Mazaca vocaretur, obtinuerat) illi infensissimus, quod omnes fere Christum colerent, & Deorum templa diruissent, & templum præcipuè Fortunę, quod eo regnante, solum supererat, omnes opes Ecclesiarum, tum Cæsareæ, tum in eius confinibus diligenter vestigatas sustulit, clericos in militum numerum scripsit, & alijs Ciues oneribus pressit, iureiurando interminans, ni Delubra Deorum restituerent, morte plectendos. Sozom. [b] Eupsychium, ait, patricium Cæsariensem Martyrio vitam finisse. Martyrolog. 9. April. S. Greg. orat. 1. in Iul. addit, promiscuam plebem furentem in Christianos impetum fecisse, & multa cæde perpetrata, plura etiam comminatam. Gentis vero Pręfectum, quod media via inter leges & tyrannidem incedens, multis Christianorum abductis, de nonnullis etiam Gentilibus supplicium sumpsisset, Præfectura ignominiose abdicatum, & in exilium actum esse. Et in funere patris, idem Gregorius commemorat, de Militibus in alias Cappadociæ Ecclesias immissis, & Ecclesia Nazianzena, ab eius furore vindicata, a Gregorio patre, eius Episcopo, pijs suis votis & precibus atque totius populi. C D

Basilius peragrat prouincias institutorũ Monasticorũ causa
Basilius fit Presbytęr.
Monachus quoque.

Basilius egregie doctrinis excultus, Athenis, Cæsaream Cappadociæ redit, & quantumuis eximia virtute & pietate excelleret, altiora tamen animo spectans, Alexandriam, Ægyptum, Palæstinam Coelesyriam & Mesopotamiam peragrauit, institutorũ Monachorum cognoscendi gratia, & inde reuersus, Monasticum institutum arripuit: qui cum prius sanctos libros populo lectitasset & explanasset, ab Hermogene Episcopo Cęsariensi presbyter efficitur. Basil. epistola ad Eustathium, quæ est 79. Grego. in laud. Basil.

Per id tempus vacante Ecclesia Cæsariensi, per Hermogenis Episcopi mortem, de creando Episcopo agebatur, & post multam contentionem, cum se Basilius clam subduxisset, tandem plebs tota, vno consensu primarij ordinis virum vnum Eusebium nomine, eximia illum quidem vitæ probitate præditum, nondum tamen diuino baptismo consignatum, inuitum & repugnantem, militaribus copijs opem ferentibus, Episcopis baptizandum & consecrandum offerunt: quod illi non libentur, sed vi potius adacti, præstiterunt, sed postquam discessissent, vim causantes, ordinationem irritam reddere studebant, vrgente etiam Prouinciæ Præfecto, quam tamen Nazianzenus Episcopus, Gregorius senior, suo cõsilio & auctoritate ratã vt haberent, effecit; deterrito breui, sed graui epistola, Pręfecto, quẽ res nostras, ait ne limis quidẽ oculis aspice E

A re fas est. Greg. in fun. Patris.

Monachi, quibus præerat S. Basilius, occasione violentæ ordinationis Eusebij, ab eius se communicatione segregant, & magnam populi & Magistratuum secum partẽ abstrahunt, & ipse Eusebius hac de causa & alijs, parum æquum animum gerit erga Basilium, qui ad inuidiam declinandam, in Ponticas solitudines secedit in locum Mataza dictum, circa ripas Iris fluminis: quo post paulo secutus est eum, intimus & charissimus sodalis Gregorius, qua re comperta, Cæsarienses litteris eum euocare conati, referunt epistolam, quæ est 141. de secessione sua. Greg. in laud. Basil. Basil. ep. 12. quam regionem amænissimam & fœcundissimam describit Strabo, lib. 14. Sed ad Iuliani persecutiones redeamus. Basilius Monasterij Præfectus.

B In Galatia vicina Cappadociæ, Basilius presbyter Ancyranus, regnante Constantio, Arianam impugnans impietatem, ab illis, conuentus agere prohibitus est, post vero, regnante Iuliano, satagens, ne quis Christianus cultu Idolorum pollueretur, in odium incurrit Gentilium, a quibus Præsidi oblatus, per multos cruciatus Martyrium constanti animo sustinuit. Quo eodem Iuliani tempore Ancyræ item Melasippus, Antonius, & Carina, Martyrio occubuerunt. Sozom. [a] Martyrolog. 7. Id. Nouembr. Martyres in Galatia. a lib. 5. c. 10.

Nobile etiam in eadem Galatiæ Prouincia certamen exegit Philorhomus, decaluatus & pueris traditus verberandus, post etiam pijs peregrinationibus nobilitatus; Palladius in Lausiacis cap. 31.

Iulianus insectans omnes Christianorum sectas, omnes etiam cuiusuis sectæ in se prouocauit, vt Marim Chalcedonensem, Arianum veternosum, qui Atheum eum appellauit, & gratias Christo se agere dixit, quod cæcus esset, ne eum impium videret: C & Busirim Ancyranum, secta Encratitam, quem Præses, quod iuueniliter in ritus Gẽtilium exultasset, in equuleum sublatum, mira eius constantia, torsit; qui mortuo Iuliano, dimissus, sub Theodosio ad Ecclesiam redijt. Sozom. [b] b lib. 5. c. 10.

Pessinunte in Phrygia, famoso Matris Deûm Idolo restituto, duo Adolescentes contumelia in illud irrogata, & ara diruta, in ius vocati, & tormentis subiecti, ingentis animi specimen ediderunt. Greg. in Iulianum. Martyr. In Phrygia.

Meri vrbe Phrygiæ, Almachius Præfectus delubrum repurgari, & Idola restitui iubet, quæ aliquot Christiani, pietatis studio incensi, noctu ingressi subuertunt, cuius causa criminis, cum plures viderent periclitari, se sponte Præfecto produnt, & recusantes factum immolatione purgare, post multa cruciamenta, craticulæ iniecti, igne subiecto, migrant e vita, his postremis verbis Præsidem affati. *Si cupiditate duceris* D *Almachi, carnes assas degustandi, verte nos in altera latera, ne in ipso gustu tibi semiassi videamur.* Socrat. [c] Sozom. [d] Menol. & Martyrol. prid. Id. Sept. c lib. 5. c. 13. d lib. 5. c. 10.

Cyzici in Propontide, Gentiles admixti Christianis, a Iuliano perlibente, impetrant restitui Deorum delubra, qui & Eleusium Semiarianum eorum Episcopum in carcerem primum conijcit, deinde & ipsum, & Clericos vrbe eijcit, eo prætextu, ne seditionem concitarent, sed reuera vt per Episcopi & Clericorum absentiam a conuẽtibus cessantes, in suæ ipsorum religionis obliuionem venirent. Sozom. [e] In Proponti de. e lib. 5. c. 14.

De pluribus alijs quoque martyribus in Thracia, mentio est apud Menolog. & Martyrolog. xj. kal. Nouemb. & apud Theodor. [f] MM. In Thracia. f lib. 3. c. 6.

Iulianus iam meditans bellum Persicum, Antiochiam progressus, ibi hyemem agit cum exercitu. Antiochena ciuitas Christianis referta, & illi, ob impietatem, infensisE sima, excipit & prosequitur illum, dicterijs & scommatibus, quæ dum publica vult & luculenta oratione refellere, nec Philosophi, nec Imperatoris officio fungitur, & populum sæpius ad ea ingerenda prouocat, quæ tempore per se in obliuionem ventura erant, ipse illa oratione perpetuę quasi consignat memoriæ. Greg. in Iul. Ammian. [g] Socrat. [h] g lib. 22. h lib. 3. c. 11

Iuliano impietatem studiose restituere molienti, restitere vehementer, inter ceteros Christianos, Presbyteri duo Antiocheni, Eugenius & Macarius, eum coram arguentes, de quibus, dum quæstionem haberet, Artemius (qui sub Constantino aduersus Maxentium meruerat, & a Constantio, inter cæteras Præfecturas, Antiocheni Martyres.

no-

nouissima Augustali Aegypti honestatus fuerat) ab eo euocatus, specie quidem quod atrocium criminum reus esset, sed reuera quod pro sua in Christum Religione, plurima simulacra confregerat, Antiochiam aduenieus, magna animi libertate eum impietatis coarguit, ob idque ab eo obtruncari est iussus, deportatis in solitudinem Oasenam Presbyt. Eugenio & Macario. Menol. & Martyrolog. 20. Sept. Ammian. lib. 22. A

Oraculum Daphnicum obmutuit, ob Babylę reliquias.

Idem ægre ferens Daphneum Apollinis oraculum obmutuisse, de causa silentij Dęmonem interrogans, responsum hoc retulit. *Daphnes locus cadaucribus scatet, id quod oraculum arcet,* id vero probe intelligens Iulianus dictum ob S. Babylæ corpus ibi cōditum, cuius diuina quadam vi a fundendis oraculis tenebatur, asportari iubet. quod quidem celebri pompa a Christianis, cum magna frequentia, cum hymnis in Vrbem illatum est, cum illud subinde concinerent: *Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis.* quibus excandescens Imperator, mandat suppli cia de Christianis sumi, quos plurimos postridiæ Præfectus in carcerem conijcit, & in primis Theodorum quendam adolescentem, qui in equuleo tortus, & acutis testis suffossus sic se habebat, quem pridie cecinerat, psalmum decantans, quasi nihil sentiret, qua constantia obstupefactus Præfectus, Iuliano cessare ab instituto suadet, ni velit & Christianos augeri gloria, & se ludibrio haberi. itaque vincti omnes dimittuntur. Adolescens porro post interrogatus, respondit, se non omnino quidem doloris sensu caruisse, sed astitisse sibi adolescentem, qui tenuissimo linteo abstergeret sudores, & aqua frigidissima corpus perfundens, ardores restingueret, & ærumnas subleuaret. atque hæc se ab eo audisse Rufinus [a] testatur, Antiochiæ cum esset. Quod vero S. Babylæ reliquias Iulianus non abiecerit, aut disperserit, sed cum honore in Ciuitatem reportari permiserit, ea causa fuisse videri potest, quod horrendos exitus quorundam impiorum exhorruerit, vt Iuliani auunculi, qui ex Christiano Ethnicus redditus, sacra vasa profanans, tetro vlcere percussus, interijt; vt Felicis Regij ærarij præfecti, item Apostatæ, qui simili de casu de repente medius crepuit; vt Elpidij Comitis rerum priuatarum, item desertoris, qui licet tardius, pœnas impietatis luit. hæc latius & aliquantum diuersè narrantur a Chrysost. orat. contra Gentiles. Sozom. [b] (qui & de eximio Martyrio Theodoriti, Thesauri Ecclesiæ custodis, quod eum indicare recusaret, meminit) & Theodoreto [c] & Nicephoro [d] qui addit alia horrenda supplicia, in Neronem quendam Episcopum, & Theotecnum desertores fidei diuinitus inflicta. de Felicis & Iuliani repentino interitu etiam Ammian. meminit, lib. 23. B C

Theodorus martyr.

Vincti oēs dimittūtur ex Consilio Prę fecti.

a lib. 2. c. 36.

Horrēdi quidā casus Apostatarum.

b lib. 5. c. 7.

c li. 2. c. 11. & 12.

d li. 10. c. 20.

Apollinis Daphnitici tēplum cœlitus conburitur.

S. Babylæ reliquijs in vrbem illatis, ignis cœlitus demissus Templi Daphnitici Apollinis, tectum, cum eius simulacro totum exussit. quem ignem de cęlo lapsum Dęmonis sacerdos, inter tormenta, confessus est; idipsum Iuliano Artemius exprobrauit, & rustici quidam prope habitantes, fulmen è cœlo se vidisse super templum delatum, testati sunt. Vt humano id maleficio factum probaretur, dirissimam quæstionem de Christianis Iulianus habuit, irrito conatu, & nisi metus Martyris furore eius maior fuisset, tum saltem reliquias eius conculcandas abiecisset; sed veritus Martyris proximi vltionem, in Martyres longe positos stulte iram conuertit, alijs Martyrum ædibus, prope Apollinis Didymei fanum, pro Nileto situm, disturbari & incendi iussit. S. Chrysost. orat. contra Gentiles. Sozom. [e] Theodor. [f] De Daphne incenso, Libanius Sophista orationem magna diligentia elucubrauit, quam Iulian. epist. ad eum 20. celebrat, qualem non potuisset vllus alius perficere, quam S. Chrysost. orat. sua contra Gentiles ex parte recitans, irridet, & exhibet irridendam. D

e lib. 5. c. 19.

f lib. 3. c. 10.

g lib. 3. c. 13

De Sacerdotis Daphnes filio, præclaram Theodoret. [g] narrat historiam, qui a Diaconissa quadam ad Christianam pietatem inuitatus, & de ea edoctus, à Patre aufugit, & rursum retractus, omnia Patris simulacra confregit, & diuinitus reseratis claustris, quibus tenebatur inclusus, liber emissus, Hierosolymam ad Cyrillum Episcopū profugit, & Christiana religione suscepta, post extinctum Iulianum, patrem quoq; ad veram religionem adduxit. E

Iulianus pergens liberius Christianos tentare, & in perniciem impietatis retrahere, fontes primo vrbis, & Daphnes, sceleratis sacrificijs polluit, & omnia esculenta, aqua aspersit lustrali, quæ Christiani ingemiscentes & detestantes, tamen eisdē vescebantur,

A bantur, iuxta illud Apostoli. (1. Cor. 10.) *quidquid in macello venditur, comedite, nihil interrogantes, propter conscientiam*: porro fontes illos sic pollutos diuino miraculo exsiccatos esse, asserit Chrysost. orat. contra Gentiles. Theodor.[a] a lib. 3. c. 14.

Tunc quoque accidit, vt Eusignius miles emeritus, annum agens ætatis cētesimum decimum, cum in Iulianum exprobraret Constantini fidem, sub quo militauerat, & vt pietatis desertorem, libere redargueret, vt Maiestatis reus, ab Apostata obtruncari sit iussus. Menolog. & Martyrolog. Rom. 3. Aug.

Quo etiam tempore Martyrium subierunt Iuuentinus & Maximus milites. Hi cū in quodam conuiuio præsentem statum deplorarent, delati sunt ad Imp. qui, specie affectatę Tyrannidis, bonis omnibus spoliatos, in carcerem trudit, vbi ab vniuersa fere Ciuitate frequentantur, Principis mandato neglecto. Is, per summissos homines ad impietatem eos pellicere studet, ac demum constantes in fide, mandat capite truncari, quorum reliquiæ, etiam proposito vitæ periculo sublatę, & pie conditæ sunt, ad quorum reliquiarum cultum incitat S. Io. Chrysost. orat. in eos. *Idcirco* inquit *sæpe eos inuisamus, tumulos adornemus, magnaque fide contingamus, vt inde benedictionem aliquam assequamur.* B

Sed & fęminæ ipsæ Tyrannum hunc contempserunt, in quibus Publia Vidua Matrona nobilissima, & propter eximiam virtutem, omnium sermonibus celebrata, Virginum Choro pręfecta, Imperatore transeunte, illa in eius contemptum, decutari mandauit, *Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum;* &, *similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis*, &, cum Iuliano imperanti silentium, non acquiescerent, productam Pręfectam, anum venerādam, à satellite verberari iussit, quam cum affirmet Theodoretus Ioannis matrem, ea apud Græcos sententia inualuit, vt hæc fuerit Parens Ioannis Chrysostomi (Menolog. 10. Octobr.) quod vt minus pro certo affirmari possit, multa sunt quæ repugnent; nomen; cum Chrysostomi matrem Anthusam appellatam affirment: ætas, cum iunior hoc tempore fuerit mater Chrysost. tum illud maxime, quod Ioānem illum Publiæ filium, dicat Theodoretus, non potuisse adduci, vt Episcopatum susciperet, cum Chrysostomum Constantinop. Episcopum fuisse constet. Theodor.[b] C b lib. 3. c. 17.

Porro non ab anu fęmina tātum illusus est Iulianus, sed & delusus a Mimo, Porphyrio nomine, qui vt Christianam Religionem risui exponeret, baptismo, per iocum initiatus, serio exinde Christum confessus, summa constantia perstans in sententia, bilem principis adeo mouit, vt in eum continuo animaduerti iusserit, sicque ex Mimo Martyr effectus, anniuersario honore colitur 17. Kalend. Octobr. Martyrolog. Rom. D

His omnibus exagitatus Iulianus, grauibus Antiochenos afficit incommodis, atq; eo potissimum, quod exercitum ad bellum Persicum comparatum, ibidem in hybernis continuit, cogens eos annonam vili vendere, quam caro emissent, vt ob id multi a mercatura destiterint, & caritas inualuerit. Socr. 5. c. 15. Inde ira percitus Tarsum concedit, vbi Sacerdos Æsculapij Artemius illum conuenit, columnas repetēs, quas Christiani ad suam ipsorum Ecclesiam constituendam abstulissent, quas sumptibus Episcopi statim restitui mandauit. Pagani, cum vnam columnam demoliti vsque ad limen Ecclesiæ cum machinis pertraxissent, & longius promouere non possent, ea relicta discesserunt; quam Episcopus post Iuliani interitum, facillime leuatam in pristinum locum reposuit. Zonaras Ann. Tom. 3.

E Antiochiam reuersus, nocturnas cędes fecit, alijs in Orontem fluuium demersis, alijs in abditissimos specus & fossas coniectis, alijs pietatis causa necatis, alijs pueris & Virginibus dissectis, ad euocationes animarum & diuinationes; de quibus Gregorius orat. 1. in eum, & Chrysost. orat. contra Gentil. & Socr.[c] c lib. 3. c. 11.

Antiochiæ agente Iuliano, Legati Persarum adueniunt postulatum, vt bellum palam indiceret, quibus respondit, *meipsum breui videbitis, & propterea legatos mittere non est opus*. Socr.[d] d 3. c. 16.

Ab Antiochia ad persecutionem in vtriusque Syriæ Ecclesias transeamus. Ac primum Constantiam, (quæ vrbs est Palæstinæ a Constantino sic denominata, in hono-

rem filij Constantij seu Constantiæ sororis, cum antea nauale Gazensium esset & Maiuma vocaretur, & ob pietatem in Christum à Gazensium superstitiosorum iure exemerat, Gazensibus rursum subdidit, dempto Constantiæ nomine, quo tempore Gazenses, Eusebium, Nestabo, & Zenonem, fratres, captos, in carcerem coniectos, ac post extractos, ferali impetu, per totam vrbem immaniter trahentes, dilacerarunt: quorum reliquias, studiose ex incendio relictas, ossibus bestiarum admiscuerant, diuinitus ostẽsas, & collectas, pia femina condidit. Præfectus, facinus auersatus, Gazensium aliquot in carcerem ad supplicium coniecerat: at Iulianus euocatum incusat: *Nam quid causæ erat*, inquit, *vt ad supplicium abducerentur hi, qui paucos Galilæos, pro iniurijs quas ipsis sæpe, ac Deis intulerant, probe vlti fuissent*? hæc latius Sozom. [a] in qua causa Cæsariensium Greg. refert dixisse *Quid enim graue*, inquit (*iustus Iudex, minime Christianos persequens*,) *si decem Galilæos manus vna Græcanica sustulit? Hæc vero non perspicua Crudelitas? an non persecutionis edictum*? oratione prima in Iulianum. B

Martyres in Syria.

a lib. 5. ca. 3. & 8.

Iidem Gazenses, Hilarionem in suo agro commorantem, ad necem persecuti sunt, eo tempore, eiusmodi de causa: quod, cum apud eos insignia miracula perpetrasset; vnum in theatro maxime perspicuum fecit; Cum Italici cuiusdam Christiani equos, ad Circense certamen destinatos, & ab aduersario malefico, incantationibus impeditos ad cursum, aspersa aqua à se benedicta, liberos & expeditos reddidit; tanto omnium stupore, vt statim etiam ab Ethnicis acclamatum sit: *Marnas* (Idolum Gazensium) *victus a Christo est*. Is tum in Oasenam Ægypti solitudinem se recepit, & Gazẽses, destructo eius Monasterio, impetrant a Iuliano, eius & Hesichij mortem, ambeque vt quærerentur toto orbe scriptum erat. Hæc latius Hieronymus in vita Hilarionis, & Sozom. [b] Sed eorundem Gazensium & Ascalonitarum immania in Christianos facinora, prosequitur Theodoretus [c] pauca, vt ait, de plurimis sumens ad commemorãdum; Sacerdotum videlicet & sacrarũ Virginum vẽtres dissecuisse, eosque fartos hordeo, porcis deuorãdos obiecisse; qđ facinus recẽtes hæretici in Gallia imitati ferũtur. & Sebastę in Palæstina itẽ Ioãnis Baptistæ tumulũ aperuisse, ossa effodisse igni absumẽda, & eorũ cineres passim dispersisse. q̃ iubente ipso Iuliano, patrata esse apparet, ex ijs quæ ipse habet in Misopogone, loquens de Ethnicis ipsis Syris. *Deorum inquit, templa restituerunt, sepulchra vero Atheorum omnia* (sic nominant sacra conditoria Martyrum) *signo a me nuper dato, euerterunt: ita elati & erecti animis, vt scelera eorum qui Deos violarunt, acrius etiam, quam mea ferebat voluntas, vindicarint*. Sed & Elisei Prophetæ ossa, eadem affecta fuisse contumelia Nicephorus [d] Rufin. [e] & acta Artemij Martyris 20. Octobr. tradunt. C

b lib. 5. c. 9.

c lib. 3. c. 6.

Gentiles sacras reliqas effodiunt, & dispergunt.

d li. 10. c. 13.

e li. 2. c. 28.

Paria in sacras Virgines admiserunt Heliopolitani ad montem Libanium siti, quasi vlturi quod Constantinus Fano Veneris Heliopoli diruto, vetuerat, ne Virgines suas vt patrius mos ante tulerat, homini fortuito occurrenti prius stuprandas traderent, quam cum viris quibus desponsatæ erant congrederentur. Sozom. 5. cap. 9. D

Sacras Virgines diuexãt.

Porro Arethusij Marcum suum Episcopum iam admodum senem, horribiliter tractum, punctim laceratum, miserabiliter occiderunt, quem, olim partium Arianarum, verisimile est ad Catholicos transiisse, cum Greg. Nazian. eum appellet virum eximiũ ac sacrosanctum senem; & omnes historici, cum egregiam eius in patiendo constantiam narrant, hominem pietate insignem prædicent. Sozom. [f] Scythopolitani quoque in Palæstina in ossa Patrophili iamdiu perfuncti munere Episcopatus, debacchati sunt, digne sane hæc Patrophilus, licet pro pietate, in pœnam tamen impietatis passus est, cum esset Arianus, & in Eusebium Vercellensem apud se exulem crudelis in primis extitisset. Niceph. [g] E

Sãctos Ẽpos trucidant.

f lib. 5. c. 9.

g li. 10. c. 13.

Bostrenis per publicum præconem Iulianus mandat, vt Titum eorum Ciuitatis Episcopum expellant; at ille libellum ad eum mittit, contestans, quod quamuis Christiani Gentilibus aduersarij essent, tamen quietè & tranquille se gererent, suisque hortationibus inducti, nihil omnino seditiosum cogitarent; At Iulianus Titum plebi inuidiosum & odiosum reddere parans, scripsit ad Bostrenos insidiosissimas & calumniosissimas litteras, quasi Titus eos incusasset, studens omnino populos a Clericis separare, & Episcopos illis infensos reddere, quo sic a seipsis diuulsos facilius inuaderet.

Ea

A Ea epistola non extat inter alias latine editas. Sozom. a In ea porro epistola hæc verba maxime obseruanda sunt. *Neminem* .n.ait *ipsorum* (Christianorum) *inuitum ad Idolorum aras trahi permittimus: imo palam ipsis significauimus, quod si quis sua sponte nobiscum sacrificiorum & libaminum particeps esse voluerit, eum prius expiationes Dijs offerre oporteat, deosque rogare tutelares, nostrorum piorum sacrificiorum participem esse, antequam animam quidem precibus ad Deos, corpus vero expiationibus purget* hæc, magna hypocrisi, Iulianus, vt nomen Violenti & persecutoris effugeret, cum tamen maxime persequeretur.

a li.5.c.14.

Ingens & pudenda hypocrisis Iuliani

Certior factus Iulianus Cesareæ Philippi, vrbe Phęnicię, præclaram esse Christi statuam, quam mulier, quæ sanguinis profluuio laborabat, cum esset morbo liberata,
B ibi collocauerat, eam deturbauit, suamque in eo loco posuit, quo facto ignis violentus de cœlo dilapsus, statuam illam circa pectus persecuit, caputque vna cum collo in terram deiecit, atque in faciem humi ea in parte defixit, quæ fuerat a pectore diuulsa ex quo quidem tempore ad hodiernum diem (scribit Sozom. 5. cap. 20.) atra, atque fulminis ictu ambusta manet. Id temporis igitur Gentiles statuam Christi tanta cum violentia trahebant, vt eam confringerent, at Christiani postea eius fragmenta cum collegissent in Ecclesia posuerunt, vbi etiam adhuc seruantur. Ex basi supra quam hæc Christi statua locata erat, herba quædam (vt narrat Eusebius) quæ morbis cuiusque generis mederi solet, enascebatur: quæ quidem cuius generis esset, nemo nostrorum medicorum, qui vel scientia valebant medendi, vel experientia, omnino nouit. hæc,
C præter Sozom. b Acta Arthemij Martyris apud Metaphrastem, 20. Octobris capite 30. & Nicephorus libro 10. & alij.

Iuliani statua pro ea, quam Hæmorrhoissa Christo statuerat reposita, cœlitus deturbatur.

Miraculũ de herba adnascẽte basi statuæ Christi.

b lib.5.c.20.

Transeamus ad Ægyptum, quam vexatam quoque Prouinciam, persecutione Iuliani, Apollonij sanctissimi Monachi acta apud Euagrium in Vitis Patrum, capite 7. fidem inter alia faciunt. Cum cogeret Iulianus Clericos & Monachos militare, ad consolandum quendam Monachum coniectum in carcerem venit Apollonius, & simul cũ illo reclusus, eodem carcere, diuinitus accidit carcerem illustrari & reserari, & custodes ob id eos obsecrare vt liberi abirent. Aliàs quoque data facultate Gentilibus soluta licentia, Orgia celebrandi, & alia a Christianis Principibus vetita factitandi; accidit vt in circuitu Sancti Apollonij, pagi aliquot Deorum cultui summe dediti, simula
D crum circumferrent bacchantium ritu; qua re conspecta Apollonius, tum forte illac cum aliquot fratribus iter habens, eorum miseratus errorem, Deo inuocato, illos cum eorum simulacro sic defixit loco, vt per totum diem moueri non possent. quo miraculo commoti, eum mittunt rogatum, se vt dissoluat a vinculis, omnes Christi fidem amplexuros, qui veniens, sola oratione omnes resoluit, & illi gratias agentes, Christo se addixerunt. qua re vulgata, plurimi ad fidem conuertebantur, ita vt in regionibus illis nullus iam amplius gentilis remaneret.

Miracula a Deo, per Appolloniũ Monachum facta.

Alexandrini Ethnici audita Arthemij Augustalis morte, efferati animis in Georgium Episcopum Alexandrinum, quod Constantium Imperatorem in eos concitauerat, exercitum in urbem induxerat, Delubrum apud eos sanctissimum occupauerat, arcana profanorum & feralium eorum rituũ ludibrio exposuerat, in se suaque tueri conantes, armatos immiserat, raptum conterunt, proculcant, & varijs supplicijs misera-
E biliter enecant; camelo impositum ad ludibrium circumducunt, comburunt, cineres spargunt; & vna Præfectum Dracontium, & Diodorum Comitem; qui tamen Georgius, martyr vocari non potest, non modo quod secta esset Arianus, & Catholicorum carnifex teterrimus: sed etiam, quia, non tam pro pietate & religione Christiana ab Ethnicis interfectus fuit, quam ob iniurias & diram Tyrannidem, quam vt in Christianos, sic in Gentiles exercuerat. Nazianzenus in laudem Athanasij, Epiphanius hæresi 70. Socrates c Ammian. d

Iulianus per summam simulationem fingit se ægrè tulisse eius tam atrocem cædem, litteris datis ad Alexandrinos, quas recitat Socrat. e Extant aliæ duæ eiusdem Iuliani epistolæ ad Præfectos nona & trigesima, de Georgij Bibliotheca conseruanda, & ad se Antiochiam peruehenda.

c lib.3. c. 2.
d lib. 22.
e lib.3.c.3.

Post sublatum dira morte Georgium, Magnus Athanasius emersus è latebris, & è se-

pulcro,

pulcro, in quo ſicut mortuus viuens diu permanſerat, velut è mortuis reſurgens, perſpicuus cunctis, Alexandriam venit, magna ſuſceptus gloria. Gregorius Nazianzenus in laudem Athanaſij, Hieron. contra Luciferianos.

Synod. Alex.

Athanaſius Synodum habet Alexandriæ, in qua adfuerunt non modo Ægypti, Lybiæ, Græciæ Epiſcopi, ſed & Arabiæ, Aſterius Petræ, Italiæ, Euſebius Vercellenſis, & Hiſpaniæ, Lucifer Calaritanus, per Diaconos ſuos Legatos, Herennium, & Agapetũ. Ex auctoritate porro Romani Pontificis Liberij coactam hanc Synodum, non eſt dubitandum, vt colligitur ex Reſcripto Athanaſij ad Liberium, cuius tantum extat fragmentum; &, ex eiuſdem auctoritate, ad eam conueniſſe Euſebium Epiſcopum Vercellenſem, & Luciferum Calaritanum per Legatos; cuius pariter iuſſu, tanta ijdem ſibi ſumpſerint: nempè vt Lucifer, ceteris exploſis, crearet Paulinum Epiſcopum Antiochenum: cuius item Legati Diaconi affuerunt in dicta Synodo. (non enim idẽ negotium erat vnius Ciuitatis Sardiniȩ Inſulæ Epiſcopi, ſed prȩſulis ſumma poteſtate fungentis) vtque Euſebius fungeretur Legatione ad reſtituendas collapſas totius Orientis eccleſias, extat epiſtola Liberij eius argumenti ad Italiȩ Epiſcopos apud Hilarium in fragmentis recens editis, pag. 37. 38. Quid in ea Synodo actum ſit, habetur ex Athanaſio in Epiſtola quidem ad Rufinianum (extat in Nicæna Synodo 2.) *Communi decreto*, inquit, *placuit, vt hic, & vbique gentium quicunque lapſi fuiſſent proprio arbitrio, & anteſignani fuiſſent impietatis, ſi reſipiſcerent, ignoſcendum quidem illis, verũ non reſtituendos in Cleri numerũ: Qui verò non auctores, ſed neceſſitate, & violentia compulſi fuiſſent: viſum eſt illis quidem ignoſcendum, & in Cleri locum reſtituendos, maximè cum probabilem defenſionem, & excuſationem dederint. Atque hoc quoque œconomice, & rationabiliter factum videtur.* &c. Et paulo poſt, *Hæc & Romam ſcripta ſunt, Romanamq. Eccleſiam omnia comprobaſſe cõſtat.* & hoc eſt, qđ dixit S. Hieron. aduerſus Luciferianos. *Aſſenſus eſt huic ſententiæ Occidens, & per tam neceſſarium Concilium è Sathanæ faucibus ereptus eſt Mundus*: quod maxime dictum videtur propter Concilij Ariminenſis Epiſcopos deceptos, & coactos.

Lapſi Epĩ recipiuntur diuerſe, pro diuerſit. criminum.

Decretum quoque aduerſus Eunomium, Macedonium, & alios Semiarianos, negãtes Diuinitatem Spiritus Sancti, necnon tunc recens emergentem hæreſim, quæ poſtea dicta eſt Apollinaris, perfectam Chriſti incarnationem diminuentem, nempè animam ab homine detrahentem. Socr. [a]

a lib. 3. ca. 4. & 5.

Catholici diſſidentes conciliati, circa οὐσίαν, & ὑπόστασιν.

Sopita item in eadem Synodo eſt periculoſa controuerſia inter Catholicos orta, cum alij affirmarent in Trinitate vnam hypoſtaſim, alij tres hypoſtaſes, atque hi, illos Sabellianiſmi inſimularent; & illi, hos Arianiſmi, cum tamen utrique rectè ſentirent. Siquidem qui unam hypoſtaſim dicebant, vnam οὐσίαν eſſentiam, & ſubſtantiam intelligebant, (nam vt Marius Victorinus in libello de homouſio recipiẽdo ait, *Græci οὐσίαν* uel *ὑπόστασιν dicunt, nos uno nomine ſubſtantiam dicimus, & οὐσίαν Græce pauci, & raro; ὑπόστασιν omnes*) *confitentes item perſonarum Trinitatem: qui verò τρεῖς ὑποστάσεις,* non *τρεῖς οὐσίας eſſentias, aut ſubſtantias, ſed tres perſonas in vna eſſentia confitebantur*: quibus expoſitionibus inuicem acceptis, & probatis, in vnum conuenerunt, vt omnes pariter Arium, & Sabellium execrarentur. Epiſtola Synodica Alexandriæ Synodi apud Athanaſium, titulo Tomus 12. ad Antiochenſ. S. Auguſt. lib. 5. de Trinit. cap. 8. & 9. *Eſſentiam dico, οὐσίαν Græcè dicitur, quam vſitatius ſubſtantiam uocamus. Dicunt quidem, & illi hypoſtaſim, ſed neſcio quid uolunt intereſſe inter vſiam, & hypoſtaſim, ita ut plerique noſtri, qui hæc Græco tractant eloquio, dicere conſueuerint οὐσίαν, τρεῖς ὑποστάσεις quod eſt Latine unam eſſentiam, tres ſubſtantias, ſed quia noſtra loquendi conſuetudo iã obtinuit, ut hoc intelligatur, cum dicimus eſſentiã, quod intelligitur, cum dicimus ſubſtantiam, non audemus dicere vnam eſſentiam, tres ſubſtantias, ſed vnam eſſentiam uel ſubſtantiam, tres autem perſonas, quemadmodum multi Latini iſta tractantes, & digni auctoritate dixerunt: cum modum alium aptiorem non inuenirent quo enunciarent verbis quod ſine uerbis intelligebant.* Hæc Auguſtinus.

In Cõcil. Sardic. nihil additũ ad Confeſſ. Nicænã.

Declaratum præterea eſt in eadem Synodo, Confeſſionem illam fidei ab Arianis, ſub titulo Concilij Sardicenſis, promulgatam, eſſe ſpuriam, & in eo Concilio nihil additum ad confeſſionem Nicænam. De quibus omnibus ſcripta eſt Epiſtola Synodalis,

A dalis, prius ad Antiochenos, post ad uniuersos Orientales missa, extat apud Athanasium.

Lucifer statim vt exilio solutus est, nomine, vt credibile est, Liberij Papæ, Antiochiam proficiscitur, ad Ecclesiam illam discissam sarciendam, & ad vnitatem, sub vno Episcopo, redigendam, cum alij Catholicorum communicarent Meletio, quem Eudoxiani Antiochensibus dederant Episcopum, vt suarum partium, qui tamen post sensit cum Catholicis; alij verò minimè illi communicare vellent, eo quod ab hæreticis datus fuisset Episcopus. Lucifer igitur præproperus, vt ait Rufinus, Paulinum Catholicum quidem, & sanctum virum, ac per omnia dignum Sacerdotio, dat illis Episcopũ, quem & Synodus Alexandrina, & Romana Ecclesia probauit, nec propterea tamen Ecclesia illa in vnum collecta est, quantumuis Meletius vsque ad Valentis tempora exularet, vt habet Chrysostomus in oratione de Natali Meletij [a] Eusebius Vercellensis Episcopus, statim post Concilium, Alexandria decedens, Antiochiam contendit, & inuento populo in duas scisso factiones, ægre tulit, & inde Orientem peragrans infirmos in fide, instar præstantis Medici, ad integram valetudinem restituit, doctrina Ecclesiistica instruxit, erudiuitque (Socrates [b]) quod ex auctoritate Sedis Apostolicæ factum oportuit, illum quidem in Cappadocia fuisse innuit S. Greg. Nazianz. cum agit de creatione Eusebij Episcopi.

Lucifer Paulinũ dat Antioch. Epm, ex Ro. Põt. auctoritate.

a Apud Sur 12. Octobr.

b lib. 3. c. 7.

Dissensionis porrò causa inter Eusebium, & Luciferum ortæ, vnde noua postea secta deriuata est Luciferianorum, non omnio videtur ea fuisse, quam affirmat Socr. loco proxime citato & Sozom. [c] & Rufin. [d] quod Eusebius non probasset ordinationẽ Paulini a Lucifero factam, quomodo enim non probaret, quam Synodus probasset, in qua ipse Eusebius, & Paulinus per legatos affuisset? Ea igitur causa fuit, quod austerioris spiritus cum esset Lucifer, indigne tulit ex Synodi decreto ianuam patefactam Episcopis omnibus lapsis, quasi nihil deliquissent, ideoque in Eusebium, quem aduenientem Antiochiam primum est nactus, velut in eius Decreti auctorem inuectus est, ecq; magis in eum exacerbatus, quod ex suscepto munere legationis, idipsum passim præstaret, vt Episcopos, qui cum Arianis communicassent, ad suas ipsorum Ecclesias, impertita illis communione Catholica, reuocaret.

Dissensionis inter Luciferũ, & Euseb. causæ.

c lib. 5. c. 12.
d lib. 1. c. 30.

Schisma Luciferianorum.

LVcifer igitur non modo improbauit Decretum Synodi, de recipiendis, cum dignitate, Episcopis lapsis, sed etiam se ab eorum communione separauit, qui eos sub satisfactione, & pœnitentia reciperent: &, relictis, suæ sententiæ in Oriente paucis asseclis (vt est apud Marcellinum eiusdem schismatis presbyterum Luciferianum) regressus ad suam Ecclesiam, *siue*, inquit Rufinus, *quia cita morte præuentus, tempus sententiæ mutandæ non habuit, (etenim temere cœpta spatio corrigi solent) siue hoc animo immobiliter sederit, parum firmauerim*: Ex ipso interim Luciferianorũ schisma, quòd, licet per paucos, adhuc voluitur, sumpsit exordium; miserandus plane casus illustris confessoris, & omni lachrymarum fonte deflendus, quem dicit Hieronym. in Catalogo, sub Valentiniano, decessisse. Quod vero Theodoretus affirmat, eum post reditum, nouam excogitasse doctrinam, quam sectati sint, qui ab eo nomen sunt consecuti, falsum probatur ex S. Ambrosio in oratione in funere fratris. Hieronymo aduersus Luciferianos, August. de Agone Christiano, cap. 30. ac propterea nec S. Epiphan. nec Philastr. Luciferianos inter hæreticos recensuerunt, quod animaduertit S. Augustinus de hær. cap. 81.

Sed cunctis procacior habitus est Hilarius Romanæ Ecclesię Diacon. qui olim cum Lucifero Legatus a Liberio ad Constantium missus, & illustris confessionis gloria nobilitatus, maculam tandem posuit in gloria sua, non modo schismate se cum Lucifero ab Ecclesia segregans, sed & hæresim addens, dum negat, baptismum hæreticorum recipiendum esse: ad quam astruendam sententiam Commentarium scripsit; sed cum nec ex Schismaticis quidem ipsis habere potuerit sectatorem, secta cum auctore

Hilarius Ro Diaconus ex schismate labitur in hæresim.

A pariter interijt, S.Hieronymus aduersus Luciferian.

Eusebij Vet. ccll. in Occidentem reditus glorios⁹.

Eusebius, bene gesta legatione, ad Ecclesias Orientis, quando redierit in Italiam, omninò non constat, sed illud constat, magna gloria susceptum, quod significauit S. Hieronym. aduersus Lucifer. cum scripsit: Tunc ad reditum Eusebij lugubres vestes Italia mutauit, concurrentibus Episcopis, Ariminensib. dolis irretitis, & contestantibus, se deceptos, & in fraudem inductos: quos omnes ad Ecclesiam aggregauit. Hoc ipsum præstitit sanctus Hilarius in Gallijs, dum coactis Concilijs Galliconorum Episcoporum, perseuerantes in errore impietatis, vt Saturninus Arelatensis, & Paternus a Patragoricis, depositi Sede sunt, qui verò pœnitentes veram fidem confessi sunt, receperunt pristinas Sedes. Illud apud omnes constitit (ait Seuerus lib. 2.) vnius Hilarij beneficio Gallias nostras piaculo hæresis liberatas, quæ quidem non nisi hoc anno, mortuo Constantio, Arianorum patrono, perfici potuerunt: cum interim clarissimi Confessores Paulinus Treuerensis, & Rodanius Tolosanus in Phrygia exules, non sine corona martyrij, decessissent, vt habet Seuerus. Hæc eadem de vtroque Eusebio, & Hilario, Rufin. [a] Ita duo isti viri inquit velut magnifica quædam mundi lumina, Illyricã, Italiam, Galliasque suo splendore radiarunt, vt omnes etiam de abditis angulis, & abstrusis, hæreticorum tenebræ fugarentur. B

Galliæ per Hilarium ab hæresi liberatæ.

a lib. 1. c. 30. & 31.

Prodijt nunc primum in lucem epistola Synodalis vnius ex illius temporis Gallicanis Concilijs, Parisiensi, vt videtur, ad Orientales edita, in Hilarij fragmentis lib. 2. p. 1. 2. 3.

Hæretici cũ hæreticis cõfligunt.

b lib. 5. c. 13.
c lib. 3. c. 8.

Semiariani, qui dicebantur, hæretici, Acacianis, & Eudoxianis contradicentes, a Constantio exagitati, & eiecti, eo mortuo, Iuliani edicto recuperatis ecclesijs, aduersus Acacianos, & Eudoxianos conuentus agunt, abdicant Acacianos, fidem Arimini stabilitã reijciunt, formulę fidei, Antiochię editæ, & post a Cõcilio Seleuciæ congregato cõfirmatæ, suffragantur: sui facti hãc reddentes rationẽ, quod Episcopi Occidentis Filium, Patri consubstantialem asseruerant, Aëtius autem eum substantia Patri dissimilem docuerat, idcirco ipsi piè fecissent, quod Filium Patri substantia similem dixerant: & mediam hanc viam, quoniam vtrique illi ad contraria extrema deflexissent, sibi delegerant ad insistendum. Ex Sozom. [b] & Socr. [c] ac improbe quidem illi, & stulte, perinde ac medium posset inueniri inter asserentes Christum vere Deum, & non Deum, cum non nisi vnus sit Deus, vnaque diuina substantia: si affirmandum erat, Christum Deum vere esse, plane Patri consubstantialem dicere necesse fuisset. C

Hæretici & Gentiles irruunt in Athanasium, Iuliano duce.

d lib. 1. c. 33.
e 5. cap. 14.

Ariani, qui Alexandriæ erant, indignissime ferentes reditu Athanasij Ecclesiam Catholicam florere, conspirant cum Gentilibus, eosque in illum concitant, eo maximè prætextu, quod præter alios Gentiles, nobilissimas quasdam matronas ad Christi fidem adductas, magno dedecore Imperij Iuliani, & Christianæ religionis, summa gloria, baptizasset: & a Iuliano perlibente impetrant, vt Alexandria Athanasius, atque adeo tota Aegypto expellatur, eoque magis, quod Magi, Augures, Aruspices, contestarentur, nisi Athanasius expelleretur, nihil prosperum successurum, epistola quidem ad Alexandrinos (quæ est num. 27. inter epistolas Iuliani) illam prætexit causam, quod eiectis episcopis a Constantio, tantum fecisset potestatem ad patriam reuertendi, non ad Ecclesias suas regendas. in epistola vero ad Eedicium, Præfectum Aegypti (quæ est num. 6.) veram patefacit causam, cur eum eijciat, quod nimirum opera Athanasij Dij omnes contemnerentur. Rufin. [d] Sozom. [e] D

Athanasius insequentes, se ad necem eludit.

Iuliani his Rescriptis cogitur Athanasius Ecclesia, amicis commendata, vrbe excedere, cum, complorantibus circum se fidelibus, diceret, *Bono animo estote, nebula enim est, & breui euanescet.* Sozom. loco proxime citato. Addunt Rufin. Socr. Theodoret. secretioribus litteris mandatum fuisse, vt interficeretur, quod cum intellexisset, nauigio conscenso in Thebaidem traijciebat, & monitus, esse qui se insequerentur, conuerso in aduersam partem nauigio, insequentes frustratus, venit Alexandriam, ibique toto tempore, quo vixit Iulianus, delituit. E

Quod autem Alexandrina ciuitas referta esset Christianis Catholicis, ægrè illi ferẽtes eiectum esse Athanasium, pro eius reditu Iuliano supplicant; quod colligitur ex epistola Iuliani ad Alexandrinos; itemque ingens odium, quo is illum prosequebatur, vt

per-

A permissurus esset quemcunque alium, præter ipsum, Ecclesiam illam administrare, propter excellentem eius virtutem, & pietatem.

Eiecto pastore, conniuente Iuliano, Ecclesia illa à Præsidibus, Ethnicis, Iudæis, Arianis dire exagitata, & vexata est, ita vt etiam Basilica Alexandrina incensa ab illis fuerit, quod est apud sanctum Ambrosium epistola 29. ad Theodosium Imperatorem, & apud Socratem.[a] a lib. 3. c. 12.

Quam acerba persecutio vexarit Romanam florentissimam Ecclesiam, atque adeo omnes Ecclesias Occidentis, tum ex studio, & contentione Iuliani Idolorum cultum restituendi, tum ex furore Gentilium in Christianos, tum ex paucis, quæ restant, exemplis, colligi potest, quod enim absque titulo Christianitatis, sed alijs confictis criminibus Christiani in iudicium vocarentur, & occiderentur, obscuriora remanserunt acta plurimorum Martyrum. Hoc primum prætextu, quod templorum diuitijs expilatis, aliqui ditati essent: deinde etiam, quod ex Euangelij præscripto Christiani nequaquam deberent affluere diuitijs, sed eas petentibus, impendere, & superaddere, & perfectionis causa, omnia erogare, fiscus in bona eorum inuadebat, quo nomine rapaces iniecit manus in opulentissimum Gallicani, viri Consularis, olim generi Constantini, patrimonium. Sed reditus egenorum tutatus est Deus pauendis prodigijs. Nam quicunque accedebat, vt prædijs, vel domibus, fiscales affigeret titulos, vel exigeret pensiones, arripiebatur a Dæmone, vel percussus lepra, è vestigio recedebat. Sed nequam illi spiritus, expetentes de Gallicano vindictam, ab obsessis corporibus se minime egredi posse iactabant, nisi idem ipse Dijs sacra ageret Gallicanus, quo nomine côuentus, cum facere renuisset, Iuliani Rescripto, ex Italiæ finibus abire iussus, se contulit Alexandriam; ubi a Rauciano Comite truncatus capite, martyrium feliciter consecutus est. quo eodem tempore Romæ Hilarius Gallicani pernecessarius, necnon Donatus Episcopus Aretinus, spectatæ vir sanctitudinis, obtruncatione capitis, martyrium consummarunt Acta, Martyrolog. Rom. 25. Iunij, 16. Iul. 7. Aug.

Iuliana Occidentis persecutio.

Gallicani, & aliorum Martyrium.

B

C

Romæ item SS. Ioannes, & Paulus fratres, cum recusarent in familia Iuliani numerari, & Iouem colere, obtruncati sunt. 26. Iun. S. Pigmenius presbyter in Tiberim demersus, 24. Mart. Priscus presbyter, Priscillianus clericus, Benedicta religiosa femina, martyrio affecti. Dafrosa clarissima femina, vxor Flauiani, aliàs Fabiani, seu Fausti Expræfecti, post viri damnationem, exilium passa, post occisa, 4. Ian. cuius filia Bibiana, plumbatis cæsa, expirauit 2. Decembris, apud matrem, & sororem Demetriam tumulata, quæ & ipsa 21. Iul. martyrium pro Christo obierat.

SS. Io. & Pauli Martyriũ.

D Sed insigniter triumphauit Christus tum Romæ, per Gordianum, Vicariam præfecturam gerentem, quique in Christianos sæuierat, dum audito Ianuario presbytero, religionis causa, sub titulo tamen maleficij, sibi oblato, Christum agnouit, & professus est, cum Marina coniuge, & quinquaginta tribus de familia, qua re delata ad Iulianum, per Clementianum Tribunum, & toto negotio magicis incantationibus adscripto, deponitur Magistratu Gordianus, & iudicio Clementiani, in eius locum suffecti, subijcitur, qui habita sæuissima de eo quæstione, sacrificare renuentem, plumbatis cæsum, gladio subiecit, capite truncandum. Marina verò vxor ad Aquas Saluias (an potius Salinas) deputata ad seruitium rusticorum: Ianuarius verò presbyter inscriptione notatus est. Hæc ex Actis, ea parte (ut & alia) corruptis, quod quæ tempore Iuliani, & per eiusdem Magistratus gesta sunt, & forte ex eius Rescriptis, eadem corã E ipso facta esse dicuntur, atque Romæ, cum satis constet toto Imperij sui tempore versatum esse in Oriente.

Passus est item Romæ Leopardus Iuliano familiaris 30. Sept.

In Gallijs, vbi Præfecturam gessit Sallustius, Iuliano omniũ charissimus, ob idque Christianorum acerbissimus hostis, passos reperimus quattuor Germanos, Eliphium, Tullensem, eius fratrem, Eucharium Episcopum, & sorores Libariam, atque Susannã, præter alios, de quibus merito possumus suspicari. Acta, ex eo falsa, quod referunt hęc martyria in id tempus, cum Iulianus esset cum exercitu in Gallijs, quo tempore se Christianum simulabat, & de Christianis bene mereri studebat.

Victrici⁹ miles, post Rothomag. Eps

A Victricius miles per hoc Iuliani tempus sub Tribuno, pro Christo abijciens cingulum, ab eo multis affectus tormentis, & capitis damnatus, carnifice, qui ad eum cædendum missus fuerat, cæcitate percusso, ipse vinculis solutus, liber euasit, & post Rothomagẽsis episcopus factus, Morinorum, & Neruiorum gentes indomitas, verbi prædicatione, ad fidem Christi perduxit, & demum Confessor in pace quieuit. Martyrolog. Rom. 7. Aug. S. Paulinus epist. 26. multa de eo præclarè scribit.

Atque hi tantum memorantur passi sub Iuliano, in Gallijs, cum tamen dire exagitatas esse eas Prouincias sub Præfectura Sallustij, illud etiam admoneat, quod aduersus eundem, siue Dioscorum vicem eius gerentem, scripsisse commentarium S. Hilarium Episcopum Pictauiensem, S. Hieronymus auctor est, de script. in Hilario.

At iam statum Ecclesiæ Africanæ, qui fuerit sub Iuliano videamus.

B Donatistarum ad Schisma Ducibus, per tres proximos Imperatores, Constantino Magno, Constante, & Constantio, relegatis, Ecclesia Africana quietem habebat; cum ecce Apostata Principe prodeunte, legatione missa (adulationis plena, cum apud eum solum iustitiam locum habere, dixissent) ab eo facilè impetrant ab exilio missionem, & Ecclesiarum restitutionem, de qua re Optatus, lib. 2. *Erubescite*, inquit, *si vllus est pudor, eadem voce vobis libertas est reddita, qua voce, Idolorum patefieri iussa sunt templa*, &c. Quod Iuliani pro Donatistis Rescriptum quale fuerit, pensari potest ex eo, quod tanto post Honorius Imperator, publico voluit exponi ludibrio, quo illorum temeritas, atque procacia omnibus ostentui esset. Edicto ad Adrianum Præfectum Prætorio, [a] Quæ autem illi hostes Christianæ concordiæ, Apostatæ Imperatoris innixi præsidio, egerint, & qualia, quãque funesta, ac deplorata patrauerint, Optatus lib. 2. satis accuratè recenset, inuasiones Basilicarum, Altarium demolitiones, calicum confractiones, direptiones, raptationes, trucidationes clericorum, laicorum, puerorum, matronarum, Virginum sacrarum, omnium diuinorum sacramentorum uiolationes, in quibus illud memorabile ad illorum impietatem coarguendam, & diuinã pietatem commendandam, & per tam admiranda, ad emendationem euocãtem, quod sacra Eucharistia canibus proiecta, ijdem canes accensi rabie, ipsos dños suos, quasi latrones, sancti corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos & inimicos, laniauerũt; ampullam quoque chrismatis, per fenestram, vt frangeretur, iactatam, manus angelica ita sustinuit, vt inter saxa illęsa consederit. Cuius immanis impietatis imitatores plures nostra tulit ætas. Sed in episcopos in primis, & alios clericos eorum desæuiebat impietas, vt destitutos pastoribus oues, liberius diriperent, lacerarent, depascerentur. Sed hæc latius Optatus. Consilium in hoc quidem Iuliani aperit Chrysostomus lib. contra Gentiles, vt videlicet indulgendo Donatistis, & illis ab exilio relaxandis, & Episcopis depositis ob aliquod facinus, restituendis, Christianos inter se committeret, quo minori post negotio debellarentur.

a L. 37. de heret. C. Theo.

Donatistarũ immanitas, per recentes Hereticos representata.

C

D

Iuliani leges uiolentæ in Christianos.

Iulianus non modò ipse Christianos contumeliæ causa Galileos vocabat, sed ad Christi nomen extinguendum, publica lege decreuit ab omnibus ita vocandos. Greg. or. 1. in Iul. Chrysost. or. in Gentil. Sed derisa eius impietas est, inquit, Chrysost. frustratusque est conatus omnis.

Crucis cultum, atquę sanctorum, Christianis Iulianus exprobrabat, in quo eum imitantur egregie recentes hæretici, apud Cyrill. lib. 6. & 10. in Iul. Sed ad eius leges redeamus.

E Concessa a Constantino Magno, atque Constantio priuilegia Decurionibus Christianis, & impertita ab eisdem clericis, virginibus, viduis, & miserabilibus personis dona, & immunitates, atque diuersi generis priuilegia cassa reddidit. [b] Sozom. [c] nec hoc illi visum satis, sed & quæ a Gentilibus Imperatoribus aliquando, certa ex causa, collata fuissent, abstulit, nam ter mille modios tritici perpetua largitione collatos a Marco Aurelio Imperatore, erogãdos in pauperes Ecclesię Hierapolitanę petitione Abercij eius ciuitatis Episcopi, ad hanc vsque diem a ceteris persecutoribus persolutos, prorsus abstulit. Metaphr. in Act. S. Abercij, 2. Octobr.

b L. 50. & De cur. & l. 4. de lustr. collat. C. Theod.
c lib. 5. c. 5.

Edicto, ad expeditionem belli Persici, ingentem pecunię vim Christianis imperauit, quę & seuerissimè exacta est, ijs tantum immunibus, qui Christiana religione re-

A liᴄta, Idolis sacrificassent. Socr. [a]

Constituebat, inquit Nazianzenus, *Christianos omni libertate, & fiducia spoliare, & ab omnibus rebus arcere, Concilijs, foro, publicis cœtibus, ipsisque adeo tribunalibus, vt nec per vim oppressi, iniurias suas, iudicio persequi liceret, nec pecuniario detrimento affectis, aut quoquo modo, præter ius, fasque læsis, quidquam opis leges afferrent, sed pellerentur, & trucidarentur, respiratioeque ipsa pene interdicerentur, idque iustitiæ cuiusdam prætextu, quod lex nostra præscribat, ne iniuriam acceptam vlciscamur, ne litem intendamus; ne quidquam omnino possideamus, propriumque existimemus, ne malum pro malo regeramus*, &c. Sozom. [b]

a lib. 3. c. 11
b 5. c. 17.

Pœnas quoque exigebat de ijs, quę a Christianis in Gentilium superstitionem, superioribus annis patrata essent, *Si quis*, (inquit Chrysost. or. de Iuuentino & Maximo B MM.) *superioribus annis, cum adhuc pij Reges rerum potirentur, vel altaria demolitus esset, uel templa suffodisset, uel oblationes diripuisset, uel aliud tale quid egisset, rapiebatur ad Tribunal, & occidebatur etiam insons, & duntaxat delatus.*

Tulisse insuper eam legem Iulianus, vt Galilęi a militia pellerentur, auctores sunt Theodor. [c] & Rufin. [d] & vt ab omni prouinciarum administratione arcerentur, ijdem.

c 3. cap. 7.
d 1. c. 32.

De Magistris studiorum, Doctoribusque sanxit, vt quisquis docere vellet, prius a Senatu Ciuitatum, probatus, suo quoque iudicio confirmaretur; qua primum arte, more suo, putauit, se Christianos omnes a docendo posse repellere. [e]

e L. 5. de Profes. C. Theo.

Hoc eodem post anno Edictum protulit, quo manifestè Christiani a docendo repellebantur, varijs quidem allatis prætextibus, sed eo maxime consilio, quod Christiani docentes, ex Gentilibus, Deorum inanem prorsus esse cultum, argumentis C pluribus demonstrabant; adeò, vt sic illos interpretari, nihil aliud esset, quam adolescentes vera religione imbuere, & a Gentilicia superstitione penitus dimouere; quos sic semel imbutos, perfacile erat ad Christianam fidem amplexandam adducere, quibus si ijdem illi carerent magistris, & Gentiles auctores a Gentilibus Doctoribus magno Deorum præconio explicatos acciperent, fieret, vt eorum cultui addicerentur, retinerentque firmiter, quod pueri didicissent. Extat sanctio, quantumlibet iudicio quoque Ammiani, Gentilis hominis lib. 25. improbata, inter epistolas Iul. nume. 42. perbelle fucata, & pigmentis delinita.

Sed mirandum est plerosque auctores scripsisse, non tam a docendo, quàm a discendo Iuliani edicto, reiectos fuisse homines Christianos. Rufin. [f] Socr. [g] Theodor. [h] Sozomen. [i] Augustinusque [k] qui de Ciuit. Dei, scriptum reliquit. *An ipse* D *non est ecclesiam persecutus, qui Christianos liberales artes docere, ac discere vetuit?* cum tamen ex Iuliani edicto perspicuè constet, a docendo Gentilium literas Christianos homines tantummodò fuisse reiectos, a discendo nunquam; sic quidem illud intellexisse apparet, S. Hieronymum in Chron. & S. Ambros. epist. 30. ad Valentinianum, de quo Edicto Iulianum acerrime exagitat Gregor. or. 1. in ipsum. Hoc publicato edicto, qui per ciuitates Christiani Doctores essent, scholas deseruere, de Musonio quidem testatur Eunapius. De Proæresio, magni nominis philosopho, sic S. Hierony. in Chronico; Proæresius Sophista Atheniẽsis, lege lata, ne Christiani liberalium artium Doctores essent, cum sibi specialiter Iulianus concederet, vt Christianos doceret, scholam sponte deseruit, quo significatur aperte, illum fuisse Christianum, quod tamen de illo, nec Eunapius, res illius fusius prosecutus, nec alius prodidit, & de Ma- E rio Victorino nobilissimo oratore, Romæ Rhetoricam publicè profitẽte, S. Augustin. tradit Confess. 8. cap. 5. deserere cathedram potius voluisse, quam a Christiana fide deficere, quam prompto animo suscepisset. Hunc porro Victorinum tanta Romæ fuisse claritudine ait Sanctus Hieronym. in Chron. vt donari meruerit statua in foro Traiani. In extrema ætate Christi fidem amplexus est; Complures Platonicorum libros latinitate donauit, quos se legisse Augustinus tradit 8. Confess. cap. 2. aliquot eius lucubrationes recenset S. Hieronymus. Extât eius libri quattuor de Trinitate, hymni tres, & de Homousio recipiendo lucubratiuncula.

Iulianus arcet edicto Christianos a docendo.
f lib. 1. c. 32.
g lib. 3. c. 20.
h 3. c. 8.
i 5. c. 17.
k lib. 18. c. 52
Victorinus. Orator.

Huius occasione legis, meminit Sozom. [l] Apollinaris literatissimi hominis, qui ar-

l lib. 5. c. 17.

Apollinaris omnis genearis opera scribit, antiquos celebres æquans.

gumentis è sacris literis depromptis, de illis, ad similitudinem earum disciplinarum, quæ Encyclicæ appellantur, scripsit Epica, Comica, Tragica, Lyrica opera, quæ, scripta Gentilium, qui in his rebus excellebant, exæquarunt, &c. *Non obscurus*, addit, *est ille quidem liber, quem aduersus Imperatorem Iulianum, siue aduersus philosophos Gentiles, pro veritate inscripsit, in quo sine vllis sacrarum literarum testimonijs, plane ostendit, eos in illo, quod de Deo sentiendum est, per errorem vehementer lapsos esse, quæ irridens Imperator Episcopis eius temporis, facile præstantissimis, scripsit hæc, legi, intellexi, improbaui. Ad quæ rescripsere Episcopi, Legisti quidem, sed non intellexisti; nam si intellexisses, non improbasses.*

Iulianus, ritus Christianos, cogitat transferre ad Gentiles.

Iulianus, cum summo studio ad Gentilium superstitionem augendam incumberet, & tamen eam religione Christiana, laude, & hominum approbatione, longè inferiorem esse peruideret, qui res nostras irridere, & contemnere soleret, nostros ritus, cæremonias, disciplinam, mores, æmulari vt habet Sozom.[a] in animum induxit, alternos choros canentium, collegia Virginum, Hospitales domos, sedulam egenorum curam, & huiusmodi, vt ex eius ad Arsacem Galatiæ Gentilitiæ superstitionis Pontificem, litteris apparet, quæ extant apud Sozom.[b] de cuius conatu plura S. Gregor. Nazianz. or. 1. in eum, quem, exitum non habuisse, ait, non tam quod is citius ex hac vita abreptus est, quam quod nostra, non hominum sunt, sed Dei inuenta, & hominum captum superant. Idem impius Imperator, & vanus philosophus, lege sancire non erubuit, vt liberum esset vxoribus maritos dimittere, apud Augustin. in qq. ex vtroque mixtim.[c]

a lib. 5. c. 10.

b lib. 5. c. 15.

c q. 115. & 144.

Hoc anno mense Decembri, quod reliquum fuerat Nicomediæ a priore terremotu, nouo prostratum est: & Nicæa non mediocriter concussa est. Ammian. lib. 22.

Christi Annus	*Liberij Pap.*	*Iuliani Imp.*	*Iuliano 4.m atq; Sallustio.* Coss.
363.	12.	2.	

QVi hoc anno Consulem creauit Sallustium, agente Præfectum in Gallijs, Iulianus, Apronianum Romæ decreuit esse Præfectum. Octauianum Proconsulem Africæ: Venusto Vicario commisit Hispanias, & Rufinum Aradium Comitem Orientis, in locum auunculi Iuliani, recens defuncti, prouexit. Ammian. lib. 23. qui & addit, pluribus eum territum ominibus, in quibus nuncius fuit allatus de terræmotu, qui accidit Constantinopoli, *quibus diebus* (pergit Ammian.) *nunciatum est illi per litteras, Romæ super hoc bello libros Sibyllæ consultos (vt iusserat) Imperatorem eo anno discedere a limitibus suis, aperto prohibuisse responso. 14. Kal. Aprilis noctu, Palatini Apollinis templum, Præfecturam regente Aproniano, in Vrbe conflagrauit æterna; vbi, ni multiplex iuuisset auxilium, etiam Cumana carmina consumpserat magnitudo flammarum; Apronianus sæuit in Magos, & Maleficos* (Ammian. li. 23.) quo titulo Præfectos agere in Christianos consueuisse, ob inuidiam decori nominis Martyrij, superius dictum est, vt dubium minime sit, ea inquisitione Magorum, accusantibus eo nomine Christianos, ex more Gentilibus, ex eis quàm plurimos causam dicere iussos esse, atque diuersis pœnis affectos.

Fauet Iudæis in odiũ Christianorũ Iulianus.

Iulianus non tam ambitione, & cupiditate gloriæ, ut opinatus est Ammianus, quã studio euertendi Christianam religionem, cum alioqui esset æque infensus Iudæis, ac Christianis, & sciret Iudæos acerrimos esse hostes Christianorum, se eximium fautorem illorum ostendit, & Templum illud, olim celeberrimum, Ierosolymitanum, immodicis sumptibus instaurare cogitauit, & negotiũ maturandũ Alipio Antiochensi dedit; quo, illi eius fauore subnixi, ad sæuiẽdũ in Christianos incitarẽtur: quod quidẽ eos præstitisse constat, ex epistola S. Ambrosij 28. ad Theodosium. *At certè*, ait, *si iure gentium agerem, dicerem quantas Ecclesiæ Basilicas Iudæi tempore Imperij Iuliani incenderint Damasci, Gazæ, Ascalonæ, Berythi, Alexandriæ, & illis ferè locis omnibus; & uindictã nemo quæsiuit.* Et S. Chryso. hom. 44. in Matth. *Nemo*, inquit, *uestrũ ignorat memoria nostra, quando Iulianus, qui oẽs homines impietate superauit, contra Christianos*

A *stianos sæuiret, quomodo plerique ex Iudæis Gentibus adhærebant, & cultum Idolorum præferebant.* & alibi, homilia scilicet 4. in Act. Apost. in destructione templorum per eos facta, prodigia quædam magna accidisse testatur. Ad quos officij plenam tunc dedit epistolam, inter eius epistolas 25. de qua & Sozom. [a] rogans vt pro suo regno uota faciant, quo redux victor ex bello Persico sanctam Vrbem Hierusalem a se refectã incolere, & una cum illis, optimo Deo gratias agere queat. a lib. 5. c. 21.

Cum itaque (ait Ammianus, paucis, quod alij ex nostris plenius disseruerũt) *idẽ fortiter instaret Alipius, iuuaretque prouinciæ Rector, metuendi globi flammarum, propè fundamenta crebris assultibus erumpentes, fecere locum, exustis aliquoties operantibus inaccessum, hocque modo, elemento destinatius repellente, cessauit inceptum.* hæc eadem Chrysost. hoc tempore puer, oratione 2. aduersus Iudæos; oratione aduers. Gentiles, uigesimo post anno habita, quàm hæc acciderunt. hom. 4. in Matth. 47. in Act. Nazianz. or. 2. in Iulianum. Plura alia admiranda signa scribuntur contigisse; Crux in B coelo uisa, & in uestibus inhærens, ferramenta cœlesti igne consumpta, materia ad ædificandum congesta turbine ventorum disiecta, & alia, quæ a Rufino, Theodor. Socr. Sozom. recensentur, quibus signis admirandis Iudæi, ac Gentiles conterriti, plurimi Christi Dei potentiam confessi, eius fidem complexi sunt. Scribit Orosius [b] Iulianum ex congesta ad construendum augustissimum templum materia, (postquam impossibile uisum est, niti aduersus Deũ velle) præcepisse ædificari Theatrum in quo reuersus ex Perside, Episcopos, Monachos, ceterosque eius loci accolas Christianos, traderet bestijs laniandos. Hierosolymis per hoc tempus Cyriacus Episcopus (cuius ciuitatis incertum) de more sancta inuisens loca, vrgente persecutione, peremptus est. Martyrol. Rom. 4. Non. Maij.

Prodigijs impedita Tẽpli Hierosolymit. restitutio.

b lib. 7. c. 30.

C Hoc ipso anno, mense Februario rescripsit ad populum, de non uiolandis sepulchris, neque efferendis interdiu, quod Christiani facere solerent, cadaueribus defunctorum. [c]

c L 3. de sepulch. uiol. C. Theod.

Ex oraculis pluribus consultis, & pollicentibus victoriam in immensum elatus, sexaginta quinque millia militum (vt ait Zosim. lib. 3.) delegit; legationes gentium, plurimarum auxilia pollicentium, liberaliter susceptas, remisit, speciosa fiducia, Principe respondente, nequaquam decere aduentitijs adiumentis rem adiuuari Romanã, cuius opibus fouere conueniret amicos, & socios, si auxilium eos adegerit necessitas implorare, vt est apud Ammian. lib. 23.

Deceptus quoq; est a Maximo philosopho (imo Mago) illo, qui eum a Christiana religione ad Ethnicismum abduxerat) pollicente victoriam, nõ minorem, quam Ale D xander olim obtinuisset; cuius animam in se transmigrasse somniabat, quem Maximũ ad se accersiuit ex Asia, & Priscum ex Græcia, socios expeditionis, Magorũ præstantissimos, quos alij sunt subsecuti, turba videlicet hominum, ait Eunapius, qui suas virtutes stulte prædicabant, & valde superbiebant, ob dictum Imperatoris gloriantis, se tales uiros esse nactum.

Inde etiam summariã sibi fiduciam comparauit ex uotis, quæ nemo vnquam antea, ipse uerò tunc Dijs nuncupauit, quorum erat illud primum, se Christianos Dijs immolaturum, cum de Persis victor redijsset. Hieron. in Chron. Chrysost. aduersus Gent. Nazian. orat. 2. aduers. Iul. Hæc scientes Christiani, inquit Gregor. omnib. humanis auxilijs destituti, Deum, in quem tantum vnica spes collocata erat, assiduis precibus interpellabant, vigilijs, atque ieiunijs, alijsque pietatis officijs vrgebant, ut de- E stinato neci omni populo Christiano, Christianæque religioni funditus eruendæ, quàm citissime suppetias ferret, nec destiterunt, quousque Deus eos audiuit.

Vota Iuliani in exterminium Christianorum.

Ineunte vere, præmisso exercitu, Antiochia egreditur, & Antiochenis infensus, Heliopolitem quẽdam Alexandrum, Syriacæ Iurisdictioni præfecit, ait Ammianus, turbulentum, & sæuum, dicebatque illum non meruisse, sed Antiochensibus auaris, & contumeliosis huiusmodi iudicem conuenire. Iter suum relegit ipsemet epist. ad Libanium numero 28. in quo multa infausta acciderunt, quę ipsemet sibi blandiens, & turbã adulantiũ haruspicum, vt fausta, & felicia interpretabantur. *Erant*, inquit Ammianus *omnia oracula dubia & ambigua, quæ nõ nisi casus aperuere postremi, iuxta illud*

vulgatum. Aio te Aeacida Romanos uincere posse. Addit idem Aruspices Hetruscos, quos secum ductabat, eadem ex libris, ostensa prodigiorum significatione, eum a cœptis reprimere conatos esse. sed calcabantur, inquit, philosophis refragantibus (imo Magis, Maximo & Prisco) quorum reuerenda tunc erat auctoritas. & sane iusto Dei iudicio ab illis maxime deductus est ad interitum, a quibus seductus fuerat. A

In eadem expeditione (quod summis Ducibus gloriæ datum est) idem Iulianus ipsas noctes peruigil in commentarijs scribendis suis, instar Cæsaris, insumebat; ut non litteras tantum diuersas ad diuersos daret, sed & libros componeret, eos præsertim, quos contra Christianam religionem elaborauit, de quibus Libanius, eos præferens libris Porphirij aduersus eosdem Christianos. Apud Socr.[a] & Hieron. in epist. 84. ad Magnum. Eos postea libros confutauit Cyrillus Alexandrin. decem libris, ad Theodos. Imp. in quibus intexti sunt libri illi Iuliani. B

a lib.3. c.19. Iulianus scribit in Christ.

Prætergressus Edessam (propter odium fortasse incolarum, qui ab vsque Apostolorum temporibus Christianam religionem eximie colerent, cuius, & Ecclesiæ pecunias omnes tolli iusserat, & militibus diuidi, vt extat in epist. 43. ad Ecebolium) Nisibin ad Tigrim peruenit, quam omnib. rebus communitam, inexpugnabilem reddidit, & tamen ipse debilem putauit, quod esset Deorũ auxilio destituta, cum illi Christum colerent, & Iacobi, eius Ciuitatis episcopi, reliquijs assistendo, & vigilãdo, magnum honorem impenderent, quas efferri iubendo, omni ciuitatem præsidio, quo per eius sancti intercessionem, hactenus aduersus Persas munita fuerat, nesciẽs spoliauit. Gennadius in Iacobo.

Ibi in eum Demetrius, sanctissimus Monachus, Persa, magna constantia insurgẽs, exprobrauit Apostasiam; quem ille cum duob. discipulis lapidibus iussit occidi. Martyrol. Rom. 7. Aug. C

Miraculũ de Iuliani tabellario Dæmone, per Monachi orationẽ, represso. b p.2.c.19. c li.11.c.45.

Agente Iuliano apud Persas, accidit hoc memoria dignum, vt Dæmon, quo internuncio vtebatur, ad res ocius cognoscendas, in Occidentem missus, in quodam loco, vbi Publius Monachus assidue orabat, per decem dies sisteretur, sic ut progredi non posset, & re infecta reuersus, rem Iuliano referret, qui mortem Monacho ex Perside regressus, minatus est. Vita SS.PP.[b] De Publio autẽ Monacho, qui hoc sæculo claruit in Zeugmatensibus solitarijs locis, mentio est apud Niceph.[c] Miraculum illud de represso Dæmone, per orationem Publij, audiens quidam Procerum, omnibus suis in pauperes distributis, ad Publium profectus, clarus Monachus euasit. Cedren. Glicas.

Iulianus occiditur.

Iuliano vsque ad Ctesiphontem omnia prospera cesserunt, deinceps omnia aduersa; illudque in primis, quod transfugæ consilium secutus, incensis nauibus, quibus commeatus subuehebatur, interiora penetrans, exercitum in magnam rerum necessariarum egestatem coniecit: ac demum a tergo, & a fronte inuadentibus Persis, equestri hasta ipse costas transfixus, in castra relatus, media nocte vitam deseruit: Auctor lethalis, sed Christianis omnibus salutaris, vulneris, incertus. Libanius Christianos eius necis in crimen vocat. ea in orat. qua Iulianum laudauit, apud Niceph. 10. cap. 34.[d] Ammianus quoq. refert rumore iactato incerto Iulianum telo cecidisse Romano. Callistus satelles eius, bellum illud heroico carmine prosequens, illum a Demone transfixum interijsse commemorat, apud Socr.[e] At S. Gregor. Nazian. orat. 2. in eũ, ministerio Angelorum id factum affirmat; & in laudem Athanasij, vi numinis totum illud negotium confectum esse, tradit D. Basilius orans ad B. Mariæ imaginem, simulque S. Martyris Mercurialis, ut impius Iulianus Apostata tolleretur, vidit martyrẽ ad modicum tempus obscurum, non multo autem post hastam cruentam tenentem, ex qua re didicit, quid esset euenturum. Damascen. orat. 1. de Imagin. ex Helladio Basilij successore: sed & alijs hæc per visum ostensa fuere. Vide Sozome.[f] Nicepho.[g] Theodor.[h] D E

d li.10.c.34 e lib.3.c.18. f lib.6.c.2. g li.10.c.35. h 3.c.19.

Quid porro moriẽs Iulianus, in Christum impie molitus sit, Theodoret.[i] refert, simul ac plagam acceperat, manum protinus sanguine impleuisse, & illum proiecisse in aerem, ac dixisse, Vicisti Galilęe. apud Niceph.[k] proijciendo sanguinem exclamasse; saturare Nazarene. diuersum quid narrat Sozom.[l] de blasphemia in solem, quem

i 3. c.20. k 10.c.34. l 6.c.2.

impen-

A impense coluerat, & præclaro hymno celebrarat.

Iuliani interitus, diuino vlciscente numine, contigit 6. kalen. Iulij ætatis anno trigesimo primo, Imperij secundo, cui explendo deessent m. 3. d. 9. Ammian. 25. in quo labitur Socr.[a] a li. 3. c. 16.

Ex hoc tentato, & male gesto Persico bello, in maximum discrimen adductum est Romanum Imperium, quod deplorarunt Ethnici historici, & nostri quoque scriptores, Nazianzenus, Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus, qui tamen Iulianus magno Reipublicæ bono a Dijs concessus ab Ethnicis prædicabatur, ut plures inscriptiones indicant. Corpus eius curatum, pro copia rerum, ac temporis, ait Ammian. & vbi olim ipse statuerat, Tarsi in Cilicia, conditum, sed exagitatum publice, & priuatim a populis, & vrbibus, cum ille, per ludibrium, res ab eo gestę, & impietas, exprobrarentur, & de eius interitu celebritates agerentur. Philosophi quoque eius, imo Magi, & B totus ille grex Augurum, Ariolorum, Haruspicum, miris modis deludebātur, maxime ab Antiochensibus, & gloria crucis celebrabatur. sed tum magis in Iulianum, & eius consiliarios, & sacrificos est conclamatum, cum reseratis penetralibus, & abditis recessibus peruestigatis, inuenta sunt humana corpora extincta, quę immolauerat Dijs, & exciderat, ad exta inspicienda, & scientiam futurorum consequendam, quæ in lucem prodita, & publice exposita sunt, tum Antiochiæ, tū Charris in Mesopotamia, in magnum conuitium, & ludibrium Gentilium, quibus nihil suppetebat ad excusandā imbecillitatem, uanitatem, & proditionem suorum Deorum, ex Theodoreto.[b] b 3. cap. 32.

Vnus inuētus est Libanius, sophista Antiochenus, Iuliano perfamiliaris & carus, qui funebri oratione, eius laudes celebrauit, indigna plane visa, etiam Gētilibus ipsis, C fama Libanij. ex qua oratione, ubi non leuiter Christianā religionem carpit, prorsus eluditur commentum illud, quod sub falso Amphilochij nomine, in vita Basilij Magni, narratur, de eius visione, & conuersione, & refelluntur etiam quæ post hæc, ab eodem Libanio ad eundem Basilium scriptæ sunt epistolæ. sed de moribus Libanij Eunapius, & Socr. 3. cap. 19. Parcior in Iuliani laudibus Ammianus fuit, ut historicus, nec reticens eius vitia *superstitiosus*, inquit, *magis, quàm religiosus, innumeras, sine parsimonia, pecudes mactans, ut æstimaretur, si reuertisset de Parthis, boues iam defuturos*. Zosimus auctor est plures historicos, & poetas res Iuliani persecutos fuisse, sed & Eunapius de se ipso testatur, quæ omnia perierunt, at quæ in eum a Gregorio Nazianz. duabus orationibus in Pontica solitudine scripta sunt, extabunt in perpetuum eius impietatis, & scelerum testimonium. Vnum hoc ad extremum adscri- D bam, quod aliquo modo attingit, Iulianam Basilissam eius matrem uocatam, quam & piam fęminam fuisse, ex eo colligere licet, quod prædia reliquisse Ecclesiæ Ephesinæ, habetur in Dialogo Palladij, de vita Chrysostomi.

Falsa quæ de Libanij conuersione apud Pseudo-amphilochiū leguntur.

Agebant per hoc tempus in Pontica solitudine præclarum illud amicorum par, Basilius, & Gregorius: seorsum quidem ab inuicem habitantes (ut colligitur ex Gregorio breui illa epistola ad Amphilochium, in eodem eremo degentem, quæ est numero 12.) & licet in regione frugifera, sterili tamen adeò, & inamæno loco, ut nec olusculorum suppeteret abundantia; sed Emmelia Basilij mater laudatissima (quam magnam matrem appellat Gregor. at vere pauperum studiosa) nihil verita sexum, aut ætatem, Basilium filium secuta, & quod Monasticæ obseruantiæ instituta non paterentur vna cum filio viuere, in villa, trans fluminis ripam sita, habitare cum delegisset, annonam subministrabat. Basilium epist. 79. quam porro vitæ rationem tene- E rent, explicat Gregor. epist. 9. Distincta quidem officia eorum describit Ruffin.[c] Basilio quasi in actione vitam tribuens, circumeundo regionem, docendo, prædicādo, Monasteria construendo, curam pauperum gerendo, Virginum collegia instituēdo, magna morum mutatione totius illius regionis; Gregorio verò, quasi assignans vitam in contemplatione positam; cum tamen ex eorum epistolis colligatur, vno, eodemque spiritu, parique studio ijsdem ambos occupatos, detentosque exercitijs. Quanti porro Basilius fecerit Gregorium, illa indicant epist. 141. qua respondet tētantibus eum reuocare Cæsaream. *Nunc quoniam*, inquit, *per gratiam Dei, voti nostri, pro viribus facti sumus compotes, organum benedictum, puteumque profundum*

Basil. & Gregor. in Pontica solitudine.

c lib. 2. c. 9.

adepti Gregorium, os illud, dico Christi, parumper nobis obsecro, hanc morulam indulgete. A

Interim Libanius repetiuit docendi studium, ad quem nobiles Cappadoces missuri filios suos commendari eos illi per epistolam a Basilio petierunt: quanti verò Libanius Basilium fecerit, quamq; illius elegantiam probarit, indicant epist. illæ apud Basil. 145. 159. Sed & quam Basilius Libanium, vt præceptorem, quantumuis Ethnicum obseruauit, quem Athenis docentem audierat, ex epist. ad eum satis constat.

Basilius in ea agens solitudine calumnijs exagitatur a Sabellianis hæreticis, huiusmodi occasione. Decesserat his temporibus Macarius Musonius, Neocæsariẽsis, Basilius de eius morte, eximie eum celebrans, & hortans ipsos ad electionem Episcopi, qui ad exemplum illius, eos tueri possit ab hæreticis, (quales dederat illis Deus Episcopos a magno illo Gregorio Thaumaturgo, vsque ad Musonium) epist. 62. Cum verò vniuersorum studia in deligendo Basilium essent propensiora: Sabelliani quidam, B qui se in Ecclesiam intrudere conabantur, cum viderent nullam in electione Pontificis, sui rationem haberi, conspirant in Basilium, eumque hominem ambitiosum (quasi ad regionem illam incolendam ea ratione venisset) nouorum dogmatum inuentorem, fideique sinceræ desertorem inclamantes, dictis scriptisque proscindunt, & lacerant, ciuitatemque illam perturbant. Purgat se igitur Basilius apud eos, epist. 63. quidem, de Monastica exercitatione, de vigilijs, de psalmodia, quasi nouitijs inuentis apud eos introductis: epist. verò 64. cur ad eam regionem accesserit, rationem reddit, seque minime expetere apud eos calumniantes, seditionibusque agitatos, Episcopum fieri, probat. Ostendit item calumniatores suos hæreticos esse Sabellianos, qui etiam illos corrumpere studeant, & Sabellianismum introducere, sub prætextu Euangelij, de quorum vesana doctrina differit, & ad cauendum commonet. C

Iouianus prouehitur in Imperium.

Extincto impio apostata Iuliano, ab exercitus Ducibus diuino plane impellente numine 5. kal. Iul. eligitur Imperator Iouianus, Sigindone in Pannonia natus, Domesticorum ordinis primus, Confessione clarus, quippe qui sub Iuliano, Zonam militarem deponere maluit, quàm sacrificare; permissus tamen militare, ob spectatam parentis virtutem. Qui professus se Christianum, nolle Gentilibus imperare, audiuit a militibus, & se Christianos esse. Ammian. lib. 25. Suidas. V. Iouianus. Rufin. Theodoret. Socr. & Sozom.

Eo modo a Iouiano suscepto Imperio, statim ei affuit diuina clementia, contraque omnem spem, cum clausi vndique hostibus tenerentur, nec euadendi facultas vlla superesset, subito emissos a Barbaris Oratores esse vident, pacemque deposcere, exercituiq; inedia consumpto cibos, ceteraque necessaria in mercimonijs polliceri, omnique humanitate nostrorum temeritatem emendare. Sic Rufin.[a] eadem ferè Chrysost. ora. contra Gentil. & Greg. 2. in Iul. oratione. D

a lib. 2. c. 1.

Pactæ fœderis conditiones in annos triginta, indignæ quidem, nisi eas necessitas extorsisset, in quibus illa, vt Susa, & quinque regiones Transtigritanæ, cum castellis quindecim, & castra Maurorum, monimentum per quam opportunum, Nisibus quoque, & Singara, sine tamen incolis, transirent in iura Persarum. Ammian. lib. 25.

Ex quibus, duris sane conditionibus, sed pro tempore necessarijs, magnum odium, maxime Ethnicorum, Iouiano concitatum est, ita vt passim irrideretur, & scommatibus proscinderetur: apud Suidam, & Niceph. 10. cap. vltimo.

Iouianus religionem in integrum restituere satagit.

Adeptus imperium Iouianus, religionem in integrum statim restituere insistit, delubra Idolorum claudi, sacra cessare mandat (Socr. 3. cap. 20.) libertatem Christianis, Ecclesijs, clericis, virginibus immunitatem restituit; aduersus raptores virginum seuerissimum Rescriptum dat; quod & extat Cod. Iustinianeo, de Episc. & Cler.[b] & Cod. Theod.[c] Theodor.[d] Sozom.[e] E

b lege 6. & c l. 2. de raptu uel matrim.

d lib. 4. c. 4.
e lib. 6. c. 6.
Athanas. ex synodi Sèt.

Præ ceteris Episcopis Athanasium ab exilio reuocat, vnum maxime Catholicæ fidei propugnatorem acerrimum, fideique veritatem ab eo sibi tradi postulat (Gregor. Nazianz. orat. in laudem Athanasij) Is igitur statim Synodum suorum Orthodoxorũ Episcoporum conuocat Alexandriam, vbi, communi consilio libellus catholicæ fidei mittitur ad nouum Imperatorem, ne ab hæreticis præoccuparetur, extat apud Athan.

& apud

A & apud Theodor. [a] Ex ea doctrina confirmatus Imperator, in ea, quam semper coluerat, fide Consubstantialis, aliarum sectarum Episcopis ad se adeuntibus, hoc tantum respondit. *Ego contentionem odio prosequor: eos qui concordiæ dediti sunt, complector amore, uenerorque.* Socr.[b]

Mittit libellum fidei ad Imperatorē. a lib.4.c 3. b 3.cap 21.

Ariani Episcopi cum Meletio, qui se olim ab illorum partibus segregarat, in Synodum Antiochiæ conuenientes, numero viginti septem, palinodiam recantantes, fidem Nicęnam recipiunt, & Synodalem ad Imperatorem mittunt, de quibus Themistius oratione quam inscripsit consularem. *Purpuram non Deum coluisse*, dixit.

Ariani & Meletiani Imp. e Nicænam fidem probare, ostentāt.

Acacius quoque, Cæsareę Palæstinæ Episcopis, Arianorum deterrimus, ne sub Catholico Imperatore pateretur, quod non Catholici sub Ariano, eo maxime instigante, passi fuerant, libellum Orthodoxæ fidei Iouiano obtulit, Synodum Nicænam comprobans.

B Atque hi non tantum ad Catholicam religionem recepti, sed & in gradu Episcoporum agere sunt permissi, suasque Ecclesias gubernare. Socr.[c] Sozom.[d]

c lib.3.c.21. d 6.c.4.

Qui Ariani in perfidia perstiterunt (quorum Principes Euzoius Episcopus Antiochen. & Lucius presbyter Alexandrinus) calumnijs tentarunt Imperatorem ab Athanasio abalienare, qui Antiochiam ad Imperatorem profectus, ab eo benigne exceptus, & religione cultus est (reiecto Lucio, cum minis, ni quiesceret) & ad Sedem suam, remissus cum mandato, vt quo sibi liberet modo, Ecclesias, & populum regeret. Epiph. hæres. 68. Sozom.[e]

e lib. 6.c.4.

Conflatum semel schisma inter eos, qui Meletium, & qui Paulinum sequebantur, Episcopos Antiochenos, sub Iuliano, sub Iouiano magis exacerbatum est, Vitale Antiocheno presbytero, partis Meletij, aduersus Paulinum pertinacius concitato, & obijciente illi Sabellianismum, de quo ille se purgauit, coram Athanasio, scripta suæ fidei

C confessione. Epiphan. hær. 77. nec se interponēs Athanasius, potuit eos in concordiam adducere.

Antiocheni Catholici Schismate laborant.

Fuit hic Vitalis, propter spectatissimos mores, in summa apud populū veneratione; qui ob indignationem quandam aduersus Flauianum compresbyterum, quod se contemptui haberi videret, adhæsit Apollinaristis, qui & sibi eum Antiochię delegerunt Episcopum. Epiphan. hær. 77. Sozom. [f]

Vitalis ob indignat. adheret Apollinaristis. f lib. 6.c.25.

Iouianus, præter omnem spem, & expectationem, philosophos, imo Magos, quibus Christiani calamitates suas sub Iuliano in primis acceptas ferebant, Maximum præsertim & Priscum, in honore habuit. Eunap. qua forte causa diuinum in se numen concitauit.

D Dum Iouianus Antiochiæ commoratur, Templum Traiani, quod ei, tanquam Diuo, Hadrianus erexerat, a Iuliano in Bibliothecæ locum conuersum, instigante vxore, incendit, Id Suidas, atque Niceph. tradunt.

Ante anni præsentis finem, Antiochia Constantinopolim decedit Iouianus, & Tarsum cum peruenisset, exornandum Iuliani sepulchrum decreuit, impij hominis, non piè.

Christi Annus 364. *Liberij Pap.* 13. *Iouiani Imp.* 1. *Iouiano, & Varroniano filio puero.* *Coss.*

E Iouianus in itinere Constantinopolim versus, in loco Dadastana dicto, qui Bithyniam a Galatia diuidit, improuiso casu, noctu exanimatus inuētus est. 13. kal. Mart. cum Imp. m. 7. d. 20. annum ætatis agens 33. relatus inter Diuos a Gentilibus, more patrio. Rescripta succedentium Imp. huius anni docent Ammian. Suid. Hieron. Chron. Eutrop. reliqui historici.

Iouinianus ep[?]ino moritur.

A

Valentinianus Imperator.

VAlentinianus, is, qui cum Valente fratre, sub Iuliano, ne sacrificaret, militiam renuncians, in Armeniam relegatus, & a Iouiano reuocatus fuerat, nulla discordante sententia, numinis aspiratione cœlestis, vt ait Ammianus, 5. Kal. Mart. Imperator eligitur, Cibale in Pannonia ortus, non generis nobilitate, sed propria virtute, & pietate clarissimus, ex non milite, miles, atque ex infima militia ad ampliores prouectus ordines, ac demum ad sublime gloriæ fastigium elatus. Socr.[a] Victor.

a 4. c. 1.

b lib. 26. c lib. 4.

B Progressus Constantinopolim, Valentem fratrem, Augustum declaratum, consortem asciscit Imperij. Ammian.[b] Zosim.[c]

Cæsarium Greg. Nazianz. fratrem, Catholica fide spectatum, Imperatores Quęstorem, mox Comitem rerum priuatarum, declarant. Greg. in laud. Cæsar. & Rescriptum AA.

Hoc tempore velut per vniuersum orbem Rom. bellicum canetibus buccinis excitę sæuissimæ gentes, limites sibi proximos persultabant, Ammian. quib. vt malis consulerent Imp. restitutis in labaro crucibus, & Christi nomine, partiuntur Imperium, & Valens quidem Orientem, Valentinianus Occidentem tuendum assumit, Sirmium vterque in Pannonia progressi, partitis exercitibus, Valens reuertitur Constantinopolim, Valentinianus se confert Mediolanum. Ammian. lib. 26.

Valentin. sacrorum curã permittit sacerdotibus.

C Præclarum est, quod Sozom. refert in hoc itinere datum a Valentiniano Episcopis Consubstantialitatem asserentibus, responsum, cum ab eo per Legatum Hypatianum Episcopum Heracleæ, vt liceret, ad doctrinam rectè constituendam conuenire. *Sibi*, dixit, *qui unus è numero laicorum esset, non licere se eiusmodi negotijs interponere. Ideo sacerdotes, & Episcopi*, inquit, *quibus hæc curæ sunt, seorsum per se ubicunque ipsis libitum fuerit, conueniant.* Quo responso, Lampsaci Concilium cogunt. Sozom.[d]

d 6. c. 7.

Procopius exurgit Tyrannus.

Procopius, Iuliano genere propinquus, cui a Iouiano cura delegata fuerat deferẽdi cadaueris Iuliani, Tarsum ad sepulchrum, re confecta, non amplius visus, licet studio ingenti perquisitus, nisi multo post, cum Constantinopoli apparuit subito purpuratus, hoc ipso anno, autumnali tempore, occasione captata, cum in Occidente longius abesset Valentinianus, & Valens quoque ob motus Gothicos in Cappadociam progressus esset. Ammianus.

Procopium adiutum primum omnium fuisse ab Eugenio Eunucho consilio, & opibus, auctor est Zosimus, lib. 4.

D Hoc ipso anno, & tempore, quo Procopius inuasit Imperium, Priscus, & Maximus philosophi & Magi, omnium sub Iuliano, causa malorum, iussu Valentis in custodiam traduntur, torquentur, ac demum liberantur. Eunap. qui de Maximo ait eum atrocissima passum, & a Elearcho Asiæ Proconsul. Valentis pernecessario, liberatum.

Imp. infestos fuisse ijs, quos sciissent fuisse Iuliano cariores, tradit Zosim. lib. 4. Et Eunapius quidem Oribasium Philosophum, & Medicum Iuliani, ad barbaras gentes relegatum, sed ob præstantiam artis medicæ, reuocatum narrat.

e L. 7. de Malef. C. Theod.

Imp. Idololatriam insectantes, nocturna sacra prohibẽt[e] quam legem abrogatam tradit Zosimus lib. 4. agente id apud Valentinianum Prætextato Græcię Proconsul.

f L. 9. de Malef. & Mathe. C. The.

g L. 6. de Med. & prof. C. Theod.

Porro Valentinianum A. hoc sui Imperij exordio dedisse legem, vt quam quisque vellet religionem coleret, idem ipse in alio a se postea dato Rescripto testatur.[f] E

Professores literarum Christiani restituti, huiusmodi Rescripto; *Si quis erudiendis adolescentibus vita pariter & facundia idoneus erit, vel nouum instituat auditorium, vel repetat intermissum.*[g]

A

Christi Annus 365. | Liberij Pap. 14. | Valentiniani & Valentis Impp. 2. | Valētiniano & Valēnte Coss.

HIs Consulibus, inquit Socr. a septimo scilicet anno post Concilium Seleuciæ, sub Constantio Imperatore habitū, Lampsaci in Hellesponto Conciliū celebratum erit a Semiarianis (in quo Sozom. b & alij, lapsi sunt, putantes Concilium Catholicorum fuisse) aduersus horrendas blasphemias, editas in C.P.na Conciliabulo ab Eudoxio, Acacio, & alijs Arianorum deterrimis, negantibus filij Dei cum Patre similitudinem, atque substantiam, cum illi Semiariani confitentes diuinam Filij cum Patre substantiam, negarent tamen eum esse Patri consubstantialem, nec Synodum Nicænam reciperent. Hinc. S. Basilius epist. 72. & 82. Lampsacenam confessionem inter eas numerat, quæ ab hæreticis, diuersis in locis editæ sūt. Quia tn̄ Semiarianorum illorum non erat is scopus, vt fidem Nicænam impugnarent, sed vt execrarentur portentosam fidei formulam Constantinopoli editam, quasi acturi negotium Catholicæ fidei, quos possent ad Lampsacenum conuentum aduersus Eudoxium, & eius sectatores conuocare conati sunt, etiam non Episcopos, insignes viros, vt Basilium Magnum, adhuc inter Monachos, in Ponto degentem, quod ipsemet testatur epist. ad Eustathiū Sebastenum numero 79. Decreta in ea Synodo Sozom. c pluribus, Socrat. d paucis his edisserit. Lampsaci in vnum conuenientes, ibi simulac fidei formulam Antiochiæ olim editam, de integro iam confirmauerant (eidem etiam Seleuciæ dudum subscripserant) illam quæ Arimini iam pridem ab episcopis, qui consentientem de religione habebant opinionem, exposita fuit, anathemate condemnarunt, rursusque contra Acacium, & Eudoxium, utpotè iure abdicatos, tulere sententiam, sed & blasphemam de spiritus sancti diuinitate negationem in eo Concilio probatam fuisse, apparet, ex his, quæ Socr. in eo cap. 4. scribit. Episcopi, qui Lampsaci conuenerant, & alij eiusdem communionis, quorum plerique, quod olim cum Eudoxio sensissent quem modo damnassent, sedibus suis priuati erant, ad eas auctoritate Liberij Papæ recipiendas, legationem ad eum mittunt, impudenti, & nefario mendacio, Catholicos se fingentes, & scripto edentes Nicænam fidem, a quo litteras communicatorias impetrant, & alias de sua ipsorum restitutione in sedes suas. Extāt Liberij litteræ ad Orientales apud Socr. e tanta erat auctoritas Rom. Pontificis, ut quantumlibet suspecti homines, & qui hactenus inhæsissent hæreticis, iam Catholicos redditos, eiusdem Rom. episcopi arbitrio, nemo eos recipere detrectaret. Redeuntes igitur in Oriētem Legati, vbicunque transire contingeret, Catholicam fidē profitebantur, ut in Concilio Siculorum episcoporum, & Illyricorum, a quibus & litteras tulerunt, ut ab alijs episcopis Italiæ, Galliæ, Africæ. Tunc quoque per Liberium ad Illyricæ Ecclesiæ episcopos, necnon ad Arianos Legatus missus est Elpidius presbyter Rom. Ecclesiæ, qui & eorum litteras Synodales ad Arianos attulit, (quas non suo loco Theodoret. citat f, quibus accesserunt, & litteræ Impp. Porro Italiæ episcopi Illyricis Nicænam fidem recipientibus gratulati sunt, epist. quæ extat in Fragm. Hilarij, lib. 1. pag. 38. 39.

Reuersi in Orientem Legati, & litteris Occidentalium, & in primis Liberij Papæ Synodo Tianensi (Basilij epist. 74.) in Cappadocia redditis, communionem Catholicorum impetrant, & Eustathius Sebastenus, Legatorum unus (de quo peculiaris fit mētio) in suam Ecclesiam restituitur, ex quibus apparet, vt etiam ab hæreticis cognita fuerit summa Roman. Pont. auctoritas, non modo Catholicis, ut Tyanensi Synodo, quæ ex litteris eius, & mandato, minimè detrectat recipere Eustathium (hunc sibi, ut Gentilem suum probe cognitum, antiquum Arij discipulum, atque in hæresim sæpe relapsum, cuius, & sociorum mendacissimam simulationem & fraudem referat S. Basilius epist. 73. ad suos Monachos, & 74. ad episcopos Occidentales, & 82. ad Patrophilum. Epiphan. hær. 75. hæc paucis, *Visus est* (Eustathius Sebastenus) *& ad Liberiū Beatum Romæ episcopum, vna cum multis episcopis Legatum agere, & editione Synodi in Nicæa facta, ac rectæ fidei confessione subscribere. Verum postea uelut reconditus, & ex*

Marginalia: a 4. c. 4. — Lampsacena Synodus Semiarianorū falso putata Catholicorū — b lib. 6. c. 7. — B — c 6. c. 7. — d 4. c. 4. — C — Quanta Ro. Pont. auctoritas. — e 4. c. 11. — D — f 4. c. 8. — E — Summa Ro. Pont. auctor. etiam hæreticis cognita.

somnijs expergefactus, rursum priora praua opinionis Arianorū consectari non destitit.

S. Basilius ex eremo scribens ad Synodum Tyanensem (quæ est epistola 68.) pacem se exoptare ait ab Eusebio Neocæsariensi episcopo, sibi infenso, quam & impetrat. A

Terræmotu, per totum orbem facto, mare littus egreditur, & Siciliæ, multarumque insularum vrbes, & innumerabiles populos opprimit. Hierony. in Chron. & in Vita S. Hilarionis. *Ea tempestate, terræmotu totius orbis, qui post Iouiani mortem accidit, maria egressa sunt terminos suos; & quasi rursum Deus diluuium minaretur, uel in antiquum chaos redirent omnia, naues ad prærupta delatæ montium pependerunt.* Eadem Ammian. lib. 26. & reliqui historici, sed non omnes suo loco. Tuncque accidit illud admirandum de Sācto Hilarione, cum Epidauritani veriti subuersionem, *senem posuerunt in littore. qui cum tria Crucis signa pinxisset in sabulo, manusq. contra tenderet, incredibile dictu est, in quantum altitudinem intumescens mare ante eum steterit, ac diu fremens, & quasi ad obicem indignans, paulatim in semetipsum relapsum sit. At senex magis expauescens fluctus humanarum laudum, quam ingruentes gurgites uastissimi pelagi exundantis, breui lembo, clara nocte fugit, & inuenta post biduum oneraria naui, perrexit Cyprum.* Hierony. in eius vita. B

Ingēs miraculū p Hilarionē factū.

Plures leges Impp.

Perscribunt AA. vt nō nisi, qui decennio in clericali functione perseuerassent, ijsdem clericis concessis liceret potiri immunitatibus. [a]

Christianis, iniurias a Gentilibus, sub Iuliano acceptas, in Idolorum templa uindicātibus, Gētiles Christianorū custodes magna pecunia a Magistratibus impetrāt, qđ ne fiat, Impp. rescribunt. *Quisquis seu Iudex, seu apparitor ad custodiā templorum homines Christianæ religionis apposuerit, sciat non saluti suæ, non fortunis esse parcendum. Dat. 15. Kal. Decembr. Mediolani, Valente, & Valentiniano Coss.*

Ob vinum denegatum, quod dari præceptum erat ab Impp. Symmachi Præfecti Vrbis domum furens populus incendit. [b] C

Sacras Virgines & viduas eximunt a censu capitationis. [c] *In Virginitate perpetua uiuentes, & eam iudicem, de qua ipsa maturitas pollicetur nulli iam eam esse nupturā, a plebeiæ capitationis iniuria uindicandas esse decernimus. Item pupillos in uirili sexu usque ad 20. annos ab istiusmodi functione immunes esse debere. Mulieres autem donec uirum unaquaque sortitur.*

Sanxerunt etiam ne Christiani ab exactoribus die Dominico conueniri possent. [d]

Lege etiam lata vetuerunt addisci, atque doceri improbatas magicas artes. [e]

Voluerunt etiam, ne Mercatores carius suas merces vendant, esse muneris Episcopalis prouidentia. [f] D

Cauerunt, ne Milites in Synagogis Iudæorum hospitia sibi quærerent. [g]

Vetuerunt etiam, ne Christiani delinquentes damnarentur ad ludum. [h] Id enim iamdiu antea abolitum, impius Iulianus in odium Christianorum reuocauerat in pristinum vsum.

a L. 19. de episc. & cler. C. Theod.
b l. 2. trib. in ipsis pec. inf. C. Theod.
c lege 4. de cēs. C. Theo.
d l. de exact. Cod. Theod.
e l. 8. Cod. de Malef.
f l. 1. Cod. de episc. aud.
g l. 3. Cod. de Iud.
h l. 8. de pœ.

Christi Annus	Liberij Pap.	Valētiniani, & Valētis	Gratiano, & Dagaipho Coss.
376.	15.	Impp. 3.	

Lampadius Præfectus Vrbis, expensis exhiberi solitis in magnificentissima Munerum editione, in pauperes egentes in Vaticano, collatis, plebem in se concitat, ac parum abest, quin ea domum eius incendat. Ammian. Christianus is fuisse videtur. E

Valens iuncto sibi Lupicino Magistro equitum aduersus Procopium Tyrannum validius agens, desertum illum a suis, fugamque captantem, sed à fugæ comitibus uinctum ad se perductum, capite truncari iubet, post quem Marcellus eius cognatus Tyrannidem arripit, sed captus a Valentis militibus, diuque tortus, occiditur. Ammian. lib. 26.

Themistius philosophus, & orator, Victori Valenti orationem habet (ordine nonam) qua commendat inter alias virtutes, potissimum in Imperatore, clementiam.

A Valens hactenus Catholicus, in procinctu Gothico, bono consilio, salutarem baptismum expetens, Vxoris Arianæ blanditijs delinitus, pessimo consilio ad Arianos transit, & ab Eudoxio Arianorum nequissimo baptizatus, ab eo iuramento obstringitur, vt in impio suscepto dogmate perseueret, & diuersa sentientes vbique Ecclesijs exigat. Hierony. in Chron. Theodor. [a]

Valens ab Ariano baptizatus illis addicitur.

a 4.c. 11.

Ex Imperatoris baptismo ab Ariano suscepto Persecutionis imminens procella præcognita, Orthodoxos Episcopos excitat contra aduersariorum insultus. Itaque Gregor. Nazianz. pater, iam senio confectus, Gregorium filium, proposito infelici statu Orientalis Ecclesiæ, in subsidium, antea sæpe frustra euocatum, nunc tandem ex eremo extrahit. Gregorius igitur filius domum reuersus apologeticam habet orationem, qua secessionis in eremum suæ, & reuersionis rationem reddit, & adiutor Patris B effectus (non Episcopus, quod alij opinati sunt) illam potissimum curæ pastoralis partem arripit, quæ in Dei verbo prædicando, simulque hæreticos insectando, veritatemque Catholicam illustrando, versatur, ac prima illa oratione habita, quæ inscribitur ad Sancta lumina, in Gentiles primum, mox in Arianos inuadit. Legenda etiam est epistola 14. ad Bosphorium Coloniæ Episcopum, de suo reditu, præter Apolog. 1.

Greg. Naziãz. a patre sene euocat: in subsidiũ, ministerium Verbi suscipit.

Gregorius vna cum Eusebio, Neocæsariensi Episcopo, iam Basilio animæquiori reddito, eum ex eremo, in subsidium contra hæreticos euocat, ac post, ad eum profectus, reducit. Basilius igitur Eusebium Episcopum suum, sic studio, beneuolentia, obedientia demeretur, vt ad Ecclesiam illam administrandam, is magnam illi auctoritatem contulerit, sacras literas illi interpretari mandarit, & pro se Legatum ad diuersas Synodos esse voluerit. Greg. in laud. Basil. Basil. epist. 79. & in proem. Prouerb. So- C zom. [b] in aliquibus, ex his hic dictis, corrigendus, vt & Rufin. [c] in eo, quod ait, Basil. & Greg. perseuerasse in eremo annos tredecim, cum bene subducta ratione non videãtur, nisi quattuor.

Greg. Basiliũ ex eremo eductum Eusebio Neocæsar. reconciliat.

b 6.c. 15.
c 2.c. 9.

Persequutio Arianorum vexat non modo Catholicos, sed & alios, diuersarum sectarum, Nouatianos, Macedonianos, &c. Socr. [d]

d 4.c. 9.

Expulso Eleusio Cyzici Episcopo, substituitur ab Arianis Eunomius, hic Aetij, cognomento Athei, scriba fuit, Sophisticam tantum callens, sacrarum literarum plane imperitus, supra modum impudens, & impius, iactanti cognitionem de Deo, qualem ipse habet de se Deus, S. Basil. scripsit ad eum epist. de Formicæ natura, quam ab eo inuestigari rogat, num. est 168.

Eodem anno Valens, & Vrsacius cum perfidis asseclis Singeduni in Mysia Conciliabulum habent, aduersus Semiarianos: ex quo conuentu scribunt ad Germinium ex- D quirentes eius de Filio Dei sententiam, & ad suam perfidiam trahere eum molientes, qui licet omisso nomine Consubstantialitatis, plane confitetur, & probat Dei Filium per omnia Patri similem, excepta innatiuitate; extant mutuæ epistolæ, apud fragmenta Hilarij. [e]

e lib. 1. p. 40. 41.

Acacius, cognomento luscus, Cæsareæ Palæstinæ Episcopus vexillarius impietatis, moritur: Euzoius quoque, (alius ab Episcopo Antiocheno) & ipse Arianus cuius lucubrationes Hierony. sic ait se legere solitum, vt caueret a sordibus. Hic Cæsariensis Euzoius, plurimo labore, corruptam Bibliothecam Origenis & Pamphili, in membranis instaurare conatus est. Hierony. in scriptorib.

Valentiniano, ex Iustina vxore Ariana, nascitur Valentinianus filius Socr. [f]

f 4.c. 9.

Valentinianus Aug. licet Catholicus creditus, infamatur tamen tum vxoris, tum E fratris perfidia, quodque Arianos non compresserit, sed debacchari in Orthodoxos permiserit, & Auxentium Arianum, & ab Arianis electum Episcopum Mediolanensem, Catholicis Episcopis, & Hilario in primis Pictauiensi Episcopo, vehementer reclamantibus, sedere vsque ad obitum permiserit. Socr. [g]

g 4.c. 9.

A

Christi Annus 367. *Liberij Pap.* 16. *Valentiniani & Valentis Impp.* 4. *Flauijs Lupicino, & Iouino Coss.*

Basilica Liberij dicta.

LIberius Papa, Basilicam, nomine suo, iuxta macellum Liuiæ fecit. Lib. Pont. locus sic dicitur in Esquilinio colle, apud Sex. Rufum, & P. Victorem. Porrò hanc illam esse Basilicam, quæ ex collatis impensis Ioannis Patritij, ea de re per visum admoniti, & miraculo confirmati, descendentibus niuibus, Nonis Augusti, formamque Templi monstrantibus, eiusdem Ecclesiæ vetera monumenta declarant: quam ab auctore, Liberij, dictam esse Marcellin. libello de Schism. Vrsicini, fidem facit. Ponitur hoc extremo Liberij anno, cum non constet quoto eius id acciderit. B

a lib. 27.

Liberius Papa moritur ad 5. Id. Sept. cum sedisset annos 15. Men ses 4. & diem vnũ, de cuius tamen tempore Pontificatus admodum variant auctores. Sed cum eius ingressus contigerit 8. Id. Maij, Ann. Domini trecentesimo quinquagesimo secundo, ita sentiendum est. Ex Ammiano [a] autem colligitur hoc anno eum obijsse, cum Schisma Damasi, & Vrcisini ponat sub Viuentio Præfecto Vrbis, quem, his Consulibus, gessisse Magistratum, ex Ammiano & pluribus constat Rescriptis.

Liberij memoria apud posteros clara, & ꝓbata.

Remansit posteris, Liberij præclara, & honorifica memoria, vt Ambrof. lib. 3. de Virgin. vbi inserit integrum ab eo habitum sermonem in consecratione sororis, vocans eum beatæ & sanctæ memoriæ: & apud Basilium epist. 74. ad Occidentales, vbi nominat eum beatissimum virum, & apud Epiphan. hæres. 75. qui appellat beatum: & apud Bedæ Martyrol. 8. Kal. Octobr. cum alijs sanctis eius nomen reperitur intextum, Item apud Vandelbertum 23. Septembr. vt plane appareat, omnem maculam quam olim exul, Arianorum ad tempus communione, etsi non hęresis prauitate, contraxerat, posteriori illa confessione tempore Concilij Ariminens. prorsus fuisse deletam. C

Damasi Papę an. 1.

POst sex dierum Sedis vacationem, decima quinta die Septembr. Damasum Hispanũ, Lusitanum (circiter annũ agentem sexagesimum, qui postquam sedisset decẽ, & octo annos, prope octogenarius decessisset) fuisse legitime subrogatum, consentiunt omnes; Vrsicinum verò postea, eodem anno, in Schismate Pontificem acclamatum. D

Schisma Vrsicini.

b 2. c. 10.
c Socr. 4. ca. 24. Sozom. 6 c. 23. Nicep. lib. 11. c. 30.

DE hoc Schismate (cuius occasione multæ cædes factæ sunt) complura scripta habentur a Marcellino, Romano presbytero, in eo libello, quem vna cum Iustino Diacono, obtulit Theodosio Imperatori, sed cum bis fuerit Schismaticus, adhęrens primo Vrsicino, & post Luciferianis, omnis fides ei abroganda, in illis, in quibus in Damasum, & in omnes Orthodoxos contumeliosus fuit. credendum potius Hieronymo, qui Romæ tum præsens, aliter scripsit in Chron. & Rufin. [b] & Græcis historicis, [c] qui de Damaso semper honorificentissime loquuntur. E

Regia magnificentia iuncta Christi Sacerdotio ab usque Damasi tẽpore colligitur ex Ammiano.

Huius occasione contentionis, Ammianus inuidiose carpit luxum, & Regium cultum Romanorum Pontificum, vt plane appareat, summo atque Regali Christi Sacerdotio, iam tum regiam quoque magnificentiam, & Maiestatem fuisse coniunctam. Cuius occasione illud quoque dixerit Prætextatus, nobilissimus Romanorum, quod est apud S. Hieronymum epist. 61. *Hic ipse*, inquit, *Prætextatus, qui & Consul designatus postea mortuus est, homo sacrilegus, & Idolorum cultor, solebat ludens B. Damaso dicere: Facite me Romanæ Vrbis Episcopum, & ero protinus Christianus.*

Valentinianus, postquam crebris pulsatus febribus, vix ex insperato conualuisset, Gratianum iam adultum, vel adulto proximum, Cæsarem & Augustum creatum, habent,

A bent, Ammianus [a] & Socrat. [b] sed & Rescripta, de quibus infra.

De sæuitia Imperatoris, & seueris iudicijs aduersus Magos, adulteros, & feminas adulteras, plura deplorat Ammianus.

Aduersus unam innocentem, adulterij ream Vercellensem feminam, exercitam feritatem, luculentissime descripsit S. Hierony. epist. 49. ad Innocentium, in qua de Damasi victoria aduersus Schismaticos agit, vt appareat hæc ipsa, eodem ferme tempore contigisse. hæc igitur, confitente iuuene, quod non fecerat, mulier innocens, nolens, mentiendo, quod non erat, confiteri, ne peccaret, post acerbissima tormenta, morti tradita, septies icta, nec obtruncata, vt mortua, sepulta, & rediuiua, pluribus miraculis clara, per intercessionem Damasi a seuerissimo Imperatore eripitur, martyr, ne iterum moriatur.

B Grando magnitudine inusitata, qua complures homines necati sunt, Constantinopoli, & alibi quoque decidit, Deo irato, quod plures Sacerdotes, qui cum Eudoxio cõmunicare noluerant, relegati sunt. Socr. [c] Hieron. in Chron. eius rei testis est celebris illa oratio, De plaga grandinis a Gregor. Nazian. habita.

Secuta est fames ingens tum alibi, tum in Cappadocia, cum Cæsareæ Cappadociæ S. Basilij adhuc presbyteri, sed post episcopum, primi, enituit in alendis pauperibus magna solicitudo, charitati coniuncta, tum diuites ad misericordiam permouẽs, tũ patrimonium suum effundens. Greg. Nazian. & Nyssen. in laud. Basil.

C Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. ad Viuentium P. V. *Ob diem Paschæ, quem intimo corde celebramus, omnibus, quos reatus adstringit, carcer includit, claustra dissoluimus. Attamen sacrilegus, in Maiestatem reus, in mortuos, veneficus, siue maleficus, adulter, raptor, homicida communione istius muneris separentur. Dat. 3. Non. Maij Rom. Lupicino, & Iouino Coss.* [d]

Iidem AAA. ad Viuentium P. V. prohibent, delinquentes (*de numinis*, inquiunt, *nostri sacrario prodeuntes*) damnari ad ludum. V. Id. April. iisdem Coss. [e]

[a] lib. 27.
[b] lib. 4. c. 10.
Valentiniani sæuissimę leges.
Miraculum in femina innocente morti addicta.
[c] 4. c. 10.
Grando ingẽs & fames C. P.
Reis indulgentia data ĩ Paschate.
[d] l. 3. Co. de Indulg.
[e] l. 11 de pę. C. Theod.

Christi Annus	*Damasi Pap.*	*Valent. & Valent.*	*Impp.* 5.	*Duobus Aug. Valent. & Val.*	*Coss.*
368.	2.				

D VRsicino a Prætextato P. V. vrbe pulso, quies redditur, Ammian. lib. 27.

Valentinianus, Rescripto ad Prætextatum, iubet, a Schismaticis, Ecclesiã, quam adhuc retinebant, reddi Catholicis.

Idem, alio Rescripto de Schismaticis, quos Prætextatus, ob quietem Vrbis æternæ, de medio putauit esse tollendos, sic sancit. *Roma tantum*, inquit, *cuius tranquillitati studemus, excepta, vbicunque uoluerint, absque religionis iniuria (ut peregrinari potius, quam exulare uideantur) proprio liceat iure uersari. Prid. Id. Iun. an Ian. A A. 2. Coss.*

Idẽ, alio Rescripto, propter illum tumultum, deportatione nuper damnatos, & propriæ lenitate naturæ, inquit, & ipsius religionis, ac legis contemplatione miseratus, pristino mandat statu restitui, si rursum tumultuati fuerint, seuerius puniendos.

E Alemanni Moguntiacum præsidijs vacuum, expediti latenter irrepentes, Christianos viros, ac mulieres, cum supellectile abducunt. Ammian. lib. 27.

Nicæa, quæ sæpe ante corruerat, terremotu funditus euersa. Hierony. in Chron. Socr. [f] In ea agens Cæsarius Gregorij frater, ipsa ruina protectus, saluus, & incolumis, diuino miraculo, cum paucis euadit. Greg. in laud. Cęsarij; qua occasione arrepta, Gregorius illum reuocat a mundanarum rerum administratione, ad cœlestem philosophiam. epist. 10.

Non multo post, eum ex hac vita migrasse, indicant illa Gregorij uerba; *Verum terremotus quidem uim effugit, morbi uero non item, mortalis siquidem erat* &c. Pauperes, suos fecit hæredes, & vitam finiens in patria, a parentibus, præclaro funere, cum multiplici hymnorum cantu, & celebri pompa, ad Martyrum sedes elatus, prosequẽte funus grandæua matre Nonna, facesque gestante, & psalmorum cantu luctum con-

[f] 4. c. 10.
Cæsarii funus, ritu, quo modo vtimur.

sopiente,

sopiente, a Gregorio fratre præclara oratione laudatur. Extant eius de anima Dialogi, alia quoque scripsisse, maxime contra Græcos, auctor est Suidas. A

Defuncto Donato Pseudoepiscopo Carthagin. partis Schismaticorum, subrogatur Parmenianus, qui statim scripta edit mendacissima aduersus Catholicos, quibus saltem simpliciores decipi possent, & prouocatus a Catholicis ad Episcoporum conuentum, in quo cuncta examinarentur, recusans cum suis, quod Catholicos indignos suo reputarent consortio, vt immundos, & lapsorum communicatione inquinatos, ne veritas maneret indefensa, ab Optato Episcopo Mileuitano, in Numidia, viro eruditione, & sanctitate clarissimo, septem libris confutatur. Hoc factum hoc ipso anno, vel circiter, colligitur ex eo, quod Hieronymus auctor est, Optatum scripsisse sub Valentiniano, & Valente Principibus: & Optatus ipse lib. 1. a tempore Diocletiani persecutionis in Africa sub Anulino Proconsule Carthaginis, & Floro in Numidia, quę contigere, anno trecentesimo secundo, & tertio, vsque ad tempus, quo ea scribebat, numeret annos sexaginta, & quod excurrit, quasi dicat, & eo amplius, & idem Optatus texens successionem Romanorum Pontificum, Damasi meminit, post Liberium succedentis, vt saltem attigerit prima Damasi tempora, nam quod Siricij quoque ibi mentio habeatur, additum creditur a Librario, qui Siricij tempore illud exscripserit, cum nequaquam Optatum tempora Siricij attigisse, omnes consentiant, nec cohæreat scripsisse sub Valentiniano, & Valente Principibus, & tempore Siricij. B

Optatus quādo scripserit in Parm. Donatistam.

Cum conueniret porro inter vtrosque, Ecclesiam Catholicam non nisi vnam esse posse; Donatistæ, ne Schismatici esse arguerentur, Catholicam Ecclesiam penes se esse tantum affirmabant, qui vero ab illis separati essent, extra Ecclesiam Catholicam vagari: atque hoc probare scriptis suis Parmenianus adnitebatur, in parte Donati esse Catholicam, reliquas verò omnes toto orbe terrarum diffusas Ecclesias, esse Schismaticas, vt totus quæstionis cardo in eo verteretur, quibus notis certis & proprietatibus Ecclesia Catholica consignaretur, & definiretur. Quem Parmeniani errorem non modo Optatus, sed & Ticonius Donatista eruditus confutauit. Sed ad disputationem Optati prouocandi essent omnes hæretici, viderent enim eum more maiorū, perseueranter definire, a Catholico nomine eos prorsus excludi, quibuscum Ecclesia Romana non communicat: eosque tantum eo nomine legitimè gloriari, quibus Rom. Episcopus coniungitur, commercio formatarum. C

Catholici illi tātum, qui sentiunt cū Rom. Pont.

Optatus vir sanctus, vt a Fulgentio ad Monimum lib. 2. appellatur, non diu scriptis superuixisse putatur, cuius memoria celebris habetur in Ecclesia 4. Iun.

De Ticonio sæpius Augustinus, & Gennadius, eius opera recensens, & de septem regulis ad intelligendas sacras scripturas, quæ adhuc extant, vterque meminit. Post hunc vtrumque, contra Parmenianum, scripsit Augustinus. D

Christi Annus 369. *Damasi Pa.* 3. *Valent. & Val. Impp.* 6. *Valentiniano nobili puero, & Aurelio Victore Coss.*

SChismatici, partis Vrsicini, Vrbe submoti, in suburbijs, Cryptis, arenarijs, alijsuè priuatorum locis conuentus agentes, & cathedra contra cathedram erecta, Vrsicinum vt Pontificem venerantes, quem vulgus accensis studijs obstinatè fouebat, pluribus Valentiniani Rescriptis, ad Olybrium P. V. & ad Aginatium eius Vicariū, iubentur, ad euitandam rixarum materiam, vltra vigesimum ab Vrbe lapidem extrudi. E

Damasus, habita Romæ Synodo, (hoc, an primo, uel secundo anno non constat) damnat manifeste conuictos Arianos Valentem, & Vrsacium cum socijs eiusdem sententiæ, de quorum damnatione, & approbatione Nicænę fidei idem Damasus ad vniuersos Christi fideles publicas litteras dederat, quarum meminit Athanas. ad Africanos.

Hoc anno, decimo post Concilium Ariminense, S. Hilarius cum accepisset Valen-

tinia-

A tinianum Imp. confecto tandem Alemannico bello, Mediolanum se contulisse, atque Rescriptum quoddam pro Auxentio Ariano Pseudoepiscopo Mediolanense, qui se Catholicum simulabat, dedisse: dolens, Imperatorem deceptũ, ad illum profectus est, acturus causam aduersus Auxentium, quem Eusebius Episcopus Vercellẽs. Euagrius (de quo epist. 7. aliàs 8. ad Euseb. Samosat. S. Basilius) & S. Hieronym. 41. ad Rufinũ, & Philastrius Brixianus, crebro vehementer exagitatum, nunquam tamen de Sede a Constantio accepta, depellere potuissent.

Hilarius contra Auxẽtiũ Arianum frustra nititur, subnixũ fauore Valent. decepti, & putantis eũ Catholicum.

Quæ Hilarius egerit Mediolani, expressa habentur in epistola ipsa ad omnes Christi fideles conscripta, in qua deplorat præsentem Ecclesiæ statum; detegit imposturas, & fraudes Arianorum, dum volunt pij in impietate credi; Valentinianum, ait, Auxentio, ut quem Catholicum crederet, communicare, se, uero, qui contra clamaret, vt turbarum auctorem, iussum Mediolano proficisci; denique omnes monet, & hortatur, ne B Auxentio communicent, quam epistolam S. Hieronym. libellũ vocat contra Auxentium (ad cuius finem subdola est, & praua Auxentij fidei confessio adscripta, cuius fraudes vix retegit Hilarius, nec tamen creditus, sed calumniator, & discordiarum auctor est habitus) quę & eius vltima lucubratio creditur: cum, secundũ Hieronym. in Chron. hoc anno ex hac vita migrarit, quamuis dicat, anno Valentiniani quinto, incipiens eos numerare ab anno sequenti post obitum Iouiani, in quo tempore eius obitus, Seuerus, & Turonẽsis lapsi sũt. Catalogum eius librorũ texuit B. Hieronym. quorum perquam studiosum se fuisse ostendit, & sæpius laudat. Næuos aliquot in eo notauit Claudianus Mamertus Episcopus Viennens. in commentario de statu animæ, & alij, & perperam Sixtus Sen. secutus est, lib. 7. cap. 68. nec modo Italis, sed & Græcis S. Hilarius extitit admirandus. Sozom.[a] Venantius Fortunatus librum vnum edidit C de vita, alterum de miraculis eius, cumque is omnibus virtutibus claruerit, mansuetudine potissimum eum enituisse Rufin. scribit.[b]

Hilarij ultima lucubratio. Obitus. Opera.

a 3. c. 14. & 18.
b lib. 1. c. 31.

Auxentius subnixus communione Imperatoris, sibi vt Catholico inhęrentis, insultat in Catholicos Episcopos, Eusebium Vercellensem, & Philastrium Brixianum, quem Gaudentius successor, in eius vita, significat post Hilarij discessum, Mediolani ab Arianis verbera passum fuisse.

Auxentius insultat Catholicis.

Euagrium Seniorem Antiochenum, qui cum Eusebio Vercellensi in Occidentem venerat (vt est apud Basil. epist. 8.) scribit Hieronym. epist. 48. ad Innocentiũ, egregie pugnasse aduersus hunc Auxentium.

S. Athanasius peruigil excubator aduersus improbos Arianos, ex Synodo suorum Episcoporum, in epistola ad Africanos, ait se scripsisse dilecto Damaso Episcopo ma- D gnæ Romæ, contra Auxentium inuasorem Mediolanensis Ecclesiæ, eumque non solum in communione esse Arianę sectæ, sed præter hoc, multorum scelerum reum esse, quæ designauit cum Georgio socio suæ impietatis, *miramurque*, inquit, *cur nondum depositus, eiectusque sit ex Ecclesia.*

Damasus, pro sua potestate & studio, alterum Concilium Romæ conuocat nonaginta Episcoporum ex Italia, & Gallia, ex quo Synodalem epistolam dat ad Illyrici Episcopos, quos Auxentius, promulgata Arimin. & Nicææ Thraciæ fidei formula, magna ex parte seduxerat, monens de eius damnatione, & omnes ad Catholicam veritatem inuitat, nisi malint excommunicationem pati, & depositionem. Theodor.[c] Sozom.[d]

c lib. 2. c. 22.
d 6. c. 23.

Damnato Romæ Auxentio, in aliis quoque Catholici orbis prouincijs damnatur cum collegis. S. Athanas. ad Epictetum. *Diuersis*, inquit, *Concilijs per Galliam & Hi-* E *spanias, & Romæ celebratis, omnes, qui in eo conuentu fuere, istos lucifugas, qui sese etiã num occultant, & quæ Arij sunt, sapiunt, Auxentium dico Mediolanensem, Vrsacium, Valentem, & Caium Pannonem, communi calculo, vnius spiritu incitatu, anathemate percusserunt*, &c.

Auxentius Romæ damnatus, ubiq; damnatur.

Anicius Probus, Præfectus Prætorio, Ambrosium, Ambrosij Romani ciuis, olim Galliarum Præfecti, filium, præstanti eruditione, & eloquentia præditum, ad Insubriam, Liguriam, & Æmiliam, cum insignibus Cõsularibus, mittit gubernandas, hortans illum, velut quodam vaticinio, *Vade, age, non vt Iudex, sed vt Episcopus*, cum ageret ann. ætatis 36. Paulin. in vita S. Ambrosij. Præfectura. Probi constat ex Am-

a lib. 27. & 28.

Valēt. sancit pares de paribus iudicare idest sacerd. de sacerdot.

b l. 20. quorū appell. C. Theodos.

Emmelia, femina sanctissima mater decem filiorū decedit.

miano,[a] & pluribus Impp. rescriptis. A

Valentinianus sanxit *in causa fidei, vel Ecclesiastici alicuius ordinis, eum iudicare debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis.* hoc est, sacerdotes de sacerdotibus uoluit iudicare. Ambros. epist. 32. ad Valentinianum Iuniorem, a quo ecclesiastico iudicio appellantem Episcopum ad seculare Tribunal, pecuniaria poena multat, pauperibus eroganda.[b]

Emmelia sanctissima femina, coniux Confessoris, eiusdemque in omnibus eiusdem coronæ consors, decem filiorum mater, in quibus Macrina primogenita, eximiæ virtutis, & doctrinæ, Basilius, & Gregorius sanctissimi Episcopi, & Petrus Presbyter; nonagenaria, vel grandior, plena operibus bonis, decedit inter manus primogenitæ filiæ Macrinæ, & vltimo loco geniti filij Petri, 3. Kal. Iun. Martyrolog. Rom. Basil. epist. 6. ad Eusebium, Gregorij, Nyssenus quidem in epist. ad Olympium, extat apud Lippoman. & Surium, Nazianzenus verò in laud. Basilij. B

Basilius ex Monacho & presbyt. fit Episcopus.

c lib. 10. c. 25

Eusebio Cæsariensi Episcopo vita functo, adnitentibus bonis, maxime Gregorio Seniore, & Eusebio illo Magno Samosateno, Basilius Monachus, & presbyter, qui hoc timens, fugam arripuerat, & ægritudinem simulabat, Episcopus in eius locum ordinatur 18. kal. Iul. Martyrol. Rom. Greg. in laud. Basil. & ep. 20. 21. 22. in cuius ordinationis tempore turpiter hallucinatur Pseudoamphilochius, quem secutus est Niceph.[c]

Gregorius Nazianzenus bono consilio, non statim ad eum aduolat, cum tamen eius summo desiderio teneretur, sed paulo post, Gregorius epist. 24. & 25. & in laud. Basilij.

S. Basilius Gregorium fidissimum socium, & amicum in partem curarum adsciscit: & Petrum fratrem, ex Monacho, presbyterum ordinat. Nyssen. epist. ad Olympium.

Greg Nyss. post Episcopi, uxor Theosebia. eo facto sacerd. & ipsa Ecclesiæ se addixit.

De Greg. Nysseno Episcopo Basilij fratre, cum non constet, quoto potissimum Domini anno Nyssæ Episcopus creatus fuerit, & sequenti constet eum iam agentem Episcopum, a propria Ecclesia, persecutione Valentis, esse expulsum; hic quæ de eo cognita habentur, ante Episcopatum, recensenda videntur. Eum vxorem habuisse Nicetas, & Nicephorus testari videntur, ille quidem in Schol. ad Gregor. laudationem in Basil. hic vero lib. 11. cap. 9. Innuit hoc idem ipse in lib. de Virginit. Fuit illi nomen Theosebia, quæ sicut vir eius muneri Sacerdotali, ita ipsa seorsum a viro se Ecclesiæ ministerio mancipauit, de cuius obitu extat Gregorij Nazianz. epist. ad ipsum Greg. consolatoria; cuius, cum eam sanctam & beatam sororem appellat, castitatem mutuo consensu, custoditam insinuat, quam & clarissimo præconio celebrat, epist. 95. in additionibus. C

Gregorius porro Nazianz. illum, vt studijs rhetoricis nimium addictum, libere, & amice aliquando redarguit, epist. 43. quem amico auscultasse par est credere. D

Hoc eodem anno bellum Gothicum, quod aduersus Athanaricum Regem Valens, iam triennio gessit, redempta ab eo, vt Ammian. lib. 27. ait, pace, pecunia, absolutum est.

Arsaces Rex Armeniæ, idemque Christianus, dolo pacis captus a Sapore Rege Persarum, dirissima pati cogitur. Ammian. 27.

Christi Annus	*Damasi Pap.*	*Valentiniani et Valentis.* Impp. 7.	*Valentiniano & Valēte* 3.[m] Coss.
370.	4.		

E

Valentis in Catholicos persecutio.

d lib. 6. c. 12.
e lib. 7. c. 32.

VAlens belli Gothici solicitudine liberatus, conceptam persecutionem a tempore, quo ab Ecclesia Catholica ad Arianos desciuit, vehementiori conatu, aduersus Catholicos Orientis Episcopos furens Imperator immittit, Edictumque promulgat, quo aduersantes sibi episcopos, Ecclesijs spoliat, & ire in exilium iubet, extat apud Sozom.[d] In huius persecutionis tempore multi aberrarunt, vt Oros.

Athanasium populus nō patitur eijci in exilium, sed paulo post, diuino, vt creditur, instinctu, captatis latebris, quæsitus a satellitibus, nec inuentus, haud diu post a Valen

te

A te redire iubetur, quod, vt ait Epiph. hæref. 68. veritus sit tumultum amplissimæ ciuitatis. Sozom. loco citato.

Reueritus quoque est Valens Epiphanium omnium ore celebratum, & Paulinum illum præstantissimum Episcopum Antiochenum, ne in exilium eos mitteret. Hierony. epist. 61. Sozom. [a] Socr. [b] a 6. c. 7. b 4. c. 2.

Eusebius Samosatenus Episcopus, cum aduenisset, qui nuncium de exilio attulisset, silere eo iusso, ne a populo periculum subiret, noctu, senex, solus cum famulo, qui ceruical, & librum deferret, nauem conscendit: mane cognito Episcopi discessu, ad eum cõcurrunt, queruntur, lamentantur, reducere conantur, quo renuente, & præceptum Apostoli obijciente, quo iubemur, Magistratibus obedire, pars aurum, pars argentum, vestem alij, alij famulos offerunt, vt in longinquam regionem abituro; ille autem paucis B quibusdam, a magis familiaribus, acceptis, & monitis, vt sanam doctrinam retineret, ad Istrum contendit, vbi in Thracia locus erat exilij, quo tempore Gothi Thraciam populabantur, vt appareat consilium fuisse Arianorum, vt ab hostibus necaretur. Ad eum in itinere, & postea in exilio Gregor. Nazianz. litteras misit, inter eius epistolas num. 28. & 30. Theodoret. [c] c 4. c. 15.

Præclarum Euseb. Samosateni exemplum æqui animi in persecutione.

Quantopere verò Samosateni Arianos horrerent, hinc plane constat, quod dato illis Episcopo Ariano, nomine Eunomio, licet valde modesto, nullus omnino eorum in conuentum ecclesiasticum venit, nullus eum alloquio, nullus aspectu dignatus est, ne in balneo quidem lauari eadem aqua, qua ille lotus fuisset, sustinuerunt, quasi contagione hæresis polluta. quare abeundum inde sibi putauit. nec minus abhorruerunt a Lucio, illi submisso, cuius Asini pedem, pila ludentium puerorum in platea, eo forte C transeunte, cum contigisset, eam quasi infectam, per ignem purgandam sibi putauerũt. at hic non ea mansuetudine fuit, qua ille alter, nam Magistratibus, plures vt in exilium mitterent, auctor fuit, & ipse ad extremas Rom. Imperij oras sanctæ doctrinæ propugnatores relegauit, Euoltium Diaconum, & Antiochum presbyterum, Eusebij sororis filium. Theodor. [d]

Samosateni quã Arianos auersarẽtur.

Pelagium, Laodicensem Episcopum, in Armeniam relegarunt, hic adolescens vxorem duxerat, cui ipso primo nuptiarum die, castitatem colere persuasit. hic reperitur subscripsisse Catholicæ fidei in Concilio Antiocheno, sub Iouiano. Theodor. [e] Eusebius Samosatenus Episcopus in Thraciam deportatus, ob ingruentes Gothos in Romanum solum, sine custodia relictus, ex Episcopo transformatus in militem, prouincias peragrans, presbyteros, & diaconos creabat, Episcopos, ciuitatibus destitutis, præficiebat, & alia ecclesiastica munera obibat. Theodor. loco citato. extant ad ipsum S. D Basilij, præter ipsas, quæ excusæ habentur, tredecim epistolæ, inter alias, centum viginti duas, vel plures, nondum editas, quæ statum huius temporis continent, & deplorant.

d 4. c. 14. Pelagius adolescens sponsæ persuadet continentiã. e lib. 4. c. 12.

Consilium Valentis Imp. & Arianorum, illud fuit, vt Episcopi illi Orthodoxi, qui a promulgato edicto, quo damnati olim a Constantio, in exilium pelli videbantur, minime comprehendi videri possent, quod postea electi fuissent; ijdem, collecta ab Arianis Episcopis Synodo, damnarentur, quod in primis factum constat in Greg. Nyssæ Episcopum, sic in Synodo (vt est in epistola Basilij 12. de supra dictis) ab Arianis, conspirante cum illis Vicaria Præfectura, damnatum. Basil. epist. 8. ad Eusebium, licet inscriptio sit ad Gregor. At ipse Greg. Nyssen. sede pulsus, factus extorris, nequaquam alicubi resedit ignauus, & ociosus, sed, ecclesias lustrans, de omnibus studebat bene mereri, E ad quem tunc breues litteras dedit Gregor. Theologus 34. & 35.

At vero Nicopolitarum res (ait S. Basil. epist. 8. ad Euseb.) *quis digno luctu prosequi possit? Misero illo Phortano, primum quidem veritatis patrocinium, quam maxime fingente: postremum vero turpiter, & fidem, & seipsum prodente, & proditionis mercedem accipiente, ipsam videlicet ignominiæ notam. Suscepit quidem ab ipsis Episcopatus dignitatem, velut putat, factus est autem per gratiam Dei, communnis abominatio totius Armeniæ.*

De eodem Pseudoepiscopo extat ad Nicopolitanos Basilij epistola (10. in addit.) qua declarat eos, quod nollent cum Apostata communicare, expulsos esse a Ciuitate,

A quos pluribus consolatur,& de eadem re epist.agit 11.in addit.

Perstantes illi in sententia,dirissima ab Ariano militum Duce, passi sunt;de quibus Basil.epist.9.in addit.hortans eos constanter agere,vt & epist.12. item in additionibus vtraque,citò illis affore pollicens diuinum auxilium, plane prophetico spiritu id vaticinatus. Siquidem expulso intruso Phortano, adnitente primario exercitus Duce,Arintheo,& Terentiano Duce,S.Basilij pernecessario (qui aduersus Saporem Regem missi erant,vt Ammianus testatur[a]) facultas data est Catholicis Episcopis in vnum conueniendi,ad electionem rectæ fidei Episcopi, quod Basilius illis gratulatur, epist.13.ad Nicopolit.in addit. hortaturque,eum vt diligant, eique ex animo consentiant. Atque hæc & alia studiose curabat Basil.ægra admodum & afflicta valetudine. epist.5.& 10.ad Euseb.ex centum illis nondum editis.

a lib.27.

B Eudoxius Constantinopolis Episcopus,Arianorum pestilentissimus, post Valentis Imp.discessum Antiochiam,cum Ecclesiam illam,non decem,& nouem annos, vt male Socr.[b] sed vndecim,vt recte Sozom.[c] occupasset,abit è vita.

b 4.c. 13.
c 6.c.13.

Ariani Demophilum Arianum,Catholici Euagrium Catholicum subrogant. Quo audito,Valens Nicomedia C P.[im] copias militares mittit,seditionem populi veritus, & Euagrium ablegat in exilium. Ariani,sublatis ex ea re animis, Catholicos diris vexant modis,qui legatos ecclesiastici ordinis pios viros octoginta deprecatum mittunt ad Imperatorem,ne tanta violentia premerentur,cuius Principes legationis fuere Vrbanus,Theodorus,& Menedemus.Illos immanis Imperator,Modesto Præfecto necandos tradit;qui si palam illos trucidaret,multitudinis timens impetum, simulans se in exilium eos mittere,nauigio impositos,comburendos mandauit. quam tantam feritatem ingens fames consecuta,vniuersam Phrygiam peruasit,de qua & S.Hieronym.in Chron. Socr.[d] & Sozom.[e] Immanem feritatem Valentis, & Arianorum in Catholicos Constantinopolitanos,recenset S.Greg.Nazianz.orat.ad 150.Episcopos. C

Octogint. Legati C. P. ab immani Imp. occid. iubentur.

d 4.c.13.
e 6. c. 13. & 14.

Quo tempore,cum Ecclesia CP.[na] acerbissimis hisce quateretur fluctibus, Damasum Rom.Pont.illuc misisse S. Zenobium, creatum postea Episcopum Florentinum, qui insultantem Arianorum petulantiam penitus coerceret, eius Vitæ acta habent, (apud Sur.25.Maij) ibique cum duos a Dæmonibus obsessos, spectante populo, liberasset, Arianorum quoque procacia,eo spectaculo coercita pariter traditur, nec tamen omnino quieuerunt; quin potius eo recedente,liquet eosdem acrius sæuisse. Constat quidem S.Basilium ad Occidentales Episcopos,de his,quæ Orientalis Ecclesia pateretur,litteras dedisse,quæ non extant,earum tamen meminit in secunda ad eosdem missa legatione,a nno sequenti.

Zenobius legatur C. P. post Episcopus Florentinus.

D Valens,Nicomedia,Cæsaream Cappadociæ progressus est,eam Ecclesiam durius vexaturus,quæ vna ausa erat,præter suorum Magistratuum sententiam, egregium fidei Orthodoxæ defensorem Basilium,sibi Episcopum asciscere.Hunc igitur Basilium Cappadociæ Præfectus,sæuus,& immanis, nomine Modestus, in Imperatoris sententiam trahere minis tentans,& sentiens illum superiorem esse omnibus comminationibus, & intentatis terroribus, Imperatori significat,quanta Basilij virtus sit,& constantia; quam is admiratus,vim illi inferri vetat, & illius ingressus ecclesiam, de tanta populi multitudine,ordine,& concinnitate,diuina psalmodia,& Basilij veneranda præsentia obstupefactus est,& aliàs,verbis ipsius Basilij, quasi diuinis quibusdam vocibus, ita affectus,& emollitus est,vt tempestas exortæ persecutionis, inde, ex parte, detumuerit.Post tamen,cum leuis Imperator, impulsus ad eijciendum eum in exilium, sententiam subscripturus esset,filij morbo,quasi diuinitus inflicto,retrahitur; Basilio fit supplex Imperator,ad cuius aduocati præsentiam,& deprecationem, lenitur morbus, sed mox admissis Arianis,filius moritur.Modestum ipsum quoque Præfectum, morbus obortus,viri sancti manibus substernit. *Satisfactionem habes*, clamabat, *da salutem*. Et quidem hanc consecutus est,ut & ipse fatebatur,& multis huius rei ignaris persuadebat.Neque enim illius virtutem admirari,ac prædicare desinebat. Hæc breuiter ex Gregorio in laud.Basilij. Alij ex veteribus etiam alia addunt,vt Theodor.[f] de calamo tertio non reddente atramentum,& dextera tremore occupata, cum Valens incumberet ad scribendam exilij legem,Socr.[g] de puero ægrotante aliquid amplius Theodor.itẽ, E

Valens diuinitus retrahitur ab eijciendo Basilio in exiliũ

f 4.c.17.
g 4.c. 21.

aliud,

A aliud, & aliud Sozom. [a] Hæc fere, & alia a Beato Ephrem Edesseno, Basilij familiari, in orat. de laud. Basil. latius recensentur, in qua illa verba leguntur. *At quis digne enarrare poterit imbres miraculorum, quæ ostendit B. & fidelis Basilius rebus ipsis?* &c. a 6.c. 19.

Aliud quoddam Basilij certamen narrat Greg. in laud. Basil. cum Præfecto Cappadociæ, Eusebio, auunculo Imperatricis, sed, quoto Basilij Pontificatus anno, nescitur. Iudicis assessor viduam quandam nobilissimam inuitam trahebat ad nuptias, illa, nullum habens aliud perfugium, confugit ad altare; eam omni ope sibi tuendam putauit Basilius. Iudex sisti sibi Basilium iubet, & arrogantissime tractat, ciuitas interim armata concurrit, tanto terrore Præsidis, ne discerperetur, vt miserandus, & supplex Basilio factus, vix per eum a periculo eripi potuerit. Viduam porro illam ad Monasterium sacrarum virginum, cui soror S. Basilij Macrina præerat, Basilius transmisit, quam putamus B esse, de qua meminit Nyssenus in epist. ad Olympium (quæ legitur apud Sur. 19. Iun.) nomine Vestianam, diuitijs, & genere, & corporis forma, atque alijs nominibus illustrem, in ipsa adolescentia constitutam.

Basilius protegit uexatã viduam, ab iniquo Iudice.

Vestiana illustris & pia femina.

Valens Antiochiam cum venisset, Meletium Antiochenum Episcopum (qui haud pridem pulsus a Iuliano, post longas peregrinationes ad Orientales Ecclesias susceptas, ante triginta dies reuersus erat,) iam tertium exigit in exilium. Greg. Nyss. orat. in fun. Meletij. Chrysost. Panegyrico in Natali Meletij 5. post anno, ab eius exitu, habita, apud Sur. 12. Febr. Sed præclarum est illud, quod accidit in eius deportatione in exilium, cum enim Præses sublato Meletio in suum currum, per medium forum transiret, populus non ferens a se auelli pastorem suum, copioso lapidum imbre Præsidem impetebat, cum Meletius eum complexus, suis vestibus protegebat ab iniuria, & inimi C cos pudore afficiens, ob insignem mansuetudinem, & suos docens discipulos, quantam ostendere oporteat patientiam in eos, qui iniuria afficiunt. Chrysosto. in orat. de eius Natali.

Præclarum Meletij factũ in Præsidem, se abstrahentem ĩ exilium.

Valens, diu Antiochiæ commoratus, in eo totus fuit, vt Catholicos ualide expugnaret, exilijs, cruciatibus, diuersis mortis generibus, & maxime in flumina demergendo. Socr. [b] Sozom. Augustin. [d] contra litt. Petil. b 4.c.14. c 6. c.18. d lib.2.c.91.

Absente Meletio a suo grege, Flauianus, & Diodorus gregis eius curam susceperũt, & Diodorus quidem concionando, Flauianus vero argumenta, & sententias illi suppeditando, & cum aduersarijs disputando, impiorum audaciam, & impudentiam retundebant, pios vero confirmabant. quibus & socium se præbuit Aphraates Monachus sanctissimus, quem, cum aliquando Valens cito gradu, licet ętate confectum, incedentem D vidisset, quo iret interrogauit, at ille, pro tuo, inquit, regno precaturus; at intra cellam tuam, inquit, tibi manendum fuit, vt lex Monastica postulat. *præclare admodum* inquit, *dicis ò Imperator, & ita hactenus feci, dum oues Saluatoris pace fruebantur*; *at modo, cum per te disperguntur, & uexantur, satagendum est, ne pereant, sed seruentur incolumes*. quę cum locutus esset Aphraates, Imperator illi interminatus, conticuit.

Aphraatis Monachi scitum responsum Valenti.

Vnus ex Imperatoris cubicularijs grauiores contra diuinum hominem iactauit minas, qui paulo post, de mente exiens, in calidissimum se balneum immergens, extinguitur. Theodor. [e] recenset idem in Philoth. cap. 8. alia eiusdem uiri sancti miracula, quibus fides Catholica testata reddebatur, nec tamen impij ab impietate discedebant.

Deus vlcisci tur iniurias serui sui Aphraatis.
e 4.ca. 23. & 24.

Florebat per hæc tempora miraculorum & ipse gloria insignis Monachus Iulianus E Sabas, quem Ariani, suæ ipsorum sectæ fauere diuulgarãt. eum, tria illa luminaria veritatis, Flauianus, Diodorus, Aphraates, per Acacium, qui post Ecclesiam Beroensem gubernauit, euocatum Antiochiam, ex solitudine venire persuadent (Theodor. 4. cap. 25.) cuius in itinere miracula, & postquam Antiochiam peruenisset, narrantur ab eodem Theodoreto in Philoth. cap. 2. quibus Catholici magnopere confirmabantur, hæretici pudore suffundebantur, de quo & illud ibi narratur, quod in reditu per Cyrum transiens, rogatus a fidelibus, vt auxilium sibi ferret aduersus Asterium, qui Episcopatum illum inuaserat, & captiosis suis argutijs ueritatem impugnabat, illis sic senex, *Estote bono animo, & Deo nobiscum supplicate, corporis afflictionem precibus adiungentes*; quibus sic Deum rogantibus, pridie quam celebri die festo ille verba facturus erat,

Iulianus Sabas, miraculis illustris.

Precibus corporis afflictio adiũgenda.

diuinitus plaga percussus, è uiuis excessit, cuius Asterij iam inde a Nicæno Concilio Ecclesias vexantis, lucubrationes recenset S. Hierony. in script. De Iuliano illo sic S. Chrysost. homil. 21. in cap. 6. ad Ephes. *Scitis utique & audistis, & uidistis etiam nonnulli, uirum, quem sum dicturus, Iulianum, dico illum admirandum. Hic erat rusticus humilis, & humili loco natus, & nec externæ quidem eruditionis omnino peritus, sed non ficta, & simulata philosophia repletus*, &c. A

Sed & alios plerosque sanctissimos Monachos Syriæ solitudines hoc tempore habuerunt, de quibus Theodor. in hist.[a] & in Philotheo.[b]

a lib. 4. c. 26. b c. 16. & 22.

Putarunt Socr.[c] & Sozom.[d] Valentem Antiochię aduersus Orthodoxos furentem, ad meliorem statum mentis reuocatum esse oratione Themistij, quam coram illo habuit, aut scriptam dedicauit.

c lib. 4. c. 27. d lib. 6. c. 36. & 37.

S. Basilius audita dira, iugique afflictione Antiochensis ecclesiæ, eam scriptis est consolatus, & ad fidem acceptam a Patribus fideliter custodiendam adhortatus, numero est 60. epist. B

Quod autem Ecclesia Antiochena, præter afflictionem Valentis Imperatoris, alia rursus intestina affligaretur vexatione, dum Catholicæ fidei professores inter se diuisi, alij Meletio, alij Paulino adhærescerent, idem S. Basil. quod magni momenti id esset opus, ad eam rem conficiendam Magnum Athanasium (epist. num. 48.) rogat, vt inter vtramque pacis sequester accedat, & in eadem, vt agat cum Occidentalibus, de consulendo necessitatibus Orientalis Ecclesiæ, hortatur, & alijs etiam sæpe litteris eum interpellat pro Orientali Ecclesia.[e]

e ep. 49. 50. 51. 52.

Athanasius Præfectum quendam Libyæ, Cappadocem hominem, moribus deprauatum, licet fide Catholicum, Ecclesiam quandam Libyæ corrumpentem, & in deteriora prolabentem excommunicat, scribitque de more litteras, quibus significaretur, ne ab alio vsquam Episcopo reciperetur, quæ cum peruenissent in Cappadociam, (quo ipse reuersurus erat) ad Basilium Metropolitanum, is eundem a fidelium consortio declarauit extorrem, quod epist. ordine 47. Athanasio significauit, in quibus, hæc, inter cetera, *Execrabilem illum auersabuntur omnes, ita vt nec ignis, nec aquæ, nec tecti communionem cum illo sint habituri, siquidem prodest, vt violenti isti tyranni, communi, & vnanimi iudicio condemnentur.* C

Quæstiones habitæ de scrutātibus, de vitā Imp.

Hoc eodem anno, Præfecto Prætorij Modesto, diræ quæstiones habitæ sunt de compluribus, qui de vita Imperatoris, & successore consuluissent Magos, haruspices, vel alios, qui malis artibus futura prænoscere profitebantur: qua de re extat Valentis Rescriptum ad eundem Modestum, *Cesset*, inquit, *Mathematicorum tractatus. Nam si quis publice, aut priuatim, in die, noctuque deprehensus fuerit in cohibito errore versari, capitali sententia feriatur*:[f] qua occasione philosophi, qui Magiam profitebantur, extincti sunt, (in quibus Maximus ille Ephesius, qui Iuliano Imperium prædixerat, & a Christiana Religione auerterat) atque adeo qui habitu philosophorum vterentur, in periculum vocati sunt, & quod sortes Apollineæ indicarant, aliquem, qui nomine, his literis Theod. inchoato, successurum in Imperio, omnes viri primarij & illustres Theodori, Thedoti, Theoduli, & huiusmodi, obtruncati sunt, & ab Hispania vsque Theodosiolus vir nobilis, ad Valentem adductus, morte multatus est. Sed morti horum, hæc causa prætexebatur, quod Tyrannidem affectassent. Atque hæc latius Sozom.[g] Ammian.[h] Socr.[i] Zosim.[k] & Eunapius. Meminit & Chrysost. horum temporum homil. 3. contra Anomæos, & homil. 38. in Acta, & ad Viduam Iuniorem. Meminit idem Chrysost. homil. in Matth. 68. Meretricis cuiusdam, cum ipse puer esset, perditissimæ, & famosissimæ, quæ & magicis vti artibus crederetur, cuius admirabilem conuersionem narrat, & vitam post in summa continentia, & corporis austeritate, per totam reliquam vitam cilicio indutam, & multos annos sponte, quasi carceribus inclusam. D E

f L. 8. de Malef. C. Theo.

g 6. c. 35. h lib. 29 i 4. c. 25. k lib. 4.

Insignis conuersio famosæ meretricis.

Peruestigati etiam per domorum penetralia, libri damnatarum artium, & acerui voluminum sub conspectu Iudicum concremati sunt. Ex Ammiano.

Quæstiones de sectantibus curiosas

In Occidente quoque, ab anno superiori diræ agitari cæptæ sunt quæstiones, de illis, qui curiosis per diuinationem scientijs, operam darent, adeo, vt ipso exordio in Se-

natorias

A natorias quoque personas, seruilia supplicia sint relaxata, quousque per tres nobilissimos legatos rogatus Valentinianus, ne delictis supplicia essent grandiora, neuè Senator quisquam inusitato, & illicito more tormentis exponeretur, Rescripto ad Olybr. V. P. moderationem adhibuit. l. 1. de quæst. Cod. Theodos. Sed huiusmodi quæstiones de Magis, & Maleficis, fere vsque ad eius obitum agitatæ sunt, vt Rescripta declarant. Ammian. lib. 28. per diuinationem, sciētias.

Gothis in duas factiones diuisis, alterius Duce Athanarico, alterius Phrytigerne; hic, re male gesta, exercitu a Valente impetrato, crucis vexillis in hostes illatis, victoriam reportat. At Athanaricus indigne ferens se a gente Christiana, & signis Christianis superatum, in eos, quos multos sub se habebat, gentis suæ Christianos, odium conuertit, & plurimos interficiens ad coronam martyrij sublimauit: qua de persecu- Gothi Christiani.

B tione, August. de Ciuit. Dei lib. 18. cap. 52. *Rex Gothorum, in ipsa Gothia, persecutus est Christianos crudelitate mirabili: cum ibi nō essent nisi Catholici, quorum plurimi martyrio coronati sunt, sicut a quibusdā fratribus, qui tunc illic pueri fuerant, & se vidisse incunctanter recordabantur, audimus.* Ad hos alludens Cyrillus, qui hoc tempore florebat, Cathechesi 10. *Persæ,* inquit, *Gothi, & omnes gentes testantur, morientes pro illo, quem corporis oculis non viderunt*, & S. Epiphan. qui 4. anno ab indicta hac persecutione, Panarium suum scribebat, cum agit de Audianis hæreticis hæres. 70. præter Gothos illos, quos Audæus in Monachos conuertisset, cæteros omnes Catholicos affirmat, nec quod Ariani fuerint, vel suspicari videtur. Interim tamen qui sub Phrytigerne erant Gothi, hactenus Catholici, ex conditione icti fœderis cum Valente, mutatos in Arianos, testantur Orosius, [a] atque Theodoretus, [b] in cuius rei narratione Sozo-

C men. [c] multa peccat. Sed fides potius est adhibenda Actis S. Nicetæ Martyris, apud Sur. [d] Hieronymo in Chron. Cyrillo, Epiph. Augustino, Oros. 7. c. 7.

a lib. 7. c. 7.
b lib. 4. c. vl.
c lib. 6. c. 37.
d 15. Sept.

Gothi, iam a temporibus Constantini Magni, Christiani fuerunt, & eorum Episcopus Theophilus Concilio Nicæno interfuit, atque subscripsit, vt index Episcoporum subscriptorum indicat.

Audæus quidam in Gothiam relegatus, multos in fide instruxit, Monasteria instituit, Virginitatem colere docuit: Audianorum sectam inuexit, Pascha celebrantium cum Iudæis. Deum humanam formam habere asserentium, Communionem Ecclesiasticam fugientium, Christianum nomen in Audianorum immutantium. Epiphan. hęres. 70. alia nonnulla addit Theodor. lib. 4. hæret. fab. quos plerosque Audianos ex Gothia fugatos ait Epiph. persecutione instante, sub Rege Gentili, & alios Christia- Audianorū hæresis in Gothia.

D nos, nec tamen omnes, cum Ecclesiam illam præclare excultam legamus a Niceta Episcopo, de quo S. Paulinus.

Adeo inualuerat sordida, & impudens Clericorum, & Monachorum auaritia captantium munera, & hæreditates Viduarum, & pupillorum, (quod indicant S. Hieronym. epist. 2. 3. 22. & S. Ambros. paulo post, serm. 7.) vt diuina lege contemptui habita, lege coercenda fuerit seculari, quæ cum præter morem, lecta dicatur in Ecclesijs Romæ, verisimile est, ipso Damaso id agente, ab Imperatoribus editam, aduersus diuinorum Decretorum contemptores, ad demoliendam Clericorum, & Monachorum eiusmodi quæstuariam, ac sordidam officinam. Sanctio in Clericos auaros hæreditates captātes.

Eiusmodi est Rescriptum ad Damasum Rom. Pont. apud Cod. Theod. [e] e L. 20. de Episc. & Cler.

E

Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA.

ECclesiastici, aut ex Ecclesiasticis, vel qui continentium se volunt nomine nuncupari, viduarum, ac pupillorum domos non adeant: sed publicis exterminentur iudicijs: si posthac eos affines earum, vel propinqui putauerint deferendos, censemus etiam, vt memorati nihil de eius mulieris, cui se priuatim, sub prætextu religionis, adiunxerint, liberalitate quacunque, vel extremo iudicio possint adipisci: & omne in tantum inefficax sit, quod alicui eorum ab his fuerit derelictū, ut nec per subiectam personam valeant aliquid vel donatione, vel testamento percipere. Quin etiam si forte post admonitionem

nostræ legis aliquid iisdem eæ feminæ, vel donatione, vel extremo iudicio putauerint relinquendum, id fiscus vsurpet. Ceterum, si earum, qui voluntate percipiunt, ad quarum successionem vel bona iure ciuili, vel edicti beneficiis adiuuantur, capiant, vt propinqui. Lecta in Ecclesiis Romæ 3. Kal. Aug. Valentiniano, & Valente 3. Augg. Coss. A

De qua lege meminit S. Hierony. epist. 2. ad Nepotianum & S. Ambros. epist. 31. ad Valentin. Iun. quæ sane probrosa fuit Ecclesiasticis personis, sed causa longe probrosior. Nec tamen hac lege prohibentur Ecclesiæ hæreditates accipere, vel legata, vel quid huiusmodi, sed Ecclesiasticæ personæ, siue Clerici, siue Monachi. Et sane testatur S. Ambros. epist. 32. ad Valentinianum. Iun. Seniorem sic fauisse Ecclesiæ, vt Ecclesiastica per viros tantum Ecclesiasticos voluerit tractari.

a lib. 4. c. 26.

Falsū quod impingitur Valētiniano, de duab. simul vxorib. habendis.

b lib. 30.

Quod porro Socrates primus, & vnus [a] refert de Valentiniano, quod sanxerit licere cuique, eodem tempore duas vxores habere, id plane falsum, & fabulosum habendum est; primum enim, qui per ea tempora scripsere, de tanta re, tamque noua, nihil prorsus meminerunt, deinde Ammianus, [b] Christianis alioqui infensior, nihil æque in Valentiniano celebrat atque castitatem, *Omni pudicitiæ cultu*, inquit, *domi castus, & foris, nullo contagio conscientiæ violatus obscenæ, nihil incestum, hancque ob causam, tamquam retinaculis petulantiam refrænauit aulæ regalis*, &c. præterea, si quid tale contigisset, Theodosius qui id prohibuit in Iudæis, multo id fecisset magis in Christianis; denique non passus fuisset Damasus tantum nefas, quia verbis, cohortationibus, Concilijs, se opposuisset: plane igitur deceptus est Socr. & qui eum cæcum sequuti sunt cæci ducem, Paulus Diaconus, Zonaras, Nicephorus: habuit quidem Valentinianus vxores duas, sed Iustinam, post Seueram, neque illam virginem, vt vult Socr. sed viduam, Magnentij olim vxorem, vt habet Zosim. lib. 4. B

c L. 1. de stud. lib. vrb. Ro. C. Theo.

d L. 6. de Cens. Cod. Theod.

Aliud extat hoc ipso anno datum Rescriptum ad P. V. Olybrium, quo ijs, qui Romam se conferrent, discendi causa, consuluit, eorumque vitæ, moribus, optime prospectum voluit. Dat. 4. Idus Mart. Treu. [c] C

Eodem item anno, pro Virginibus, Viduis, & pupillis Valentinianus legem sanxit, qua eos a censu plebis, exemit. [d]

Christi Ann.	Damasi Pap.	Valentiniani & Valentis	Impp. 8.	Gratiano 2[m] & Anicio Petronio Probo	Coss.
371.	5.				

AD Ampelium P. V. de Vrsicini indulgentia, AAA. ita rescripserunt. *Dudum Vrsicini inquietudine prouocati, fauentes concordiæ populi Christiani, quieti etiam Vrbis sacratissimæ prouidentes, uno interim loco, intra Gallias duntaxat, perturbatorem tranquillitatis publicæ, statueramus iure cohiberi, scilicet, ne applicatione morum, late dissensionis incommodum spargeretur: Verum naturæ nostræ mansuetudine leuigati, ita memorato abscedendi copiam dedimus, ne ad Vrbem Romam, vel certe suburbicarias regiones pedem inferat, neque nequitiæ suæ contagionem conetur infundere.* Ex Vaticano Cod. epistolarum Rom. Pont. D

e L. 10. de Malef. C. Th.

f lib. 28.

Extat aliud Rescriptum ad Ampelium V. P. aduersus Senatores maleficij accusatos. [e] Est apud Ammianum, [f] mentio de Ampelio Præfecto, & Maximino Vicario, omnium crudelissimo iudicantibus, & de Senatoribus maleficiorum insimulatis, seueras quæstiones exercentibus. Sed & S. Hierony. in Chron. *Maximinus Præfectus annonæ, maleficos ab Imperatore inuestigare iussus, plurimos Romæ nobilium occidit.* E

Deploratissimo statu Orientalis Ecclesiæ, diuina plane prouidentia factum est, vt duo illi Magni liberi relinquerentur, qui videbantur esse columnę, Athanasius inquā, & Basilius, de quorum studijs, & laboribus, pro Catholica Ecclesia, pauca quædam ex ipsorum scriptis excerpsimus, è quibus reliqua possint intelligi, obliuione sepulta.

S. Athanasius interpellatus a S. Basilio pro agitatis Ecclesijs Orientis, misit Petrum Ecclesię Alexandrinę Clericum (eum forte, qui ipsi in Episcopatu successit) vt eas lustraret, & eisdem pene prostratis, quas posset, suppetias ferret. De qua Petri legatione

A tione meminit Basilius epist. ad Athanas. num. 52. Quoniam verò maior videbatur requiri auctoritas, quam Athanasij, ad tantam cladem restaurandam; quantumuis ipse Basilius anno superiore litteras dedisset generales ad Occidentales Episcopos, & maxime ad Rom. Pont. per Dorotheũ presbyterum, missum vna cum Probo sanctissimo, pro ceteris Orientis Orthodoxis Episcopis, eadem legatione fungente, rursum ad eundem sibi alias scribendas putauit, & ab Athanasio scribi rogat in eandem sententiam, *Vt Legatos dirigat in Orientem viros idoneos ad ferendas itineris molestias, mansuetos, prudentes, omniaque*, inquit, *secum habentes, quæ Arimini, ad necessariam solutionem gestorum illic facta sunt. Et hoc nemine sciente, absque strepitu, tacite per mare ad eos, qui hic sunt, vadant, ne qui pacis sunt inimici, aduentum ipsorum præsentiscant*, &c. Legatio Oriẽtaliũ ad Occidental. & max. ad Ro. Pont. poscẽtium opem afflictis Ecclesijs.

Extant inter epistolas Basilij, ipsius Meletij, Eusebij nomine scriptæ litteræ, & ab alijs pluribus episcopis subscriptæ, (licèt subscriptio desideretur) ad Roman. Pont. (cuius tamen nomen prætermissum est) & ad alios Galliæ, & Italiæ episcopos, in quibus deploratur status Orientalis Ecclesiæ, & mala ex hæresi recensentur. numero est epist. 69. cuius meminit Basil. 59. ad Meletium: addidit & suam priuatim epist. Basil. numero 70. epistola uerò ad Meletium 59. Basilius significat videri admonendos Occidentales episcopos, & maximè Rom. Pont. ne facile admittant ad communionem ex Oriente venientes, cum quantauis professione Catholica, absque litteris Orientalium Catholicorum. & hactenus Basilius de legatione Romam mittenda.

B

Ceterum, quod spectat ad Ecclesiam Catholicam Antiochenam, Schismate Meletij atque Paulini afflictatam, Basilium Meletio aduersus Paulinum fauisse constat, ex epist. 50. ad Meletium.

Ex Basilij litteris ad Occidentales rursum scriptis, habetur, Occidentales, idest Damasum Papam, litteris consolatum esse Orientales, bonaque spe pariter roborasse. epistola est Basil. 74. & 18. in addit. ad Antiochen. Rom. Põt. litteris cõsolatur oriẽtales Catholicos.

C

Damasum item, & alios Occidentales episcopos scripsisse ad Athanasium litteras, quas acceptas, ad Basilium, quo eum consolaretur, misit, colligimus id ex Basil. epist. 61. ad Occidentales.

Quanti Magnus Athanasius Magnum Basilium fecerit, illa indicant, quæ ad Io. & Antiochum presbyteros, in fine habet. *Valde autem admiror*, inquit, *audaciam eorũ, qui non reformidant oblatrare dilecto nostro, & uerè Dei famulo episcopo Basilio, cum ex eiusmodi oblatratione deprehendi & conuinci possint, quod ne patrum quidem confessionem aut ament, aut amplectantur.* idemque rursum ad Palladium presbyterum, ait se scripsisse ad Monachos Cæsarienses, resistẽtes Basilio, monens, *vt velut filij obsequãtur Patri*, &c. *eumque esse gloriam ecclesiæ, dum* (ita ait) *decertat pro ueritate* &c. & mox, *Dilecti autem fratres nostri respicientes ad scopum eius, quo ad ueritatem tendit, glorificant Dominum, quod talem episcopum Cappadociæ dederit, qualem Prouinciæ singulæ sibi optant*, &c. Quanti S. Athan. S. Basil. fecerit.

D

Tantam verò fidem Athanasius de Basilio concepit, vt eidẽ iniunxerit visitationẽ episcoporum extra Prouinciam Cappadociæ positorum, nempe Macedoniæ, & Achaiæ, cui & in mandatis dedit, ut lapsos omnes reciperet cum fidei Nicænæ confessione. testatur id ipse Basil. epist. 75. ad Neocæsariens.

Accidit autem, vt, cum Armeniam visitaret, & lapsos pœnitentes Ecclesiæ reconciliaret, Eustathium Sebastenum fidem Catholicam confitentem, & subscribentem, in communionem acceperit, ex quo, ab Nicopolitano Episcopo Theodoto, in cuius conuentu res acta erat, & postea alijs, in suspicionem collusionis cum Eustathio adductus est, vt re vndique diffamata, necesse habuerit Apologiam scribere, quam ad Terẽtium Comitem, quem ex Ammiano constat his temporibus, ad cohibendos Persas, in Armenia cum exercitu fuisse, misit, epistola est ordine sexta in additionibus. extat apud S. Basil. libellus fidei Eustathio ad subscribendum propositus, ordine 78. At cum Eustathius atque socij uiderent Basilium à Theodoto in communionem minimè recipi, seque cum suis æquè repelli, quod spe frustratus esset, nec ex ea à se subscripta fidei professione, quam aucupatus fuerat gloriam consecutus esset, terga impudenter vertit, & in Basilium verbis iactare conuicia, & scriptis quoque in eum disseminare calum- Basil. in inuidiã uocatur, quod Eustathiũ hæreticum, sed Catholicũ simulãtem, in cõmunionẽ receperit.

E

nias

nias aggressus est, quasi de fide haud rectè sentiret, hanc sui ipsius rationis causam sæpè prætexens, ne leuitatis argui posset, curauitque, eiusmodi a se scriptas aduersus Basilium litteras circumferri. Testatur id quidem ipse Basilius epistola 79. ad ipsum Eustathium inscripta. A

Itē, de litteris ante 20. annos ad Apollinarem scriptis.

Tandem igitur cognitis sceleratorum hominum fraudibus, & dolis, facti sero pœnitens, quod Theodoto episcopo Nicopolitano ista monenti, non acquieuisset, ad eum scribit epist. 15. in addit. Eodem ferè tempore, & de scriptis litteris ad Apollinarē, ante viginti annos, accusatus est, quæ vix credi potest, quantum ad aliquod tempus, Basilij famæ attulerint detrimenti, compluribus ab eius communione recedentibus, suis ipsius Monachis haud leue scandalum passis, vt necesse habuerit Athanasius litteras ad eos dare pro Basilij integritate, (ut supra dictum est) Athanasio Ancyrano episcopo spectatæ fidei, & integritatis viro, in eum vehementer commoto.

Damaso ipso, fama ipsa ad Occidentis oras peruasa, nōnihil à Basilio alienato. Quas tantas calumnias Basilius animo quidem ægerrime ferens, non tamen prę impatiētia, statim in recriminationes & apologias erumpens, triennium respondere, suique rationem reddere distulit, cum tandem suum silentium confirmationem calumniarum haberi vidit, respondit, epist. 73. 79. 82. B

Denique de alijs varijs calumnijs.

Apud suos quoque Neocæsarienses, apud quos educatus fuerat, vsque ab eo tempore, quo in Pontica cum Gregorio agebat solitudine, ab hæreticis quibusdam sic diffamatus fuerat, vt in eorum odium incurreret, quod nec litteris delinire potuerit, & iam factus episcopus sic recruduisse senserit, ut ab eis vitaretur, ut hæreticus, & hęreticorum consortio pollutus, cuius rei causa egregiam illam ad eos epistolam scripsit numero 75. qua se illis Catholicæ esse & fuisse semper fidei integerrimum professorem, argumentis plurimis demonstrat.

Sed aliud accidit deterius, vt Catholicam fidem difendenti Basilio, & sæpius in cōcionibus aduersus Sabellium, & Marcellum dimicanti, tresque in Trinitate distinctas hypostases, siue subsistentias ad inuicem, per se singulas distinctas, demonstrare niten ti, calumniam intulerint, esse eum trium Deorum assertorem, vt necesse habuerit publice profiteri, se nunquam trium Deorum fuisse cultorem, oratione, cuius est titulus, *Aduersus eos, qui calumniantur, quod tres Deos colamus.* C

De quib. se purgat.

Accessit alia non impar calumnia, quod male crederet de Spiritu Sancto, quæ cum peruasisset in solitudinem, parum abfuit, quin Monachos ab eius communione abstraheret. epistol. ad eos 73. ad quos etiam id exigentes, libellum scripsit de Vera ac pia fide. D

Oratione contra Sabellianos quæritur de circumstantibus exploratoribus, *Plurimi præsentium*, inquit, *exploratores magis sunt eorum, quæ dicuntur, quàm, discipuli eorū, quæ docentur, & doctrina uerbi, non requiritur ad ædificationem præsentium, sed ad calumnias insidiantium.*

Et antiquas Traditiones profitetur.

Cęterum, in omnibus se custodem esse antiquarum traditionum, aduersus hæreticos, nouitatem in eo accusantes, sibique veterem traditionem arrogantes, profitetur, cum subdit, *Dominus ita docuit, Apostoli prædicauerunt, Patres obseruarunt, Martyres confirmarunt; sat tibi sit, ut dicas, quemadmodum edoctus es.*

Max. ī Basil. calūnia quasi male sētiret d̄ Spū sācto. a 2. cap. 24. b 3. cap. 19.

Sed rursum grauissima omnium in Basilium conflata est calumnia, & ex vnius voculæ occasione pro concione prolatæ, ingentes in eum concitatæ sint turbæ. res est huiusmodi; Sciendum est, obortam olim fuisse Antiochiæ contentionem inter Catholicos, & Arianos, (vt ex Theodor.[a] & Sozom.[b] constat) dum illi hymnum glorificationis concinentes, dicerent, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Ariani verò aliter, nempe, Gloria Patri, per Filium, in Spiritu sancto. Quod igitur S. Basilius (pro more in absolutione sermonis, in qua glorificabatur Trinitas, non tamen iisdem semper & conceptis verbis) in hymno, glorificasset Patrem per Filium, in Spiritu sancto, magnā attulit Orthodoxis aliquando admirationem & scandalum; nō quod vllo Decreto statutum esset uno modo dicendum, altero abstinendum, sed quia vsus ille tantum erat in Antiochena Ecclesia. Ceterum S. Basilius, quod optimè sciret, tum diuinæ scripturæ auctoritate, tum antiquæ traditionis exemplo, tum denique SS. PP. testificatione, id E

A absque dispendio Catholicæ fidei licenter dici posse, ad optimum finem ea licentia vsus est. Cuius quidem rei causa probandæ, præclarum illum, atque eruditum Commentarium scripsit ad Amphilochium, suam de spiritu sancto probans Catholicam fidem. Ceterum, qui viuenti negotium facessere Basilio non sunt veriti, mortuo non pepercerunt, vnde opus fuit insignes pro eo Apologias parare, Gregorium Nyssenum, Theodorum Antiochenum, & Sophronium, vt auctor est Photius in sua Bibliotheca.

In tot, tantisque ærumnis constitutus Basilius, Magni Athanasij auxilium, & opem implorauit. epist. 49. & Gregorium Nazianzenum ad se accersiuit. epist. 26.

Non modo cum hæreticis, sed & cum Catholicis illi contentio fuit.

Diuisa Cappadocia in duas Metropoles, primam, & veterem, Cęsariensem, cui præerat Basilius; secundam & nouam, Tyanensem, cui præerat Anthimus (sub qua Nazianzum, & Arianzum erat Gregorij patria) dissidia inter episcopos orta sunt, Anthimo cupidius alienas Diœceses, & redditus vsurpante, & episcopos ad se trahente.
B Basilius huic malo prouidendum putauit, plures episcopatus instituendo, ex quo tres vtilitates consecutæ sunt, (inquit Nazianzen. in laud. Basil.) nam & animarum cura maior suscepta est; & quælibet Ciuitas prouentus suos habuit; & bellum hac ratione compressum, & extinctum est. Sed & illud excogitauit Basilius, vt ab Anthimi ditione, & iure sibi vendicaret Gregorium, eum creando Sasimorum Episcopum; quod cũ magnopere abhorreret Gregorius, tum quod pium, & honestum ocium sectaretur, tũ quod locus humilis, ac vilis, ac parum se dignus haberetur, planè id recusabat, & multæ graues, & liberæ querelæ inter eos intercesserunt, vt apparet epist. 31. & 32. ad Basil. qui cum se quodammodo contemptui haberi, per epistolam conquereretur, Gregorius epistolam officij plenam ad eum mittit, quæ est 26. Quomodo exiguas &c. At Basilius adhuc perstans in sententia, per Gregorium seniorem, iuniorem peruicit, & Episcopũ Sasimorũ ordinauit. Greg. orat. ad Patrẽ, item ad Greg. Nyssen. & illa, in qua de causa cur cesserit tandẽ, ita pręfatur, Nihil senectute fortius, &c. & Carm. de vita sua.

Basilius Gregorium renuentem & penè inuitum Sasimorum ordinat Episcopum.

C

Paulò post Anthimus, specie quidem inuisendi Gregorium seniorem, ęgrotantem, iuniorem omni ratione tentat ad se auellere, quod cum non obtinuisset, infensior illi factus, Sasima occupauit, quare facultate sublata Sasima adeundi, cum ex altera parte Basilium pateretur subinfensum, & Anthimum plane iratum, magna animi afflictione confectus, ad Deum secedere, sibique viuere cogitauit, ut ipsemet scriptis ad Bosphorium Coloniæ in Cappadocia Episcopum, quæ est Greg. 15. sed non diu gaudere secessu illi licuit, reuocatus Patris litteris, & precibus euictus, ut sibi effœto seni in functionibus Episcopalibus adiutor esset, in quo illi ea conditione, cessit, vt mortuo eo, liber esset. Carm. de uita sua, quod & publica concione testatum omnibus uoluit.

Greg. Sasimis excluditur.

D Illud planè admiratione dignum de Gregorio, quod ab omnibus habitus sit Episcopus Nazianzenus, etiam tum cum viueret, ab ipsis quoque patribus Concilij, cum illi opponerent trium eum esse Sedium Episcopum, Sasimorum, Nazianzi, atque Constantinopolis: atque ipso Hieronymo, ne dicam Gregorio presbytero, auctore uitæ eius, Rufino, [a] Socrate, [b] Sozomeno, [c] & alijs ferè innumeris, cum tamen ipse expresse, publica oratione contestatus sit, se ad tempus, usque ad obitum patris, illam Ecclesiã administraturum, & ad Gregor. Nyssen. epist. 42. scribat de subrogato in patris locum Eulalio. *Inter omnes enim constat*, inquit, *me non Nazianzi, sed Sasimorum Antistitem creatum esse; tametsi patris reuerentia, & eorum, qui supplices à me contenderunt,*
E *ad breue tempus præfecturam quasi hospites, accepcrimus*; & idem scribit ad Philagrium epist. 65. Ad Valentem redeamus, qui Antiochia progressus per superiorem Syriam Catholicos, de more, uexauit.

Mirum quomodo Greg. vnius tantũ oppiduli Episcopus ordinatus, hab. tamen fuerit trium Ecclesiarum Eps.

a 2. c. 9.
b 3 c. 35.
c 6. c. 17.

Valens Cathol. per Syriam uexat.

Edessenæ Ecclesiæ Episcopum Barsen, magni ob sanctitatem, & miraculorum gloriam nominis, per illas regiones (male tractatis, & exulare iussis alijs Clericis) Valẽs in Aradum Insulas relegauit, indeque ob infinitum hominum concursum, Oxyrinchum, & ob eandem causam, inde, in Castellum Phenno, in extremis Ægypti regionibus transtulit. Ferunt eius lectum in Arado Insula ad hodiernum diem remanere, ait Theodoretus, [d] in quo decumbentes, multis morbis uexati, ad integram ualetudinem per fidem restituuntur.

d lib. 4. c. 15.

Valens,

A Valens, Edessam, ad inuisendum Templum S. Thomæ dicatum, sanctitatis fama, & hominum frequentia celeberrimum, profectus, cum vidisset omnibus Ecclesijs Orthodoxis ablatis, populum Catholicum in campo, ante Ciuitatem conuentus agere, iratus Præsidi Modesto, pugnum in maxillam infligit, quod contra suum mandatum id fieri permisisset: mandatque vt coacto exercitu multitudinem illam dissipet, Virgis, fustibusque cœdat. qua re vulgata, sequenti luce Præfectus in foro conspicatur mulierem properantem, & infantulum gestantem, & militum agmen perrumpentem, accitam, interrogat, atque ab ea cognoscit, ideo se cum filiolo properare, vt cædis paratæ, cum reliquis, particeps fiat, ex cuius vnius mulieris animi ardore, de ceteris conijciés, Imperatori renunciat, frustra niti, & nihil ex ea cæde, præter dedecus consequi, nec tamen eorum animi studium extinguendum; iubet igitur à cæde abstinere, & omnem iram in Clericos & presbyteros conuertit, & recusantes cum Lupo communicare, B octoginta ex illis amandat in Thraciam, non tàm ad exilium, quam ad necem, ob Athanaricum in Christianos furentem. Qui cum in itinere, Ciuitatibus, & Pagis, obuiam procedentibus, summo honore, vt Christi athletæ, exciperentur, & colerentur, re cognita Imperator, vt bini in varias partes distrahantur imperat. Eulogius igitur, qui alijs præfuit presbyteris, & Protogenes in Antinoen Thebaidis relegati, vbi pauci Christiani, plerique Gentiles cum essent, præclaram illic Deo operam nauarunt, Eulogius quidem in cella inclusus assiduè deprecans Dominum, Protogenes verò literario aperto ludo, pueros literis, & pietate informans, quorum vnum ægrotantem cum aliquando inuisens, contactu ad sanitatem reuocasset, cupidè ab alijs etiam Gentilibus domum aduocatus, eadem morbi occasione, non prius se Deum deprecaturum, vt morbum depellat, protestatur, quàm qui ægrotaret, baptismi lauacro tinctus esset, & C cum parentes assentirentur, eos ad Eulogium presbyterum adductos, baptizari curās, animo, & corpore pariter sanabantur; reddita post Ecclesiæ pace, reuersi, Eulogius Barsæ defuncto successit in Episcopatu, Protogenes verò Chaoras, vrbem sanè incultam, & gentilibus refertam ad habitandum missus, vt eius opera illi ad Christum adducerentur. Socr. [a] Theod. [b] quorum trium memoria celebris quotannis agitur in Ecclesia, 30. Ian. 5. & 6. Maij.

Præclarū exēplum feruentis fidei in femina trahente filiolū, vbi cædes futura credebatur Catholicorū.

Per exules Clericos, Gētiles ad fidē cōuertūtur. Clericus exul aperiens scholam literariā apud Barbaros, eos adducit ad Christū

a 4. c. 14. b 4. c. 15. 16.

Tomis vrbem magnam, & opulentam Scytharum, cum aduenisset Imperator, Bretannionem Episcopum totius gentis, persuadere conatus Arianis assentiri, constanter, & liberè loquentem audiuit, pro doctrina Concilij Nicæni, & mox cum vniuerso populo, qui frequentissimus confluxerat, vidit recedentem ad aliam Ecclesiam, ne cum eo communicare videretur, quod ægrè ferens Imperator, abripi in exilium mandauit; quem & non multo post reuocauit, veritus ne ob amissionem Episcopi nouis rebus gēs D Scythica studeret, ipso locorum situ opportuna Rom. Imperio, ad impetum Barbarorum propulsandum. Sozom. [c] celebris est Bretannionis memoria in Ecclesia, 8. Kal. Ianuar.

c 6. c. 21.

S. Eusebius Vercellensis Episcopus moritur (Hierony. in Chron.) Confessor, an Martyr proprie? Confessorem S. Ambrosius, & alij antiqui semper vocant: Martyrem etiam Epitaphium, & Martyrologia; an verò id secundum veterem loquendi vsum, quo illi etiam Martyres dicebantur, qui fidei causa post confessionem aliquid in corpore passi essent, etiam si ex illatis pœnis minime contigisset spiritum exhalare: an verò etiam propriè Martyr, quod in patriam reuersus, post raptationem, & cruciamenta, lapidibus obrutus est, quod eius vita habet, non facile affirmari potest; certè, quæ de martyrij genere dicuntur, ab antiquis non sunt deprompta scriptoribus. Cum autem E Latinè & Græcè doctissimus esset, & plura scripsisse verisimile sit, nihil planè tamen eius extat, præter epistolam ad suos è carcere Scythopoli datam. Nomen eius anniuersaria prima die Augusti celebre recurrit. De miraculis eius, post obitum, Gregorius Turon. de glor. Conf. cap. 3. meminit.

S. Eus. Vercel. obitus.

Lucifer Episcopus Calaritanus moritur, qui cum Gregorio Episcopo Hispaniarum, & Philone Libyæ, numquam Arianæ se miscuit prauitati. Hieronym. in Chron. Quod ita intelligi oportet, eos Episcopos abstinuisse a communicatione Episcoporum illorum, qui cum Arianis, quantumlibet pœnitentibus, communicarant, quod quidē

Luciferi Calaritani obitus.

ad

A ad eorum laudem minimè cedit, cum id Schismatico animo fecerint, contra communem Ecclesiæ sententiam.

Gregorius ille Eliberinus fuit Episcopus (de quo plura extant in libello Marcellini, & Faustini Schismaticorum) qui, vt Lucifer, non communicabat cum Episcopis, qui Arianos pœnitentes in Ecclesiam recipiebant, qua ratione à Catholicæ communionis Episcopis, vna cum alijs suis consortibus, nonnihil exagitatus est. Hinc hic Gregorius in libro de fide scripto ad Gallam Placidiam, de incorrupta fide seruata, nec vnquam communione se pollutum hæreticorum magnopere gloriatur. Creditur postea saniori menti redditus, duramque austeritatem illam flexisse in Catholicæ obseruantiæ rectitudinem: nam Orthodoxorum nonnullorum præconijs celebratus habetur: nisi hæc quis dixerit eos ignorasse, quod non videtur dicendum.

B Post Luciferi exitum, qui ante illi adhęserant, pertinacius in sententia perstitere, quorum numerus exiguus, se in Hispaniam recepit, à vicinis, & longinquis vitatus. Quod post Theodosium Augustum de Luciferianis nulla fit mentio, eos hoc ipso, quo oborti sunt, seculo, extinctos esse putamus.

Scenici, & Scenicæ, serui publici erant, ad lætitiam publicam Theatricis spectaculis mancipati. Quod autem legibus ecclesiasticis vetitum erat, Christianos Theatrales esse, ac proinde qui eiusmodi essent, simul ac per baptismum Christiani efficerentur, scenicum munus exercere amplius non valerent: vetuit Imperator, haud quidem piè, nec consultè, eiusmodi homines non nisi in mortis articulo baptizari.[a]

Male vetat Imp. Scenicos, non nisi in mortis articulo baptizari.

Illud etiam non benè, cum licentiam Gentilibus dedit Haruspicinam exercendi, dummodo id facerent absque magia.[b]

C Permisit, sicut alias, ita Aram Victoriæ in Capitolio stare, illicque Senatores Gentiles sacra facere; licet eum S. Ambrosius,[c] quod tantum nefas ignorauerit, excuset, rhetoricè ne id, an verè, dubitari potest.

a L. 1. de Scen. C.Th.

Male permittit haruspicinam.

Priuilegium etiam, honoremq; Excomitibus exhiberi solitum, Sacerdotibus Gentilicij ritus indulsit.[d]

b L.9. de Malefic. & Mat. C.Theod.

Ex quibus Symmachus, qui Gentiliciæ superstitionis maiorem gerebat Pontificatum, iure appellauit Valentinianum Seniorem ritus veteris conseruatorem.

c Epist. 89.

d L. 75. de Decur. & 77. C Theod.

Valētinian⁹ Senior. vet. ritus conseruator dict⁹.

Christi Annus	*Damasi Pap.*	*Valentiniani & Valentis* Impp. 9.	*Modesto, atque Arintheo* Coss.
372.	6.		

D Consul vterque, ex parte Valentis; sed Modestus Arianus, & persequutor Catholicorum, Arintheus Catholicus, & fautor Catholicorum, & Basilio amicissimus, de cuius morte extat ipsius Basilij consolatoria ad vxorem, epistola quinta, in additionibus, in qua ait, per vxorem eum redditum Christianum, & in fine vitæ baptizatum. De eo plura Ammianus lib. 27. & inter alia, quod exercitu cohibuisset Persas, Armeniam inuadentes.

Hoc eodem tempore, magna Dei dispensatione, huic, sicut pietate non impar, ita & munere haud inferior Terentius extitit, cui, (vt idem Ammianus est auctor lib. 27.) duodecim parebant legiones, qui S. Basilio æquè familiarissimè vsus est, vt ex ipsius litteris ad eum datis, de negotijs ecclesiasticis constat, cuius præsidio Basilius non modo suæ, sed alijs etiam ecclesijs, inuitis Arianis, multum prodesse potuit. Huic vi-

Arintheus & Terentius p̄clari Duces militiæ Catholici.

E ctori ex Armenia reuertenti, cum mandaret Imperator, vt donum aliquod peteret, petijt supplici libello, rem sua dignam pietate, Ecclesiam vnam Catholicis dari: qua re Imperator stomachatus, libellum discerpsit, & vt aliud peteret, iussit. Theodor.[e]

e 4. c. 28.

Insolescentibus in dies magis in Catholicos Arianis, vt sub Ariano Imperatore, tertiam legationem mittit Basilius ad Rom. Pont. & Episcopos Occidentis, petens visitari Orientalem Ecclesiam, si id modo fieri non possit, saltem vt cousolatoriæ litteræ mittantur; eius epistola est numero 74. in qua prudenter plura de Eustathio Sebasteno, quem, vt huiusmodi alios, à Sede Apostolica, vt hæreticos publicari petit in Ecclesijs Orientis, vt vnde accepit vires lædendi Ecclesias (inquit Basilius) inde ve-

Basilius rogat Damasū vt uisitari curet Orientalem Ecclesiam, vel saltem consoletur per litteras.

niat

niat malorum correctio; alludens ad Liberium, qui Eustathium Sebastenum, & alios A
subdolè pœnitentiam præferentes, ad communionem acceperat, & ad Ecclesias suas re-
stitui mandarat; in quo ostenditur quanti faciat iudicium Rom. Pont. De Apollinare
quoque detecto hæresiarcha, cum quo aliquando, ignorans eius prauitatem, communi-
carat, plura scribit, & rogat Damasum, vt eum cum suis Episcopis damnet.

Rogat vt dãnet Eustathium, & Apollinarem, & Marcellũ Ancyranum.

Addit de Marcelli Ancyrani hæresibus, quas & damnandas censet; atque hũc qui-
dem Marcellum, hoc eodem anno defunctum esse, videtur colligi ex Epiphan. hæresi
72. & tempore, quo se scripsisse illud opus scribit, libro primo in principio. At hac
Basilij legatione nihil fere actum; nam calumnijs in eum, dubię fidei, atque adeò hæ-
resis suspectus redditus apud familiares ipsos & alumnos, etiã Damasus dignũ duxit
abstinere comercio litterarum, donec de tota re magis constaret. Quibus cognitis, Ba- B
silius magno suo mœrore, Petro presbytero (quem probabile est eius fuisse fratrem)
legationem ad eundem Damasum, & Occidentales iniungit, cum epistola, quæ est nu-
mero 77. quibus impediri se varie dicit, quo minus, quod adeò optaret, ad eos adiret;
deplorat calamitates, conqueritur de obsequijs non exhibitis, deprecatur calumnias,
paratum se exhibet admonitionibus, & correptionibus, fraternam charitatem in mẽ-
tem reuocat, denique obsecrat, vt visitatione, & consolatione Ecclesias Orientales di-
gnentur. Damasum, & alios Occidentales nihil rescripsisse, ingeminatæ querelæ, an-
no sequenti, satis indicant. omnino inter Basilium, & Occidentales simultates quas-
dam intercessisse, ex his, quæ idem acerbius de Occidentalibus scripsit, ad Eusebium
Samosatenum, epist. 10. apparet, sed re accuratius considerata, tantum abest, vt Occi- C
dentales hæresis suspectos habuerit, vt eos solos puriores remansisse prædicet ortho-
doxos, vltimis litteris ad ipsos anno sequenti datis, quæ sunt primæ in additis.

Basilius in suspicionem hæresis calũniosè adductus.

Hier. retexitur vita vsq; ad hunc annum.

S. Hieronymi vitam, ex suis ipsius scriptis, ad hunc annum deducamus. Hierony-
mus natus est Stridone oppido, in Dalmatia (sub Constantio Imperatore, anno Chri-
sti 342. vel 343.) Christianis parentibus,[a] honestis quidem illis, & substantijs haud
infimis, quas postea, pro ædificatione Monasterij, per Paulinianum fratrẽ, distraxit, [b]
Bonosum habuit collactaneum,[c] & cum eodem coaluit in liberalibus disciplinis, præ
diuite adolescente. Romam ueniens cum eodem suo Gentili Bonoso, Donatum audi-
uit, ipsum enim suum nominat præceptorem [d] tum, ut ipse tradit, scholastico more
lusit in controuersijs declamãdis. [e] Ibi adulta ætate sacro baptismo initiatus est,[f] quo D
suscepto, paulo solutiorem uitam quam gesserat, continuo emẽdauit, nam amissa prio-
ri corporis integritate, secundam, quam vocat, continentiam, post baptismum, serua-
uit immaculatam [g]) pijs officijs deditus, una cum eiusdem instituti sodalibus, singu-
lis diebus Dominicis inuisebat in subterraneis cęmeterijs, reliquias SS. Martyrum. [h]
Nihilque cæteris diebus otij sibi relinquens, totus erat in describendis libris: sic. n.
bibliothecam Romæ summo studio, atque labore, sibi confecisse testatur. [i] In Gallias
posthæc peregrinatus cum ipso Bonoso, eadem siti librorũ, Treueris, S. Hilarij libros
de Synodis, manu sua descripsit; aliosque ibi positos antiquos codices, vsus opera a-
micorum, atque inter alios, Florentij, describendos curauit [k] Profecturus in Orientẽ,
cum eruditionis, tum religionis causa, cum Bonoso è Gallijs reuertens, Aquileiã per-
uenit, ubi aliquando fruitus est consortio sanctissimorum virorum, sancti Valeriani,
eius ciuitatis, post Fortunatianum, episcopi (qui Ecclesiam illam, heretica labe fœda- E
tam, purgarat, & ascitis optimis, & eruditis viris, ornarat) Heliodori, Nepotiani, Ru-
fini, Chromatij, Iouini, Eusebij, Bonosi, Florentij, Nicææ subdiaconi, Chrysogoni Mo-
nachi, ad quos omnes intimę necessitudinis testes eiusdem Hieronymi litteræ extãt [l]
de quibus in Chron. idem Hierony. *Aquileienses clerici, quasi chorus beatorum.* sed &
quod, qui ibi erant clerici essent & Monachi, hoc præconio, ex ijsdem tres potissimum
laudantur in Chron. *Florentius, Bonosus, & Rufinus insignes Monachi habentur,* &c.
Quorum suauissima consuetudine, Aquileię aliquantisper detentus Hieronymus, ne-
scio quo improuiso rerum euentu inde recedere coactus [m] in Dalmatiam patrium so-
lum ueniens, sororem iuuenculam ætatis lubrico lapsam, primum viro maximè pio, Iu-
liano Diacono, qui eam ad meliorem frugem restituit, deinde etiã, per litteras, Chro-
matio commendauit. [n] Posthæc peragratis, Thracia, Ponto, Bithynia, Galatia, Cappa-
docia,

a Apol. adu. Rufin.
b Ep. 26. ad Pammach. in fine.
c ep. 41.
d Hier. in Chron. 26. anno Cõstãtii.
e lib. 1. adu. Pelag. & c. 2. ad Gal.
f ep. 57.
g Apolog. pro lib. cõtra Iouin.
h in Ezech. c. 140.
i ep. 22.
k ep. 6. & 41.
l 41. 42. 43. 44.
m ep. 41.
n ep. 37. & 43.

A docia, Cilicia, in Syria, cum Euagrio Antiocheno, in uia Comite, Antiochiæ cõsedit, vbi, interim dum deliberat de statu vitæ, Monachorum, quibus Syria tunc florebat, commotus exemplo, Theodosium virum magnæ celebritatis [a] cum alijs Anachoretis rogat, pro se orare, vt quod velit & possit docentem audit frequenter, Apollinarem Laodicenum [b] adhuc inter Catholicos profitẽtem. Dum versatur in Maronia villa Euagrij, 30. milliaribus Antiochia dissita, audit à Malcho Monacho sene historiã eius barbaricę captiuitatis, quam postea descripsit. inde discessisse videtur in eam Eremi partem, quę iuxta Syriam Sarracenis iũgitur, [c] quæ erat prouincia Chalcidis, (præfatione in Abdiam) comitibus Innocentio, atque Hyla, quibus accessit postea Heliodorus. Quibus omnibus suppeditabat Euagrius Antiochenus cuncta necessaria, & Hieronymo antiquarios ad scribendos libros, quibus se ibi abũdasse testatur, epist. 6. eiusdemque Euagrij opera litterę, quę ex diuersis locis Antiochiam afferebantur, eidem
B reddebantur, uicissimq. ad alios mittendas, ab ipso ille accipiebat. Quoto uerò potissimum anno Domini in Eremum secesserit Hieronymus, nihil probabilius videtur dici posse, quàm anno præcedenti 371. hoc certè constat anno, eum ex Syriæ solitudine scripsisse ad Rufinum, qui vna cum Melania in Aegyptum uenerat, ad sanctos Monachos inuisendos (epist. 41.) quos quidem Rufinum, & Melaniam, hoc anno, quo defunctus est Athanasius, antequam is moreretur, in Aegypto fuisse, Palladius ex eo perspicuè demonstrare videtur, cum ait Melaniam ab ipso Athanasio donatam esse ouina pelle, quam dono acceperat à Macario Abbate, oblata ipsi munere à Leone, pro gratiarum actione, de catulis cæcis ab ipso luci redditis, cuius rei adeo admirandæ, Rufinus historiam narrat, [d] qui & ait, se præsentem fuisse, cum persecutio est illata Monachis, post Athanasij obitum, ab Arianis. Hieronymo igitur secundum annum agente in solitu-
C dine, cum iam Heliodorus, spe tamen redeundi, discessisset, [e] accidit, vt Innocẽtius Comes, pars, vt ipse ait, animæ eius, repentino febrium ardore abstraheretur, nec multo post, Hylas, S. Melanij famulus; qui puritate morum, maculam, inquit, seruitutis abluerat, & necdum obductam rescinderet cicatricem, & iam uno Euagrio comite frueretur: & ipse crebris laboraret corporis infirmitatibus, quæ sępè quęritur ad diuersos amicos scribens [f]. Quas insuper, pręter hęc, passus sit impugnationes Dęmonũ, & quæ eum exercuerint pręlia carnis, ipse epist. 22. ad Eustochium recenset. ad quos carnis impetus infręnandos, non modò ieiunia, aliasque afflictationes adhibebat, sed & iuge studium literarum, maximè Hebraicarum, [g] Quod studijs secularibus addictior sit, vapulat, [h]

Ex multis uerò ærumnis, quibus ibi grauiter afflictatus est, illæ quidem sibi maxi-
D mę visę sunt, quod Occidentalis ipse homo, collegis parum cognitus, suspectæ illis fidei haberetur, & cum scissa esset schismate Ecclesia Antiochena, totaque illa prouincia, ipse pariter inuitaretur in schisma; & de nomine hypostasis à Syriæ Monachis illi negotium exhiberetur, quibus tunc vallatus angustijs, consulit Roman. Pont. Damasum, magna cum prædicatione Ecclesię Romanę (epist. 57.) & cum necdum habito responso, adhuc vrgeretur, rursum instat. 58. epistola, & obtestatur, ut apud quem in Syria debeat communicare, significet. Quas tamen vtrasque litteras, non nisi post biẽnium scriptas, illud ostendit, quod in priore de Auxentio, & Ambrosio episcopo meminit, quem Ambrosium constat 11. Valentiniani anno fuisse factum episcopum.

Damasi Papæ responsio cum non extet, ex eo tamen constat ipsum respondisse, ut cum Paulino communicaret, quod ab eo post ordinari presbyter Hierònymus uolue-
E rit; & ex epistola Basilij ad Terentium, quæ extat in ultima editione Nutiana, ante epist. canonicam, ex qua agnoscitur, ex eo, quod Athanasius communicaret Paulino, persuasum, inductumque Roman. Pont. Damasum, ut cum eodem Paulino, communicaret, sed cum omnes ferè Orientales episcopi Catholici reperirentur studere Meletio, atque auersari Paulinum, indigneque ferre Episcopum, ob fidem Catholicam, sæpe exulem, post innumeros exantlatos labores ignomiuiose Sede priuari, resque in eo statu reposita esset, ut non nisi magno scandalo, quę decreta fuerant, perfici possent: placuit, nec nisi assentiente, vel saltem ratum habente, vt credibile est, Rom. Pont. ut amicabili transactione inter eos intercedente, res ita componeretur, ut sic ambo sede-

a Theodo. in Philoth cap. 19. epist. 38.
b ep. 65.
c ep. 6.
Hieronym. A Dñi 371. secedit in eremũ & sequenti scribit ad Rufinũ, qui est pſens annus.
d 2. cap. 4.
e ep. 1. & 37.
f ep. 37. & 41.
g ep. 4.
h ep. 22.

rent,regens quisque gregem sibi subiectum,vt tamen alterutro ex hac vita migrante, nullo ei substituto alio episcopo successore, qui superesset alteri, solus vniuersam illã curaret Ecclesiam. A

De tribus item Hypostasibus,quid Papa rescripserit,licèt non extent litteræ,tamẽ non nisi ex sententia Hieronymi respondisse videtur Damasus,nempè, confitendum tres in Trinitate personas, tacendumque nomen hypostasis; quod assequi possumus ex epist. 15. Cyrilli Alexandrini Episcopi ad Acacium. Verum cum ex plurium Orientalium scriptionibus innotesceret,nomen hypostasis,nullam in eo pronunciando habere fallaciam,sicut à Græcis,ita quoque à Latinis susceptum esse,atque vsu frequentatum apparet,adeo,vt vox Græca in Latinitatem,frequenti vsu,transierit. Ceterum, etsi Meletius dignissimus haberetur,cui fauerent magni nominis Orientales Episcopi,tamen eo absente,exule pro fide,qui ab eo Antiochiæ,dicti sunt Meletiani,eo se crimine obstrinxere,vt Tharsensibus Semiarianis se coniunxerint,eo consilio, ut numero,& uiribus pollerent,ut est apud Sozom. [a] nec tamen omnes, qui Meletio communicabant,cum Meletianis iunctis Tharsensibus participationem habebant, siquidem Basilius exhorrebat Tharsenses hæreticos, & hi omnes tam Catholici, quàm Semiariani,hactenus conueniebant inter se,ut Euzoium illic Episcopum Arianorum,pariter execrarentur. B

a lib. 6. c. 4.

Hier. 30. annos natus scribit primum in Abdiam,& post alios annos 30. rursum scribit in eũdem. Quæ alia scripserit in Eremo.

In Eremo primum cœpit Hieronymus uires sui ingenij experiri in interpretandis scripturis,& triginta annos natus,scripsit Commentarium in Abdiam prophetã, quem erubuit postea senex,audiens per Italiam circumferri, & sexagesimum annum agens,triginta post annos,quam priorem lucubrarat, alterum perfecit. Præfatio in Abdiam. C

Origenis homilias ab illo ad populum dictas,se adolescentem in Latinum uertisse tradit,(2. Apolog. aduers. Ruf.)indeq; etiam epistolas complures dedit,ut inter alias, ad Rufin. 41. duas ad Damasum 57. & 58. ad Heliodorum,ad Florentium duas;ad Iulianum Diaconum,ad Nicæam Subdiaconum,ad Chromatium,Iouinum, Eusebium, & Chrysogonum Monachum.

Greg. Nazianzen. relicta Ecclesia Nazianz. administratione secedit Seleuciam.

Hoc ipso tempore Gregorius Nazianzenus parentum obitu cum quidem Pater ętatis fere centum annorum,& Sedis quadraginta quinque tempus explesset; Mater uerò eiusdem fere ætatis,non multo post diem clausisset extremum. (oratione in funere patris)exoluit se ab administratione Ecclesiæ Nazianzenæ,vt condixerat,cum ad eius regimẽ,cogente parente,inuitus attractus est,& rogantibus Basilio,(qui præsens orationi in funere Patris aderat) & alijs Episcopis, & ciuibus,precibus importunis,id ipsum efflagitantibus,non acquiescens, fuga ab illis se abripuit,profectus Seleuciam, pietatis ergo,ad memoriam S. Theclæ,quo frequens peregrinatio esse solebat, ibique vsque ad Valentis obitum commoratus est,per sex ipsos annos. Grego. in Carminib. de Vita sua. D

S. Athanasij obitus.
b 2. c. 3.

S. Athanasius Episcopus Alexandrinus,cum sedisset annos 46. sexto Nonas Maij, migrat in cœlum. Rufinus [b] & Cyrillus Alexandr. epist. 1. in quo lapsus est Socr. ponens exitum eius anno præcedenti. Eius laudibus impar est omnis lingua. Legatur oratio Gregorij in Natali eius die,in Occidentali, & Orientali Ecclesia pariter consecrata: & oratio in laudem Heronis,reliquit præclara scriptorum monumenta, de quibus Hieronymus.

Petrus presbyter,omnibus virtutibus consummatus,& vt Athanasij passionum socius,successor ab eo designatus,omnium sacerdotum,& Magistratuum consensu, Episcopus Alexandrinus eligitur. At Palladius Præses,Gentilis homo, & simulacrorum cultor,in gratiam Arianorum,cum copijs militaribus ingressus Ecclesiam, Petrũ exire compellit(qui Romam profugit)& populum,clericos,virgines, Monachos, dirissimè cædit,& lacerat,& alijs nefandissimis sceleribus,& flagitijs Ecclesiam polluit, & profanat. Petrus Episcopus,epistola circulari ad omnes per orbem Christianos, apud Theodoret. [c] E

c 4. c. 20.

Lucius,quem olim necato Gregorio illo teterrimo, Ariani in locum eius subrogarunt,ab Euzoio Antiochenæ Ecclesię pseudoepiscopo,Alexandriam,cum militari ma

A nu deductus, Duce Magno, Comite largitionum, & a populo destitutus, renuente cum eo communicare, grassatur in Ecclesiam Alexandrinam atrocibus, & inauditis modis, extensa in solitudines vsque persecutione, S. Petrus Episcopus in eadem episto. Epiphan. [a] Rufin. [b] Cassianus. [c]

a Hær. 63. b 2. c. 3. & 4. c coll. 8. c. 7.

Ad Præsidum sæuitiam accessit Valentis edictum, vt omnes, qui fidem consubstantialis tenebant, non Alexandria solum, sed ex vniuersa etiam Ægypto penitus expellerentur, quin etiam Præfecto imperatum, vt cum ingentibus copijs omnes vbiq; persequeretur, quos Lucius indicaret. Socr. [d] quo tempore præclara edidit Deus miracula in confutationem hæreticæ impietatis, de quibus Theodor. [e] & Sozom. [f]

d 4. c. 17. & 19. e 4. c. 19. f 6. c. 21.

Qua tempestate Melania nobilissima Romanarum, agens in Ægypto, eius particeps persecutionis, fuit perfugium omnium, alios occultans, alios deducens, per triduum B quinque millia pascens Monachorum latentium, panibus suis. Paulinus episto. 10. eius laudat S. Hieronymus summam constantiam, epist. 25. quod simul siccis oculis sepelisset virum suum, ac duos filios; vno vero superstite, derelicto, peregrinata fuerit, primo in Ægyptum, inde Ierosolymam, vbi ad quinque lustra commoratam Paulinus tradit, epist. 10. ad Seueram; amplius verò duos annos Palladius in Lausiacis [g] affirmat, idest 27. Ex qua commoratione, ipsa, & Rufinus imbuti sunt erroribus Origenis à Didymo Alexandrino, magni nominis viro, cæco, sed erudito, & operum Origenis nimio admiratore; sic, vt etiam improbanda probaret, nec palam, vel omnibus, sed furtim in aures curiosorum audientium instillaret, qualibus repertis Melania & Rufino, sic in eorum animos Periarchon Origenis infudit, vt eo, tanquam magno Thesauro ditati, cuperent totum Catholicorum orbem locupletari, sed plane aspidis oua fouerunt, quibus ruptis, prodiere serpentes, quorum lethali veneno, quamplurimi C miserè periere. Rufin. [h] Theodor. [i] Sozom. [k]

Melania agens in Ægypto simul cum Rufino, corrumpitur à Didymo doctrina Origen.

g c. 33.

h 2. c. 7. i 4. c. 27. k 7. c. 14.

Eadem Melania Ægypti Monachos, & Episcopos, Diocæsaream, Iudæorum Ciuitatem, in Palæstina, relegatos, magno fidei ardore succensa, illis ministratura de suis facultatibus, prosecuta est, quibus ab exilio reuocatis, Monasterium Ierosolymis sibi construxit, in quo 27. annorum tempus impleuit, quinquaginta secum virgines habẽs quo toto tempore omnes apud Ierosolymam sanctos, atque peregrinos Episcopos, & Monachos, Virginesque, ex voto suscepit, & fouit. Pallad. in Lausiacis cap. 33. qui & Rufini perhonorificè meminit, vt Origenistæ, & ipse Origenista.

Melania 27. annis agit in Monasterio Ierosolym.

Audita tanta Ecclesiæ Alexandrinæ clade, S. Basilius, epist. quę est ordine 71. eam consolatur.

D Dum Lucius pseudoepiscopus Alexandrinus, omni arrogantia, atque sæuitia ageret, & Mauuia Sarracenorum Regina vehementi bello Palæstini, atque Arabici limitis oppida, atque vrbes quateret, & Romanos attriuisset exercitus, orata pacem, non aliter se daturam dixit, nisi Moyses quidam nomine, Monachus, gentis suæ ordinaretur Episcopus, qui in Eremo, partibus suis propinqua, vitam solitariam ducens, merito & virtutibus, ac signis, quæ faciebat Deus per illum, magnificè innotuerat. Petitione admissa, Moyses ad Sacerdotium suscipiendum Alexandriam adductus, Lucio, vt Ariano repudiato, à Catholico Antistite ordinari vult; qui ad eos profectus, partim Apostolica doctrina, partim miraculis, eos ad veritatem traduxit. Haud diu ante Valẽtis Imperium Sarraceni per Monachos, iuxta ipsos degentes, & maxime per S. Hilarionem (qui vt testatur S. Hieronymus multos Sarracenorum arreptos à Dæmone fre E quenter liberauit,) didicerant Christianam veritatem, quæ postea per Moysem Episcopum latius propagata est. Rufin. [l] Theodor. [m] Socr. [n] Sozom. [o]

Mauuia Sarracenorũ Regina pacem abnegat dare Rom. nisi Moises Monachus genti suæ detur Episcopus. Moyses, ex Monacho Episcopus, Sarracenos ad Christum conuertit.

l lib. 2. c. 6. m lib. 4. c. 21 n 4. c. 24. o 6. c. 38.

S. Hilarion, pręstantissimus Monachorum, post innumera edita miracula, clarissimus sanctitate, octogesimo ætatis anno, migrat in cœlum. Hieronym. S. Epiphan. qui cum Hilarione plurimum versatus est, laudem eius breui epistola scripsit Hieronymus.

S. Hilarion migrat in cœlum.

S. Epiphanij primordia hic attingenda videntur, nam reliqua deinceps.

S. Epiphanius Palęstinus Eleutheropolita, iuuenis in Ægypto uersatus, à Gnosticis feminis tentatus, & percognita praua illorum disciplina, Dei misericordia seruatur; & latentes plurimi, illo Episcopis eos detegente, expelluntur, hæresi 26. a præstãtissi-

De primordijs S. Epiphanij.

mis Monachis institutus, diu in Ægypto, & post in Palæstina, in disciplina monastica exercitatus, & pater Monasterij in Eleutheropolis uicinia illustrissimus habetur. Post factus Salaminæ in Cypro, Episcopus, miraculis, & sanctitate clarissimus, omnibus fuit uenerationi. Sozom.[a] & ipse epist. præfixa Panario. Qui eius acta scripsit Ioannes quidam, quantumuis se eius fuisse comitem in Ægypto fingat, multa mentiens, sibi fidem abrogat, extat apud Sur. 12. Maij.

a 6. c. 32.

A

Manichæi iam diu ante Diocletiani lege proscripti, reperti Romę conuentus agere, rursum Rescripto Valentiniani ad Ampelium Præfect. Vrbis, feriuntur. *Vbicunque Manichaeorum conuentus, vel turba huiusmodi reperitur, Doctoribus, graui censione multatis, domus, & habitacula, in quibus profana institutione docetur, fisci iuribus indubitanter adsciscantur.* Dat. 6. Non. Mart. Treuer. Modesto, & Arintheo Coss.[b]

b l. 3. de hær. C. Theod.

B

Saba Gothus, perseuerante persecutione Athanarici, Martyrium consummat, Acta Martyrij, & quidem fidelia. Prid. Id. Apr. Valentiniano & Valente Impp. Modesto, & Arintheo Coss.

Presbyter Sirmij iniquissimè occiditur, qui Octauianum, ex Proconsule, apud se latitantem, prodere noluisset. Hieron. in Chron. Persimile huic factum de Firmo Episcopo narrat S. Augustinus ad Cosentium, de Mendacio cap. 13. in quo æquior Ethnicus Imperator in Episcopum, quam Christianus Valentinianus in presbyterum.

Hoc pariter anno de curanda CP.na Bibliotheca Valens ad Clearchum, eius Vrb. Præf. ita rescripsit. *Antiquarios ad Bibliothecæ codices componendos, uel pro uetustate reparandos, quattuor Græcos, & tres Latinos scribendi peritos, legi iubemus.*[c]

c l. 2. de stud. lib. C. Theo.

C

Christi Annus	*Damasi Pap.*	*Valentin. & Valent.* Impp. 10.	*Ambobus AA.* 4.m Coss.
373.	7.		

DEtecta hæresi Apollinaris, Vitalis eius Antiochiæ patronus, Romam ad dicendum causam à Damaso euocatus, edit Catholicæ fidei formulam, seque iniustè hæresis accusatum exclamat. Damasus eum sic recipit, ut eius causam Paulino Antiocheno Episcopo cognoscendam deleget, libellumque ad eundem Paulinum dat, cui Vitalis subscribat. quod postquam à Vitale factum est, in communionem Catholicam recipitur. Sed is confessionem eam dolosè egit. cum enim Vitalis, atque Apollinaris Magister accusarentur, quod affirmarent Christum fuisse mentis expertem, carnemque tantum absque mente suscepisse humanam: Vitalis in sua fidei professione confessus est, in Christo sicut carnem, ita & mentem; sed per mentem fraudulenter Diuinitatem intelligens, qua Romæ fraude cognita, Damasus cum Petro Alexandrino, coacto Concilio, hæresim cum auctore, & discipulis Vitale, & Timotheo damnat. Gregorius Nazianzenus epist. 2. ad Cledon. & in eam Andr. Cretens. tom. 1. Concil. edit. nouæ. Sozom.[d] Theodor.[e]

D

Apollinaristarum hære sis cũ auctore & asseclis Romæ damnatur.
d 6. c. 23.
e 5. c. 10.

Scripti sunt autem ab ea Synodo Anathematismi, non aduersus tantum hæresim Apollinaris, sed etiam contra alias ingruentes hæreses, Arij, Sabellij, Macedonij, Eunomij, & Photini, recitat eosdem Theodoretus[f] ex epist. ad Paulinum, Antiochensem, credo potius, quàm Thessalonicensem.

f 5. c. 11.

Apollinaris errores, propter magnum eius nomen in Ecclesia, aliquamdiu crediti non fuerunt, sed post solemnem eorum in Concilio damnationem, cum amplius occultari non possent, & cum is quàmplurima scripsisset, intendentes pij omnes accuratius in eius scripta, quamplurimos alios errores detexerunt, qui simul cum præcipuo damnati sunt, in quibus ille fuit millenariorum, qui tunc damnatus, non fuit posthac amplius auditus. Gregor. ad Cledon. decem statuit aduersus totidem eius horrendas blasphemias, anathematismos. Idem ad Nectarium, Theodoretus hæret. fab. lib. 4. Primus omnium, qui Apollinaristarum errores confutauit, Magnus Athanasius fuit, vt ex Epiphanio liquet, qui ait Hæresi 77. missum fuisse ad eum ab Epicteto Corinthi Episcopo exemplar commentarij errorum ipsorum; aduersus quos eruditam illam

Millenarij in Apollinari damnati, deinceps non amplius auditi.

E

scripsit

A scripsit epistolam ad eundem Epictetum. Idem S. Athanas. oratione aduers. omnes hęres. Basil. in Hexameron homil. 3.

Sed impudentes hæretici semper ad fallendum parati, se cum Catholicis sentire, & ab Occidentali Synodo se susceptos mentiebantur, à qua eos prius condemnatos esse, inquit Greg. ad Cledon. nemini est obscurum. *Quod si* (pergit Greg.) *vel nunc, vel ante suscepti sunt, qui cum Apollinare sentiunt, hoc ostendant, & nos acquiescemus, perspicuum enim erit eos rectæ doctrinæ assentiri, nec enim aliter se res habere potest, si hoc consecuti sunt, id autem omnino liquebit, si vel Synodalem codicem, vel epistolas, quibus ad communionem admitti iubebantur, protulerint: nam hic Synodorum mos est*, vbi expende obseruantiam tanti hominis, verticis Theologorum, erga Sedem Apostolicam, & eius caput Rom. Pont. à quo damnatum sciebat Apollinarem, parati eum recipere, si absoluisset. Quanti facere se ostēdat Nazia. Rom. sedem.

B Consequenter suæ opinioni, imo errori, Apollinaristæ, Christum, hominem dominicum appellare consueuerunt, vel potius Dominicum nostrum, vt est apud Nazianz. ad Cledon. & apud Athanas. de aduentu Christi aduersus Apollinaristas. qua tamen loquendi forma piè pios aliquando vsos esse constat. de qua sic S. August. in Retractationibus, lib. 1. cap. 19. *Non uideo utrum recte dicatur, Homo Dominicus, qui est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, cum sit utique Dominus; Dominicus autem homo, quis in eius sancta familia non potest dici? & hoc quidem ut dicerem apud quosdam legi tractatores Catholicos diuinorum eloquiorum; sed ubicunque hoc dixi, dixisse me nollem, postea quippe uidi non esse dicendum, quamuis nonnulla possit ratione defendi.* Hinc refelli videtur figmentum Rufini de corrupto Athan. Cod. ab Apollinaristis, vt est apud Hieronymum lib. 2. apolog. adu. Rufinum. Dominicus homo Christus non est dicendus.

C Quod ad Apollinaris scripta spectat, testatur S. Hieronymus, reliquisse illum, præter innumera pene volumina, triginta libros aduersus Porphyrium: qui inter cetera eius opera maximè probarentur. Commentarios eius in Prophet. & in Matth. ita se legisse affirmat, vt habito delectu, ex stercore aurum seligeret. Patrem eum eloquentię prædicat Philostorgius, sed tamen quæ esset verbosa potius, quàm neruosa. Multis rursum voluminibus complures hæreses oppugnasse, tradit Vincentius Lerinensis.

Ex eius scriptis Polemius quidam deduxit hæresim, qua affirmaret Verbi, atque carnis commixtionem, confusionemque factam esse, a quo Polemiani. Theodor. hæret. fab. lib. 4.

Alij eius discipuli in Arabia horrendam illam iactarunt blasphemiam: S. Mariam Dei Genitricem, post natum Christum, Iosepho viro coniunctam fuisse. Ad hos con- Antidicomarianitæ.
D futandos hæreticos dictos Antidicomarianitas, rogatus S. Epiphanius, epistolam scripsit ad Ecclesiam, quæ est in Arabia, Hæresi 77. & in Panar. Hær. 68.

In eadem Prouincia aliam exortam tunc ait esse hæresim Epiphanius, Hæresi 78. & 79. Collyridianorum, qui eandem Sanctissimam Virginem pro Deo colerent, illique sacrificarent. Collyridiani à placenta quam B. V. M. offerrent.

S. Basilius iam quartum scribit ad Occidentales, expostulans toties imploratum auxilium, minimè hactenus impertitum. epist. 1. in additis, in qua deplorat miseram conditionem Orientalis Ecclesiæ, tot hæresibus scissæ; de vna ciuitate Ancyra in Galatia, refert Hieron. in procem. in epist. ad Galatas, lib. 2. *Scit*, inquit, *mecum qui vidit Ancyram Metropolim Galatiæ ciuitatem, quod nunc vsque Schismatibus dilacerata sit, quod dogmatum uarietatibus constuprata. Omitto Cataphrygas, Ophitas, Borboritas,*
E *& Manichæos, nota enim iam hæc humanæ calamitatis vocabula sunt. Quis unquam Passalorincitas, & Ascodrobos, & Artotyritas, & cetera magis portenta, quam uerba, in aliqua parte Romani Orbis audiuit?* De his Philastr. cap. 74. 75. & 76. Portenta nominum, & hæresum.

Hoc pariter anno Valentinianus Imperator cum adhuc in Gallijs ageret, Donatistas Episcopos rebaptizantes cohibuit, dato ad Iulianum Proconsulem Africæ Rescripto.[a] a l. 1. ne sāc. bapt. iter. C. Theod.

Theodosius Senior, Theodosij Imp. pater, Firmum Africæ Tyrannum ad obsequiū & rursum rebellantem, ad laqueum adigit. Gildo Firmi frater tyrannidem fratris collapsam reparat, & Donatistis fauens, Catholicos vexat, & Optatus quidam Donati-

A

sta cum eo sæuiens, Gildonianus appellatur. Ammian. lib. 28. 29. Claudianus in bello Gildoniano.

Idem Theodosius, ingratè, liberata Africa, occidi imperatur; causa non proditur, sed insidijs Valentis creditur, ad fallendum oraculum de successore, qui his primis literis nomen haberet, baptizatus igitur de vita æterna securus, percussori iugulum vltrò præbuit. Oros. [a]

a lib. 7. c. 33.

Theodosius filius occidi cum patre, eadem de causa, iussus, periculum vitat, Dux Mœsiæ aduersus Sarmatas fines Rom. Imp. inuadentes. Ammian. 29. Ambros. in fine orat. in funere Theodos.

Quadi, ac Marcomanni Alpes transgressi Iulias, Opitergium excindunt, Aquileiã obsident. Ammian. lib. 29.

B

Christi Annus	*Damasi Pap.*	*Valentinia. & Valent.* Imp. 11.	*Gratiano 3.*^{m} *& Equitio* Coss.
374.	8.		

Permittẽtib. epis, epi electionẽ Imperatori, ille remittit illis.

AVxentio Episcopo Mediolanensi, Ariano, pluribus Concilijs abdicato, iam tandem mortuo, Valentinianus Imperator Episcopos hortatur, vt talem eligant, cui ex animo Imperator caput inclinet, & illius reprehensionem cupide amplectatur: quam illi electionem Episcopis permittentibus, non suum esse dixit hoc, sed ipsorum munus; Dissidente igitur Ciuitate, & Arianis Arianum expetentibus, Ambrosius Prouinciæ Præfectus, Mediolanum ad Ecclesiam accurrit, ne quid turbarum excitaretur. Audita infantis voce, Ambrosius episcopus inclamantis, in eũ vnũ, iam ante turbulentissime dissidentes, miro modo, consentiunt, illum vnum omnes expetunt. At Ambrosius repentino casu perculsus, pluribus frustra tẽtatis euadẽdi vijs, probante in primis populi studium, Imperatore, octauo die, postquam baptizatus est, (erat enim cathecumenus) ordinatur episcopus 7. Id. Decembr. quem diem Ecclesia Dei celebrem esse voluit. Ex auctoritate S. Hieronymi in Chron. ponimus hoc anno ordinationem S. Ambrosij, quam alij in aliud tempus male retulerunt.

C

Ambr. diuinitus acclamatur Mediolan. eps.

Ordinatus episcopus S. Ambrosius, aurum, & argentum, confert Ecclesiæ, vel pauperibus, prædia uerò Ecclesiæ, reseruato germanę suæ vsufructu: nihil sibi relinquens, vt nudus, & expeditus Christum Dominum sequeretur. hæc & alia Paulinus in eius vita, quam ordine temporũ luculentissimè digessit ipse Cardinalis Baronius, præfixam eius operibus.

Huius ipsius anni Coss. datę habentur litterę Aurelij episcopi Carthagin. nomine ad Damasum, & Damasi ad ipsum, positę ab Isidoro Mercatore in suę collectionis exordio, pudẽdo errore, cum ex S. Augustino [b] appareat, nec post annos quindecim Aurelium creatum esse episcopum Carthagin. sed perseuerasse Diaconum.

D

b Dei ciuit. De 22. c. 8.

Concilium Valentinum in Gallia celebratur 4. Id. Iulij, cuius extant 4. Canones tantum, & epistola perbreuis, de ordinationibus legitime faciendis, deque lapsorum pœnitentia.

Quod autem ad res Orientales pertinet, ijsdem Consulibus, missa est Legatio à Magistratu, & Clericis Ecclesię Suedrorum, in Pamphilia, ad S. Epiphanium, qua petierunt de fide Catholica eius litteris plenius instrui, & informari. Extant binę eodem argumento ab eisdem ad ipsum Epiphan. datę litterę, ad quas reddidit Commentarium, quem Ancoratum nominauit (velut ancoram his, qui volunt sanctam fidem Catholicam retinere inuiolatam, ut ipsemet explicat Hæresi 69.) eruditum quidem, continentem, cum fide Catholica, hęresum omnium confutationem: in quo his notis pręsentem annum designat. *Hic annus est nonagesimus Diocletiani, Valẽtiniani & Valentis decimus (quo et exorditur* 11.) *Gratiano sextus, Cõsulatus Gratiani A. tertium, & Equitij illustrissimi, indictio secũda.* Epiphan. in Ancor. exquibus certa habetur Chronologia de annis Diocletiani, nempè regnare cępisse anno 284.

E

Ancoratum qu[illegible], & qua occasione scripserit Epiphan.

Chronolog. certa ratio.

A

Christi Annus 375. Damasi Pap. 9. Valentiniani, & Valentis. Impp. 12. Post Consulatũ Gratiani & Equitij inscriptus, ordinarijs carens Coss. Hieronym. in Chron. Quia superiore anno Sarmatæ Pannonias vastauerunt, ijdẽ Consules permansere. Apud Ausonium reperitur Pentius Paulinus hoc anno ordinarium gessisse Consulatum.

S. Martinus simulac creatus est Turonensis episcopus, Valentinianum adijt, quædam petiturus, quæ cũ ipse prestare nollet, a Palatij iussit eum floribus arceri, instigante eum maximè Iustina vxore Ariana. At eum, post longas preces Angelus iubet ad Palatium ire securum; quem indignans conspicatus Imperator, & dedignans assurgere, erumpente flamma de sella, solio superbus excutitur, & Martino inuitus assurgit, multumque complexus, virtutem fatebatur sensisse diuinam, priusque omnia prestitit, quàm rogaretur, colloquio illum, & conuiuio frequenter asciuit, postremo abeũti multa munera obtulit, quæ vir beatus, vt semper paupertatis suæ custos, cuncta reiecit. Ex Seueri Dialogo. [a] — S. Martinus angeli monitu, adito Imperatore ab eo inuito excipitur. (B)

[a] lib. 1. c. 6.

Valentinianus in procinctu contra Quados, eorum supplicem audiens Legationẽ, lethali subito morbo correptus, vomitu sãguinis extinguitur, Bergitione Castello 15. Kal. Decembr. anno ætatis quinquagesimo quinto, & Imperij, minus centum diebus, secundo & decimo. Ammian. lib. 30. Hieron. ad Heliod. epist. 3. Socr. 4. cap. 26.

C

Gratianus Augustus, ante annos septem nuncupatus, solus imperare incipit cũ Valente. *Sexto die, post parentis obitum, opera Cerealis auunculi, Valentinianus tum quadrimus, Iustinæ filius, Augustus, solemni more appellatur, quod Gratianus ratũ habuit.* Ammian. lib. 30. Ex eadem Iustina genitus Valentinianus Iunior sorores habuit Gallam, Gratam, & Iustam, quarum duæ posteriores, in Virginitate vitam duxerunt. Galla postea iuncta connubio Theodosio fuit. Socr. [b]

[b] lib. 4. c. 26.

Hic Cerealis is esse creditur, qui sub Constantio Præfecturam Vrbanam, & Consulatum gessit; quiq; ambiens nuptias S. Marcellæ, ab ea, æternæ amore pudicitiæ, repudiatus est. Hieronym. epist. 26.

D

Themistius philosophus, gratia & auctoritate potens apud Imperatorem Valentẽ, Christianis beneuolus, & Gregorio Nazianzeno familiaris (epist. Gregor. 139. & 140.) oblato libello, à persecutione in Catholicos eum dehortatur, qui, quasi lenior redditus, nouo prætextu, diram aduersus Monachos persecutionem commouet, lege lata, vt militare cogerentur, renuentes, occiderentur; qua occasione multa SS. Monachorum per Aegyptum agmina cesa. Hierony. in Chron. Oros. [c] quam persecutionem illa præcessere præludia, cum ad Modestum Præfectum Prætorio, rescribens, Monachos ad munia patriarum subeunda reuocari iussit. [d] Reliquos preterea omnes exagitauit exactione tributi, non modo Aegypti, sed aliarum etiam regionum Monachos, quos antea Constantinus, atque Constantius ab huiusmodi pẽsitatione capitationis census exemerant de quibus Gregor. oratione ad Iulianum, Tribut. exactorem, eos illi, cum magna eorum laude, commendans, & carmine ad Hellenium. Quos Monachos Basilius breui epistola consolatus est, inscripta nominatim ad aliquos Archimandritas insignes Syriæ. epist. est 19. in additionibus. Quorum Archimandritarum scripta extat epistola ad S. Epiph. qua petierunt vt conscriptum librum de heresibus, Panarium inscriptũ (quem anno superiori indicat se elaborare cœpisse, in exordio ipsius) ad se mittat epistola horum PP. prefixa extat operi Panario, qua miram quandam preseferunt venerationem erga Epiphanium, appellantes eum nouum Apostolum, nouum Ioannem, &c. — Monachi ad militiã adiguntur. Epiph. quando scripserit Panarium. (E)

[c] lib. 7. c. 38.

[d] l. 62. de Decur. C. Theod. & l. 26. C. Iustin.

S. Basilius de mirifica electione Ambrosij, ipsius litteris certior factus, gratulatoriam epistolam scribit, quæ est 55. *Virum,* inquit, inter cetera, *Deus, ex Vrbe Regia, sapientia sublimem, generis claritudine, uitæ splendore, orandi facultate, & rebus secularibus illustrem, ad gregum Christi pasturam traxit,* &c. quam mutuam consuetudi- — Basil & Ambros. necessitudine coniuncti.

nem litterarum perseuerasse inter eos, certum est, & Ambrosium Basilij lucubrationes expetijsse facile intelliget, qui vtriusque legerit commentarios in Hexameron, & de Spiritu sancto, cum magnam eorum partē, quæ Basilius Græcè, Ambrosius Latinè ediderit. Sed & illud erga Ambrosiū Basilij piū intercessit officiū, dum corpus S. Dionysij Mediolani episcopi, & Mart. qui pro Catholica fide exul obierat in Cappadocia, procurante Aurelio episcopo, Mediolanum translatum est. A

Electio Ambrosij, licèt contra Canones, vbique probatur: *Ordinationem meam*, inquit ipse ad Vercell. epist. 82. *Occidentales Episcopi iudicio, Orientales etiam exemplo probarunt*, cum nimirum & ipsi ex Cathecumeno Nectarium elegerunt. Qua postea licentia abutentes, coarguit Siricius Papa epistola ad Orthodoxos.

Damas. Simplicianū mittit ad Ambr.

Ad Ambrosium, ex laico ordinatum episcopum, Damasus adiutorem & monitorē mittit Romanæ Ecclesiæ presbyterum Simplicianum, doctissimum & sanctissimū (Augustin. Confess. 8. c. 2.) qui egregium illud in eo excolendo consilium inijt, vt ipse, licèt magister, discipulum ageret, Ambrosiumque tanquam magistrum difficillimis interdum pulsaret quæstionibus. Ambr. epist. 2. B

Ambros. clericalē, cū Monastica uita coniungit. Quotidie sacrificat. Singulis Dominicis dieb. concionatur. Secularia nō negligit.

Ambr. ipso in Episcopatum ingressu, sic vitam instituit, vt vitam clericalem, cum Monastica iunxerit, Satyro fratri spectatæ virtutis, rerum cura domesticarum commendata, se totum curis spiritualibus addixerit: quotidie sacrificium summa præuia animi præparatione celebrarit (precatione prima ad Missam, & epist. ad sororem) quolibet die Dominico, pro concione, populum docendum susceperit: (Augustinus confess. quinto, c. 13.) cętera munia ecclesiastica sic strenue sol⁹ obierit, ut, (qđ ait Paulin.) circa baptizandos ipse solus impleret, quod post eius obitum, uix quinque episcopi perficere potuerunt: externa quoque, & secularia non neglexerit, in audiendo promptissimus, ut semper ad eum pateret aditus. (Augustin. 6. confess. cap. 3.) quotidiana fere ieiunia obseruarit, nisi viri clarissimi inuitandi essent, quos his charitatis obsequijs demereri consueuerat, & omnibus ipse omnia factus, ut omnes lucrifaceret, ab tribus tamen ꝑpetuò se cōtinuit, nimirum, vt nemini vxorem quęreret, nullique militiā suaderet, neque ad conuiuium, inuitatus, accederet. Paulin. Possidius c. 27. Seuer. 1. Dial. c. 7. in fine. C

A tribus abstinet.

Cum in Ecclesia Mediolanensi plerique contagio Arianæ communicationis essent polluti, ad recipiendos in Ecclesiam pœnitentes, omnibus fores patere iussit: ex quo multorum inuidiam passus est. De pœnit. 2. cap. 7. & 8.

Photinus hæresiarcha nequissimus moritur. Hieron. in Chron.

D

Christi Annus	Damasi Pap.	Valentis 13. Gratiani 10. & Valent. 1. Imppp.	Valente 5m. & Valent. iun. Coss.
376.	10.		

Gratianus hæreticos, nimia Patris indulgentia, audaciores factos, lege lata, vetat conuentus agere, locum fisco vindicans, mentio eius legis in Rescripto hoc anno dato ad Hesperium Præfect. Præt.[a] in quo de dissimulatione Iudicum, qua factum est, vt non modo hæretici talia præsumerent, sed & Gentiles, quam sub Valentiniano Sen. A. vsurpauerant licentiam, Idola colendi, in eadem pergerent; extant inscriptiones huius anni id continentes. E

a l. 4. de hær. C. Theod.

Gratianus ad Episcopos rescribit, leuiora in Religione delicta, a suæ cuiusque Diœceseos Synodis audienda, criminalia verò ab ordinarijs extraordinarijsque iudicibus aut illustrioribus potestatibus.[b]

b l. 23. de ep & cler. C. Theod.

Gothi, vrgentibus eos barbaris alijs, Hunnis, & Alanis, impetrant Thracias ad habitandum, spondentes se Romanis subditos fore, tutaturosque fines Rom. Imperij ab omnibus alijs barbarorum incursibus. Permissi sunt igitur magno Rom. Imp. damno, barbari Istrum transire, quibus & aliæ barbaræ nationes adiunctæ, inuitis licet Romanis, transmisere. Ammian. l. [illegible] pluribus; S. Ambros. paucis lib. 9. in Lucam, cap. 21.

Quanta

Quanta enim prælia, & quas opiniones accipimus præliorum? Hunni in Alanos, Alani A *in Gothos, Gothi in Taifalos, & Sarmatas insurrexerunt. Nos quoque in Illirico exules, paria Gothorum exilia fecerunt, & nondum est finis. Quæ hominum fames, lues pariter boum atque hominum, cæterique pecoris? vt etiam nos, qui bellum non pertulimus, debellatis tamen pares fecerit pestilentia.* Barbari siquidem, transito Istro, victus inopia laborantes, grassari cœperunt in Vicos & Oppida, tentare etiam Ciuitates, & Lupicini Rom. Ducis exercitu in Thracia, ad internecionem cæso, occisorum Romanorum armis, armati sunt.

Pacificè agens in sua Ecclesia Ambrosius, scribebat Commentarios in Lucam, vt colligitur ex mentione bellorum Barbarorum loco citato, & c. 20. *S. Ambrosi' scribebat hoc anno in Lucam.*

Euzoius Arianorum Antiochiæ Episcopus, moritur, sufficitur Dorotheus. Socr. [a] *a lib. 4. c. 28.*

B

Christi Annus	*Damasi Pap.*				
377.	II.	*Valentis* 14. *Gratiani* II. *Valentin.* 2.	*Imppp.*	*Gratiano* 4^m. *& Merobaude*	*Coss.*

VAlens, accepta immensa clade Rom. exercitus sub Lupicino, de Antiochia exire compulsus, sera pœnitentia, nostros de exilijs reuocat. Hierony. in Chron. & Oros. [b] *b lib. 7. c. 33.*

Quo eodem tempore Petrus Roma, cum litteris Damasi Papæ, Alexandriam reuersus, expulso Lucio, a populo introducitur. Socr. [c] Sozom. *c lib. 4. c. 30.*

Periclitanti Orientali Imperio, Gratianus Ricomerem cum copijs mittit, quæ iun- C ctæ Valentis exercitui, Barbaros magna clade affligunt, & ipsæ magna cæde attritæ: Sed autumni tempore, ob nouos Barbarorum in Gallia mortus, eum reuocat. Gothis interim cum alijs barbaris, Thracias populantibus. Ammian. lib. 31.

Hoc anno, qui est decimus septimus, à celebratione probrosi illius Constantinopolit. Concil. sub Constantio, idest 360. S. Basilius scribit epistolam ad Ecclesiam Emissenam in Armenia, adhortans eam ad perseuerandum in fide Catholica, hactenus ab illis retenta, quod valde rarum ait esse ea tempestate, numero est 72. In ea habentur nonnulla, quæ ad præsentis Ecclesiæ statum spectant.

Gratianus noua edita Sanctione, Donatistas in Africa rebaptizantes compescit, & D Manichæos item comprimit. [d] *d l. 2. ne. S. bapt. iter. & 3. d. hær. C. Th.*

S. Augustinus anno Domini 355. natus, & 17. ætatis, studij literarum causa Carthaginem missus. 19. in Manichæos impingens, ad duodetrigesimum, *seducebamur, & seducebamus,* inquit, *falsi, atque fallentes,* &c. hoc anno annum agens 23. auditor, sub eorum disciplina quartum annum agebat. [e] *Aug. vita retexitur.* *e Conf. lib. 2. c. 2. li. 3. c. 4. & 6. lib. 4. c. 1.*

Hoc anno S. Ambrosius scribit libros tres de Virginibus, ad Sororem, nondum, vt ipse ait, triennalis Sacerdos, secundo iam anno in Cathedra expleto, & mense vno, & dimidio: quos & per conciones disseruit ad populum, præsente aliquando Sancto Eusebio Episcopo Bononiense, cuius cultura & studio, Ecclesia Bononiensis præclara Virginum sobole fœcunda erat, vt idem primo lib. testatur, ad quem & scripsit Institutionem Virginis. *Dicet aliquis,* inquit, *Tu nobis quotidie Virginum canis laudes.* E *Quid faciam, qui eadem quotidie cantito, & proficio nihil? Sed non mea culpa. Denique de Placentino sacrandæ Virgines veniunt, de Bononiensi veniunt, de Mauritania veniunt, vt hic velentur,* &c. *S. Ambros. scrib. de Virginib.* *Institutionē Virg.*

Erant plane sacræ Virgines Ecclesiæ gemmæ, ornantes Episcoporum coronas, eædemque Deo dicatæ, duplicis generis, alterius, quæ in domo paterna, cum suis parentibus, & cognatis agebant, qualis Romæ S. Marcellina, Ambrosij soror, quæ a Liberio Deo sacrata, domi degebat, atque alias, ipsa diues, in eandē professionem sibi sociarat, qualis Eustochium, Principia, Demetria, & aliæ; alterius, quæ sub vno conclaui, idest in Monasterio Religiosam vitam ducebant: de quo vtroque genere S. Greg. Nazianz. carmine ad Hellenium. *Virgines duplicis generis: claustrales, & quę domi suæ agerent, Deo tamen dicatæ.*

Eiusmodi autem sacris Virginibus ad Ecclesiam venientibus, locus ab alijs, tabula- *Locus Virginib. in Eccle*

sia seorsum assignatus. ti interstitio, separatus, dabatur, & quidem ornatus diuersis appositis ex diuinis scripturis, Virginitati congruis, monumentis. Ambros. ad Virg. laps. cap. 6. A

De officijs scrib. libros. Clerum quoque ad exactam & absolutam Ecclesiasticam disciplinam componere studuit, cuius rei causa tres illos egregios de officijs libros scribere postea est aggressus. Quantum autem delectum habuerit in clericis deligendis, illa indicant, quæ narrat lib. 1. offic. c. 18.

Ad Gentilicios quoque mores extirpãdos incubuit, fidem horum facit Declamatio illa aduersus Ian. Kal. superstitiose colentes. Agapes quoque sustulit, in Ecclesijs peragi consuetas, quod Gentilium parentalium similitudinem quandam præseferrent. Augustin. [a] Dilationem baptismi in prouectiorem ætatem vehementer improbans, tollere omnino contendit, quod ipsum apud Orientales Basil. Greg. Nazianz. & Nyss. studuerunt, vt ipsorum de baptismo editæ orationes significant. B

a lib. 6. conf. c. 17.

Gratianus, pro Clericorum immunitate sic sancit. *Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, atque Exorcistas, & Lectores, Ostiarios etiam, & omnes perinde, qui primi sunt, personalium munerum expertes esse præcipimus.* [b]

b L. 24. de Episc. & Cl. C. Theod.

Miraculum p S. Ambros. Post aliquot annos ordinationis Ambrosij, sed quo anno nescitur, cum Romam venisset, & inuitatus apud quandam clarissimam feminam, sacrificium in domo offerret, paralytica mulier oranti, & imponenti manus, vestimenta attingens & osculans, sanitate recepta, ambulare cœpit. Paulin. in Vita.

Magno fauore Imppp. tum Romæ, tum etiam Constantinopoli, Symmacho Consulari, quantumuis Gentiliciæ superstitionis Pontifici maiori, ipsis Principibus carissimo, deaurata dedicata statua est, eius, quæ Romæ erecta est, basis extat, cum inscriptione. C

Christi Annus	Damasi Pap.				
378.	12.	Valentis 15. Gratiani 12. Valentin. 3.	Imppp.	Valente 6m. & Valentiniano	Coss.

S.Basilij obitus, S. Basilius Kal. Ian. octo annis, sex mensibus, diebus sexdecim, Episcopatu perfunctus, migrat in cœlum, tab. ecclesiasticæ, in quibus 18. Kal. Iul. dies electionis notatur. Nyssen. epist. ad Olympium, & Nazianz. in Epitaphio, præter Gregor. Nazian. frater quoque Nyssenus & Ephrem Diaconus Edessenus, & Amphilochius Iconiensis, publice illum laudarunt.

De eius lucubrationibus S. Hieronymus has tantum recenset. Contra Eunomium, & de Spiritu sancto, & in Hexameron homilias nouem, & ἀσκητικὸν & breues, uariosque tractatus. Cassiodorus tamen in præfatione libri institutionum diuinarum lectionum, Basilium numerat inter eos Græcos scriptores, qui a principio ad finem vsq; diuinam scripturam sunt interpretati. Extant etiam S. Basilij complura Decreta, quæ Ecclesia Orientalis piè sanctèque obseruanda suscepit, vt quæ continentur in tribus epistolis ad Amphilochium; in alia ad Theodorum, alia ad Gregoriũ, siue Paregoriũ, qua vetuit senem septuagenarium habitare cum femina: & ad Corepiscopos, de ordinandis; sed & perstrinxit grauiter simoniacos epist. 76. & nundinationes fieri solitas in festis SS. Martyrum, vetuit Regulis fusius deputatis, interrogatione 4. D

Basilij Vita falso Amphilochio ascripta, vt quę multa habet falsa. Basilio suffectus est in Episcopatu, eius discipulus Helladius, a quo scriptas fuisse res ab eo gestas, auctor est Damascenus or. 1. de imaginibus. sed non extant; quæ autem Amphilochij falso nomine fertur, vita Basilij, cum multis veris, multa habet etiam falsa admixta. E

S. Ephrẽ obitus. S. Ephrem Edessenæ Ecclesiæ Diaconus, Kal. Febr. ex hac vita discedit, quasi impetrato qđ expetierat a B. Basilio in fine Panegyricę orationis; *Deprecare pro me admodum miserabili, & reuoca me tuis intercessionibus*, &c. quo die a Latinis celebratur quotannis eius memoria, vt a Græcis 28. Ian. Extat oratio ab eo proximè morituro habita, circumstantibus fratribus, quę ea de causa, Testamentum Ephrem est appellata; in qua, inter cetera, multa de vitandis hęreticis; & egregium specimen humilitatis,

quam

A quam, præ ceteris virtutibus, excoluit, dum magna contestatione prohibet exhiberi sibi, solita sanctis viris sumptuosa funera. postulans tamen postrema illa, pro salute animæ, præstari solita officia, preces nempe, & sacrificia. Hic venit ad tantam claritudinem, inquit Hieronym. vt post lectionem scripturarum, publicè in quibusdam Ecclesijs eius scripta recitentur. Multa ait S. Hieronymus eum Syro sermone scripsisse, sed vnius tantum voluminis de spiritu sancto, in linguam Græcam conuerso, meminit, sed plura alia eius egregia monumenta, paulatim per Græcorum alueos in Latinam Ecclesiam confluxere. Hic Paulinum discipulum, & Diaconum suum valde acris ingenij, & in scripturis doctissimum, obiturus, commonuit, cautè agere, ne se in hæreseos barathrum præcipitem daret. qui post eius obitum, amore primatus, & nominis, separans se ab Ecclesia, scripsit contraria fidei multa. (Gennad. de vir. illustr. cap. 3.) qui Magi-
B stri præclarum habuit exemplum contemptus Episcopatus dignitatis, cum aliquando expetitus ad Episcopatum, furere se simulauit, & post, fuga quoque se subripuit.

Gratianus Imperator parans expeditionem in Gothos, Thracias vastantes, suppetias Valenti laturus, petit ab Ambrosio, quem nouerat Orthodoxum, libellum fidei. *Petis à me fidei libellum*, inquit, *Sancte Imperator, profecturus ad prælium. Nosti enim fide magis Imperatoris, quã virtute militum, quæri solere victoriam*, &c. 1. de fide, ad Gratianum, c. 2. & lib. 2. prope finem. *Progredere planè scuto fidei septus*, & *gladium spiritus habens: progredere ad victoriam, superioribus promissam temporibus, & diuinis oraculis prophetatam*: & illud Ezech. 38. de Gog. interpretatur de Gothis; cladium Thraciarum causam monet esse perfidiam, & piorum persecutiones, quæ restaurari non nisi recta fide possint.

Gratianus fide armatur in barbaros.

C Barbari Lentienses, gens Alemmanica, audita Gratiani in Gothos expeditione, moræ impatientes, & icto nuper fœdere, perfidè fracto, Rheno transito, gelu constricto, populaturi, Gallias inuadunt, contra quos mouens Gratianus, apud Argentariam commisso prælio, quadraginta, alij septuaginta millia, cædit, quinque millia in deditionem accepta, dimittit. Ammian. 31.

Præclaram refert victoriã.

Valens Antiochia digressus, Constantinopolim cum venisset, offensum sibi populum reperit, & Traianum Ducem, re male gesta cum Gothis, reuersum, acerbè increpauit, & ignauiam exprobrauit. At ille liberè, vti virum generosum decebat. *Non ego*, inquit, *Imperator, victus sum, sed tu ipse prodidisti victoriam, qui contra Deum aciem instruere non desinis, & ita eius auxilium barbaris concilias, nam abs te oppugnatus, se illis adiungit. Atque Deum semper sequitur victoria, & ad eos accedit, quibus Deus se Du-*
D *cem præbet. Non nosti*, inquit, *quos viros Ecclesijs expuleris, & quibus eas tradideris? Ista quidem ita se habere, & Arintheus, & Victor, qui duces quoque erant ingenuè confessi sunt, Imperatoremque hortati, ne reprehensiones cum veritate coniunctas, iniquo animo ferret*. Socrates [a] Theod. [b] Sozom. [c]

Libera vox Ducis ad Imperatorem.

a lib. 4. c. vlt.
b 4. c. 29
c 6. c. 39.

Egredienti Valenti cum exercitu, Isaac Monachus cladem, & interitum prædicit, nisi Ecclesijs pacem reddat. *Reuertar*, inquit, Imperator iratus, *& te interficiam*, &c. Theodoretus. [d] Non longè progressus, accipit nuncium de uictis Alemannis à Gratiano, & aduentu eius Sirmium cum exercitu, cuius quasi gloriæ æmulus, diuina illum ultione perurgente, nec auxilia expectat, & Fritigerni, per Legatum presbyterum Christianum, oranti pacem, dare abnuit; & signis collatis, suis in fugam conuersis, ipse saucius, in agrestem casam delatus, ibi ab hostibus, iniecto igne, uiuus concrematur, quin-
E quagesimo ætatis anno, Imp. 14. mense 4. die 9. Ammian. 31. Hieronym. Rufin. Socra. alij. Ex hac tanta clade, Gentiles captarunt occasionem Christianis insultandi, quibus Orosius [e] respondet.

d 4. c. 30.
Impius Valens profligatur, & comburitur.
e lib. 7. c. 33.

Gothi victoria elati, Thracias populantes, Hadrianopoli, & Perintho frustra tentato, in ipsa suburbia Constantinopolis incursiones faciunt, sed a cuneo fœderatorum Sarracenorum, eorumque Orthodoxorum, sub Sãctissimo Moyse Anachoreta, a Mauuia ipsorum Regina submisso, & a CP.nis repelluntur. Ammian. 31. Socr. [f] & Sozom. [g]

f lib. 5. c. 1.
g lib. 7. c. 1.

S. Acholius Thessalonicens. Episcopus inermis, sed fide fultus, barbaros sæpe, his temporibus ab ingressu suæ ciuitatis repressit. S. Ambros. epist. 59. *Vrgebat*, inquit, *&*

S. Acholius Thessalon. Gothos precib. reprimit

præliabatur S. Acholius, non gladijs, sed orationibus, non telis, sed meritis. An incognitũ nobis est dimicare sanctos, etiam cum ferientur? & paulo post. *Non enim inani metu, nec superflua suspicione, sed sæuiente lue, & ardenti pestilentia perturbati Gothi, ac territi sunt.* Denique tum fugerunt, vt euaderent; regressi postea, pacem rogauerunt, vt viuerent. A

Retrogressi ex his regionibus perfracti Gothi, deueniunt usque ad Iulias Alpes, ut est apud Ammianum, & palabundi omnia obuia deuastant, ut S. Hierony. tradit, episto. 3. ad Heliodorum, plura in vnum congerens, quæ per uiginti annos contigerunt.

Extincto hoste Catholicæ Religionis, Valente; Gratianus, Lege edita, iubet Pastores eiectos in exilium, redire, suisque gregibus restitui, tum sanctas Ecclesias tradi ijs, qui Damasi communionem amplexarentur, ad cuius executionem legis destinauit Saporem, virum id temporis, propter nominis & famæ celebritatem, præstantissimum. B

Synodus Antiochena.

NOno mense ab obitu S. Basilij Nyssen. epist. ad Olympium, cui & ipse interfuit.

Episcopi Ecclesijs suis restituti, vnanimi consensu, ad sanandas Orientalis Ecclesiæ plagas ex diutina Arianorum tyrannide inflictas, Antiochiæ conuenientes, Synodum agunt (quam ignorasse uidetur Theodoretus, aut dissimulasse, qui totum illud tātum negotium Sapori illi tribuit) ac in primis schisma Catholicorum in ea Ecclesia tollunt, hac transactione, ut, cum alteruter ex duobus, Paulinus, uel Meletius, prior, ex hac uita decederet, qui superstes esset, solus remaneret illius Ecclesiæ Antistes, obstrictis iuramento sex primoribus Ecclesiæ illius presbyteris, qui propinquiores ad eum gradum consequendum viderentur.[a] Socr. & Sozom.[b] quibus potius standum, quàm Theodoreto,[c] in huius rei narratione sæpius peccāti, qui & fauens Meletio, aduersarius Paulini, Synodalem Damasi ex Conc. Rom. ad Paulinum Antiochenum, epistolam, callide transtulisse videtur in Paulinum Thessalonicensem, qui nullus extat, & non suo loco in historia intexuisse. Deinde rectam fidei regulam statuunt: ex Synodica Concilij CP.ni ad Damasum. Denique decernunt plures legationes ad visitandas & subleuandas afflictas Orientis Ecclesias, delectis præstantioribus Episcopis Gregorio Nysseno, Eusebio Samosateno, Gregorio Nazianzeno, atque Meletio Episcopo Antiocheno. De Gregorij Nysseni profectione in Arabiam ipse meminit, in peregrinatione Ierosolymitana. Sed antequam commissum sibi munus obiret, redijt in patriam, a qua exul & extorris fuerat per octo annos, & vt sanctissimam, & doctissimam Macrinam sororem Virginem, in Monasterio degentem, proxime morituram, de cuius obitu in via per visum admonitus fuit, videret, ex cuius bonis prædiuitem cepit hæreditatem, annulum ferreum cum particula ligni sanctæ crucis, sub pala, & cruce impressa, quam semper adhærentem cordi, cum ferreo crucis signo gestabat. Nyssen. epist. ad Olympium. C D

[a] lib. 5. c. 3. [b] lib. 5. c. 3. [c] lib. 5. c. 3.

S. Macrinæ Sororis S. Basilij obitus.

De legatione S. Eusebij Samosateni Theodor.[d] qui plures per ecclesias Syriæ & Mesopotamiæ, episcopos, ex auctoritate Synodi, constituens, dum pergit, ab Ariana femina, tegula in caput demissa, occiditur, cuius anniuersaria, ut martyris, memoria recolitur in Ecclesia 21. Iun.

S. Euseb. Samosatenus Martyr. [d] lib. 5. c. 4.

S. Gregorius Nazianzenus non libens mittitur CP.lim ad ruinas tantæ ecclesiæ reparandas, populo ipso Catholico expetente, qui tum tamen exiguus erat. Gregor. carmine de Episcopis, & orat. in Arianos. Rufin.[e] *Vbi, breui tempore,* inquit, *tantum ad emendandum populum, vetustis hæreticorum infectum venenis, profecit, vt tunc primum Christiani fieri viderentur.* &c. sed illud male Rufin. dum ibi affirmat, Gregorium ante creatum fuisse Episcopum Nazianzenum, quod ipse abnegat, dicens: *Nequaquam deserto populo, cui aliqua necessitudine obligatus essem; nam illa sunt hostium meorum figmenta, falsiq; sermones.* &c. E

Greg. Naziā zen' missus CP. Ecclesiā dispersā colligit. [e] lib. 2. c. 9.

Theo-

A Theodoretus Meletio plurimum addictus, & à Paulino auersus, nulla penitus eius vt Collegæ, in munere pastorali habita mentione, omnia Meletio tribuit. de quo idem in Philotheo,[a] narrat, quod cum Diœcesim, & Syriæ Monachos inuiseret, inuenerit inter alios, Simeonem Stylitam habitationem sibi super columnam statuisse, inauditumque hactenus uitæ institutum arripuisse, quem cum arctè quoque ferro uinctum vidisset, accito fabro, uincula dissolui iussit, illud addens, *Amanti Deum homini satis pro vinculo esse mentem.*

Simeon stylita. a c. 26.

Gregorius igitur CP.lim veniens, à pijs viris, sanguine sibi iunctis, hospitio exceptus, fidem Catholicam persecutionibus vexatam, atque afflictam, furtim quodam modo, & priuatim, nec sine periculo, ob Arianorum impotentem audaciam, atque ferociam, docere cœpit. Greg. orat. in Maximum.

B At diuino planè miraculo factum, vt domus illa in Ecclesiam conuerteretur, quod & ipse prædixit, quæ ab ipso vocata est Anastasia, ea de causa, vt idem testatur, quod compressa, & extincta fides Catholica, in ea ciuitate, ibi excitata, reuixerit. Grego. or. ad 150. Episcopos & in somnio Anastasiæ. Dilatata post, per totam vrbem Catholica fide, æquè creuit amplioribus murorum spatijs ipsa illa Ecclesia, Marciano nobili, & prædiuite ciue, ingens suum patrimonium in eam conferente, in qua ipse presbyter semper vixit. Ob nomen, Anastasia, illuc postea delatæ fuerunt Anastasiæ Sanctissimæ Martyris reliquiæ, eiusdemque martyrij die Natali ipsa Basilica in eius memoriā consecrata. Theodor. in Collectaneis. In ea Gregor. pro concione insignes quinque illas, inter alias, de Theologia, habuit orationes, ex quibus nomen est Theologi consecutus. à furentibus Arianis Gregorius hæreticus inclamatur, ob prædicationem Trinitatis, quasi tres Deos induceret, lapidibus impetitur, & quasi maleficus, & seductor ad Tribunal rapitur. Carmine de vita sua.

C Vt ad res Syriæ redeamus, eandem prorsus calumniam, quam Paulinus Episcopus Antiochenus passus est a Vitale primum, ac deinde a Flauiano, cum ab eis Sabellianus appellaretur, pati cogitur S. Hieronym. in Syriæ solitudine, apud Chalcidem degens, quod communicaret eidem Paulino, a Meletij, vt credibile est, studiosis exagitatus, nominatus & ipse Sabellianus, adeoque uexatus, vt coactus fuerit inde recedere; tradit hæc omnia ipse scribens ad Marcum presbyterum Chalcidensem (non Celedensem) epist. 77.

Ex Eremo digressus (quo tamen anno non planè constat) uenit Ierosolymam, vbi totus fuit in rebus Hebraicis perscrutandis (epist. ad Damasum 125.) cum Damasus eundem litteris frequentabat, Etherio Diacono tabellario, apud Hieronym. epist. 124. & 125.

D Placuit Paulino Episcopo Antiocheno eundem S. Hieronymum ordinare presbyterum, cui tamen sic ipse assensit, ut non pateretur alicui adscribi Ecclesiæ, sed Monachus, vt erat liber, pergere posset, quo vellet, Hieronym. epist. 61. & Epiph. ad Io. Ierosolymit. apud Hieronymum epist. 60.

Hier. presbyter ordinat nulli tamen Ecclesiæ ascriptus.

Christi Ann.	*Damasi Pap.*	*Gratiani* 13. / *Valentin.* 4. *Impp.*	*Ausonio Gallo Augusti Magistro; et Olybrio Coss.*
379.	13.		

E GRatianus, cum ob iterum rebellantes Alemannos, reuocaretur in Gallias, numinis instinctu, publicis Comitijs militaribus, creat Orientis Imperatorem Theodosium 33. ætatis annum agentem, genere Hispanum, Italicēsem, Theodosio, & Thermantia natum. Socr. [b] Victor in Theodos. alij. De qua electione Augustin. [c] de ciuit. Dei. *Gratianus Theodosium regni participem facit, cum paruulum haberet, & fratrem, auidior fidæ societatis, quàm nimiæ potestatis.* In tēpore labitur Theodoretus [d] dicens creatum Augustum, post ingentem barbaris cladem illatam, cum tamen ante id contigerit; qui posteà barbari, pacem petentes, in amicitiam recepti sunt. Sozom. [e] De Alemannis Gratianus item ingentem victoriam retulit, parte eorum in deditio-

b lib. 5. c. 2
Theodosiū sibi Gratianus Imp. ascicit Socium. Oriente illi credito.
c lib 5. c. 25
d lib. 5. c. 5
e lib. 7. c. 4.

a lib. 4.

nem accepta. Zosimus [a] Atque hæc Gratiano, precibus Sanctissimi Sacerdotis Ambrosij, assiduè pro eo excubantis, diuinitus collata. vt ex Ambros. epist. 26. colligitur. De Votis quoque publicè pro Gratiano nuncupatis, Auson. in gratiarum actione. A

Gratianus euocat ad se Ambrosium, & scriptionem de spiritu sancto postulat, epist. apud Ambros. 25. quam rescribit epist. 26. non tam citò a se mittendam, cum magni momenti sit opus, expetijsse interim ipsum Ambrosium lucubrationes Basilij eo argumento conscriptas, facile intelliget, qui vtrasque legerit. quod & D. Hieronymus agnouit.

b L. 5. de her. C. Theod.

Idem, pro tanta adepta victoria, in gratiarum actionem, hanc edit pio dignam Imperatore sanctionem. *Omnes uetitæ legibus, & diuinis, & Imperialibus hæreses, perpetuo conquiescãt*, &c. [b] & l. 2. in Iustinianeo Cod. additur. *Hæreticorũ autẽ uocabulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus succumbere debent, qui uel leui argumento a iudicio Catholicæ religionis, & tramite, detecti fuerint deuiare.* B

Cateruius Comes apud Gratianum, sanctitate celebris apud Tolẽtinates. c L. 11. de lustr. coll. C. Theod.

Compescuit hoc item anno, dato Rescripto, Gratianus, Clericorum auaritiam, exercentium mercaturam, quos à lustrali collatione, non nisi in denis, vel quindenis solidis, voluit immunes esse. [c] Extat præterea eiusdem Rescriptum ad Cateruium Comitem sacrarum largitionum, uirum pietate insignem, cuius memoria uiget titulo sanctitatis apud Tolentinates. Acta tamen quædam eius erroribus scatent.

Hier. 6. Is. c. explanat.

Gregorius Nazianzenus, qui initio humilis & despectus fuit Cõstantinopoli; post, animi moderatione, patientia, mansuetudine, & egregijs alijs uirtutibus, admirationi esse cœpit, & longe, lateque doctrina & sanctitate, etiam in remotissimis prouincijs refulgere. Gregor. or. ad 150. Episcopos, & carm. de Vita sua. Cuius fama impulsus S. Hieronymus, vna cum collega Vincentio, è Syria se contulit Constantinopolim, & is, quem ob insignem eruditionem consulerent Occidentales Episcopi, atque adeo ipse Episcoporum Episcopus Damasus, Gregorij delegit esse discipulus, & sæpius de tanto magistro gloriatus est. Ad Pammach. aduer. Rufin. *Eo ego*, inquit, *magistro glorior, & exulto.* & de script. *Greg. Nazianz. Episcopus, vir eloquentissimus, Præceptor meus, quo scripturas explanante, didici*, & sic alibi. Apud eum agens, sextum Isaiæ caput explanauit, quam explanationem ad Damasum misit; *de hac visione*, inquit, *ante annos circiter triginta, eum essem Constantinopoli, & apud virum eloquentissimum Gregorium Nazianzenum, tunc eius urbis Episcopum, sanctarum scripturarum studijs erudirer, scio me breuem dictasse subitumque tractatum, ut experimentum caperem ingenioli mei, & amicis iubentibus obedirem. ad illum itaque libellum mitto lectorem, oroque, ut breui huius temporis expositione contentus sit.* In Is. cap. 6. Ex qua consignata Chronographia, cum testetur se illa scripsisse, Gregorio ipso iam facto Constantinopolitano Episcopo, quod contigit post annum sequentem, colligitur triennium ferme Constantinopoli dedisse operam Gregorio. De Nysseno porro ita meminit de script. *Gregorius Nyssenus Episcopus, frater Basilij Cæsariens. ante paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno, contra Eunomium legit libros*, &c. cui contigit CP.lim proficisci ad indictam ibi Synodum anno Domini 381. De Hieronymo Ennodius Ticinens. conferens cum Gregorio, sic ait: *Hieronymus noster, nisi præceptorem suum Gregorium diceret, illo melior censeretur. Sed illi applicanda sunt bona nominatim, a quo sumpsisse uidentur originem.* Certe quidem in multiplicium linguarum peritia, quam in diuinis scripturis explicandis, & diuersarum linguarum scriptoribus consulendis, magni momenti nemo esse negarit. absque controuersia Gregorium primas dare Hieronymo certum est, vtpote, qui profiteatur, etiam Latinam linguam, toto orbe Rom. diffusam, se ignorare, epist. 71. ad Posthumianum, vtramque egregiè callentem. C D E

Triẽnio operã dat Greg. Hier. CP.

Haud ita felix Gregorius in Euagrio Pontico discipulo suo fuit, ut in Hieronymo: nam ille Lector ordinatus à S. Basilio, & post à S. Gregorio Diaconus, & Nectario successori commendatus, ab urbe Constantinopoli in Ægyptum profectus, consuetudine Didymi factus est Origenista.

Magnopere auctus Orthodoxorum CP[li] numerus, Gregorium sibi deposcit Episcopum, reluctantem, & inuidiosum solium penitus recusantem, & tamen Petrus Episcopus Alexandrinus eundem Gregorium instituit per litteras Episcopum CP[num]

Sed

A Sed non multo post, quasi facti pœnitens, transtulit studia sua in quendam Maximum. Hic Maximus Alexandrinus ex philosopho Cynico, Christianus, iactans se Martyrum filium, tempore persecutionis sub Lucio, vt Catholicum dirè cæsum, & in Oasim deportatum, vbi quadriennio permansisset, insignis hypocrita, affectans in omnibus Christianam philosophiam, gloriæ, & diuitiarũ contemptum, modestiam, animiq; fucatam submissionem, charitatem erga omnes, studium salutis omnium, & ad confutandos hæreticos, Gentilesq; conuincendos, scientia minime vulgari præditus, Constantinopolim cum venisset, Gregorius hominem suscepit, & amplexatus est, quasi à prælio viatorem redeuntem, inq; laudem eius luculentam habuit orationem (Neronis falso nomine inscriptam, ait Hierony.) suæ mensæ, & consiliorum participem fecit. Hic igitur affectans Cathedram CP.nam aucupatur primum omnium maioris Imperatoris Gratiani gratiam, cui Mediolanũ profectus, librum offert, & B quidem (vt ait Hierony. in script.) insignem, de fide aduersus Arianos. In hunc igitur Petrus Alexandrinus conuerso studio, adnititur, vt eius sedis creetur Antistes, septem missis episcopis, sed alio prætextu, Constantinopolim, qui excepti perbenignè, & publicè laudati à Gregorio fuere; sed nihilominus, & mandato Petri, & auro à Maximo, mutuo accepto, corrupti, conspirante etiam presbytero CP.næ Ecclesiæ Gregorio infensissimo (quod præreptam fortasse doleret spem illius Ecclesiæ Episcopatus, quam conceperat, ob toleratum multorum annorum bellum ab Arianis illatum) captata occasione, quod Gregorius in suburbio ægrotaret, noctu irrumpunt ecclesiam, & in Sede collocant Maximum; Sed re cognita, indignantibus omnibus, etiam Arianis, & tam nefandum scelus detestantibus, Maximus aliquanto post, Damaso Papa, Gregorio suffragante, (quarum litterarum meminit Nicolaus primus ad Michaelem C Imp. sed non extant) vrbe pellitur, in qua sedisse aliquantisper indicant ordinationes ab ipso factæ, quas Synodus CP.na sequenti anno habita, irritas penitus esse decreuit, vt ex Concilij Actis testatur Sozom.[a] Gregorius interim Constantinopolim reuersus, & Ecclesiam scissam reperiens, orat in Maximum, hæc ipse omnia Carm. de Vita sua.

[a] lib. 7. c. 9.

Christi Annus	Damasi Pap.				
380.	14.	Gratiani 14. Valentiniani 5. Theodosij 2.	Imppp.	Gratiano 5m. & Theodosio	Coss.

D Theodosius Thessalonicæ ægrotans, ab Acholio Sanctissimo episcopo baptizatur. Socr.[b] de quo Theodosio sic Augustin.[c] *Inter hæc omnia, ex ipso initio Imperij sui, nō quieuit iustissimis & misericordissimis legibus, aduersus impios, laboranti Ecclesiæ subuenire, quam Valens hæreticus, fauens Arianis vehementer afflixerat: cuius ecclesiæ membrum esse magis quàm in terris regnare gaudebat.* Huius quidem rei fidem facit aurea illa sanctio, ab eo, hoc anno, Thessalonicæ promulgata, quæ sic se habet.[d] Imppp. Gratianus, Valentinianus, Theodosius, AAA. ad pop. Vrb. Constantinopolit. *Cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio vsque nunc ab ipso insinuata declarat; quamq; Pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexandriæ episcopum, virum Apostolicæ sanctitatis, hoc est, vt secundum Apostolicam* E *disciplinam, Euangelicamq; doctrinam Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, vnam Deitatem sub parili Maiestate, & sub pia Trinitate, credamus. Hanc legem sequētes, Christianorum Catholicorum nomen iubemus amplecti: reliquos verò dementes vesanosq; iudicantes, hæretici dogmatis infamiam sustinere, nec conciliabula eorum, Ecclesiarum nomen accipere; diuina primum vindicta, post etiam motus nostri, quem in cœlesti arbitrio sumpserimus, vltione plectendos.* Et ibidem eadem die rescripsisse reperitur. *Qui diuinæ legis sanctitatem aut nesciendo confundunt, aut negligendo violant, & offendunt, sacrilegium committunt.*[e] Et sequenti mense. *Quadraginta diebus, qui auspicio cærimoniarũ, Paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur criminaliũ quæstionum.*

[b] Lib. 5. c. 6
[c] Lib. 5. de ciu. c. 26.
[d] L. 2. de fide cath. C. Theod.
Doctrina Ecclesiæ Rom. tradita ab Apostolis.
[e] L. 25. de epis. & cler Cod. Theod.
Per quadragesimam criminũ cognitio suspenditur.

Interim

A Interim maximus Cynicus Theodosium, adhuc Thessalonicæ agentem, cōuenit, rogans ab eo cathedram sibi confirmari, qui, quod, vt verisimile est, sciret Damasum aduersus eum fauere Gregorio, reiectus est, grauibus additis minis, ni desisteret. Is igitur magno æstimationis suæ, mendatijs comparatæ, dispendio, Alexandriam ad Petrum se contulit, eius quoque ambiens episcopatum, (vt est apud Greg. in Carm. de Vita sua) & post lapsus in hæresim Apollinaris, ab episcopis, (vt Theodoret. ait 5. cap. 8.) damnatus fuit.

Ariani, perlato Edicto Constantinopolim, insolentius aduersus Catholicos insiluerunt (instar sæuissimæ bestiæ, quæ cum sese laqueis constringi senserit, tunc violentius commouetur, & in quemcunque sibi obuium furit) & in Confessorem, haud ita pridem ab exilio reuersum, incidentes, medio die, in media vrbe, lapidibus impetentes, occidunt; de quorum feritate, & Catholicorum moderatione, Gregorius latè in orat. ad Arianos. B Ex tanta Gregorij moderatione animi, patientia, & pro illatis ab eis contumelijs, & cędibus, officiorum compensatione, nonnullorum Orthodoxorum animi exacerbati, eorum maximè, qui iam inde à Constantio Imperatore dirissima iugiter ab Arianis passi erant, & expetentes iustissimam de illis vltionem, de eo queri non desinebant, quibus respondere solitus erat, *Ita sanè est*, inquam, *Mihi enim aduersus eos, qui iniuriam intulerunt, satis grauis pœna est, referendæ iniuriæ potestas*. Cum igitur Gregorij res paulatim diffluere viderentur, & Catholicam religionem, sub catholico Imperatore in tuto esse videret, licèt electus, & acclamatus Episcopus, nondum tamen ritè secundum Canones, ordinatus esset, consilium cępit recedendi, quod cum clandestinè facere non licuisset, communicato cum populo animi sui decreto, piorum precibus, clamoribus, & lachrymis retinetur inuitus. Carm. de vita sua.

Gregorii magna animi æquit. & moderatio.

C Qui verò Ariani absentis Imperatoris edictum contemnere visi sunt, aduentantem ipsum CP.lim timere cœperunt. *Theodosius Magnus* (inquit Marcellin. in Chron.) *postquàm de Scythis, & Getis triumphasset, expulsis continuo ab Orthodoxorum ecclesiis, Arianis, qui iam ferè per* 40. *annos eas sub Arianis Imperatoribus tenuerant, nostris Catholicis Orthodoxis restituit, mense Decembri*. Occupato igitur per Theodosium templo, & militibus munito, per aliam militum partem aduersus vim minitantes Arianos, introduci mandat Gregorium, ad cuius ingressum, quasi diuino miraculo sol atra nube obseptus, ea disiecta, clarissimè effulsit. frendentes autem in Gregorium Arianos, cum insignis animi eius moderatio, tum nouus casus deliniuit, cum sicarius in eum immissus, accidens ad pedes, & veniam postulans, audiuit, ***Propitius sit tibi Deus, tibiq; ignoscat, qui me seruauit, hocq; solum pro noxa peto, vt hæresim execrans, meus fias.*** D

Greg. māsuetudo.

Petrus Alexandrinus episcopus moritur, cum sedisset annos octo, subrogatur in eius locum Timotheus frater. colligitur ex duabus sanctionibus altera hoc anno data l. 2. de fide Cath. Cod. Theod. in qua fit mentio Petri, altera anno sequenti, l. 3. C. de hæret. eod. Cod. in qua fit mentio Timothei.

Theophilus Alexandrinæ Ecclesiæ Clericus, qui postea fuit Episcopus, ab hoc anno, paschalem Cyclum centum annorum inchoat, testatur id S. Leo Papa, epist. 64. ad Marcianum Imperatorem.

Paschales Cycli Theophili ab hoc anno incipiūt.

Hoc anno Ecclesia Mediolanensis perturbari est cœpta à Iustina Valentiniani senioris coniuge, Ariana, femina audacissima. Hæc hæresi patrocinatura, Sirmium properat, vt vacanti illi Sedi, Arianum Antistitem præfici curet: Ambrosius item Ecclesiæ Sirmiensi, suę Diœcesis, consulturus, vt præficeret Catholicum. E Dum igitur sedet in Tribunali, nihil curans eorum, quæ à fęmina, ad eum pellendum de Ecclesia, mouerentur, vna de Virginibus Arianorum impudentior cæteris, tribunal conscendens, apprehenso vestimento Sacerdotis, cum illum attrahere vellet ad partem mulierum, ut ab ipsis cęsus, de ecclesia pelleretur, audiuit (vt ipse solitus erat referre.) *Etsi ego indignus tanto Sacerdotio sum, tamen te, non conuenit, uel professionem tuam in qualemcumque Sacerdotem manus inijcere, unde debes uereri Dei iudicium, ne tibi aliquid eueniat*. Quod dictum, exitus comprobauit: nam alio die mortuam ad sepulchrum vsque deduxit, gratiam pro contumelia rependens. Sed hoc factum non leuem aduersarijs

Iustina A. Ariana vexat Eccl. Medio. & Ambros.

A incussit metum, pacemque magnam Ecclesiæ Catholicæ in ordinãdo episcopo tribuit. Paulinus in vita S. Ambros. ordinatus est itaque Auennius, qui sequenti anno Concilio Aquileiense interfuit.

Gratianus tumultuantibus Mediolani Arianis, Basilicam vnam, quam peterent Ariani, sibi tradi, ab Ambrosio abstulit, sic tamen, vt illis non dederit, sed Ambrosio restituerit. Ambr. de Spiritu sancto. [a] Cum ijdem Ariani Concilium generale importunis precibus à Gratiano extorsissent, Ambrosius continuo intercessit, effecitq;, ut acquiesceret Aquileiense celebrari, in quo finitimi tantum episcopi conuenirent, ***non inquietandos*** inquiens, ***totius orbis episcopos.*** a lib. 2. c. 2. Concil. Aquileiense.

Festus Proconsul in Asia, cum Idolorum cultui se dedisset, miserãdo modo diẽ clau-
B sit extremum. Eunap. in Maximo.

Christi Annus	*Damasi Pap.*				
381.	15.	*Gratiani* 15.		*Eucherio,*	
		Valẽtiniani 6.	*Imppp.*	*& Syagrio*	*Coss.*
		Theodosii 3.			

SChismatici, Vrsicinus, & socij, sæpius damnati, & ab Vrbe longius submoti, omnes quidem ad centesimum saltem milliare, alij longius, vt Vrsicinus, Coloniam Agrippinam, in Gallia, Hisaces in Hispaniam, Claudianus in Africam, ob indulgẽtiã,
C & dissimulationem minorum Iudicum, nouas turbas cientes, nouo Imppp. Rescripto percelluntur, Iudicibus de sua dissimulatione, & negligentia reprehensis, & pœna in contumaces iterata, decimo quinto anno, quàm schisma concitatum erat, ut est in ipso Rescripto, quod extat in Vaticana Bibliotheca, in Cod. epist. Rom. Pont.

Theodosius Imperator cum alijs Impp. sancit contra hæreticos omnes, vt nullis liceat conuentus intra oppida agere, nihil, quod quolibet Rescripto, per fraudem elicuerint, valere. Nicęnam fidem ab omnibus teneri debere, nominatim Photiniani, Ariani, Eunomiani, notantur, & vt cunctis Orthodoxis episcopis, qui Nicænam fidem tenent, Catholicæ Ecclesiæ, toto orbe, reddantur, mandatur. [b] b l. 6. de hęr. C. Theod.

Athanaricus a suis expulsus, se celeriter ad Theodosium contulit, non ita pridẽ mor-
D bo liberatum, qui spem de vita dubiam fecerat. Is verò hominem cum barbaris comitibus amanter excipit, spatium non exiguum extra CP.lim obuiam ei progressus. Cumque confestim extinctus fuisset, regia sepultura (ritu nostro. i. Gentilicio, ait Ammian.) mortuum terræ mandauit; & tantam sepulturæ magnificentiam adhibuit, ut tam superbo funere barbaris omnibus obstupefactis, Scythæ quidem domum redirẽt, nec Romanos amplius infestarent, bonitatem Principis admirati: quotquot autẽ cum Rege vita functo venerant, custodiendæ ripæ fluminis Istri intenti, diu, quo minus Romani vexarentur incursionibus, impedirent. Zosimus [c] Oros. [d] addens. *In ijsdem etiã diebus Persæ, qui Iuliano interfecto, alijsque Imperatoribus sæpe victis, nunc etiam Valente in fugam acto, recentissimæ victoriæ satietate, cruda insultatione, nutabant: ultro CP.lim ad Theodosium misere legatos, pacemque supplices poposcerunt. Ictumque tũc*
E *fœdus est, quo uniuersus Oriens vsque ad nunc tranquillissimè fruitur.* Eadem Pacatus in Panegyrico, qui & Persas munera detulisse ad Theodosium affirmat. Bonitas & magnificentia, Principis et Barbaros conciliat. c lib. 4. d l. 7. c. 34.

Hæc tempora notat Ambrosius, scribens hoc ipso tempore de Spiritu Sancto ad Gratianum.

Theodosius Clericis eiusmodi indulget Priuilegium. ***Vniuersos, quos constiterit custodes ecclesiarum esse, vel sanctorum locorum, ac religiosis obsequijs deseruire, nullius attentationis molestias sustinere decernimus. Quis enim eos capite censos patiatur esse deuinctos, quos necessario intelligit supra memorato officio mancipatos?*** [e] Theodos. studiũ erga Ecclesias imitãdũ Prĩcipib. e l. 26. de ep. & cler. C. Theod.

Synodus Orientalium episcoporum præter Aegyptios (credo propterea quod ipsi Maximum Cynicum non ritè ordinarant) raptim, & clam Gregorio, (forte ne id sciẽs fuga se subduceret) Constantinopolim conuenit Mense Maio, a Theodosio ex auctoritate procul dubio Damasi, euocata, ad confirmandam Gregorio antea collatam Sedem; quę, examinata causa declarat Maximi ordinationem in Episcopum CP.num, ir- Greg. ordinatur eps CP.num.

tam

ritam fuisse, & ordinationes item ab eo factas, cassas & nullas esse: & communi sententia probat, & confirmat Gregorij electionem a populo & Imperatore factam, & ritu Ecclesiastico perfecit. Gregor. in Carm. de vita sua, & quod Socr.[a] ait, diu ante accersitum fuisse Meletium, vt in throno Gregorium collocaret, haud dubium ante mensem Maium id factum apparet, & non ab uno Meletio, sed ab ipsa Synodo episcoporum ad hoc collecta. Accidit autem, vt cum tot, tantique in vnum conuenissent episcopi, visum fuerit Damaso, & Theodosio, vt & de fide ageretur. A

a lib 5. c. 8.

Secunda sancta Synodus Oecumenica 150. PP. Constantinopoli celebrata, ex auctoritate Damasi Papæ, & fauore Theodosij Imperatoris, mense Maij, Eucherio, & Syagrio Coss. Socr. 5. cap. 8. alij, sexta Synodus, Act. 18. B

Acta eius peruerso ordine recenseri videntur a Socr. Sozom. & Theodoreto, & in ipsa Synodo, quę habetur in tom. 1. Conciliorum: quæ concinniori ordine, firmiori ratione subnixa, hic recensebuntur.

De fide igitur tractaturis patribus, exhibitū fuisse volumen Occidentalium eiusdē Synodi Can. 5. significat, per quod nihil aliud intellexisse Patres uidentur, quam professionem illam fidei a Damaso ex Concilio Romano scriptam ad Paulinum Antiochenum, quæ continet anathematismos aduersus omnes hæreses, tunc temporis Orientalem Ecclesiam potissimum infestātes, quæ apud Theodoretū[b] falso inscribitur ad Paulinum Thessalonicensem, & præpostere collocatur, vt supra dictum est. C

b lib. 5. c. 11.

Præter autem Damasi volumē fidei, cognitum pariter fuit, atque ab omnibus, absq; cunctatione receptum Nicęnum fidei Symbolum. sed cum in eo parcius de Spūs sancti diuinitate actum esset, eo quod nulla tunc hæresis ei aduersaria emersisset; placuit sanctæ Synodo, de Spiritus sancti diuinitate addere aliqua (vt olim de filio in Nicæno Cōcilio factum fuerat) hęc nimirum. *Et in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre, & Filio coadorandum, & conglorificandum: qui locutus est per Prophetas*. quem libellum fidei, vt ipsi Patres appellant, epist. ad Damasum, & Rom. Cōcilium apud Theodor.[c] siue dixerimus Symbolum, summa deliberatione SS. PP. examinatum, atque decretum, tradit Niceph.[d] & alij, scriptum fuisse à S. Gregorio Nysseno episcopo, quod recitatur in Concilio Chalcedonensi, hoc titulo. Sancta Fides, quam exposuerunt 150. PP. consona est sanctæ & magnæ Nicęnæ Synodo, Credo &c. D

De Spū sācto additum in CP.næ Concil.

c lib. 5. c. 9.
d li. 12. c. 13.

Post scriptum libellum fidei, consecutam esse in Synodo, communi omnium Patrū sententia, damnationem hæresum, decreto edito, eorum Epistola ad Damasum testatur.

His pro fide Catholica stabilitis, ad conseruandam inter Catholicos pacem, recentis mali occasione, quod annuente Petro Alexandrino, Aegyptij Episcopi Constantinopoli Episcopum ordinare præsumpserant, Decretum Nicęnum, de prouinciarum, & Diœcesum limitibus seruandis innouant, & stabiliunt.

Porrò ad hunc Canonem hæc habetur Appendix adiecta. Constantinopolitanus tamen Episcopus obtineto præcipuum honorem, & dignitatem, secundum Episcopum Rom. ideo quod Constantinopolis noua Roma est: quæ quidem Appendix, & Canon, præter quàm quod nunquā fuit a Romana Ecclesia receptus, commentiticius, & suppostititius apparet ex multis, tùm maximè, quòd Anatolius CP.nus Episcopus, post absolutam Synodum Chalcedonensem, id, tanquam in ea Synodo factum, vsurpare conatus est, & S. Leonem Papam acerrimè sibi expertus est aduersantem, cū suffecisset citare Canonem ex Concilio Constantinopolitano, si extitisset, & quantumuis de eo mentionem fecerint Socr.[e] & Sozom.[f] pluris tamen est, quod Episcopi, qui sequenti anno de rebus gestis in hac Synodo scripserunt ad Damasum, nullam E

Appēdix de pcipuo honore Ecclesiæ CP.næ post Rom. ex multis probatur suppositītia.

e lib. 1. c. 2.
f lib. 7. c. 8.

huius

A huius Canonis fecere mentionem, præterquam, quod hic Canon planè aduersatur alteri ex Nicæna Synodo, in hac ipsa confirmato, de limitibus Diœceseon seruandis, vt in Nicæna Synodo fuit statutum. Certè, nisi commentitius sit hic Canon, saltem post hæc primo decreta, postq; Nectarij electionē sancitus esse dicendus erit, ab ijs, qui remanserunt Constantinopoli Episcopis Orientalibus, quorum tantum studium fuit, vt Orientalem Ecclesiam etiam præferrent Occidentali, vt ipsorum decreto sit factum, vt Episcopus CP.nus curaret Ecclesias non Thraciæ tantùm, & alias proximas, sed Asiæ quoque, de quo in Concilio Chalcedonensi. Act. 11. Denique Canon in hoc eodem Concilio statutus reperitur de Accusationibus Episcoporum, Nouissimè verò quomodo ab hæresi redeuntes hæretici recipiendi forent. Post hæc PP. Synodi petunt à Theodosio Acta sua confirmari, quo sibi fidem eius stabilem duraturam oppignorarent. Damasum quidem eam Synodum CP.nam confirmasse Photius tradit, libello de septem Synodis, quod intelligendum est, in his, quæ ad fidem Catholicam spectant, vt est S. Gregorij sententia. B

Can. 6. & 7. Synodica Constitutio tom. 1. Concil.

Post hæc consecuta est subscriptio PP. ita tamen, vt nomina postea superuenientium Episcoporum, Timothei Alexandrini, & aliorum, imo & Nectarij, qui post abdicationem Gregorij creatus est Constantinopolitanus Episcopus, fuerint superadiecta. Sed perperam factum à nescio quo, vt quoniam Gregorius nuncium remisit Sedi, qui ante subscripserat Episcopus Constantinopolit. reiectus sit vltimus inter Episcopos Cappadociæ, credo quod illi (quicunque fuerit, qui Acta illa descripserit) absurdum visum fuerit, duos esse Constantinopolit. Episcopos.

Absoluta Synodo, & subscriptionibus firmata, noui euentus retinuerunt PP. vt diutius Constantinopoli morarentur. In primis obitus Meletij Antiocheni Episcopi, confessoris longæui laudatissimi, & omnibus probatissimi: qui publice laudatus a Gregorio Nysseno fuit, cum antea de eo alter perorasset, & publico, ac celebri funere elatus. Cuius posteà corpus Antiochiam translatum, perpetua psalmodia comitatum fuit, & apud S. Babylam martyrem conditum, & euoluto lustro a S. Io. Chrysost. iterum laudatus est, eius memoria celebris est in Ecclesia 12. Febr. C

Meletij Antiocheni obitus.

Diuiso Oriente ab Occidente, ob Meletium & Paulinum Catholicos Episcopos Antiochenos; quorum, Orientales studerent Meletio, & Occidentales cum Damaso ipsi Paulino, item Ægyptij Episcopi. ad conciliandam pacem, transactione conuenerat, vt alterutro illorum mortuo, non substitueretur alius: seniores, & prudentiores, numero inferiores, hoc sentiebant, alij plures contra nitebantur, non ferentes ordina D tum ab Episcopo Occidentali, nimirum Lucifero, præesse Orientalibus populis: rogatus sententiam S. Gregorius, censuit expectandum, vt senex Paulinus decederet, & tunc, vt quem mallent eligerent; qua sententia infensos sibi eorum animos reddidit, quod ab Occidentalibus stare videretur: at ille cessurum se potius Sede ait, quàm vt iniqua decernentibus inhęreret, & perstrepentibus illis, de Synodo abit; at illi Flauianum presbyterum in Meletij locum subrogant, dissidium, & schisma illius Ecclesiæ, atque adeo, quodammodo vniuersalis Ecclesiæ, longius producere nihil pensi habentes, quam rem adeo indignè tulit Gregorius, vt ex ipsis Episcopatus ædibus secederet, quo significaret se potius Episcopatu abiturum, quàm vt talia ac tanta, contra ius, & fas, fieri conspiceret. At aduersarij nihil emolliti, nouam oblatam occasionem eum de sede dimouendi, arripiunt. Timotheus Episcopus Alexandrinus venit hoc tempo E re CP.lim cum suis, & aliquot Macedoniæ Episcopis, indignantesque electum Flauianum, & ipsis non expectatis, sedem Gregorio ab Orientalibus confirmatam, quod iuris id esse dicerent Præsulis Alexandrini, post Romanum, primi, & non Antiocheni: non odio Gregorij, cui bene velle debebant ob studium pacis: sed vt Orientalibus aduersarentur, electionem Gregorij impugnare cœperunt, & Orientales in odium ipsius Gregorij, frigide eam tueri. at Gregorius sequester inter eos pacis, orationem tū eam habet de pace, quæ sic incipit. *Pax amica, non re duntaxat*, &c. & cum eodem ferè tempore aduersarij Gregorij spargerent in vulgus eum non defendendæ veritatis amore CP.lim venisse, sed eius sedis cupiditate incensum, egregiam illam habet apo-

Greg. mauult sede cedere, quam iniqua probare.

Greg. renũciat sedi.

A logeticam orationem, De non affectata cathedra CP.[na]. Sed videns exasperatos animos nihil emolliri, & contentionem recrudescere, Synodum ingressus, ob pacem inter eos conciliandam, sedi se suæ renunciare ait, & adiens Theodosium, rogat, vt sinat se, altercantibus inter se Episcopis, sedem suam relinquere, quod ille factum admiratus, non tamen coegit, vt retineret, quod fortasse debuit. His diebus Gregorius in primario Vrbis templo, præsentibus Episcopis, egregiam illam, eandemque nouissimam habuit orationem ad 150. Episcopos, in qua primo exactam reddit rationem cunctarum rerum a se gestarum, ex quo venerat, CP.[lim], quo statu inuenerit, quo relinquat, mox petit ab eis missionem: deinde, cum aduersariorum reprehensione, se purgat a calumnijs, denique valde pathetica salutatione, valedicit omnibus, per copiosam enumerationem, dicens, Vale Anastasia, &c. vale templum, &c. absoluta lacrymabili concione, pro acclamationibus, quibus solebat pastorem suum prosequi populus, B rependit luctus, & eiulatus, pro lætis plausibus, tristes manus ad manum verberationem, pectoris tunsiones, lamenta, fletus, atque singultus, Episcoporum plerisque remanentibus in sua duritie, sapientioribus alijs animo consternatis, & cum luctu, cum haud ferre valerent alium in throno Gregorij collocari, ad suas sedes abeuntibus. Atque hæc de se Gregorius in Carm. de vita sua. Sic igitur Magnus Gregorius, sublimis Ecclesiæ theologus, post triennij commorationem, paucos post dies, quam thronum acceperat, pacis studio, sedi valefaciens, inde recedens, reuertitur in Cappadociam, gaudens quidem, quod ex tempestate peruenisset in portum: mœrens autem, quod Ecclesiam suo labore cultam, ac filios charissimos, quos in Euangelio genuisset, desere re cogeretur, nec sciret cui relinqueret; quem quidem animi mœrorem, quamdiu vixit, nunquam potuit superare. tanto vero cum stomacho discessit a conuentu illo Episcoporum, vt nunquam amplius Synodo tumultuantium interesse decreuerit. C

Greg. mœrore animi de filiis in Christo genitis CP.[nis] quos desere re cogeretur nunquam superat.

Prosperi Chronicon, sui exordio totum pene inuersum, ac deprauatum agnoscitur, dum sub huius anni Coss. ponit obitum Gregorij, & sub Coss. sequentis anni ponit Concilium CP.[num].

Nectarius Greg. substituitur episcop[9] CP.li

Nectarius Cilix, Tarsensis, Senatorij ordinis, vir quidem probus, sed cathecumenus adhuc, & rerum ecclesiasticarum prorsus ignarus, Gregorio absolutitissimo Christiano, perfectissimo Monacho, eminentissimo Theologo, episcopus substituitur, quo die non constat, sed omnino ante Augustum, vt constat ex Imp. sanctione ad Auxonium Proconsulem Asiæ.

Ad hoc Concilium spectare videtur, quod Theodosius Imperator, cum sciret complures hæreticos sub Catholico nomine adhuc retinere Ecclesias, ad horũ fraudes conuincendas, in diuersis prouincijs Orientis, quosdam nominat sacerdotes, quorum fides Catholica spectata esset, quibus, qui communione iungerentur, ijdem Catholici haberentur, & Ecclesijs præficerentur, qui secus, exploderentur; quam sanctionem edidit ad Auxonium Proconsul. Asiæ[a] cuius sententiam non assecutus Socr.[b] putauit ex hoc Concilio Metropoles, imò Patriarchatus à Patribus constitutos fuisse. Sed Felicius Sozom.[c] ex sententia eiusdem Imperatoriæ sanctionis, non ad destinguendas prouincias, sed ad dignoscendos verè Catholicos ab hæreticis, Imperatorem eam voluisse adhiberi cautelam. &c. D

a l.3. de fid. cath. Cod. Theodos.
b lib.5. c.8.
c lib.7. c.9.

Nectarius conscius sibi imperitiæ rerum ecclesiasticarum, Cyriacum Adanorum episcopum, & alios eruditos Cilices secum retinet, per quos instruatur. Sozom. 7. cap. 10.

Martyrum corpora reuocãtur ad proprias sedes.

Theodosius inspirante numine, statuit, vt qui episcopi, Arianæ persecutionis tempore, Martyrium subijssent, è remotioribus locis eorum reliquiæ, cum honore, tanquam triumphantium athletarum, in suas ipsorum reuocarentur ecclesias, atque ita Paulum Martyrem CP.[num] Episcopum in Basilicam celeberrimam transferri mandauit, quæ ab eo Pauli dicta est, licet vulgi fuerit opinio ibi Paulum Apostolum esse conditum. Sozom.[d] E

d lib.7.c.10
e l.7.& 8 de hæret. C. Theod.

Durante Synodo, quæ vsque ad finem Iulij perducta est, Theodosius edicto vetuit hæreticos fabricare ecclesias, intra vel extra Vrbes[e] & de his, qui ad Paganismũ transissent, lib. 1. de Apostat. *His*, inquit, *qui ex Christianis, Pagani facti sunt, eripiatur*

facultas,

A *facultas, iusq; testandi; omne defuncti, si quod est, testamentum submota conditione, rescindatur.*

Concilium Aquileiense.

HOc eodem anno, Nonis Septembr. celebratur Concilium Aquileiense duorum & triginta PP. ex Italia; nam spontanei omnes euocati sunt. Ex Africana Catholica ecclesia affuere missi duo legati, Felix, & Numidius; ex Gallia Narbonensi, Constantius, Arausicæ; ex Viennensi, Proculus, Massiliæ; ex Lugdunensi, Iustus, Lugdunis; sanctissimi & doctissimi episcopi. Ex Hispania nulli affuere, quod Priscilliana hæresi laboraret. B Insignes porro præ ceteris ex Italis illi habentur, Ambrosius Mediolanensis, Valerianus Aquileiensis, Eusebius Bononiensis, Limenius Vercellensis, Anemmius Sirmiensis, Sabinus Placentinus, Philastrius Brixiensis, Heliodorus Altinensis, Euentius Ticinensis, & Bassianus Laudensis, omnes ferè inter sanctos relati. Insignes Italię Episcopi in Concil. Aquileiensi.

Actione vna, a prima hora vsque ad septimam, res tota confecta est, & Palladius, ac Secundianus Ariani episcopi, prouocati ad Catholicam cōfessionem veri filij Dei, & tergiuersantes, modo Concilium generale appellando, modo iudicium seculare, modo Orientales, nec improbantes Arium, nec fidem Catholicam cōfitentes, multiplici anathemate percussi sunt. Damnatos insuper esse Attalum presbyterū ex Catholico Arianum factum, & Valentem pseudoepiscopum, intrusum in locum Marci Petauionensis episcopi, quod a populo eiectus, patriam Gothis prodidisset: C quamuis acta, quæ mutila sunt, non dicant, tamen ex epistola Synodi ad Imppp. constat, a quibus, inter cetera petunt, damnatos arceri ab ecclesijs, & sanctos subrogari Sacerdotes.

Ariani, fauore Iustinæ Aug. subnixi, non modo in Vrbem Mediolanum, sed & in aulam Christianissimi Principis Gratiani se insinuare audebāt, quorum duo eius cubicularij illudere conati sanctissimo Sacerdoti Ambrosio, diuina vltione percussi sūt; si quidem proposita illi quæstione de Incarnatione Domini, in Basilica Porciana tractanda, ad quam se adfuturos promiserant, quasi contemnentes, equis conscensis, extra vrbem spatiatum abierant, cum subito præcipitati, animas efflarunt. *Debitum fratres,* ait Ambrosius *curo soluendum, sed hesternos meos non inuenio creditores,* & reliqua in libro, qui de Incarnatione Domini inscribitur. Ex Paulino. Duo cubicularij Imp. Ambrosio illudētes diuina vltione feriūtur.

Damasus nuncio accepto de rebus gestis in Synodo, &, inter alia, quod in Paulini D episcopi contumeliam creassent episcopum in locum Meletij, Flauianum: quod res eò progressa esset, vt dissimulari non posset, agit cum Imperatoribus de cogendo anno sequenti Romæ Concilio Generali; litteræ Orientalium episcoporum ad Occidentales apud Theodoret. [a] & Sozom. [b] Hieronym. epist. 10. & 27. a lib. 5. c. 9. b lib. 7. c. 11

Hispaniæ prouinciæ per hæc tempora hæresi exagitatæ fuere, Gnosticis, ab Epiphanio in Aegypto detectis, & ab episcopis expulsis, (vt est apud eum hær. 26. prope finem) alijsq; aliò diffugientibus; Marcus quidam Memphis ortus, hæresim illam in Gallias primum intulit, circa Rhodanum, (vt est apud Hierony. in Is. cap. 44.) deinde in Hispanias, deceptis nobilibus quibusdam feminis, miscēdo fabulis voluptatem, imperitiæ suæ, scientiæ nomen vindicando: in quibus Agape quædam fuit non ignobilis mulier, & Rhetor Helpidius. Ab his Priscillianus est institutus, nobilis, prædiues, acer, & in disputando promptissimus; E ab hoc plurimi in societatem sceleris, per humilitatis speciem, tracti, viri, mulieres, etiam episcopi, inter quos Instantius, & Saluianus. Hi superstitionem execrabilem, arcanis occultam secretis, sub quadam quasi coniuratione, seruabant. Quo, Hyginus episcopus Cordubensis, ex vicino agens, comperto, ad Idacium emeritæ ætatis Sacerdotem, refert, qui Instantium, & socios immoderatius lacescens, exasperauit potius, quàm compressit. Igitur post multa inter eos & digna memoratu certamina, apud Cæsaraugustam Synodus congregatur, cui tum etiam Aquitani interfuere. Verum hæretici committere se iudicio non ausi, in absentes tum lata sententia, damnatiq; Instantius, & Saluianus episcopi. Helpidius & Pri- Origo Priscillianistarū ex Gnosticis. Hæreses fere ex feminis, vel cum feminis. Cæsaraugustana Synodus.

scillianus laici. additum etiam, vt si quis damnatos in communionem recepisset, sciret eandem in se sententiam promendam, ex Seuero[a] Extant fragmenta quædam eius Concilij male relata à Collectore in tempora Hormisdæ Papæ. Octo in ea Canones sanciti habentur, ad corruptelas eius hæresis tollendas. A

a lib. 2. hist.

Damnati episcopi in Concilio, cum Priscilliano laico, ad confirmandas vires suas, Priscillianũ episcopũ Abilensẽ cõstituũt. Idacius, & Ithacius acrius instare, arbitrantes posse inter initia malũ comprimi, sed parum sanis consilijs, seculares iudices adeũt, vt eorum decretis, atque executionibus hæretici vrbibus pellerentur, & à Gratiano Imperatore Rescriptum impetrant, quo vniuersi hæretici excedere, non ecclesijs tantum, aut vrbibus, sed extra omnes terras propelli iubebantur, ceteris metu dilapsis, episcopi Romam profecti, vt apud Damasum obiecta purgarent, in itinere sparsere perfidiæ semina, & multos corrupere; sed Romæ ne in conspectum quidem Damasi admissi, regressi Mediolanum, æquè aduersantem sibi Ambrosium repererunt, exclusi ab episcopis, ad Imperatorem se conuertunt, & corrupto Macedonio Magistro officiorum, Rescriptum eliciunt, quo calcatis, quæ prius decreta erant, pudenda inconstantia, & post diuinitus vindicata, restitui ecclesijs iubebantur. Ex Seuero. Sed nec inultus abijt improbus Macedonius, hæreticorum fautor, erga Catholicos parum æquus, qui aliquando Ambrosio ad Prætorium procedenti, vt pro quodam intercederet, fores occludi iussit, ad quem ille, *Et tu quidem venies ad Ecclesiam, quam, nec clausas ianuas inueniens, non ingredieris;* quod factum est, mortuo Gratiano, cum confugiens ad Ecclesiam, patentibus ianuis, aditum reperire non poterat. Ex Paulino. B

Priscillianistæ per Macedoniũ impetrant restitui Ecclesijs.

Rescripto freti Instantius, & Priscillianus (nam Saluianus in Vrbe obierat) Hispanijs repetitis, suas ecclesias obtinuere, & in Ithacium iram, & iura conuertentes, per corruptos Magistratus, fuga sibi consulere coegere, ex Seuero. C

Ceterum Idacius non apud Iudices tantum, siue ecclesiasticos, siue sæculares, Priscillianum cum socijs prosecutus est, sed scriptis etiam eos exagitauit, de quibus Isidorus de vir. illust. Idacius episcopus cognomento, & eloquio, clarus, scripsit quendã librũ sub Apologetici specie, in quo detestãda Priscillianorũ dogmata, & maleficiorũ eius artes, libidinũq; eius probra demonstrat, ostendẽs Marcũ quendam Memphiticum Magicę artis scientissimũ, discipulum fuisse Manis, & Priscilliani Magistrum. qui sic dixit: Marcum Manis discipulum, quod etiam Manichæorum hæresim sit amplexus. de quibus Priscillianistis Augustin. de hæresib. cap. 70. maxime Gnosticorum, & Manichæorum dogmata permixta sectantur; quamuis, & ex alijs hæresibus in eas sordes, tanquam in sentinam quandam horribili confusione, confluxerint. qui &, ait idem, propter occultandas turpitudines suas habẽt in suis dogmatibus hæc verba. *Iura, periura, secretum prodere noli.* Dogmata eorum prosequitur Augustin. & Leo Papa epist. 93. ad Turibium. Hoc eodem anno, mense Decembris, Theodosius rescribit aduersus Gentiles diurna & nocturna, poena proscriptionis, vetans sacrificia. D

Christi Annus 382.	Damasi Pap. 16.	Gratiani 16. Valentin. 7. Theodosij 4. } Imppp.	Syagrio 2.^m & Antonio } Coss.

Concilium Romanum habetur, ex Episcopis diuersarum prouinciarum, nempe Orientis, aliarumq; Catholici Orbis Regionum. Inter alios conuenerunt ex Oriente Paulinus Antiochenus, & Epiphanius Salaminæ Cypri Episcopus, qui hospitatus est apud Paulam Romanam, & vtroque ea familiariter vsa est. Euocatus est & Hieronymus, vt credibile est, à Damaso. Venerunt ad eandem Synodum Acholius Thessalonicensis, Anemmius Sirmiensis, Valerianus Aquileiẽsis, & Sanctus Ambrosius Mediolanensis Episcopi &c. E

Orientales interim Episcopi Imperatoris litteris euocati ad Concilium Romæ celebrandum, astuto consilio subterfugium quauis occasione, captantes, ex condicto CP.lim veniunt, & Imperatori persuadent, suam profectionem fore magno cum detri-

mento

A mento Ecclesiarum, hæreticis pulsis, pro foribus tamen excubantibus; & satisfactum addunt, fore Damaso, si CP.li ipsi Concilium celebrantes Romam ad Synodum legatos mittant. Cogunt itaque CP.li Concilium, ad quod etiam plures absentes vocant Episcopos, & inter alios nomine Imperatoris euocandum curant Gregorium Nazianz. qui auersatus discordes Episcoporum conuentus, & ægritudinem in primis corporis causatus, interesse noluit. Legendæ Epistolæ eius 56. ad Procopium Præfectum, & 76. ad Olympium item Præfectum Cappadociæ: & de statu eius hoc tempore 42. ad Gregorium Nyssenum, & ad Helladium Cæsariensem 54. Qui igitur, declinantes Romanam Synodum, Orientales Episcopi cõuenerunt CP.li, legatos Romam miserunt ad congregatum ibi Concilium cum litteris de rebus gestis anno superiori in Generali Synodo. Extant apud Theodoretum [a] & tomo primo Conciliorum. Quid B autem Romæ, his acceptis litteris Synodalibus, auditisq; legatis, factum sit, latet: deperiere enim acta Rom. Conc. Nam quæ Theodor. [b] de damnatione Apollinaris atque Timothei facta dicit, post has acceptas litteras in dicto Rom. Conc. haud ei satis aptari posse videntur; & sequens fidei professio, quod scripta esse appareat in legitima Codicum lectione ad Paulinum Episcopum Antiochenũ absentem, nequaquam ab hac Synodo potuit esse conscripta. Referenda sunt igitur illa ad superiorem Romanam Synodum aduersus Apollinarem congregatam. Ex rerum tamen euentibus indicatur, quid in ea Synodo Romana fuerit definitum, licet Acta perierint: Nam, cum Paulinus, absoluta Synodo, reuersus sit Antiochiam, atque etiam, ipso defuncto, substitutus illi fuerit Euagrius, non sine Romani Pontificis assensu, plane eidem adiudicatam sedem Antiochenam, ex Synodi Romanæ decreto, affirmandum est; Cum & C Paulini partes, successores Damasi, Romani Pontifices, vt æquiores, defendendas susceperint. Caute autem legendus Theodoretus [c] in his, quæ de Paulino, & Euagrio scribit, vt à veritate abhorrentibus. Quod rursus ad hoc ipsum Romanum Concilium spectat, in Collectione Cresconiana, nobili antiquitate veneranda, tam in Vaticano Codice, quam in alijs, post descriptos recensitos superius Anathematismos, & diuinarum scripturarum Catalogum, eiusmodi, de sedium Patriarchalium prærogatiua, editum habetur Decretum. *Post has omnes propheticas & Euangelicas, & Apostolicas, quas superius deprompsimus, scripturas, quibus Ecclesia Catholica per gratiam Dei fundata est; etiam intimandum putauimus, quod quamuis per Orbem Catholicæ diffusæ Ecclesiæ, quasi vnus Thalamus Christi sit; Sancta tamen Romana Ecclesia non vllis Synodicis constitutis ceteris Ecclesiis prælata est: Sed & Euangelica voce Domini Saluatoris nostri, Primatum obtinuit; Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo* D *Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: & tibi dabo claues Regni Cœlorũ: & quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata, & in Cœlo; Et quæcunque solueris super terrã, erunt soluta & in Cœlo.* [d] *Addita est etiam Societas Beatissimi Pauli Apostoli, Vasis electionis, qui non diuerso (sicut hæretici garriunt) sed vno tempore vno eodemq; die generosa morte cum Petro in Vrbe Roma, sub Cæsare Nerone, agonizans coronatus est; & pariter supradictam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecrarunt, alijsq; omnibus in vniuerso Mundo, sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt. Est ergo prima Petri Apostoli Sedes, Romana Ecclesia, non habens maculam, neque rugam, neque aliud huiusmodi.*

*Secunda autem Sedes apud Alexãdriam Beati Petri nomine, à Marco eius discipu*E *lo, atque Euangelista consecrata est: ipseq; in Aegyptum directus à Petro Apostolo, verbum veritatis prædicauit, & gloriosum consummauit Martyrium.*

Tertia autem Sedes est apud Antiochiam, beatissimi Apostoli Petri, quæ habetur honorabilis, eo quod illam primitus, quam Romam venisset, habitauerit, & illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exorditũ est. Cuius Canonis sanciendi occasionem inde credibile est emanasse, quod licet Orientales Episcopi CP.li congregati, ad Concilium Rom. nihil scripserint de prærogatiua collata Ecclesiæ Constantinopolitanæ supra Alexandrinam, Damasus tamen, hoc ipsum subodoratus, vna cum vniuerso Concilio, ista, de legitima, & antiqua Sedium prærogatiua, palam scripto ediderit, quo audax illorum retunderetur præsumptio, qua eadem occasione, hæc eadem sci-

Orientales Episc. Roma. Cõcil. de fugiẽtes CP.li conueniunt.
Greg. Nazianz. Episcoporũ cõuentus declinat.
[a] lib. 5. c. 9.
[b] lib. 5. cap. 11.
[c] lib. 5. cap. 23.
Decretũ de sedium Patriarchaliũ prærogatiua.
[d] Matt. 16.

mus à Gelasio Papa iterum scriptis prodita, in Romano Concil. (cap. sacrosancta, 1. d. 15.) & aduersus Acatium CP.ᵒˡⁱᵗᵃⁿᵘᵐ Episcopum eadem pertentantem sæpius inculcata. A

In Actis autem Damasi, in Ecclesijs recitari solitis, habentur aliqua ab eodem Pontifice decreta in Romano Concilio, hoc ne, an priore, haud certum est. Ac primo vt decimæ, atque primitiæ à fidelibus darentur; et, qui detrectarent, anathemate ferirentur: eadem quoque plectendos sententia, qui fœnori vacarent. Necnon etiam excommunicandos esse omnes, qui maleficijs, augurijs, sortilegijs, omnibusque alijs superstitionibus vacarent; qua sententia, præsertim feminas illas plectendas esse, quæ, illusæ à Dæmone, se putant noctu super animalia ferri, atque vna cum Herodiade circumuagari. Prohibitum etiam ex præscripto (vti ibi ponitur) Nicæni Canonis, ne ante horam tertiam, diebus festis, Missæ canerentur, alijs verò diebus à media hora quarta vsque ad nonam facere liceret. Decretumq; ibi ponitur, quo iubetur in fine cuiusq; psalmi apponi Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto: qui hymnus glorificationis Trinitatis à temporibus Apostolorum in Ecclesia cani solitus, non in fine psalmorum, sed hymnorum recens conscriptorum in Oriente erat receptum, vt est apud Augustinum,a & Cassianum, b Constat auctoritate Seueri in vita S. Martini cap. 25. tum in Occidente, tum etiam in Oriente maleficorum hominum artes plurimum inualuisse, & in ipsos sacros Dei ministros præstigias quoq; magicarum excantationum irrepsisse. Sozom. 8. cap. 6. Et pleni sunt Ammiani vltimi libri de Quæstionibus, tum Antiochiæ, tum Romæ, aduersus maleficos, his temporibus, exagitatis. At iam res gestas S. Hieronymi toto triennio, quo Romæ commoratus est, peruestigemus. B

Detrectantes decimas & primitias soluere, excom.

De hora celebrationis Missarum.

a lib. 9. cōf. c. 7.
b lib. 2. c. 8.

Ac primum, quoad publicas pertinet functiones. Damasus in primis eius opera vsus est in conscribendis Epistolis ad diuersas consultationes, ex diuersis Ecclesiarum Concilijs, ad ipsum Romam perlatas. Hieronymus Epist. 11. sed periere hæc omnia. C

Hieron. ab Epistolis Damaso.

Quantæ verò tunc, ob consuetudinem cum Damaso adeo intimam, apud omnes fuerit æstimationis, ipse ad Asellam scribens, testatur, epist. 99. Antequam domum S. Paulæ nossem, totius in me Vrbis studia consonabant, omnium penè iudicio dignus summo Sacerdotio decernebar. Beatæ memoriæ Damasus meus sermo erat; dicebar sanctus, dicebar humilis, & disertus &c. Elucubrasse etiam tum tractationem illam de Osanna, ad Damasum: appendicem ad tractationē de Seraphim: tractatum de filio prodigo: translationem duarum Origenis homiliarum in Cantica Canticorum, credibile est. emendationem quoque quatuor Euangeliorum. Editionum inter se discrepantium; necnon Canones Concordiæ Euangelicæ: sed & Psalterij quoque emendationem Romæ cum esset elaborauit, adq; 72. translationem accomodauit, sed cursim factam, eandem iterum maiori diligentia examinandam subiecit incudi. D

Quanti Romæ fieret Hieron.

Romæ quoque eum esset, confutauit Heluidium hostem Virginitatis, illisque matrimonium æquantem, & eo impietatis prolapsum, vt perpetuam virginitatem B. Marię negaret, epist. 50. ad Pammachium. Tractationem item illam ad Eustochium de Custodia Virginitatis epist. 22.

Romæ confutat Heluid.

De custodia virginitatis.

Insuper Iouinianum hæreticum expugnauit. Hic, cum Collegis impietatis, aliquamdiù Mediolani Monachus, vixit in Monasterio sub S. Ambrosio, de quibus S. Ambrosius, epist. ad Vercellenses numero 82. *Fuerunt nobiscum, sed non fuerunt ex nobis, &c. primo ieiunabant, intra Monasterium continebantur, nullus erat luxuriæ locus, interdicta ludibriosæ disputationis licentia. Hoc delicati nō potuerunt ferre, abierunt: deinde volentes redire, non sunt recepti, pleraque enim audierant, quæ deberent cauere: monueram, nihil profeceram. Efferuescētes itaque disseminare talia cœperunt, quibus incentores essent vitiorum omnium*, &c. E

Item Iouinianum hæreticos.

De Iouin. Ambros. & Hier. quid.

Et S. Hieronimus. *Cum Monachum esse se iactitet, & post sordidam tunicam, & nudos pedes, & cibarium panem, & aquæ potum, ad candidam vestem, & nitidam cutem, &c. se conferat, manifestum est, quòd terram cœlo, vitia virtutibus, ventrem præferat Christo*, &c. Dogmata eius sic describit: *Dicit Virgines, Viduas, & Maritatas, quæ semel in Christo Lotæ sunt, si non discrepent cæteris operibus, eiusdem esse meriti.*

Ni-

A *Nititur approbare eos, qui plena fide in baptismate renati sunt, a Diabolo non posse subuerti.*

Tertium proponit, inter abstinentiam ciborum, & cum gratiarum actione perceptionem eorum, nullam esse distantiam. Quartum quod & extremum est, esse omnium, qui suum baptisma seruauerint, vnã in regno cœlorum remunerationem. Sed longius progressus, Deiparam Mariam desijsse Virginem esse, cum Christum peperit, affirmauit: & cum Manichæis negauit filium Dei veram carnem suscepisse, vt S. Ambrosius tradit, eadem de Iouiniani hæresi Aug. cap. 82. de hæresibus, quam addit, cito extinctam fuisse, neque sacerdotum aliquem decipere valuisse.

Elaboratus item per hoc tempus creditur liber aduersus Luciferianos. Idem Hier. epist. 16. ad Principiam Virginem, Marcellæ nobilissimæ fœminæ, filiam, de se, hoc tẽpore. *Romam*, inquit, *cum venissem, & verecunde nobilium feminarum oculos declinarem: ita egit* (Marcella scilicet) *secundum Apostolum, importunè, opportunè, vt pudorem meum sua superaret industria. Et alicuius tunc nominis esse existimabar super studio scripturarum, numquam conuenit, quin de scripturis aliquid interrogaret, nec vt statim acquiesceret, sed moueret econtrario quæstiones, non vt contenderet, sed vt quærendo, disceret earum solutiones, quas opponi posse intelligebat*, &c. — Hier. cõtra Lucif. quando scripserit. Hieron. frequentatur a nobilib. feminis, studij scripturarũ causa.

B

Eadem Marcella etiam absentem Hieronymum litteris, de his, quæ scire vellet, cõpellabat, epist. 147. Docuit eam inter alia plurima, decẽ voces, quibus apud Hebręos, Dei nomen appellatur, epist. 136. Explicauit eidem dictiones hebraicas, Alleluia, Maranatha, necnon Diapsalma (ep. 137. & 138.) & tractatum de blasphemia in Spiritum sanctum (ep. 147.) disseruit & de alijs quæstionibus ep. 148. — De decem Dei noĩbus apud Hebr. De alleluia Maranatha Diapsalma.

C Sed quæ doctrinam Hieronymi consecuta est, quomodo vitæ quoque imitata sit institutum, quod & propagauit in alias, idem tradit, his verbis epist. 16. *Suburbanus ager nobis pro Monasterio fuit, & rus electum pro solitudine, multo ita vixistis tempore, ut ex imitatione uestri, & conuersione multarum, gauderemus Romam factam Ierosolymam: crebra Virginum Monasteria, Monacharum innumerabilis multitudo, vt pro frequentia seruientium Deo, quod prius ignominiæ fuerat, esset posteà gloriæ.*

Sed & Albina, Marcellæ mater, discendi cupidissima, S. Hieronymum frequentauit, de qua ipse in præfat. in epist. ad Galat. *Certè cum Romæ essem, nunquam tam festina me uidit, ut non de scripturis aliquid interrogaret*, &c.

Cæterum, inter alias nobiles matronas, feminas Consulares, S. Paula, maiori pietatis studio erga Hieronymum propensior fuit, quæ tametsi tardius ipsum cognouerat, plus tamen cæteris, eius eruditione profecit, neque solum ipsa, sed & filiæ atque cognati, eius vsu, perfectissimi redditi sunt Christiani, & domus eius velut in Ecclesiam commutata, epist. 99. & de eius nobilissimo genere ep. 26. & 27. Hæc ex viro Toxotio quinque suscepit liberos, hoc ordine, Blesillam, Paulinam, Eustochium, Rufinam, Toxotium, in quibus singulis præstat videre quid Hieronymus profecerit. — De Paula Roman. nobilissima. Paulæ filii Blesilla. Paulina. Eustochiũ. Rufina. Toxotium.

D

Toxotius duxit vxorem Lętam, Albini filiam, Ethnici hominis, & Gentilitię superstitionis Pontificis, quorum coniugum pia conuersatione, Albinus Pontifex, Christianæ Religionis hostis implacabilis, admirante præ miraculo, Vrbe, Christianus est factus, epist. num. 7. Ex illis genita est Paula Iunior, quam ipsa mater Læta sanctissima femina, cupida despondere Virginem Christo, ab eodem Sancto Hieronymo petijt, & accepit, de institutione eiusdem filiæ epistolam (quæ est septima) parænetricam; ex qua tantum profecit, vt ætate aucta, ad auiam Paulam Ierosolymam nauigarit, ibique cum Sancta Eustochio in sancta Deo dicata, Virginitate, consenuerit. — Virginis Institutio.

E

Blæsilla tantæ virtutis fuit, vt viginti annorum vidua a viro relicta, quo cum mensibus tantum septem vixerat, magis, (inquit Hieronymus epist. 25.) ipsam deploraue rit amissam Virginitatem, quam mariti obitu doluerit, de qua idem ad Eustochium (epist. 116.) *Memini*, inquit, *me antè hoc quinquennium, cum adhuc Romæ essem, & Ecclesiastem Sanctæ Blæsillæ legerem, ut eam ad contemptum mundi huius prouocarem, & omne quod in mundo est, putaret esse pro nihilo, rogatum ab ea, ut in morem commentarioli obscura quæque dissererem, ut absque me posset intelligere quæ legebat. Itaque quoniam in procinctu nostri operis subita morte subtracta est*, &c. Doctam eam

Græcè, Latinè, Hebraicè, idem asserit epist. 25. in consolatione de obitu eius, ad Paulam matrem. A

De Paulinæ dormitione extat Sācti Hieronymi epistola ad Pammachium virum, consobrinum Sanctæ Marcellæ.

Rufina nupta viro clarissimo Aletio, immaturo funere (inquit Hierony. epist. 27.) pium matris animū consternauit. eius præclaras virtutes sanctus Paulinus Nolanus Episcopus scripsit, in consolatione obitus eius ad Aletium virum ipsius, epistola numero 31.

De Eustochio verò minores sunt omnes laudes, sancto proposito, quod suscepit, & vitæ instituto, quod arripuit, quas maioribus in dies virtutum incrementis adauxit, ac tandē feliciter consummauit, de qua ad Pammachium Hieron. epist. 28. Quid nam verò terribile acciderit Prætextatæ nobilissimæ feminæ, quæ iubente viro Hymetio, Virginis patruo, habitum eius, cultumque mutauit, idem narrat, S. Hieron. epist. 7. B

Expositio Psal. 118. & 126. & Hebraici Alphabeti.

Porrò Romæ cum esset idem sanctus Hieronymus, hoc tempore eidem sanctæ Paulæ explicuit psalmum 118. & 126. nec non Hebraicum Alphabetum, quæ extant.

Inter alias etiam studiosas Hieronymi Romæ agentis, fuere Felicitas, Asella, & Lea clarissimo genere, & æquè sanctissimæ feminæ, quarum idem meminit in epist. ad Asellam 99. quæ, quam insigni enituerit sanctitate, ipse Hieronymus in epistola ad Marcellam num. 15. declarat.

Accidit autem, vt cum sanctus Hieronymus Romæ docens explicaret Psal. 72. præsente inter alias, sancta Marcella, de sanctæ Leæ Viduæ, Virginum Præfectæ Monasterio, morte, nuntius afferretur, quo item tempore mori contigerat Prætextatum iam Consulem designatum, Deorum cultorem, & Christianæ Religionis contemptorem ad quem plures extant Symmachi epistolæ, & Macrobius eundem Vettium Prætextatum sacrorum omnium Præsulem nominat, quem & in suis Saturnalibus interloquentem inducit. De vtriusque igitur obitu antithesim, memoria, dignam, extare voluit, scripta ea de re epistola ad Marcellam numero est 24. C

Io. Chryso. aduersus Gentil. Contra Iudæos. De Anathemate.

Hoc item anno, qui numeratur 20. a conflagratione templi Apollinis Daphnitici apud Antiochiam, S. Ioannes Chrysostom. vt ipse testatur, aduersus Gentiles, disertissimum Commētarium elaborauit, & eodem anno quinque illas nobilissimas orationes aduersus Iudæos elucubrauit. Significat hoc ipse in earum secunda. Insuper, & eodem itidem anno aduersus Anomæos hæreticos, de incomprehensibili Dei natura, quinque homilijs, eruditè, copioseq; tractauit, quod ex earum item secunda colligitur. Eodem hoc ipso anno sermonem illum habuit de Anathemate, perperam ab aliquo inscriptum. Quod neque viui, neque mortui anathemate plectendi sint; quem sic exordiens, *Nuper ad uos, de incomprehensibili cognitione Dei differens*, &c. tempus non obscurè demonstrat. In quo quædam sunt, quæ hæretici non intelligentes, colligunt, ius non esse Episcopis excommunicandi, nec omnino licere excommunicare, cuius contrarium innumeris ipse asserit locis. Notanda maximè illa eius sunt verba, in ipso penè sermonis exordio. En specto viros, qui nullum ex sacris literis germanum sensum, imò nihil omnino sacrarum literarum tenent, & (vt pleraque transeam, nam erubesco dicere) furibundos, nugaces, contentiosos, qui neque sciunt, quæ dicunt, neque de quibus affirmant: in hoc vno tantùm audaces, quòd dogmata statuunt, & anathema declarant ea, quæ maximè ignorant. in hos igitur partis Flauiani, ad quos ipse loquebatur, pro eo absente Constantinopoli, exasperatos in Paulinum, & eius cōmunionis homines, cui in Concilio Romano erat adiudicata Sedes Antiochena, & in eosdem odio percitos, inclamantes anathema, quod quid significaret, ne intelligeret quidem: in hos inquam est tota illa de non inferendo anathemate, exaggeratio. Hæc omnia Chrysostomus, cum Diaconus esset, ordinatus a Meletio, paulò ante quàm Cōstantinopolim proficisceretur, cum 28. esset annorum, ad populum perorauit. Sed reliquā eius anteactā ętatē retexamus. Ex rhetoricis scholis egressus, versatus est in foro, tanta felicitate, quāta colligitur ex litteris Libanij, recitatis ab Isidoro Pelusiota lib. 2. ep. 42. quibus summè extollit orationē eius, in laudem, vt credibile est, Valentiniani senioris, & filiorum, ab eo, anno vigesimo primo ætatis elucubratam, quæ non extat; D E

Imperiti male colligunt ex Chrysost. non licere episcopis excōmunicare

Chrysost. versatur in foro.

21. ætat. anno laudat Valentin.

sed

A sed ex aureis illis de Sacerdotio Dialogis, quos sequẽti anno elaborauit, cum iam ad Episcopatum ascito Basilio, amico charissimo, ipse ne teneretur, fuga sibi cõsuluit, & è foro (vt ibidem testatur) in solitudinem, exculturus Monasticam uitam se contulit, colligi potest.

à foro Monasteriũ petit.

Basilium verò socium Chrysostomi non fuisse celebrem illum Cæsariensem, plurima sunt, quæ conuincant, sed non ideò facilè est asserere, quis fuerit: fuisse tamen doctrina, & moribus valdè conspicuum, nec adeo Chrysostomo imparem, ex eo potest intelligi, quòd vterque vix egressus limen adolescentiæ, quæsitus fuerit ad Episcopatum, tentusque ille, cum Chrysostomus fugam arripiens, in sui excusationem commentarium illum tam celebrem de Sacerdotio, elaborauit, de quo vide quid Isid. Pelus. lib. 2. epist. 156. scribat ad Eustachium. Quamdiù autem commoratus sit Chrysostomus B in Eremo, non planè constat, nam alij quatuor, alij sex annos affirmant. Collegas habuit in Eremo Syriæ Maximum, qui posteà Episcopus fuit Seleuciæ, vnà cum Theodoro illo posteà Mopsuestiæ Episcopo, qui a Monachatu excidit & a fide. Socrat. 6. c. 2. ad quem scribens Chrysostomus, insigniores alios recenset Valerium, Florentium, & Porphyrium. Agit porrò in Eremo sub cura Diodori, & Carthesij Abbatum, vt Socrat. tradit, & Theodorum in ea regione habitasse etiam Theodoretus affirmat, in Philoth. c. 3.

Basil. nõ ille Cæsariẽs. iã defunctus, sed tñ per q̃ doctus, eius sodalis.

Scribit de Sacerdotio.

In Eremo ad Theodorum collegam, ignauum desertorem, insignem edidit Commẽtarium, quo eum ad Eremum reuocaret; & reuocatum tradit Hesychius Ierosolymitanus in Act. 5. V. Synodi: sed iterum lapsum atque deteriorem redditum, pessimum hæreticorum omnium euasisse, vt esse solent omnes, qui semel exciderunt è Monachis- C mo, qui soleant pro defensione, hæresis patrocinium suscipere.

Ex Eremo scribit ad Theodorũ, & reuocat ad Monast.

Elaborauit tunc pariter duos illos de Compunctione Cordis libros, ex cuius secũdo colligitur, quàm arctum vitæ genus delegerit, qui crimini sibi tribuit delicias vel cogitasse. *Quid ais, ò homo, quid loqueris? Arctam viam, & angustam iussus es ambulare: vt quid de requie? ut quid de abundantia percontaris? Per angustam ianuam transire iussus es, quid amplos sequeris ingressus? est aliquid ista peruersitate nequius? est aliquid ista peruersitate deterius? Verùm ne existimes, me hæc dicentem alios incusare; iam nunc tibi de me, de me ipso, inquam, narrabo. Etenim cum sedisset in animo meo quondam, relicta vrbe, transire ad habitacula Monachorum: Ego scio, quam solicitè perscrutabar, vnde nobis in illis locis, quæ necessaria sunt corpori, præberentur, &, si possibile esset, & recentis, & diurni panis habere quotidie copiam: sed & illud non segniter requi-* D *rebam, ne forte eodem oleo olla, & lucerna esset aptanda, si non leguminis, grauis, & solitarius cibus sumi iuberetur: sed & ne operis aliquis grauis esset exactor, ne fortè fodere terram cogerer, aut ligna deferre, aut aquam humeris portare, uel cætera huiusmodi exhibere ministeria. ita omni solicitudine, pro requie corporis percontabar*, &c.

In Eremo scrib. lib. de Compunct.

Tres item tum edidit de prouidentia libros, magna admiratione habitos, sed & aduersus vituperatores vitæ Monasticæ nobile opus, tribus libris distinctum, magnoperè admiratus, non inter Gentiles tantùm, sed inter Christianos aliquos adeò infelices reperiri, qui tam sublimi detraherent philosophiæ, homines planè, quorum Deus venter esset, & gloria in confusione, terrena tantummodò sapientes. De Virginitate quoque tum elaborasse tractatum, complures affirmant, vt Socr. [a] & Niceph. [b] & alij.

Itẽ tres de prouidẽtia. Tres quoq; cõtra vituperatores uitæ Monasticæ.

Sed & alias inde epistolas idem Chrysostomus dedisse putatur, quæ non extãt. Redditum verò ipsum fuisse patriæ, ob graues contractas ex duro viuendi genere ægritu- E dines, moxque ibi ordinatum esse Lectorem a Zenone episcopo (Vicariam fortè præfecturam agente, absente Meletio) auctor est Socr. hactenus de Chrysostomo.

Scrib. de virginitate.

a lib. 6. c. 3.
b lib. 13. c. 2.

Theodosius hoc anno concessit Gentilibus adire Basilicas negotiorum causa, ita tamen vt omnino a sacrificijs abstinerent. [c]

c l. 8. de Pag. C. Theod.

Item aduersus Manichæos, clandestinos conuentus agentes, sanxerunt, punientes illos varijs pœnis, & iubentes omni solicitudine peruestigari, &c. [d]

d l. 9. d̃ her C. Theod.

Quo pariter anno aduersus validos mendicantes est promulgatum edictum. effusa namque largitas Christianorum semper quidem (vt est apud Hieron. ep. 26. & Paulinum ep. 31. ad Aletium) maximè tamen in obitu carorum (vt est apud Orig. lib. 3. in Iob.)

Imppp. sanciũt aduersus ualidos mendicãtes.

a l.9. de Valid. med. C. Theodos.

Iob.) alliciebat etiam validos ad mendicandum.[a] Cæterùm locus mendicantium præ foribus esse solebat ecclesiarum, in porticibus atrij, vt colligitur ex Nazianz. oration. de amore paup. & Chrysost. hom. 28. ad pop. Antiochenum. A

Christi Ann. 383. *Damasi Pap.* 17. *Gratiani* 17. *Valentin.* 8. *Theodosii* 5. *Imppp.* *Merobaude, iterũ & Saturnino* *Coss.*

MAximus Dux exercitus, in Britannia tyrannidem arripiens, acclamatus a militibus Imperator, trãsmittens exercitum in Gallias, ab infensis Gratiano legionibus exceptus, Imperium sibi corroborat, Throno Imperij Treuiris collocato. Vict. in Gratiano. Zosimus lib. 4. Gildas de excid. Britann. B

Gratianus Britannicis copijs, & Gallicis destitutus, & ijs, quas haberet diffisus, Hunnos sibi concilians, in Gallias eos vocat, aduersus Maximum, quorum alios classe voluit infestare Britanniam, ad auertendum Maximum; alios verò Alanis coniũctos, in Galliam penetrare iussit.

Historia vndecim milliũ Virginũ Vrsula Duce.

Inter hæc autem cum Maximus transiens in Gallias, cum Britannis, Armoricos è sedibus eiecisset, atque vberem, sed habitatoribus vacuam regionem ijsdem Britannis militibus tribuisset, quo nouam Coloniam in posteros propagaret; Connani Britanni Reguli, quem Britannorum Ducem habebat in exercitu, consilio, è Britannia nouis Colonis, Virgines singulis militibus fœderandas, missa legatione ad Cornubię, in Britannia Regem, expetijt, quas concedere visum est. Duabus igitur legionibus Britannicis, pro numero militum, totidem delectæ sunt Virgines, omnes numero vndecim mille, quarum Principem locum tenebat Vrsula Regis Cornubiæ, nomine Dionori, filia, desponsa Connano Duci exercitus Britannici. Cunctæ Londini collectæ, impositæque, inuitæ nauigijs. dumque nautæ soluunt Armoricorum regionem uersus, a sæua procella impelluntur ad Germanicum littus, vbi dum essent Melga, Pictorum, & Gaunus Hunnorum Piratæ, qui pro Gratiano aduersus Maximum, mare illud incursabãt, eas nacti, in ipsas irruentes, vt hostium fęminas, sæuitia pugnarunt, atque libidine. sed cum hortante Vrsula, mortem pati potius delegissent, quàm virginei pudoris ferre dispendium, barbarico illi in eas incensi furore, quod properarẽt alio, nec esset ocium eas demulcere blanditijs, in ipsas armis, vt in hostes, insiliunt, trucidantque singulas; quas duplici auctas corona, martyrij scilicet, atque Virginitatis cœlum excepit. Hæc ex antiquis monumentes rerum Britanniæ se excepisse Gaufredus episcopus Asaphensis, in suo de rebus Britannicis commentario, tradit, qui extat manuscriptus in Bibliotheca Vaticana. C D

Gentilicia supstitio uarie a Gratiano minuit.

Hoc anno res Gentilium mirum in modum collapsæ sunt, demptis enim sumptibus sacrificiorum, ac stipendijs sacerdotum, illud etiam superadditum est, vt Gratianus nomen respuerit summi Pontificis, quod hactenus more maiorum, absque labe tamen ipsorum sacrorum, Christiani Imperatores ob summam potestatis amplitudinem, retinuerãt. Sed & Vrbis Præfecto de rebus ad gentiliciam superstitionem pertinentibus (quod Pontificium erat) auctoritatem tribuit iudicandi, quod ex Symmachi epistolis (lib. 5. cap. 11.) colligi potest. Præterea verò Gracchus Præfecturam gerens, siue Prætorij, (vt plura Rescripta indicant) siue Vrbanam (vt Hieronymus ad Lætam) candidatus Christianæ Religionis, in deijciendis Idolis egregiam nauauit operam, Hieron. ep. 7. Id quidem, quàm infenso animo Gentiles Senatores tulerint, exitus declarauit, siquidem secretò studere cœperunt Maximo Tyranno, aduersus Gratianum, qui quidẽ Maximus, quantumuis esset Christianus, vxoremque maximè piam haberet, cæca tamen regnandi cupiditate ductus, Gentiles Senatores, malè erga Gratianum affectos, spe feliciorum euentuum delinitos, ad se attrahere studuit. Zosimus lib. 4. E

b li. 5. c. 11.
c li. 7. c. 13.

Hoc eodem anno mense Augusto, *Gratianus* (inquit Hieronymus ep. 3.) *ab exercitu suo proditus, & ab obuijs Vrbibus non receptus, ludibrio hosti fuit: cruentaque manus, uestigia, parietes tui Lugdune testantur.* res paulò diuersè à Socrate[b] Sozom.[c] Zosi-

mo

A mo [a] describitur. Occiditur anno ętatis 28. potius quã 38. vt habet Victor,[b] fortè mẽdosè, Imperij 16. vno die amplius.

[a] li. 4.
[b] li. 2. c. 13.

Gratianus prædicatur ab Ambrosio, oratione in obitu Valtiniani; a Rufino & Auson. in gratiarum actione, pro suo Consulatu, vt laudatissimus Princeps, pietate & religione præstans, & alijs præclaris corporis, & animi dotibus ornatus. Ammianus tamen impudentius, vt parum æquus Christianis Principibus, eum in Commodi studia deflexisse tradit. *Gratianus laudatus Imperator.*

Maximus in Gratiani in Gallia studiosos conuersus, Merobaudem Consulem interficit, Balionem Comitem, metu cruciamentorum ad mortem sibi inferendam adigit. Pacatus in Panegyrico. Ambros. epi. 27. Sed Merobaudem iniustè Prosper in Chron. infamat de proditione Gratiani; nam Pacatus virum de fide syncera erga ipsum Imperatorem plurimum laudat. B

Maximus Theodosium Imperatorem per Legatos explorat, velit ne adsciscere in socium Imperij, an secum bello decernere. Ille autem temporis rationem ducens, bona spe aluit Tyrannum, ne eodem furore, quo cœperat, irrueret in Valentinianũ imbellẽ adolescentem, & totum sibi Occidentale Imperium vindicaret.

S. Ambrosius audita Gratiani nece, & irruptionem Maximi in Italiam pertimescens, apud Deum, pacis sequester accessit, & obtinuit tandem, quod enixis precibus efflagitauit, sed dispendio carissimæ rei, nempe obitu amantissimi fratris Satyri, oratione in funere fratris, in qua, ob eius prosperum commeatũ ex Africa in Italiã S. Marcellinam sororem votum nuncupasse S. Laurentio, idem affirmat: cum ille, planè miraculo, è maris tempestate facto naufragio, liber euasit, sacram Eucharistiam, sudario obuolutam, pro salute viaticum secum deferens. *Satyri Ambros. fratris obitus.* C

De sepultura autem Satyri fratris, Dungalus nobilis suorum temporum scriptor, in Commentario contra Claudium Taurinẽsem Episcopum, ad Ludouicum Pium, & Clotarium filium Impp. his verbis meminit. Idcircò, vt arbitror, Ambrosius suũ fratrem, quem nimium dilexerat, iuxta Sanctum Martyrem Victorem sepeliuit, de quo tres libros edidit egregios, Vnum de eius planctu, alteros duos consolatorios de Resurrectione, & Paradiso; cuius epitaphium hoc dictauit tetrastico.

Vrannio Satyro supremum frater honorem
Martyris ad læuam, detulit Ambrosius.
Hæc meriti merces, vt sacri sanguinis humor
Finitimas penetrans adluat exuuias.

D Quod quanti fecerit ipse Ambros. ex eo intelliges, ꝙ ipse etiam voluit Sepeliri in Ambrosiana Basilica a se erecta, in quam transtulerat corpora SS. MM. Geruasij atque Protasij. Porrò id ex maiorum instituto usurpatum, idem affirmat, siue is sit Maximus Taurinensis auctor serm. 77. apud Ambros. de qua re Augustinus hortatu Paulini librum edidit, de cura agenda pro mortuis. Marcellina quoque soror, sacra Virgo, Roma transferri corpus suum voluit Mediolanum, & apud SS. Fratres condi, epitaphiũ Mar Marcellinæ, ex Cod. Vitarum Sanctorum Biblioth. Basilicæ S. Petri, lit. C. pag. 147.

Hoc eodem anno, vrgente licet Maximi Tyrannide, antè obitum Gratiani, mense Maij, ijsdem Coss. datum reperitur Rescriptum Patauij ad Hippatium PP. aduersus Apostatas, & hæreticos, ex quo intelligas optimam Gratiani, atque piam mentem: licèt aliquando non pie decrèuerit, deceptus fraude Macedonij Magistri Officiorũ, quorum tamen ministrorum non rectè facta præstare ipsi tenentur Principes. Ad res Orientales transeamus. E

Hoc eodem anno sub ijsdem Coss. 14. Kal. Febr. Theodosius Imp. Arcadium filium, octauum agentem annum, Augustum pronunciat. Socrat. Sozom. Marcellin. alij.

Iam anteà Theodos. à Gratiano expetierat egregium aliquem pietate virum, qui filium institueret, at is scripserat de ea re ad Damasum Pontificem, qui illi miserat Arsenium Romanæ Ecclesiæ Diaconum, insigni pietate, & eruditione. Cui Theodosius. *Posthac tu magis Pater eius, quàm ego.* quem cum aliquando stantem docentem, Arcadium verò auditorem sedentem conspexisset, increpuit, & Arcadium astare, il- *Arsenius magister Archad. A.*

lum

lum verò sedere voluit. Hæc pluribus in Arsenij vita, apud Surium 19. Iulij, in qua illud non verè de duobus Theodosij filijs tunc quidem, nam Honorius anno sequenti natus est. Contigit autem postea, vt cum Arcadius ab Arsenio verberatus, necem illi inferre meditaretur, ille diuino monitu, profugiens ab Aula in Eremum, vixerit, toto orbe sanctitate conspicuus. Porrò quàm piè sanctèq; Theodosius Imperator filios instituendos curauerit, argumento sunt, quæ de ipsorum consobrino Nebridio scribit Hieron. epist. 9. A

Concilium Constantinopolitanum.

EOdem quoque anno mense Iunij (vt auctores sunt Socr. & Sozom.) celebratur Synodus Constantinopoli, à Theodosio conuocata, ad dirimendas in Ecclesia concitatas, ob diuersas hæreses, vbique discordias, de qua Greg. Nazianz. scribit ad Posthumianum PP. (vt plura Rescripta indicant) & ad Saturninum Consulem, hortans eos, vt ad pacem Episcopos adigant Epistola num. 71. & 72. B

Nouatianorum iactantia.

Quæ in hac Synodo acta, consilio & opera Nouatianorum, Nouatiani ipse Socr. & Sozom. referunt, vt domesticorum testium, suspecta esse debent, atque adeo falsa, & mendacia haberi. Est ne credibile omissos fuisse eximios illos, & doctissimos Episcopos Greg. Nyssenum, Amphilochium, Theodorum Tarsensem, & alios, & in consiliũ adhibitos Agelium decrepitum senem, & Sisinnium iuuenem, Nouatianos?

Theodosius præcipuos cuiusque hæresis ad Synodum coegit, vt omnes ad vnam fidem redigeret, beneuolentia prouocans, & beneficijs sibi deuincire studens, vt Orthodoxi nonnihil commoti sint, veriti, ne eorum astutia abduceretur in hæresim. Quamobrem Amphilochius tum factis, tum dictis redarguit Imperatorem, rem narrat Theodoretus.[a] C

a lib. 5. c. 16

Sed in ea Synodo nihil perfectum, Rescripta indicant, post eam edita, aduersus hæreticos ad Posthumianum PP. mense Iulio, & Augusto.[b] in quibus conuentus agere, ordinationes habere, aut aliud quid, quod Catholicæ sanctitati officere possit, exercere vetantur.

b L. 11. & 12. de hære. C. Theod.

Saccophori hęretici, ijdē Euchaitę & Massaliani.

Saccophori, inter alios, quod saccis induerentur, clandestinè conuenire conati, ab Episcopis diuersis in locis peruestigati, detecti, & eiecti sunt, incensis eorum, non tantum Monasterijs, quàm speluncis. Inter alios Episcopos, Flauianus Antiochenus astu quodam ab vno eorum venenum hęresis elicuit: baptismum nihil prodesse; per orationem Dæmonem expelli, & Spiritum Sanctum deinceps accedere, suamque præsentiã tum sensibus, tum visui ostendere, &c. Hi quoque Massaliani, & Euchaitæ dicti sunt, & è Syria eiecti, in Pamphiliamque profecti, eam sua lue infecerunt. Contra eosdem congregatam esse his temporibus Synodum Sydæ in Pamphilia, cui præsederit Amphilochius Iconij, cum 25. Episcopis, habet Photius in sua Bibliotheca. in qua est Synodica ad Flauianum Antiochenum Episcopum, qui ea de causa aliam Synodum habuit. In eo Concilio, (inquit Photius) Adelphius, licet pœnitentiam polliceretur, nō est admissus, quamuis hæresim detestari videretur. quoniam non ex corde pœnitentia & renunciatio facta esset. plura ibi Photius. de ijsdem, Epiphan. hęres. 80. & Theodoret. 4. cap. 10. in eo lapsus, quod ad tempora Valentiniani, atque Valentis ea refert. D

Synodus Sidæ in Pamphilia.

Aug. Romam uenit.

Hoc ipso anno Romam se contulit Carthagine Aug. 29. ætatis annum agens, & hæresis nonum, cum conuento Carthagine Fausto Manichæo, suis dubitationibus ab eo non satisfieri expertus esset. Vide 5. Confess. cap. 7. & 8. Romæ agit quidem cum Manichæis, sed in dies frigidius illi illa hæresis sapit. Docet Rhetoricam domi vsque ad sequentem annum. E

Pauperes Vrbe pulsi ob ingentē penuriam.

Hoc anno Vrbs, & Italia magna fame laborauit, ob quam penuriam pauperes Vrbe pulsos deplorat S. Ambr. in lib. Off. & Symmachus de eadem eiect. ep. 7. lib. 2.[c]

c lib. 3. c. 7.

A

Christi Annus 384. *Damasi Pap. 18.* *Valentin. 9. & Theod. 6. Impp.* *Ricimere, & Clearcho Coss.*

SYmmachus Præfectus Vrbis abusus legatione Senatus, ob paucos Gentiles Senatores; & ætate Valentiniani, & conditione temporum, cum Maximus impenderet, libellum misit ad Valentinianum Imp. pro restituendo damnato legibus Gratiani, Deorum cultu, speciatim verò, vt concedat reparari Aram Victoriæ in Capitolio; reddi quoque Vestalibus stipendium, & templorum ministris, vtque in posterum liberum esset cuique, quod vellet Deorum Sacerdotibus testamento relinquere; extat ipse titulo Relationis Symmachi V. P. Symmachi legatio de restituendo Deorũ cultu.

B Hæc præsentiscens Sanctus Ambrosius, festinus occurrit, & fortiter intercessit, litteris ad Valentinianum datis, ordine 30. epist. & petitionis libellum contrarijs scriptis ita redarguit, & confutauit, vt causa Ambrosio planè adiudicata fuerit. S. Ambros. consiliũ disijcit.

Sed & Aurelius Prudentius Vir Consularis, post, tempore Honorij, aduersus eandem Relationem Symmachi egregium poema conscripsit.

Hoc item anno, Accusationis libellus aduersus Symmachum ad Impp. allatus est: de Christianis ab eo ab Ecclesijs auulsis, ijsque & Episcopis, è vicinis ciuitatibus in vincula coniectis, qui quidem ab aliquo schismatico delatus videri potest, quod secundum leges illis obstitisset. Sed iussus vinctos dimittere, & ipse durius increpitus, egregiè se apud Impp. purgauit ep. 34. lib. 10. in qua, inter cætera, *Respondeant litteris Damasi*, inquit, *in quibus assectatores eiusdem religionis negauit vllam contumeliam*
C *pertulisse.* & paulò post. *Sanè laudabili uiro Episcopo denegante vllum è suis aut carcere, aut vinculis attineri, & officio eadem suggerente, ignoro, quos potissimum præceperitis absolui.*

Hinc intelligitur ad hunc vsque annum Præfecturæ Symmachi, Damasum fuisse superstitem, & Marcellinum Comitem errore lapsum, dum antè biennium eius obitum ponit. Obijt uerò ille hoc anno, 3. Idus Decembris: cum sedisset vsque ad annum 18. inchoatum, per menses 3. minus d. 4. quo die Natalis eius inter sanctos adscriptus est, quem iam propè octogenarium decessisse auctor est Sanctus Hieronymus. Succedit Siricius. DamasiPP. obitus.

Extant Acta Damasi in Ecclesia olim recitari solita MS. in Vaticana Bibliotheca, & alijs Ecclesijs. In quibus hæc ad finem leguntur. Vt plura pręteream, ea nullo modo
D reticebo, quæ Petrus Sedis Apostolicæ Diaconus in sermone quem in honorem B. Damasi edidit, in eiusdem titulo contigisse commemorat. ait, itaque, fratribus pręfati tituli. *Iam crebra, fratres, uidistis hic Dæmonia effugata, febricitantium corpora sanata*; & alia plurima pergit recensere miracula. post verò subdit. *Hæc autem miracula alij B. Laurentio Martyri, alij B. Damaso deputant confessori nos autem in miraculis non diuidimus, quos una patria genuit, una Ecclesia* (nempè Romana) *promouit, una Basilica colit in terris, unus Dominus honorat in cœlis.* hæc auctor. Viuens quoque ijsdem a Deo insignitus est, quorum unum perinsigne extat in illis Actis, de cæco ab eo implorante uisum, per signum crucis, cum his uerbis. Fides tua te saluum faciat, diuinitus illuminato.

Nec modò inter Sanctos miraculis claros adnumeratur, sed & inter scriptores Ec-
E clesiasticos a Sancto Hieron. recensetur, qui multa metro ediderit, & plures de Virginitate libros scripserit, tum carmine, tum soluta oratione. Quæ verò fertur nomine Damasi breuiter texta series Vitarum Rom. Pont. alterius potius est, quàm ipsius.

Quæ autem de eodem Damaso, in ipso libro de Rom. Pont. scribuntur, (pręter non nulla mendacia) hæc sunt. Duas Basilicas ipsum exædificasse, alteram ad Theatrum Pompei: Via Ardeatina alteram, exornasseque locum ad Catacumbas, ubi aliquando iacuerant corpora Apostolorum, struxisseque ibi Platoniam (idest parietes marmoreis tabulis incrustasse, vel placaton, ut habent MS. idest pauimentum tabellis marmoreis uarijs figuris decore strauisse) & Epitaphium conscripsisse.

In

In eisdem Actis Damasi habetur, ab eo absolutam Ecclesiam SS. VV. & MM. Rufinę; & Secundę in Silua candida. Quæsisse insuper corpora SS. MM. & inuenta eorum sepulchra uersibus illustrasse. Narrantur ibidem dona ab eodem collata Basilicæ Sancti Laurentij, quam erexit in titulum. In Basilica uerò Vaticana fontem baptismatis extruxisse, epigramma ex codice peruetusto exscriptum indicat, de quo & Prudẽtius, de Passionib. SS. Petri & Pauli, ad quem baptismi fontem sabbato Paschalis festiuitatis concurrentibus multis, in ipsa compressione, puerulus è manu gestantis delapsus, ad imaque fontis delatus, ab omnibusque deploratus ut mortuus; post horam, Damaso, pro ipso orante, fixis in cœlum oculis, eiusdem iussu, ex profundo aquarum uix eductus, uiuus, & sanus, ut antea inuentus est. Ex Cod. MS. Vitarum SS. Fons quoque Atrij Basilicæ Vaticanæ, quem egregiè describit Sanctus Paulinus epist. 11. ad Aletium, opus eiusdem Damasi creditur. A

Ritus canẽdi alternis choris psal. in ecclesia, antiquior Damaso.

Quòd uerò in eodem lib. de Rom. Pont. dicitur, eius præcepto institutum, ut die noctuque psalmi in Ecclesia canerentur, falsum est, longè enim id antiquius est, & viguit is mos ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ. Augustin. in Psal. 106. Sed fortasse aliqua potius forma ab eo præscripta est, vel intelligendum de eo, quod scribit Hieronym. in Apolog. aduersus Rufinum, *Psalterium quoque certè emendatissimum, iuxtà 70. interpretes, nostro labore, dudum Roma suscepit.* B

De Alleluia.

De Alleluia, sic B. Gregor. lib. 7. epist. 63. Vt Alleluia hic diceretur, de Ierosolymorum Ecclesia ex B. Hieronymi traditione, tempore Beatæ memoriæ Damasi Papæ traditur tractum, idest, vt caneretur extra tempus Paschale in Missa, vt idem supra declarat. Nam frequentissimum eius uocis vsum fuisse Romæ post hæc tempora, vt etiã in funere cantaretur defunctorum, tradit Hieronym. in epitaphio Fabiolæ, epist. 30. & Sozom. hallucinatur, dum ait [a] in Ecclesia Romana non nisi semel in anno cani solitum, nam Vigilantium hæresiarcham eius institutionis auctorem fuisse, conatumq; esse eam Ierosolymæ introducere, testatur Hieronym. aduersus eundem Vigilantium. C

a li. 7. c. 19.

Ibidem, sepultus dicitur Damasus via Ardeatina, in Basilica sua. 3. Idus Septemb. iuxtà matrem, & germanam, porro inde post translatum in Ecclesiam fuisse S. Laurentij ad Theatrum Pompeij, quæ dicta sunt superius, docent.

Hoc eodem anno S. Augustinus a Symmacho V. P. Mediolanum ad docendam Rhetoricam mittitur, cum ingressus esset annum trigesimum, vbi audiens Ambrosium, oblectabatur magis, quàm proficeret, sed Manichæos deserens, ad Academicos se trãsferre cogitauit, qui de omnibus probabiliter disputant, quem sic affectum, pia mater, ex Africa assectata, inuenit. Ex eius confessionum 5. cap. 13. & 6. cap. 1.

Monica sequitur filiũ ex Africa.

Intereà Monica, femina sanctissima, pro filij salute solicita, assidua erat in Ecclesia: & tunc accidit, vt cũ epulas ferret ad memorias Martyrũ quæ erogari solebant in cibos pauperum, qui in Ecclesiam, in Martyrum natalitijs, ad Agapen conuocabantur: id enim non tantùm in Africa fieri solitum erat, sed Romæ quoque in memoriam defunctorum (vt apparet ex epist. Paulini ad Aletium scripta) argueretur ab Ambrosio, qui correxit id Mediolani: cuius exemplum, docente postea August. Africana Ecclesia secuta est (August. epist. 74.) & Oriens didicit a Laodiceno Concilio. A Monica rogatus aliquando sanctus Ambrosius, de ieiunio Sabbati (Augustin. epist. 118.) sic respondit, vt aliarum consuetudini non detrahens, suam seruaret. Sabbatoque ieiunaret dum Mediolani esset; Romæ autem, dum moraretur, Romanæ seruaret Ecclesiæ consuetudinem, quam summa coluit obseruantia, nam de his aliquando agens, hęc addidit (de Sacramentis 3. cap. 1.) *In omnibus cupio sequi Romanam Ecclesiam*. Confessionum 6. c. 1. & 2. D E

Ambrosij obseruantia erga Rom. Eccl.

Transierat Augustinus ad Platonicos, pręcipue verò ad Academicos philosophos, qui maximæ tum æstimationis cum essent, iactabant Christianos a Platone accepisse de fide sententias, quas Euangelista Ioannes suæ narrationis exordio præforibus exposuisset pro miraculo omnibus contemplandas, cui pesti grassanti occurrit quamprimum S. Ambrosius, aduersus Academicos fortissimè disputans, & erroris coarguens, libris de Sacramentis, siuè de philosophia, quos idem Augustinus magnopere celebrat (4. de doctr. Christ. c. 25. & contra Iulianum Pelag. c. 7. & Retract. 2. c. 4.) & in Africam

S. Ambros. scribit contra Academicos.

A cam reuersus, mitti ad se a S. Paulino petijt. Apud hos dum profitetur, & æque nihil inuenit certi affirmari, æque desperans de veritate apud eos inuenienda, lassus iā, & fluctuans animo, oculos reflectit ad eam, quam despexerat, Christianā Religionem, ipsam attentius contemplatus, num quæ in ea essent, solida firmitate subsisterent. Confess. 6. cap. 11.

Aug. a Manichæis ad Platonicos, denique ad Christianos transiens, cōquiescit.

Quod ad res pertinet Orientis, Theodosius Imperator hæreticos sæpe damnatos, sæpeque pulsos, iterum reuertentes, seque fidelium cœtibus in Ciuitatibus insinuantes, recenti lege proscribit, rescribens hoc anno ad Cynegiū P. P.[a] cuius quidem legis iterum sanciendæ auctor fuit Gregor. Nazianz. qui licet absens, rurique paterno Ariāzi solitariam vitam agens, non potuit tamen obliuisci plantatæ a se vineæ, Ecclesiæ B Constantinopolit. quam cum accepisset, dormitante Nectario Episcopo, ab Hæreticis proculcari, ad ipsum Nectarium, non sine stomacho, litteras dedit. Sed idem quoque ad Eleusium Præfectum sibi familiaritate coniunctum scripsit epist. 74. cum accepisset eum ieiunium ab Ecclesia institutum pretermittere, quem ita redarguit. *Excepi te, etiam tacens, vt silentij quoque sermonem esse intelligas, per calamum se proferentem. Loquar autem, & quæ amicitiæ nostræ, & huiusmodi tempori conueniunt. Legibus iniuriam facis Iudex, qui non ieiunas: Et quomodo leges humanas seruabis, qui diuinas contemnis, ac pro nihilo ducis? Purga tribunal tuum: ne duorum, alterum tibi accidat, vt aut malus fias, aut existimeris. Fœda spectacula proponere, se ipsum traducere est. In summa ò Iudex, futurum scito, vt iudiceris, & minus peccabis. His nihil melius habebam, quod tibi præberem.* Vides, quàm graue piaculum existimauerit S. Gregorius ieiunia lege Ecclesiastica instituta violare.

a l. 13. de hęret. C. Theodos.

Quàm grauiter Greg. Præfectū arguat ieiunia Ecclesiastica violantē.

Cohibuit præterea Imperator hoc anno Iudæos mancipia Christiana habentes, C eaque ad ipsorum superstitionem adducentes.[b]

b l. 5. de cōtrah. empt. C. Theod.

Theodosius augetur filio ex Flacilla coniuge, (vt est in veteri nummo, non Placilla) cui nomen Honorius inditum est. Marcellin. in Chronic. & Socr. 5. cap. 12.

Agelius Nouatianus Episcopus ætate decrepitus, vt qui ab vsque tempore Nicęni Concilij gessit Episcopatum circiter annos 60. moritur. Marcellin. in Chron. succedit ex eiusdem sententia, Marcianus. Socr. 5. cap. 20. Floruit per hoc fermè tempus alius Marcianus sanctissimus Monachus in Syria apud Cyrum Ciuitatem, de quo Theodoret. in Philotheo, cap. 3. celebris memoriæ in Ecclesia 4. Non. Nouemb.

D *Christi Annus 385. Siricij Pap. 1. Valētiniani 10. Theodosii 7. Impp. Arcadio & Bautone Coss.*

Mediolani in ingressu Bautonis, Augustinus pro sua Rhetorica professione panegyricam orationem habuit, de laudibus Imperatoris. Augustin. in Confessionib.[c] & contra Petilianum.[d]

c lib. 6. c. 6.
d li. 3. c. 25.

Idem Augustinus liber a Manichæorum delirijs, & Mathematicorum vanitatibus, totus erat in perscrutandis Academicis quæstionibus, sed ducens vitam peccatis obnoxiam, de finibus bonorum, & malorum disserebat cū collegis Alipio, & Nebridio, adhærens Platoni, non ita pridem latinè verso a Victorino, cui plus æquo se tribuisse, postea fassus est. Cū Ambrosio prolixius agere ob ingruentia illius negotia, cum non posset, diuinitus ad Simplicianum deductus est, eruditum, & sanctum Sacerdotem, a E quo cum multa alia, tum Victorini conuersionem didicit, quam mox animo exarsit ad imitandum: & opportunè a Potitiano Afro vitam Magni Antonij accepit, ex qua duo viri nobiles Agentes in rebus, adeò profecerant, vt relictis sponsis, vitam solitariam delegerint. Atque tunc diuinitus conuersus est Augustinus annos agens ætatis triginta, & vnum, & vindemialium feriarum arrepta occasione, Schola relicta, in amici rus secessit, vbi scripsit tres libros, contra Academicos, (quos & Romaniano amico de se benè merito dicauit) de Vita beata; librū de Ordine, & Soliloquia; quibus, post biennium a conuersione, cum reuersus est Mediolanum, vltimam manum apposuit, Commentariumque elucubrauit de immortalitate animæ, & alium de disciplina, hæc quidem

Aug. scrib. cōtra Acad. & Soliloquia Item de immort. animę Et de disciplina.

A

dem omnia ante baptismum. Atque hæc omnia ex Confessionum libris colliguntur.

Huius anni exordio, nempe prid. Id. Ianuar. cum vacasset Sedes post obitum Damasi triginta & vno diebus, Siricius Romanus, in eius locum subrogatus est, non sine tumultu Vrsicini, populo tamen in eum inclamante, vt constat ex litteris Imp. ad Pinianum Præfectum. Ex Cod. Vat. litterarum Rom. Pont.

Siricius Papa 3. Id. Febr. Decretalem scribit epistolam ad Himerium Tarraconensem, ad singula capita respondens, eorum, de quibus ille Damasum consuluerat, quæ non in Prouincia tantùm Tarraconensi, sed etiam in Carthaginensi, Bætica, Lusitania, atque Gallętia custodiri mandauit.

S. Hieronymus, quod eius opera in conscribendis epistolis non vteretur Siricius, vt Damasus, & Clerici Ro. Ecclesię inuidia, & odio aduersus eundem concitati essent, quod eiusdem insignis eruditio, & vitæ sanctitas, ipsorum inscitiam, & vitæ turpitudinem redarguere videretur, tutam Ierosolymæ stationem spectans, nauigat in Syriã. Legenda de his est epistola 99. ad Asellam, Sanctissimam Virginem, scriptam ex portu Rom. in cuius fine, saluta, inquit, Paulam, & Eustochium, velit, nolit mundus, meas (quæ eodem anno paulò post Ierosolymam profectæ sunt) saluta matrem Albinam, sororemque Marcellam; Marcellinam quoque, & sanctam Felicitatem, &c. Apologia aduersus Rufinum. Mẽse Augusto, inquit, flantibus Etesijs, cum sancto Vincentio presbytero, & adolescente fratre Pauliniano, & alijs Monachis, nauim in Rom. portu securus ascendi, maxima me sanctorum frequẽtia prosequente, & paulò post media hyeme, & rigore grauissimo intraui Ierosolymam. Vidi multa miracula, & quæ prius ad me fama pertulerat, oculorum iudicio comprobaui: miracula illa fortasse ea sunt, quæ ad sepulchra sanctorum fieri solita scribit in Epitaphio Paulæ. Quod autẽ ad Paulæ ex Vrbe profectionem spectat, dignum planè Christiana fide spectaculum Roma tunc vidit, feminam Consularem, patrię, parentumque splendorem, diuitias, caraque pignora, Rufinam iam nubilem, & filiolum, amplius non reuersuram, relinquere, atque vna cum Virgine filia Christo dicata, ad Christi cunabula, per tot maris spatia, & vitæ discrimina nauigare; eam Paulæ peregrinationem Ierosolymam vsque S. Hieronymus prosecutus est epist. 27.

B

Hieronym. Roma petit Ierosolymã

C

Paula Ierosolymã nauigat.

Burdegalense Concilium aduersus Priscillianum.

D

Priscillianus, & consortes damnati.

INstantius Episcopus, & Priscilianus ad Concilium Burdegalense, mandato Maximi Imperatoris ducti; ille quidem Episcopatu indignus pronunciatus est, hic vero se damnandum intelligens ad Principem prouocat, admissa appellatione ab Episcopis (quod non debuit) auditus Treueris (accusantibus Episcopis) ab Euodio Præfecto Prætorio gemino iudicio, conuictusque maleficij, & aliorum criminum, ab eodem Maximo gladio addicitur cum Eucrocia Delphidij Rhetoris coniuge, & Latroniano (Matronianum appellat Hieronymus in scriptoribus, virum eruditum, & in metrico opere veteribus comparandũ) alijsque erroris consortibus; alijs etiam in insulas relegatis. Prosp. in Chronico, & Seuer. lib. 2.

Timoth. Episcopus Alexandrinus.

Hoc eodem anno ijsdem Coss. Timotheus Episcopus Alexandrinus decedit, cum sedisset annos quinque. Socr. 5. c. 12. illi succedit Theophilus.

E

Theophil⁹ item Alexãdrinus.

Huius Timothei, cum Ammonem sanctissimum Monachum ob auriculæ spontaneam amputationem effectum irregularem, nihilominus episcopum ordinarit, sententia hæc fuit. *A Iudæis lex ista seruatur. Ego, si dederitis mihi aliquem etiam manibus truncum, sed moribus probum, non eum dubitabo episcopum facere.* Pallad. in Laus. c. 22. Extat eiusdem apud Græcos epistola Canonica, apud Balsamonem in fine.

Clerici secularia Tribunalia ne adeant, ne ue ad ea pertrahantur.

De hoc Timotheo perhonorifica est mentio in Theodos. Rescripto ad Optatum Pręfectum Augustalem Aegypti, de ecclesiastico iure illibatè seruando. Postquàm dixisset grauiter se accepisse, quod nonnulli episcopi clericos ad secularia tribunalia detulerant, subdit. *Continua*, inquit, *lege sancimus, nomen episcoporum, vel eorum, qui Ecclesiæ necessitatibus seruiunt, ne ad iudicia, siue ordinariorum, siue extraordinariorum*

rum Iudicum pertrahatur. Habent illi Iudices suos, nec quidquam his publice commu
A *ne cum legibus, quantum tamen ad causas ecclesiasticas pertinet, quas decet episcopali auctoritate decidi. Quibuscunque igitur mota fuerit quæstio, quæ ad Christianam pertineat sanctitatem, eos decebit sub eo Iudice litigare qui præsul est in suis partibus omnium sacerdotum* &c. Vide iudicium duorũ Impp. alter, Maximus scilicet Tyrannus potius, sibi arrogat causam episcoporum, defert appellationi hæresiarchæ, iudicat caussam, gladio iustissimè subijcit, si crimina respicis, sed iniustè, si personas ecclesiasticas, ab episcopis iudicandas. Theodos. contra vere Christianus Imperator, longè diuerse, ægre fert episcopos deferre ad Præfectos, vel ipsum Imperatorẽ excessus collegarum, vel crimina inferioris ordinis sacerdotum, subterfugientes episcopale iudicium. Hos reijcit Imperator, nec audiri patitur a Præfecto, quos, & dato Rescripto commonet ab ecclesiasticis iudicijs penitus abstinere, quæ ad episcopos ecclesiarum, rerum, ac perso
B narum legitimos Iudices deferri mandauit: Synodale Decretum Maximi factum improbauit, atque adeò ipse Deus, eripiendo illi vitam, atque imperium, non propter cædem hæreticorum sceleratorum, sed propter arrogatũ sibi sacerdotale iudicium, quantumlibet episcoporum illorum consensione delatum. quam igitur grauiter delinquũt, qui illud contradicentibus sacerdotibus sibi vindicant, & extorquent?

L. 3. de episco, Iud. C. Theodos.

Flacilla Augusta, hoc anno creditur defuncta, quandoquidem sequenti Theodosius Gallam ducit in coniugem. Laudauit eam funebri oratione Gregorius Nyssenus, qua & virtutes illius pluribus persecutus est. Sed qualis, quantave esset Christiana femina eadem Augusta, Theodoretus describit [a] cum Theodosij egregias virtutes eidem sanctæ coniugi Flacillę fert acceptas, enituit ea maxime Christiana humilitate, & charitate tanta, vt ægris ipsamet inseruiret, & sordida etiam, quæ serui & ancillæ ministeria
C obire solent, exequeretur. *Arianos & Idololatras execrata est*, inquit Nyssenus, *fidei consubstantialis tenacissima*.

Flacillę Imperatricis defunctæ virtutes Nyssen. laudat.
a lib. 5. c. 18

Hoc eodem anno Theodosius rescripsit ad Cynegium P. P. aduersus Idololatras, ex extorum inspectione, & præsagio futura explorantes, [b] de his & alijs contra Idolorum cultum à Theodosio statutis, meminit Augustin. epist. 48. & Ambros. orat. in fun. Theodosij.

b l. 9. de Pagan. Cod. Thodos.

Sustulit hoc pariter anno, ad eundem PP. rescribens, fidicinas, ac psaltrias mulieres ciuitatum pestes [c] Hierony. ad Furiam epist. 10.

c l. 10. de scen. Cod. Theod.

Quo item anno, Valentinianus Imperator de relaxandis vinctis Paschali tempore,
D exceptis quibusdam grauiorum criminum reis, generale edictum proposuit [d] quam legem exprobrat illi Ambros. quod Iustinæ Augustæ matris suasione, Paschatis tempore, pios viros, carceri manciparit, quo vincti dimitti solerent: epist. 33. Quod ipsum pietatis officium præstitisse Theodosium in Oriente affirmat Chrysost. cum agit de orat. Flauiani episcopi Antiocheni Constantinopoli habita coram Theodosio.

Valentinianus edicit de relaxandis vinctis Paschali tempore.
d l 8. de Indulg. crim. C. Theod.

Christi Annus 386. *Siricij Pap.* 2. *Valentin.* 11. *Theodosii* 8. } *Impp.* *Honorio & Euodio* } *Coss.*

EX Consule Euodio partis Maximi P. P. Gallianam satis colligitur, pacis fœdera inter ipsum, & Valentinianum ac Theodosium esse transacta.
E Ipso mense Ianuarij celebratum est à Siricio Papa Romæ in Basilica S. Petri Concilium octoginta episcoporum, cuius extat Synodalis data 8. Id. Ian. post Consulatum Arcadij, atque Bautonis, quod scil. nouorum Consulum nomina Romæ nõdum essent cognita.

Concil. Romã. 80. Episcoporum.

Eodem mense Ianuar. Valentinianus Imperator indignum prorsus pio Principe, impulsu haud dubie Iustinæ Augustæ matris, pro Arianis promulgat Edictum, faciẽs illis potestatem conuentus agendi, qui fidem Ariminensis Concilij, imo potius perfidiam tenerent. [e]

e l. 4. de fid. cath. Cod. Theod.

De qua re Rufin. agens [f] egregium Beneuoli tunc memoriæ scrinijs præsidentis, factum narrat, cui cum mandaretur aduersus Patrum fidem Imperialia decreta dictare,

f 2. c. 16.

abnuit; & cum celsior honor promitteretur. *Quid mihi*, ait, *pro impietatis mercede altiorem promittitis gradum? hunc ipsum, quem habeo, tollite, tantum mihi conscientia fidei duret illæsa.* hæc dicens, ante pedes impia præcipientium, cingulum iecit. Erat hic patria Brixianus a S. Philastrio Catholica disciplina optimè informatus, ad quem S. Gaudentius, eius successor, cum mittit ad eum editos à se sermones, præfatur, egregium viri factum commemorans. extant in Bibliotheca SS. PP. A

Beneuoli egregium factum pro fide Cath.

Hic porro S. Gaudentius, haud pridem defuncto S. Philastrio, licet immatura ætate, sed præstans doctrina, & vitæ sanctitate, magna vi adhibita, cum in Oriente peregrinaretur, adnittente maxime S. Ambrosio, deligitur episcopus Brixianus. Vide serm. in sua ordinatione & in dedicatione Basilicæ.

Iustina A. Ariana.

Iustina Augusta Ambrosio semper quidem infensa, vt Ariana; viuente tamen Gratiano in eum propensiore; & post, Maximi metu ipsam vrgente, nihil contra ipsum ausa est tentare. Sed post, icto cum eo fœdere, quod res in tuto viderentur collocatę, Arianorum maxime stimulis exagitata, qui in Oriente a Theodosio vexati, indeq; pulsi, credibile est ad eam, vt patronam, confluxisse, Auxentium episcopum iuniorem, seniori illi ab Arianis suffectum (qui ad vitandum nominis Auxentij odium, Mercurinus vocari volebat) in illum incitauit. B

Prouocatus Ambros. renuit tractare causas fidei corã Iudicib. sæcularib.

Hic igitur fauore Augustæ subnixus, prouocatum Ambrosium ad disputationem de fide, sub iudicibus Gentilibus, & Iudæis, & Valentiniano ipso adolescente, adhuc cathecumeno: & omnino renuentem, & exhorrescentem fidei causam, post tot Concilia, arbitrio credere secularium, per Valentinianum, magna arrogãtia, cogi ipsum Ambrosium ad differendum de fide in Consistorio, postulauit, quod annuit Valentinianus, & per Dalmatium Tribunum ad certam diem disputationẽ cum ipso Auxentio indixit. C

Ambros. de sententia episcoporum, qui aderant, per libellum Valentiniano respondit, qui extat apud Ambr. epist. 34. Vbi, post multa, *si tractandum est, tractare in ecclesia didici, quod maiores fecerunt mei: si conferendum de fide, sacerdotum debet esse ista collatio, sicut factum est sub Constantino Augustæ memoriæ Principe, qui nullas leges ante præmisit, sed liberum dedit iudicium sacerdotibus. & post pauca; si ad Synodũ prouocat Auxentius, vt de fide disputet, licet non sit necesse, propter vnum, tot episcopos fatigari, qui, etiam si Angelus de cœlo esset, paci ecclesiarum non deberet præferri: cum audiero Synodum cõgregari, & ipse non deero. Tolle igitur legem, si vis esse certamen. Venissem Imperator ad Consistorium clementiæ tuæ, vt hæc coram suggererem, si me vel Episcopi, vel populus permisissent, dicentes de fide in Ecclesia coram populo debere tractari.* &c. Paulinus ponit hanc persecutionem, non seruato ordine temporum, quem ipse non ignorabat; vnde fortasse Græcis data est errandi occasio, vt ponerent eam ante mortem Gratiani, Socr. Sozom. Nicephoro; Rufinus vero [a] eam ponit post eius mortem, & consequentia rerum ostendit esse ponendam. D

a lib. 2. c. 15

Angelus visus Ariano suggerere Ambrosio dicenda agẽti ad pop.

Euenit tunc, inquit Paulinus, vt Arianus quidam acerrimus disputator, & inconuertibilis ad fidem Catholicam, tractante episcopo apud populum, videret, (vt ipse postmodum loquebatur,) Angelum ad aures Episcopi tractantis loquentem, vt verba Angeli populo Episcopus renunciare videretur. Quo viso, conuersus, fidem quam expugnabat, cœpit ipse defendere.

Hoc eodem anno habita est Synodus Treuerensis ab Episcopis partis Ithacianæ, qui ipsum Ithacium damnatum a Theognosto Episcopo, quod apud Maximum necem procurasset hæreticorum, (qua etiam ex causa complures episcopi, qui & sanioris viderentur esse consilij eiusdem Ithacij communionem vitabant) vt innocentem, absoluunt, patrocinante illi Maximo Imperatore. E

S. Martinus ad Imperatorem veniens rogaturus pro Narsete Comite, & Leucadio Præside, qui pertinaciores in parte Gratiani, iram victoris emeriti erant: &, ne Tribuni, cum iure gladiorum ad Hispanias mitterentur, vt non solum Christianos, qui erãt, sub illa occasione vexandi, sed ipsos etiam hæreticos liberaret; vitat Ithacianorũ communionem, ægerrime id eius partis ferentibus episcopis, propter viri auctoritatem. & cum Imperator, ab illis obnixe rogatus, id ab eo impetrare non posset, ira incensus, im

mittit

A mittit percussores his, pro quibus Martinus rogauerat, quod præsentiens Martinus, spondet, si ignosceretur, se communicaturum, dummodo vt & Tribuni iam in excidiũ ecclesiarum ad Hispanias missi, retraherentur. nec mora intercessit, Maximus indulget omnia. Communicat Martinus in ordinatione Felicis episcopi Treuerensis, satius æstimans ad horam cedere, quam his non consulere, quorum ceruicibus gladius imminebat. nec tamen, vt communioni illi subscriberet, impetrari ab eo potuit. Postero die inde se proripiens cum in via mẹstus ingemisceret, se vel ad horam noxiæ communioni fuisse permixtum, & Angelus illi repente assistens, *Merito*, inquit, *Martine compungeris, sed aliter exire nequisti. Repara virtutem, resume constantiam, ne iam nõ periculum gloriæ, sed salutis incurreris.* Itaque ab illo tempore satis cauit, cum illa Ithacianæ partis communione misceri; & in expellendis Dẹmonibus, fatebatur, se propter id, detrimentum sentire virtutis. Ex Seuero, lib. 3. Dialogi. B

S. Martin[9] cõicat excõicatis ex necessitate eripiendi a nece innocentes.

Tunc accidit illud, quod memorat Seuerus in Vita S. Martini,[a] quod sæpius a Maximo ad conuiuium inuitatus, semel tandem ratione, vel precibus victus, cum assideret Regi, cum alijs Principibus viris, Pateram sibi primo honoris causa oblatam, expectãti, & ambienti Regi, non dedit, sed presbytero suo tradidit, nullum existimans digniorem, qui post se biberet. Quod factum Imperator, omnesque qui tunc aderant, sic admirati sunt, vt hoc ipsum eis, in quo contempti fuerant, placeret, & illud alterũ, cum religiosissima Augusta, assidue quantum licebat, ad pedes illius, quasi altera Magdalena, iacens, audiensque verbum illius, ab eo impetrauit, vt ei præberet sola conuiuium, cum illa suis manibus parasset, aquam manibus ministraret, misceret vinum, poculum præberet, & sedenti, quasi vna de ancillulis, astaret.

a cap. 33.

Martinus pfert psbyterũ Regi.

Augustæ deuotio erga Martinum.

C In causa igitur Priscilliani videmus Catholicos inter se communicatione diuisos, alios Ithacij fuisse partis, qui eum defenderent; quod homines nefarios, hæreticos nequissimos curasset occidi: alterius vero, qui eorum communionem auersarentur, quod sanguinarij viderentur, proculque abhorrere a mansuetudine Christi, qua imbuti deberent esse episcopi. Aduerte tamen nunquam reprehensum aduersus hæreticos auxilium Principum implorare, quod S. Augustinus, & alij sæpe fecisse probantur; sed illud in crimen adductum, hos importunius ac sæuius agentes in eosdem pœnam capitis procurasse. Vnde & in Catholica Ecclesia vsu receptum est, ut cum quis expetit a secularibus magistratibus opem aduersus hæreticos, contestationem illam consultè præmittat, nimirum sic se correctionem expetere incorrigibilium delinquentium, ut tamen citra pœnam sanguinis puniantur.

Alienũ ab Ecclesiasticis mortẽ ẽt noxiorum procurare.

Quod verò S. Martinus non solum Ithacianorum communionem uitauerit, sed & magno studio Maximum cohibuerit, ne Tribunos militares in Hispanias ad inquirendum de Priscillianistis hæreticis mitteret, illa uisa est iustissima causa, quod optimi quique Christiani, quorum pallerent ora ieiunijs, & ex disciplina grauior esset incessus, & habitus corporis honeste sancteque compositus, quasi hæretici, essent in discrimen adducendi; cum alioqui Priscillianistẹ, quibus mentiri, & peierare, ex eorum instituto, liceret, vt laterent, aut ne proderentur, secularibus se potius moribus conformarent. cui nam parcerent exploratores, si, ut ait Seuerus, ipse quoque Martinus, ob magnam abstinentiam, vultu pallens, in crimen eius hæresis adductus sit? D

Cẹterum, quod ad Maximum spectat; plus æquo aliqui in eum, ob hanc causam, inuecti esse videntur, quod in hæreticos perditissimos gladium potestatis exercuerit. id quidem probe, & vtiliter factum S. Leo Papa in epist. ad Turibium Asturicensem Episcopum asserit, quæ est numero 93. *Et profuit, diu*, inquit, *ista districtio.* (qua necati essent Priscillianus, & socijs *Ecclesiæ lenitati, etsi sacerdotali cõtenta iudicio, cruentas refugit ultiones, seueris tamen Christianorum Principum constitutionibus adiuuatur, dum ad spirituale nonnunquam recurrunt remedium, qui timent corporale supplicium*, &c. Ex his igitur, cum Maximi ista legalis vltio, vt Ecclesiẹ proficua, veniat commendata, nullus tamen SS. PP. laudauit aliquando id posse, vel debere fieri suggestione Episcoporum, de qua ipsa re Ambros. ad Studium epist. 76. Qui quidem Ambrosius abstinuit a communione Ithacianorum, aduersus quos, & litteras dedit, ut & Siricius Papa, qđ habetur ex 1. can. Concilij Taurinensis. De Ithacio autem, Isidorus 2. de Vir. illustr. E

Iudiciũ de Max. Imp. hæreticos puniente.

post alia, sic ait, *Hic autem cum Vrsacio* (an vero Idacio) *Episcopo, ob necem eiusdem Priscilliani, cuius accusatores exstiterant, Ecclesiæ communione priuatus, exilio condemnatur, ibique die ultima fungitur, Theodosio Maiore, & Valentiniano regnantibus.* A

Hoc eodem anno Valentinianus Imperator de Basilica S. Pauli Apostoli ad ampliorem formam redigenda, ad Sallustium Vrbi Præfectum litteras dedit, quæ extant in Cod. Vaticano.

Hieronym. adit Aegyptum, Didymo magistro utitur, Monasteria lustrat, Origenistas cauet.

Redeamus ad S. Hieronymum, quem media hyeme Ierosolymam peruenisse dictũ est. Inde, Orbis Magister, discendi tamen studio profectus in Ægyptum, Didymo, uiro, vt idem ait, sui temporis eruditissimo, se in discipulum dedit, sacris literis imbuendum. ad Pammach. epist. 65. & Procemio in Oseam. & in procem. lib. 4. com. in epist. ad Ephes. & ad Paulam epist. 27.

Idem in Apolog. aduers. Rufin. de eodem. *In Didymo vero*, ait, *& memoriam prædicamus, & super Trinitate, fidei puritatem, sed in cæteris, quæ Origeni male credidit, nos ab eo retrahimus.* B

Antequam rediret in Palæstinam, Ægypti Monasteria peragrauit. *Contendi*, inquit, *Aegyptum, lustraui Monasteria Nitriæ, & inter SS. Choros monstra latere perspexi.* Intelligit Origenistas. *Protinus*, inquit, *concito gradu Bethleem meam reuersus sum, vbi adoraui præsepe, & incunabula Saluatoris*, &c. veni rursum Ierosolymam (epist. 65.) *quo labore, quo pretio Barrabanum nocturnum habui præceptorem?*

Epistolã ad Philem. interpretatur. Ad Galat. ad Ephes.

Tunc insuper aggressus est ipse interpretari S. Pauli epistolas, incipiens ab ea, quæ est ad Philemonem, moxque explicauit ad Galatas scriptam, inde illam ad Ephes. ipsomet testante, in earum præfationibus. Interim mortua est religiosissima fœmina Albina, Magnæ illius Marcellæ mater, anus sanctissima, quam Hieronymus consueuit appellare matrem. epist. 74. & 100. C

De Peregrinatione Paulæ in Ægyptũ per hoc tempus, idem Hieron. epist. 27. & de frequentia de toto orbe Ierosolymam peregrinantium, idem pro œmio, lib. 7. in Ezechiel. epist. ad Marcell. 17. & ad Paulinam 13.

Quatenus SS. quidam PP. videant improbare peregrinationes.

Extat epistola Gregorij Nysseni ad quendam Monachorum Abbatem, qua improbat huiusmodi ad sancta loca peregrinationem, eaque male abutuntur hæretici, SS. locorum uenerationem improbantes; nam is non absolute, sed Monachorum, & feminarum peregrinationes improbat, multis bonis de causis. cum quo etiam sentit Basilius frater, ad Monachum lapsum, & ipse S. Hierony. epist. 13. ad Paulinum. Cæterum longe alio ac plane contrario Spiritu Vigilantius, primus, hoc sæculo, aggressus est improbare ad loca sancta peregrinationes, de quo suo loco.

Ariani in Oriente, prætextu promulgatæ legis in Occidente à Valentiniano, (iuncto Theodosij nomine, de more) qua professoribus Concilij Ariminensis colligendi conuentus facultas impartiebatur, conueniendi sibi vindicantes auctoritatem, omnia perturbabant, contra quos Theodosius rescribit ad Eusignium Præfectum Pretorio. [a] D

Demophilus Constantinopolitanus Arianorum episcopus, moritur, sufficiturq; in eius locum Marinus, & paulo post Dorotheus, Socrates atque Sozomenus.

Eodem anno rescribit Theodosius de non distrahendis reliquijs martyrum [b] idq; occasione quorundam pseudomonachorum, venditantium reliquias martyrum, de quibus & Augustin. de oper. Monach. cap. 28.

a li. 1. de his qui relig. cõtend. C. Theod.

b lib. vlt. de sep. viol. C. Theod.

Distractio reliquiarum lege vetat, ex qua occasione.

Chrys. 12. annos exigit in p̃sbyteratu.

c libr. 6. c. 3.

S. Io. Chrysostomus hoc anno, præcedentibus prophetijs, presbyter ordinatur. colligitur id ex Palladio in Dialogo Marcellino Comite, & Leone Augusto, oratione de vita S. Io. Chrysost. dum aiunt ipsum duodecim annos exegisse in presbyteratu, vsque ad episcopatum. A quo nam vero ordinatus fuerit duorum Catholicorum Antistitum, Socrates [c] affirmat ab Euagrio Paulini successore, alij à Flauiano; eius certe communicationis fuisse, & in eius Ecclesia ministrasse, & conciones habuisse, ex ipsis homilijs constat, & in ea, quæ est de anathemate, videtur sugillare ordinationem Paulini. admiranda quæ contigerunt in eius ordinatione, de columba deuolante in caput eius, & miraculis ab eo factis, Leo Aug. in oratione de vita eius. E

Hoc anno docendi, pro concione populi, munus auspicatus est, quod probatur ex vna illarum, quas ad populum Antiochenum habuit, homiliarum, de imminente cla-

A de ob statuas ignominia affectas, quod certum est contigisse post sequentem annum, vbi hæc habet. *Ecce secũdũ hunc annũ habeo vestræ differens charitati.* &c. Quæ igitur scriptæ sunt orationes ab ipso, cum Diaconus esset, aduersus Gentiles, Iudæos, atque hæreticos, & de Anathemate, eas speciali indulgentia, & iussione Flauiani, pro concione dixisse, credendum est, cessasse vero postea vsque ad Presbyteratum. Illo autem duodecim annorum spatio multo plures ad populum Antiochenum orationes habuisse, quam quæ extant, credere par est. Interim tamen etiam Flauianus munus concionandi minime prætermisit. Colligitur ex fine 1. homil. in verba illa Is. Vidi Dominum &c. Vbi suam orationem torrenti, qui cum strepitu fertur, illius autem fonti leniter fluenti, comparat.

Rursum fertur de Chrysostomo apud Metaphrasten in eius vita, redargutum fuisse B à pia muliercula, quod eius orationes infrugiferę essent, quod sublimi genere dicendi vtens, a simplicioribus minus intelligeretur. ipsum vero euestigio mutasse iuuenilis naturæ institutum, dictionemq; faciliorem imis auribus accommodasse. ex quo consecutus sit, vt ab omnibus facillimè audiretur, atque publicis ac frequentibus acclamationibus os aureũ diceretur. Quod perinde, ac inditum diuinitus nomen, velut egregius titulus in eius scriptis hactenus perseuerat. Monitus a vetula Chrysost. dimittit stylum.

Quam autem ex eius concionibus profecerit Antiochena ciuitas in eleemosynis erogandis, ex homil. eius ad eos 33. satis colligitur, quod quidem est admirandum. De Marcionitis, qui inter Christianos Antiochenos latebant, quo modo ad Christum eorum multitudo conuersa sit, habetur ex Metaphr. apud Chrysost. tom. 1. hac occasione. Præsidis ciuitatis vxor graui morbo laborabat, nec ex conuentu Marcionitarum ad orationem, post alia frustra adhibita remedia, melius habebat, statuerunt igi- C tur, si, per Ioannem sanaretur, hæresim abdicare. deferunt illam ad fores templi, & auxilium precantur. Ioannes iubet afferri aquam, eamq; à Pontifice benedictam, illi superfundit, quam statim sanitas consequitur, tùm corporis, tùm animæ, cum in Christum credidisset, qui & pro gratiarum actione magnam vim pecuniæ in egenos, & Xenodochia contulerunt. Qui reliqui erant Marcionitæ præstigiatorem & Magum Ioannem appellabant, is autem cladem illis prędixit, quæ & consecuta est, cum terremotu corruens domus, in qua conuenerant, omnes oppressit, ex quo casu multi correcti praue sentientium. Eos sæpè Chrysostomus suis concionibus exagitat. Marcionitæ ex miraculo conuersi.

Egregiam verò etiam operam nauasse Chrysostomum, cum presbyter esset aduersus Gentiles, & plures eximios viros emisisse ad eorum procurandam salutem ingenti cum eorum conuersione, habemus in Vita ex Metaphr.

D S. Cyrillus episcopus Ierosolymitanus hoc anno, Theodosij octauo, migrat è vita, sæpe pulsus, sæpe restitutus. Extant eius Cathecheses in adolescentia elaboratæ. Hieronym. de scriptorib. Huic subrogatus est Ioannes, quem tempore persecutionis, sub Valente, Catholicos auersatum esse, & cum Arianis & Macedonianis communicasse testatur S. Hieronym. in epist. 61.

Christi Annus 387. *Siricij Pap.* 3. *Valentiniani* 12. *Theodosij* 9. *Impp.* *Valentin. A.* 3.m *& Eutropio* *Coss.*

E INstitutam persecutionem persequitur ardentius Iustina Augusta in Ambrosium; qui magna in Deum fiducia nixus, constantissime agens & ingenti, ac pio populi studio munitus, superior euadit. Legenda est concio, quam ad populum habuit in Auxentium, post epistolam 32. Promissis Tribunatibus & dignitatibus, asportantibus Ambrosium in exilium; Euthymius quidam, domo in proximo conducta, & curru parato attendit per annum, vt illum abriperet, sed diuino factum iudicio, vt anno euoluto, ipse, eodem curru deportaretur in exilium, Ambrosio eum viatico prosequente. Paulinus in Vita. Vexat' Ambrosius per Augustã fortiter agit.

Auxentius elicit ab Imperatore edictum, quod ipse conscripsit, quo iuberentur Catholici sacerdotes eijci ecclesijs, & qui renuissent, occidi, Ambros. in Auxentium. Iu-

betur Ambrosius ab Imperatore per Tribunos, vt Basilicam, & sacra vasa tradat; vt abeat, quo velit, qui velint eum sequantur. qui, timenti populo, & solicitius custodienti, protestatus est, eum pro concione alloquens, se nunquam volentem, deserturum Ecclesiam, nec vasa traditurum, se, quantumuis militibus obsessa Ecclesia, non timere, & securũ esse in Dei prouidẽtia confisum, non metuere arma, nec barbaros, qui mortem non timet, qui nulla carnis voluptate retinetur. *Si Tributũ petit*, inquit Ambros. *non negamus; Agri Ecclesiæ soluunt Tributũ.* &c. secundũ Christianã mansuetudinẽ dicere certũ est, iuxta sententiã Domini. *Ab eo, qui aufert vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. omni petenti te tribue, & qui aufert, quæ tua sunt, ne repetas.* Luc. 6. simile quiddam habet Isidorus Pelusiota ad Epagathum lib. 2. epist. 48. & ipse secũdum Christianam mãsuetudinem, cum alioqui, ex Domini sententia, Math. 17. Si non à filijs Reges Tributum exigunt, quos subditos habent, multo minus ab eis, quos sibi superiores agnoscunt, absque nota criminis inuasæ tyrannidis, sub quorum cura Principes omnes intelligant se sub Pastoribus esse oues, longeq; impar esse à pastoribus oues lac, & lanam exigere, cum potius ista, illæ teneantur pastoribus exhibere. Si pręteritarum rerum memoriam repetas, in his quæ ad Tributorum exactionem pertinẽt, id primum à Gentilibus Impp. Ecclesia passa est: deinde ab Imperatore Apostata, postea ab Ariano Principe Valente in Oriente. De alijs non legimus. Sub Valentiniano puero Iustina Ariana tentauit. Catholici Principes in ditandis Ecclesijs munificentissimi fuerunt, qui si aliquando, necessitate ingruentium bellorum pressi, indiguerunt accipere ab Ecclesijs; id perquam submisso animo à totius Christianæ religionis Antistite Rom. Pont. expetere consueuerunt, & ab illo, paternæ charitatis affectu, pro facultate, præstantur. Obijcientibus, quod per eleemosinas impauperes, eorum defensionem requireret, non negat, sed & ambire confitetur. *habeo defensionem, sed in orationibus pauperum.* &c.

An, & quatenus bona Ecclesiæ tributum præstent.

Obijciebant illud quoque, *Hymnorum*, inquit, *quoque meorum carminibus deceptum populum ferunt. plane nec hoc abnuo, Quid enim potentius quam Confessio Trinitatis, quæ quotidie totius populi ore celebratur?* Hoc in tempore, inquit Paulin. primo antiphonę, hymni, ac vigiliæ in Ecclesia Mediolanensi celebrari cœperunt. & S. Augustin. qui præsens erat, *Tunc*, inquit, *hymni & psalmi vt canerentur, secundum morem Orientalium partium ne populus mœroris tædio contabesceret, institutum est, & ex illo, in hodiernum retentum, multis iam ac omnibus pene gregibus eius, & per cetera orbis, imitantibus.* Confessionum lib. 9.[a]

a cap. 6. & 7

De Iure Imperatoris in ecclesias idem Ambr. serm. ad pop. eadem persecutione ardente. *Mandatur denique, trade Basilicam. Respondeo. Non mihi fas est tradere, nec tibi accipere, Imperator, expedit. Domum priuati, nullo potes iure temerare: domum Dei existimas auferendam? allegatur, Imperatori licere omnia, ipsius esse vniuersa. Respondeo. Noli te grauare Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina sunt, imperiale aliquod ius habere. Noli te extollere: sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus scriptum est, quæ Dei, Deo: quæ Cæsaris, Cæsari; ad Imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem ecclesiæ. publicorum tibi mœnium ius commissum est, non sacrorum.* Hæc Ambros. cui potius auscultandum est, quam recenti hæresiarchæ omnia Principibus tribuenti. Ambrosius, Tyrannum se appellantibus, mitissime respondet. Et cum Imperatorem Comites obsecrarent, vti prodiret ad ecclesiam, idq; petitu militum se facere dicerent, respondit, *si vobis iusserit Ambrosius, vinctum me tradens* &c. *Denique etiam speciali expressione Calligonus præpositus cubiculi mandare mihi ausus est, Me viuo, tu contemnis Valentinianum? caput tibi tollo. Respondi, Deus permittat tibi vt impleas quod minaris, ego enim patiar, quod episcopi, tu facias, quod spadones.* &c. Ex epist. ad Marcellinam sororem, cuius Eunuchi procaciã Deus non siuit abire inultam, teste D. August. contra Iulianum Pelagianum, de Eunuchorum concupiscentia lib. 6. cap. 5. qui scripsit, ob concupiscentiam, quamuis irrito conatu, Calligonum hunc, gladio vltore, punitum, meretricis confessione conuictum. At de rebus triduo illo gestis, idem S. Ambr. epistolam scripsit ad omnes Italiæ episcopos, quæ penitus excidit, tantumq; superest breue fragmentum apud S. Io. Damascenum oratione 2. de

Imperatori nullum ius in Ecclesijs.

Imagi-

A Imaginibus. Sed quæ deinceps subsecuta, admiratione plane digna sunt. Vni Ambrosio pro ecclesiastica libertate pugnanti, omnia præstò fuerunt. Mirandum sane fuit vniuersum populum Mediolanensem episcopo potius, quam Imperatori, tãto periculo suorum capitum, atque bonorum, studere ardentissimis conatibus delegisse, ipsos mercatores lucri cupidos, vt aduersus Imperatorem fauerent Ambrosio, omnia contempsisse: & nobiles prætulisse crucis ignominiã Regiæ Pharaonis; sed, & (quod maioris admirationis fuit) milites ipsos, qui ad expugnandam Basilicam accessissent, momento temporis esse conuersos in defensores; & qui venerant fundere in Basilica sanguinem, mutatos, vna fudisse cum Catholicis ad Deum preces. Sed quod nec sic quidem emolliretur Iustinæ animus, Deus, pro Ambrosij defensione, Maximum commouet, qui epistola ad Valentinianum (quæ in tom. 1. epist. Rom. Pont. extat) eum pie, & grauiter commonet, & deterret à persequenda pietate, ex qua colligitur vexa- B tionem illam, per nefarium illud edictum, Italiam, Romam ipsam, ceterasq; prouincias peruasisse. de quo pio Maximi, pro fide Catholica, officio, Theodoret. lib. 5. c. 24. Sed ne sic quidem Iustina cessante ab exagitando Ambrosio, SS. MM. Geruasij, & Protasij corpora diuinitus reuelata, effodiuntur, ad quorum aspectum, & contactum, vetera miracula renouantur, cęcus notissimus illuminatur, dæmones effugantur; sanitates efficiuntur. Ambros. epist. ad sororem 85. & serm. 91. Sed & August. Confess. 9. cap. 7. & de Ciuit. Dei. 22. cap. 8. & serm. de diuers. 39. *Tantæ*, inquit, *gloriæ martyrum etiam ego testis fui, vbi Mediolani eram, facta miracula noui.* &c.

Max. Tyrãnus deterret Valentinianũ a psequẽda pietate.

Corpora SS. MM. Geruasij, & Prothasij diuinitus reuelata effodiũtur, & vetera miracula renouãtur.

Ex quo tempore inuentionis SS. reliquiarum sedari cępit persecutio, ait Paulinus, cum tamen adhuc intra Palatium Ariani cum Iustina, tantam Dei gratiam deriderẽt, & miracula calumniarentur. S. Igitur Ambros. sic sacra pignora recondidit, vt ex eis C partem aliquam sibi seruaret, erogandam in diuersas ecclesias, a quibus ardenter expetebantur, vt in eorum honorem Basilicas vel erigerent, vel in iam ædificatis, reponerent, quod Romæ factum est a Vestina nobili, & prædiuite fęmina, earum nomine titulo erecto, quem postea Innocentius Papa dedicauit; vt Fundis, a S. Paulino, ut Brixiæ a S. Gaudentio, vt in Gallijs, vt est apud Turon. de glor. Mart. & in Norico, & denique in Africa apud Augustin. de Ciuit Dei.[a] Iustina, quæ palam Ambrosium persequi, rubore suffusa, desierat, eundem clam aggredi pertentauit, immisso sicario, qui vt eũ confoderet, ad cubiculum vsque penetrans, districto gladio, manu obrigente, non prius, quam se missum a Iustina confessus est, eius vsum obtinuit, post mortem etiam Iusti- D næ, quidam Aruspex, in causa maleficiorum, dum torqueretur a Iudice, clamauit, acrius se ab Angelo Ambrosij custode torqueri, & confessus est immisisse aliquando se dęmones, qui illum internecarent; qui ne ad domum quidem ipsius accedere se posse renunciarunt, igne quodam insuperabili sic communitam, vt inde, etiam longe positi, vrerẽtur, ex Paulino in vita. Contigit autem ad eximiam Sancti Pastoris gloriam, & eum persequentium confusionem, vt, cum hoc ipso anno aduentus Maximi in Italiam timeretur, ipsum sanctum Sacerdotem, supplices ipsi Augusti, ad eum auertendum, Legatum iterum destinare opus haberent; cuius Legationis relatio habetur apud ipsum Ambrosium epist. 27. ad ipsum Valentinianum. de qua & Paulinus his verbis, *Ipsum verò Maximum a communionis consortio segregauit, admonens, ut effusi sanguinis Domini sui, & (quod est grauius) innocentis, ageret pœnitentiam, si sibi apud Deum uel-* E *let esse consultum.* quæ quidem sic intelligenda sunt, quod Treueris cum esset, nec cũ ipso voluit communicare, nec cum episcopis illi communicãtibus, quod essent partis Ithacianæ. Epistolæ Ambrosij hæc conclusio fuit, *Vale Imperator, & esto tutior aduersus hominem, pacis inuolucro, bellum tegentem.* quam prudentem sancti viri admonitionem, & quasi diuinam prædicationem, dum non aduertit, aut non magni facit Imperator, penè incautus opprimitur, si quidem Domnino intimo suo, consiliorum, & actorum omnium administro, ad pacem firmius stabiliendam misso, eoque officijs, & muneribus amplissimis a Maximo, callide, quasi dementato, missa cum eo exercitus parte, quasi Valentiniano auxilio aduersus barbaros Pannonijs imminentes, clam & ipse subsecutus cum reliquo exercitu, improuisus in Italia, ingenti cum Valentiniani terrore, apparuit. Fuga itaque lapsus, cum Iustina matre Thessalonicam nauigat, quo &

a lib. 22. c. 8

Miraculis protegitur Ambrosius.

Sicariũ immittit Iustina in Ambros.

Ambros. legatus ad Maximum.

paulò post venit Theodosius, ibique bellum in Maximum decretū, & Galla soror Valentiniani Theodosio in coniugium tradita. Ex Zosimo lib. 4. Suidas porro, verbo, Valētinianus, ait, Theodosium reddidisse Catholicę fidei Valentinianum, a Iustina matre corruptum, ob quam causam a Maximo eijci Imperio a Deo permissus erat, cuius ad eum & verba recitat. A

Factum est, diuino consilio, Pacatus ~~ait in~~ Panegyr. Theodosij, vt & Maximus innocētis Gratiani sanguinis reus, sceleri scelus adderet, quo Theodosio in eum pugnandi, uincendique necessitas imponeretur, daretque tandem ille de cruenta, violentaque tyrannide pœnas.

Maximus irrūpens in Italiā aliq; vrbes vastat

Auctor est Socrates, Maximum misisse Legatos ad Theodosium, a quo nec excepti, neque exclusi fuere, cum tamen expeditio sub silentio pararetur. Maximus in Italiam transgressus, eam magna clade affecit, & nobiles in primis tunc vrbes Placentiam, Regium, Brixillum, Claternam, Mutinam, Bononiam, alias, diripuit, diruit, ciues in seruitutem abduxit. de qua clade Pacatus in Panegyr. S. Ambros. epist. ad Faustinum, 8. & ad Seuerum, 57. sed mira quadam dispensatione factum est, vt licet in S. Ambros. Maximus perinfensus esse videretur, cum ipsius communionem, & communicantium secum episcoporum paulò ante esset execratus, & eum durius appellasset, ab eo alienatus discessisset, vt percussores post eum missurus crederetur, nihilominus nec ipsi, nec eius Ecclesiæ Mediolanensi quidquam negotij facessitum appareat. alijs tamen ipse vero commiserationis affectu, sic compassus est, vt ad redimēdos captiuos ēt opes sacras Ecclesię profuderit, quod ipse innuit Offic. 2. c. 28. quod in eo laudauit Augustinus, & imitatus est. Possidius Vitæ S. Augustini, c. 24. B

Maximus incusso omnibus terrore, quasi mitior redditus, omnes sibi conciliare studet: Iudæos, pro quorum Synagoga incensa, Edictum Romā miserat (Ambr. epist. 29.) Gentiles, indulgendo, illis adempta, per Gratianum sacrificia, & restituendo in Capitolio, Aram Victoriæ, ob quæ Symmachus Cōsularis, plena oratione, eum coram laudauit. Socra.[a] Catholicos demum, eos eximium se profitens defensorem, quod probat, præter illa, contra Priscillianistas, supra dicta, epist. eius ad Siricium Papam, quę extat in Volum. epist. Rom. Pont. C

a li. 5. c. 14.

Hoc anno Præfecturam Vrbanam gessit Pinianus, qui adhuc Gentilis, Melania iuniore Christiana vxore ducta, perfectus ab ea Christianus redditus est. Rescripta plura in Cod. Theodos. Pallad. in Lausiacis.

Christi Ann. 388. *Siricij Pap. 4.* *Valentin. 13. Theodosii 10.* *Impp.* *Theodosio 2.[m] & Cynegio* *Coss.* D

Antiocheni ob imposita tributa seditiose agūt

OCcasione belli in Maximum, nouo tributo imposito, Antiecheni furentes, statuas Flacillæ vxoris iam defunctæ, & ipsius Theodosij deturbant, & contumeliose raptant.

Flauianus episcopus ad placandum Imperatorem Legatione statim suscepta, in media via, Duces, milites, & Iudices offendit, qui ad facinus ulciscendum Antiochiā properabant. Chrysost. homil. 3. ad populum Antiochenum. Septem post diebus a concepto facinore. Idem, homil. quæ secunda est ad pop. Antiochen. grauitatem delicti deplorat, & ad pœnitentiam hortatur. Auditum cum esset Antiochiæ mitti Duces, & Iudices, plurimi diffugiunt, cędes, & direptionem timentes. quorum aduentu plurimi in carcerem coniecti, reliqui mœrore, & horrore consternati agebant: ciuitate Metropolis dignitate spoliata, locis publicis, & publico vsui mancipatis, balneis, Theatris, foris clausis. E

Quo in miserabili statu cum esset ciuitas, sanctissimi Monachi circum circa positi, miseratione moti, in urbem confluunt, ciuibus cōsolationem, quā possent, allaturi, &, una cum Sacerdotibus, Iudices demississimis precibus obsecraturi, ut supplicium differrent, donet Imperator cōueniretur; quo tandem impetrato, illi quidem ad sua redierunt, Chrysostomus uerò qui assidue per eos dies populum cōcionibus cōsolatus erat,

A eos ad gratiarum actionem excitat. homil. 11. 12. 13. & 16. qua populum adhuc timentem, quid nam ab Imperatore referret Episcopus, confirmat; & in eos inuehitur, qui publice consolationem de quodam Gentili audissent. Reuertitur interim episcopus Flauianus, uenia ab Imperatore impetrata, (cuius pulcherrimam, & commiserationis plenam orationem apud Imperatorem refert Chrysostomus homil. 3.) & cum suis iucundissimum, & sanctissimum Pascha agit, tota lætitia perfusa ciuitate, & tum habuit Chrysostomus eam homil. quę 20. inscribitur.

Eam tantam clementiam Theodosij, non in parcendo tantum, sed quam celerrime ueniam impertitam nunciando, Themistius quoque philosophus orat. 5. eximie prædicat. hæc eadem Theodoret. Sozom. Zosim. Nicephor. sed aliqua non uere, omnium certissimus auctor est S. Chrysostomus, ut actor, & inspector.

B Olimpiadē clarissimā fęminā, Anysij secūdi Comitis filiā, Ablauij (penes quē summa rerū sub Cōstantio fuit) neptē, Nebridij PP. sub Cōstātio, nurū, Nebridij Iunioris relictā uiduā (cū vixisset cū eo 20. tantū mēses) locupletissimi hæredē patrimonij, ætate, & forma florentē, studet Theodosius Imperator hoc anno in coniugium dare Elpidio Hispano, cognato suo, quod illa disserte recusauit, cum diceret, *Si*, inquit, *me vellet Rex meus copulari viro, nunquam priorem mihi abstulisset.* Quo responso accepto Theodosius Præfecto Vrbis mandat, vt omnem eius substantiam custodiat, quousque trigesimum ætatis implerit annum. Ille accepta procuratione Regia, eam adeo vexabat, ab Elpidio submissus, vt nullam haberet facultatem, uel cum insignibus Episcopis agendi, vel Ecclesiam ipsam ingrediendi, vt his angustijs coacta, præ angore animi, coniugalem eligeret vitam. Illa contra, his oblectata magis, & Deo gratias referens, Imperatori ita rescripsit.

Olympias qualis, & quanta femina.

C *Et Imperatori debitam, & congruam Episcopo virtutem in me humilem ostendisti, mi Domine, mandans graue onus meum custodiri, cuius me dispensationis cura macerabat. Erit autem gratius, si iusseris id pauperibus, & Ecclesiæ diuidi. Ego enim iamdudum, a vanitate, quæ solet, ex hac largitione subsequi, metuebam, ne terrenis implicita, negligerem diuitias naturales*: hæc Olympias. Reuersus postea Theodosius, a bello, contra Maximum feliciter gesto, cum illius tolerantiam laboremque comperisset, in sua eam libertate esse iussit. Quod verò eandem Olympiadem ferme omnes virginem prædicent, constat ex epist. 2. S. Ioannis Chrysost. in additionibus, eam sic appellatam, non tam corporis integritate, quàm incorruptione morum, & bonorum operū luce, quibus ornata erat. In sua autem, in omnibus, potestate relicta, durum vitæ genus amplectitur; abstinet animatis omnibus, balneasque nunquam adit. Nectarius Episcopus Constantinopolitanus adeò eam fuit admiratus, vt etiam in Ecclesiasticis rebus illi obtemperaret. Sanctissimis pluribus Episcopis, quorum religiosa consuetudine vtebatur, in quibus, Amphilochius Iconij, Petrus Sebastiæ, Basilij frater, Epiphanius Constantiæ Cypri, Episcopi, pecunias largissime, & villas donauit. Optimo quoque in Ponto Episcopo, Constantinopoli morienti oculos clausit: hæc ob insignia virtutum merita, licet nondum annis ad id munus apta, creata est Ecclesiæ CP.[na] Diaconissa, quod ministerium expleuit magna totius Ecclesiæ laude, vt ne inuidis quidem, & obtrectatoribus, nec suspicandi de se aliquid indignum, occasionem dederit.

Eius prudētissima epist. ad Imp.

Olympias Vidua non Virgo.

D

Diaconissa ante legitimam ætatē

Theodosius ad periculosum in primis bellum, in quo de summa rerum agebatur, se parans, diuinum ante omnia sibi numen conciliare studuit, per Sanctissimos Anachoretas, & Monachos, ad quos in Ægyptum legatos misit, & in primis ad Io. sanctissimum Anachoretam, quem & de belli euentu consuluit, de qua re Augustin. de Ciuit. Dei [a] & Rufin. [b] & Euagr. Vit. SS. PP. [c]

E

Theodos. se parat ad bellum precibus Monachorum.
a lib. 5. c. 26
b 2. cap. 32.
c cap. 1.

Sed & celeberrimum quendam Monachum, Senuphium nomine, vt apud se haberet, euocauit. At is, anceps, cum & obsequi Imperatori vellet, & cellam deserere nollet, diuino instinctu, præclarū consiliū inijt, fide plenū: nā cū superhumerale suū, & baculum in cœlum sustulisset, Dominum sic obsecrauit: Da Deus huic superhumerali, & baculo, vt tantum possit, quantum ego ipse si illic adessem, illisque ad Imperatorē missis, mandat, vt superhumerali caput contectus, & baculum manu gestans, audenter, ante omnes procedat in hostes, incruentam reportaturus victoriam. Sic egit Imperator,

Præclarum fidei factū sancti Monachi.

perator, magna fide nixus; sic victoriam obtinuit. Festum Imperator nominauit hunc diem, & nunc quoque, post tantum tempus, magnificè celebratur ab Alexandrinis, & nominatur εἰκόνιον ab imagine, ab eis enim Imperatori facta est statua, eo, quo tunc modo armata, sic apud Metaphr. 31. Ian. in Actis SS. Cyri, & Io. Eadem breuiter Glycas annal. p. 4. Sed an hoc anno, cum contra Maximum processit, an postea, cum contra Eugenium, an alijs bellis, hæc contigerint, incertum. A

Rursum vero pluribus hoc anno Rescriptis aduersus hæreticos datis, viam sibi ad victoriam muniuit.[a] & l. 12. interdicit altercationes de Religione, ex quibus redarguitur Socrates, asserens, omnibus, præter Eunomianos, concessisse priuatos conuentus, & Ecclesias extra Ciuitates.

a l. 14. de hæret. l. 15. & 16. C. The.

b lib. 5. c. 26

His igitur præsidijs munitus Theodosius aduersus Maximum mouet, & Sisciæ in Pannonia adeptum, cum semper victore exercitu confligit, & profligat; mox longius progressus, Marcellinum eius fratrem, alterius exercitus Ducem, item profligat, & Aquileiam contendit, quo se incluserat Maximus, quem sui ipsius milites captum ad Theodosium perducunt, & inclinante Theodosio ad misericordiam, milites indignati, de conspectu abreptum, obtruncant. Andraganius classis Præfectus, audita Maximi nece, se dat præcipitem in fluctus: sequuta est mors Victoris pueri, Maximi filij, iam Augusti appellati, quem Arbogastes Comes confecit. Hæc ex Zosimo, Pacato, & alijs, breuiter. Hac victoria Gallia, Hispania, Britannia, Italia, & omne denique Occidentale Imperium recuperatum, & Orientale tutum redditum est. Retexit S. Ambros. tot ac tanta a Deo impartita Theodosio beneficia, epist. 29. B

Theodos. victor Occidētale restituit Imp.

At Theodosius non tam victoriæ tantæ claritudine illustratus est, quam clementia, ipso maximè hortatore Ambrosio, qui ad eum venit Aquileiam, & epist. post, ad eum scripta 29. *Inimici tui filias*, inquit, *reuocasti, nutriendas, apud affinem, dedisti, matri hostis tui, misisti de ærario tuo sumptus*: plura, & præclara de eius clementia, Pacatus in Panegyr. C

Theodosii clementia.

Sed & inde maximam Theodosius consecutus est laudem, quod summa rerum potitus, integrum tamen Occidentale Imperium restituit Valentiniano.

Aquileiæ cum esset, ad Tripholium P. P. aduersus res a Maximo gestas rescripsit.[d] & Mediolanum cum venisset, aduersus Maximi Acta item rescripsit.[e]

d l. 6. de infirm. his q̃ sub Tyrān.

e l. 7.

Hoc ipso anno ante victum Maximum, Theophilus Alexandrinus legatum Isidorum misit in Italiam cum litteris, atque muneribus, vt alterutri, qui vinceret, eadem traderentur (Socr. 6. c. 2.) re detecta, Isidorus Alexandriam profugit, atque hac causa Theophilus, adeo post pro Isidoro laborauit. hic prædiues fuit, & largissimus in pauperes, prius fuit in Nitria Monachus, inde in presbyterum ascitus Ecclesiæ Alexandrinæ, vt modo presbyter, modo Monachus appelletur. Pallad. in Lausiac. hoc nomine infelix, quod Origenista fuit. D

Interim Constantinopoli, antequam pugnaretur, vulgatum cum esset, Theodosium profligatum, Ariani ægre ferentes, quod Ecclesias intra vrbem habere prohiberentur, furore perciti, Nectarij Episcopi domum incendunt, post vero audito nuncio de Theodosij victoria, magno timore perculsi, per Arcadium filium veniam petunt, & impetrant. S. Ambros. epist. 29. ad Theodos.

Hoc ipso anno, Paschali tempore, Augustinus, qui trigesimo primo ætatis ad Christum conuersus erat, & 32. & 33. perseuerauerat Cathecumenus, & libros contra Academicos de vita beata; & Soliloquia scripserat, 34. suæ ætatis, Mediolani a S. Ambrosio, cum Adeodato filio, & Alipio socio baptizatur. Ex pluribus locis eius inuicē collatis, hoc efficitur, de suo baptismo ipse Confess. 9. cap. 6. in quo de admirabili indole, & ingenio filij. fertur Ambrosij nomine sermo inscriptus hac de re 92. inter sermones Ambrosij, confictus, insulsus, & falsus. E

August. ab Ambrosio baptizatur. Quæ Cathecumen⁹ scripserit.

Augustinus, suscepto baptismo, cum matre, filio, & socijs reuersurus in Africam, Romam venit; vbi aduersus insolentem iactationem Manichæorum de sua falsa & fallaci continentia, vel abstinentia, scribit de moribus Ecclesiæ Catholicæ, vbi quæ Romæ vidit, Collegia, seu Monasteria virorum, & feminarum, præstanti florentia abstinentia & morum disciplina commemorat: item de moribus Manichæorum, scribit etiam

De morib. Eccles. C. [illegible]

Dia-

A Dialogum, in quo de anima multa quæruntur. Ibidem, quærit vnde sit malum, quæ disputatio tres libros peperit, qui appellati sunt de libero arbitrio, quorum secundum, & tertium post in Africa presbyter ordinatus, terminauit. Retract. libro primo, capit. 7. 8. 9.

De Manic. morib.
Tres de lib. Arb.

Per hoc tempus, cum esset Theodosius Mediolani, & Ambrosius Aquileiæ, ex aliqua Ecclesiastica causa, contigit, vt in partibus Orientis, cum Monachi pergentes cũ psalmodia, ex cõsuetudine, vsuque veteri, ad celebritatem Machabæorum Martyrum, Valentiniani hæretici (propiores Gentilibus cum 32. Deos colant) iter prohiberent, qua illi moti insolentia, fanum eorum in quodam rurali vico tumultuarie conditum incenderent, itemque Synagogam Iudæorum, quod ipsi quoque insultassent Christianis, qua de re Comes Orientis relationem direxit ad Imperatorem, qui rescripsit vin B dicandum in ceteros, Synagogam ab ipso reædificandam Episcopo, quo auctore incensa dicebatur. Episcopi Orientis Sanctum virum Ambrosium, quod plurimum posse apud Imperatorem non ignorarent, interpellant, cum de alijs Ecclesiæ oppressionibus, per eius Magistratus; tum de hac maxime, vt cum eo agat: egit igitur statim per literas, & quidem acerrima libertate, & paulo post coram. epist. illa num. 29. est valde insignis, & digna, quam omnes Principes legant, sed & sacerdotes, aliqua insigniora delibemus. *Neque Imperiale est*, inquit, *libertatem dicendi negare, neque sacerdotale, quod sentiat non dicere*, &c. *Hoc interest inter bonos, & malos Principes, quod boni libertatem amant seruitutem improbi*.

Insignis epistola Ambr. ad Theodos.
Legãt eam Principes, legãt & Sacerdotes.

Nihil etiam in sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quàm quod sentiat, non liberè denuntiare &c. *Malo igitur, Imperator, bonorum mihi* C *esse tecum, quam malorum consortium: & ideo clementiæ tuæ displicere debet sacerdotis silentium, libertas placere. Nam silentij mei periculo inuolueris, libertatis bono iuuaris. Non ergo importunus indebitis me interfero, alienis ingero; sed debitis obtempero, mandatis Dei nostri obedio, quod facio primum tui amore, tui gratia, tuæ studio conseruandæ salutis. Si id mihi vel non creditur, vel interdicitur, dico sane diuinæ offensæ metu &c. Si in causis Reipublicæ loquar (quamuis etiam illic iustitia seruanda sit) non tanto astringar metu si non audiar. In causa vero Dei, quem audies, si sacerdotem non audias, cuius maiore peccatur periculo? Quis tibi verum audebit dicere, si sacerdos non audeat? Noui te pium, clementem, mitem, atque tranquillum, fidem, ac timorem Domini cordi habentem, sed plerumque aliqua nos fallunt, habent aliqui zelum Dei, sed non secundum scientiam. Ne igitur hoc etiam fidelibus animis obrepat, cauendum arbitror* &c. Accedens ad causam, *Iussisti*, inquit, *vindicari in ceteros, synagogam ab ipso* D *ædificari episcopo: Non astruo expectandam fuisse assertionem episcopi, sacerdotes enim turbarum moderatores sunt, studiosi pacis, nisi cum & ipsi mouentur iniuria Dei, aut Ecclesiæ contumelia. Sit aliquis iste episcopus feruentior in exustione synogogæ, timidior in iudicio: Non vereris, Imperator ne acquiescat sententiæ tuæ, ne præuaricetur, non times? Nõ etiam vereris, quod futurum est, ne verbis resistat Comiti tuo? Necesse igitur erit, vt aut præuaricatorem, aut martyrem faciat; vtrumque alienum temporibus tuis, vtrumque persecutionis instar, si aut præuaricari cogatur, aut subire martyrium. Vides, quo inclinet causæ exitus, si fortè Episcopum putes, caueto martyrium fortioris: si inconstantem, declina lapsum fragilioris; plus enim astringitur, qui labi infirmum coegerit. Hac proposita conditione, puto dicturum episcopum, quod ipse ignes sparserit, turbas compulerit, populos compulerit, ne amittat occasionem martyrij & pro inualidis subijciat validiorem.* E *O beatum mendacium, quo acquiritur sibi aliorum absolutio, sui gratia &c. Quid si alij timidiores, dum mortem reformidant, offerant, vt de suis facultatibus reparetur synagoga? &c. Erit igitur locus Iudæorum perfidiæ, factus de exuuijs Ecclesiæ; & patrimonium, quod fauore Christi acquisitum est Christianis, hoc transferetur ad donaria perfidorum? &c. Quanto autem periculo instaurare quis tentaret incensa ædificia Iudæorum, reuocat in memoriam, quæ dicta sunt superius de prodigijs, quæ acciderunt sub Iuliano conante iterum reædificare templum Hebræorum Ierosolymis* &c. Ad postremum verò iniustè agi contestatur, cum quid de Ecclesia, vel sacerdotibus decernitur, absque sacerdotum consilio, atque ait. *Certe si mihi parum fidei de-*

fertur

A *fertur, iube adesse, quos putaueris episcopos: tractetur, Imperator, quid salua fide agi debeat. si de causis pecuniarijs Comites tuos consulis: quanto magis, in causa religionis, sacerdotes Domini æquum est consulas?* &c.

Cum Theodosius his acceptis litteris, non tamen reuocaret iussionem, Ambrosius, Mediolanum reuersus, quod fuerat comminatus, nisi in Regia audiretur, fore, vt in Ecclesia, spectante populo, in eum dicturus esset, sacerdotali libertate perfecit, nam præsente in Ecclesia Theodosio, capta occasione de baculo nuceo, ex Hieremia, secundum 70. quam salubris esset sacerdotalis obiurgatio, pluribus demonstrauit, & repetitis, quæ scripserat, vehementi inuectus est in eum apostrophe, vim eidem addens ex persona, quam faceret, loquentis in eum Domini, hisce verbis. *Ego te, ex vltimo, Imperatorem feci: Ego tibi exercitum inimici tui tradidi: ego tibi copias, quas ille aduersum te exercitui suo præparauerat, dedi: ego inimicum tuum in potestatem tuam redegi: Ego de semine tuo supra solium regni constitui: ego te triumphare sine labore, feci: Et tu de me, inimicis meis donas triumphos?* Cui, descendenti de exedra, Imperator ait, *Contra nos, te posuisti hodie Episcope.* At ille respondens, ait, non se contra ipsum, sed pro ipso fuisse locutum. Tunc Imperator, *Re vera*, inquit, *dura præceperam contra Episcopum, de Synagoga reparanda.* In Monachos verò vindicandum esse, a Comitibus, qui in tempore aderant, dicebatur. Quibus Episcopus. *Ego quidem cum Imperatore nūc ago: vobiscum vero mihi aliter agendum est.* Atque ita obtinuit, vt illa quæ statuta fuerant, reuocarentur. Nec prius ad altare accedere voluit, nisi fide sua Imperator illum agere debere testaretur. Hæc plenius habentur apud Paulinum in Vita. & in epist. citata 29. ad Theodos. & in 18. edita ad sororem. B

Oratio Ambros. plena libertatis apud Imp. corā ēt pop.

C Gentiles Senatores abusi nomine totius Senatus, petunt a Theodosio, vt Aram Victoriæ à Maximo in Capitolio restitutam, permanere velit, intercedit Ambrosius, & vt tollatur, impetrat, epist. 15. Edit. Rom.

Ambr. Constantia.

Exemplum constātiæ suæ refert S. Ambros. 2. lib. Offic. quos post redemptos captiuos scripsit, *Meministis ipsi, quoties aduersus regales impetus pro viduarum, imo omnium depositis, certamen subierimus? communc hoc vobiscum mihi, recens exemplum Ecclesiæ Ticinensis proferam, quæ viduæ depositum, quod susceperat, amittere periclitabatur,* &c.

De officijs quādo scripserit.

Faustinus, & Marcellinus, ex Schismate Vrsicini, inhærentes Schismaticis Luciferianis, aduersus Orthodoxos, librum a se scriptum, Theodosio obtulerunt, eius auxilium implorantes, (cuius meminit Gennad. in scriptoribus. [a]) quo lecto, vel ignorans ipsos fuisse Schismaticos, vel quod perperā putasset reperiri fidem in Schismate, cum & qui obtulerunt, in omnibus profiterentur, sese Catholicæ fidei defensores, ob eamque causam vexari a Catholicis, vel hæreticis Arianis; errore deceptus, vt homo puræ, & synceræ fidei, suo eos fouere voluit Rescripto; sed monitus post a Catholicis Episcopis, omnes eorum conatus irritos reddidit, adeo, vt posthac nulla amplius mentio reliqua fuerit Luciferianorum Schismaticorum. qui uero apud eos sanioris fuere consilij, ad ecclesiam se aggregarunt, vt Gregorius Bæthicus Eliberinus Episcopus, de quo S. Hieronymus in lib. de script. cuius extat liber de Trinitate ad Gallam Placidiam, sed nomen Placidiæ videtur mendose additum, cum Galla Placidia iam tum infantula lactens esset, sed Galla eius mater, vt filia Iustinæ August. Arianæ feminæ, eiusmodi institutione indigeret. est celebris nomine sanctitatis in Ecclesiasticis tabulis 24. Apr. Floruere in ea Prouincia per id tempus alij præstantes viri, Febadius, qui & ipse de Trinitate, contra Arianos scripsit, & alia opuscula. Pacianus quoque Barcilonensis Episcopus, castitate, & eloquentia commendatus, cuius est inter alia, nobilis illa lucubratio aduersus Nouatianos. haud ita pridem desierat ex hac vita Aquilius Seuerus nobilis ingenij, & generis vir, cuius meminit Hieronymus. D E

a cap. 16.

Greg. Eliberinus Eps, scripsit de Trinit. ad Gallam A. Febadius & ipse de Trinit. scripsit. cōtra Arian. Pacian' Barcil. scrib. cōtra Nouat. Aquilius Seuerus nobilis scriptor.

Commentitiæ Chromatij Episcopi Aquileiensis, & Heliodori Episcopi Altinensis epistolæ ad Hieronymum, & Hieronymi ad ipsos, hoc anno datæ ferūtur. falsa, quæ de Synodo in ea scribuntur, & cætera, quæ ibi habentur. Verum tamen est, ipsum Sanctum Hieronymum perbreuem sanctorum collectionem elaborasse, eamq. ad eosdem Episcopos missam, toto Christiano orbe vulgatā esse, de qua latè Cassiodor. in diui-

Comētitiæ quædā Hieronymi epistolæ.

nis

A nis lectionibus, cap. 32. Vitas PP. confessiones fidelium, passiones Martyrum legite constanter, quas, inter alia, in epistola S. Hieronymi ad Chromatium, & Heliodorum destinata, procul dubio reperitis, qui per totum orbem terrarum floruere, vt sancta imitatio vos prouocans ad cœlestia regna perducat. quæ quidem Hieronymi lucubratio nō nisi post annos quatuor dici potest elaborata. siquidem in lib. de vir. illustr. nullam de ea facit mentionem, quam post ann. 4. scripsit.

Palladius Galata hoc anno Alexandriam petijt, qui tum ex ijs, quæ ibi eremum Ægypti peragratus, vidit, tum ab alijs audiuit, scripsit postea commentarium ad Lausum Præfectum, quam ob causam eundum librum interdum Lausiaca appellarunt, cui & titulus ille præfixus alicubi reperitur, Paradisus Heraclidis. Mansit cum Euagrio Pontico in Eremo aliquot annis, cuius consuetudine erroribus Origeni, imbutus est. Hieronymus ad Ctesiphōtem, & procemio aduersus Pelagianos, & Epiphanius apud B Hieronymum epist. 60. ad Ioannem Ierosolymitanum episcopum, monens ut caueat Palladium Galatam, Origenis hæresim pṛedicantem; quod is, morbi causa, deserto eremo Nitriæ, abijsset in Palæstinam, qui & ille creditur fuisse, qui Paulam de hac hæresi tentauit, & a Hieronymo fuit confutatus; & de Paula, aduersus eundem Hieronymū, scripsit, cap. 20. in Lausiacis, quasi is Paulam a uia perfectionis abduxisset. post recedens a Palæstina, in Bithyniam, Catholici persona induta, & inter Catholicos consuescens, in Ioan. Chrysostomi se amicitiam insinuauit, & persecutionum cum eo particeps fuit, Helenopolis episcopus factus. in Lausiacis, cap. 22. qui, cum eadem persecutio magis inualesceret, Romam profectus, ab Innocentio Papa exceptus, & a Piniano, eiusque coniuge Melania, iuniore, officiose hospitio receptus est. Lausiacis, cap. 49. Is scripsit Dialogum de Vita Sancti Ioan. Chrysostomi, (licet Palladium illū, qui interloquitur, diuersum esse oporteat ab eo, de quo agimus) qui mutata interdum persona, non mutauit animam impietate refertam, cuius non leue est argumentum, C quod eo libro, quem post eas turbas conscriptum ab eo constat (nam in eo meminit de Melaniæ obitu, qui contigit post vrbis excidium) Origenistas complures laudauit, ipsumque in primis Euagrium, Origenis erroribus infamatum, ad cęlum euexit.

Palladij Lausiaca.

Euagrius Ponticus a S. Basilio lector ordinatus, a Gregorio vero Nazianzeno Constantinopoli factus Diaconus, Nectario relictus: inde, cum, diuino impulsu, coactus esset recedere, Ierosolymam ad Melaniam se contulit: vbi mala valetudine diu affectus, pœnitentia anteactæ vitæ ductus, ex Clerico Monachus redditus, in Ægyptum profectus, in Nitriæ monte monasticam vitam exercuit ad decimumsextum vsque annum. Pallad. in Lausiac. ca. 22. & 25. De eo S. Hieronym. ad Cōtesiphtem aduersus Pelagianos, Origenistam fuisse affirmat, & ab his fluxisse Pelagianos, & plures libros D scripsisse ad Virgines, ad Monachos, ad Melaniā, de impassibilitate, librū quoq; quasi de Monachis, multos in eo enumerās, qui nunquā fuerūt, & alios, quos fuisse Origenistas, & ab Episcopis dānatos, non dubiū est, Ammoniū videlicet, & Eusebiū, & Euthymiū, & ipsum Euagriū, Or, quoq; & Isidorū, & multos alios, quos enumerare tædiū est, vno Ioāne posito ī principio libri, quē & Catholicū, & sāctū fuisse certū est, vt ꝑ illius occasionē, cæteros, quos posuerat hæreticos ī Ecclesiā introduceret. quos ꝑ Oriētē Gręcos, & interprete discipulo eius Rufino, Latinos, pleriq;, ait, in Occidēte lectitāt.

Euagrius Origenista, plura scribit, Monachos, fingit, qui nunquā fuerūt, & alios ingerit hęret. Origenistas pro Cath.

A Sozomeno, qui Origenistarum errores minimè exploratos habuit, plurimū commendatur, recenset eius lucubrationes Gennad. de vir. illustr. cap. 22. nam præter Vitas patrum, scripsit, inquit, multa Monachis necessaria &c. vixit, inquit, ætate, signis, & prodigijs pollens; erga Origenistas, (vnde Pelagiani) ipse Pelagianus, propensior. fidelior Palladius, qui in eremo socij res gestas scribens, de miraculis, nihil, aliunde E quæsitis argumentis eum summopere celebrans. in Lausacis, c. 25.

Christi Annus	Siricij Pap.	Valētiniani 14 / Theodosii 11. Impp.	Timasio atq; Promoto Coss.
389.	5.		

SAncta Monica S. Augustini religiosissima mater, anno ætatis suæ 56. Augustini 35. in portu Romano, dum expectat opportunam nauigationem in Africam, ad

A beatam vitam euocatur, vnius tantum rei solicita, vt pro se sacrificium salutare offerretur. *Tātum, inquit, illud vos rogo, vt ad altare Domini memineritis mei, vbi fueritis.* Confession. 9. c. 8. & sequentibus.

S. Augustinus soluens è portu Romano, secunda nauigatione, Carthaginem appulsus, suscipitur hospitio apud illustrem virum, Innocētium, Exaduocatum Vicariæ Præfecturę, cuius periculosè ægrotantis admirandam curationem, vehementissimæ vi orationis impetratam, narrat 22. de Ciuit. Dei. c. 8.

Augustinus reuersus in Africā, rustico secessu p triennium agit.

Reuersus una cum socijs, Alipio, & Euodio, in patriam, quem condixerant, cum adhuc in Italia essent, vitæ statum exercere cęperunt, secedentes enim rus, ibi per triennium permansere, Deo viuentes in ieiunijs, orationibus, bonisque operibus, in lege Domini meditantes die, ac nocte. Et de ijs, quæ sibi Deus cogitanti, atque oranti, intellecta reuelabat, & præsentes, & absentes, sermonibus, ac libris docebat. Possidius, cap. 3. B

Scrib. de Magistro. Cōtra Manichæos, & lib. de Musica.

Hoc anno scripsit de Magistro, cum iam Adeodatus filius sexdecim esset annorum, qui & paulo post vita functus est. Duos item libros contra Manichæos, de Genesi, absoluit, & libros de Musica, & Commentarium de vera Religione aduersus Manichæos.

S. Greg. Nazianen⁹ migrat e uita.

Hoc ipso anno, 9. Maij, S. Gregorius Nazianzenus, cognomento Theologus, migrat in cœlum, ætatis suæ anno sexagesimoquinto, annus colligitur ex Hieronymo de script. quē librum scripsit Theodosij decimoquarto, quo redarguitur erroris Chron. Prosperi, referens in annum tertium Theodosij, & Suidas referēs in annum eiusdem decimumtertium, in eius quoque ętatis annis lapsus, tribuens illi annos 90.

Vexatus in senectute morbis, & tētationib⁹ angoribusque animi.

C Carmina quæ eius extant, indicant, eum in senectute, non tantum vexatum fuisse varijs corporis morbis, & præteritorum malorum memoria assidue cruciatum, sed diris etiam a Diabolo impugnatum fuisse tētationibus, vt, qui illibatam in pueritia Virginitatem custodierat, in senectute turpius laberetur, quibus remedijs carnem castigaret, indicat carmine aduersus carnem, & de calamitatibus animæ suæ. Quanto autem studio senex, corpore fractus, Monasticam disciplinam excoluerit, indicat carmen de silentio 40. dierum, quod tenuit, castigans, ut ipsi videbatur, loquacitatem. expertus est etiam calumnias, & persecutiones, & aliquando lapidationes, ad altare, cum sacrificaret, ab hypocritis Monachis Carm. in Mon. hypocr. & ep. 81. Editionis nouæ. ad Theodorum episcopum Tyanensem. Extat eius effigies in Græco Vaticano Codice, consentanea illis, quæ de se ipse scribit, carminibus, de rebus suis. & alibi. Eiusdē imago sculpta, in Ecclesia pie frequentata, & culta fuit, ex qua & miracula edita prodit. Cedrenus in Michaele Balbo. D

Greg. Testamētum.

Extat eius testamentū, hoc principio, *Consulatu Flauij Eucherij, & Flauij Syagrij CCLL. VV. pridie Kal. Ian. (alias Iun.) Gregorius Episcop⁹ Catholicæ Cōstātinopolit. Ecclesiæ, viuens, ac prudens, sanoque consilio, & integro sensibus, condidi hoc testamentum, quod quidem iubeo, & volo ratum esse, firmitatemque in quolibet foro, & quomodolibet obtinere. Iam enim mentem meam manifestam feci, & meam omnem substantiā Catholicæ Nazianzi Ecclesiæ consecraui, ad pauperum, qui sub eadem sunt Ecclesia, ministerium*, &c. Quod vero meminerit in eo filiæ suæ dulcissimæ Alipianæ, & Meletij, quem γάμβρον appellat, quæ vox fere generum significat (cum de perpetua Gregorij Virginitate, ex pluribus eius scriptorum locis constet) nihil mouere debet: de spirituali enim filiatione, vt solet, loquitur, & γάμβρος etiam significat quemcumque affinem. Dignum planè testamentum, quod legatur. E

Greg. Virgo.

Theodos. variæ leges.

Theodosius Mediolani agens 10. Kal. Februarij lege cauit, ne liceret Imperatori, vel Magistratibus quidquam per codicillos, vel epistolas relictum accipere, quod priuatis permissum erat, [a] & Mense Maio rescribit aduersus Macedonianos. [b]

Mense verò Iunio Romam ingressus cum Honorio filio (Marcellini Chron.) triumphum agit cum Valentiniano de recuperato Occidentali Imperio. laudatur in Senatu a Pacato celebri oratore Gallicano.

Symmchus vir Consularis, & eruditus, sed Paganus, ob librum coram Maximo recitatum, & editum, de eius laudibus, reus Maiestatis factus, ad Ecclesiam confugiēs,

a l. 2. de Test. Cod. Theodos.

b l. 17. de hær. Cod. Theod.

a cle-

A a clementissimo Principe, venia donatus, dum preconio laudum in Consistorio eum laudat, subtili arte, qua valuit, Aram Victoriæ in Senatu restitui a Christiano Principe petijt. Quem ille statim a suo conspectu pulsum in centesimo lapide rhædæ non stratæ impositum ea die manere præcepit, Socrates [a] redargutus a Prospero (lib.3. de prædictionibus & promissionibus cap.38.) in eo, quod ait ad Nouatiani Episcopi petitionem Symmacho veniam datam. a lib.5.c.14

Cum animus Theodosij apertè innotuisset, vt est apud Prudentium lib.1. in Symmachum, de sacrificijs & festis Idolorum abolẽdis, & Idolis confringẽdis, nisi si quid excellentioris artificij ad ornatum Vrbis exponeretur, & per Iouinum, & Gaudentiũ Comites templa Gentilium expoliasset, miro animi ardore fideles in Idola, insiluerunt, S. Hieronymus præfat. ad Gal. lib. 2. & epist.7. Augustin. de Ciuit. Dei lib.5. cap. 26. Prosp. loco citato.

B Socrates,[b] & Prudentius [c] aduer. Symmachum, Theodosium celebrant, quod sordium & nefariorum scelerum cloacas quasdam expurgasset, atque alia turpia, & obscena Gentiliciæ superstitionis aboleuisset. b lib.5.c.18 c lib.1.

Sanxit aduersus Maleficos Romæ cum esset. [d] Item aduersus Manichæos, [e] Sozomenus 7. cap.14. & de ferijs, quibus a Iudicij strepitu vacaretur. [f] d L. 11. de malef. C. Theod:

Illa quidem maxime aduersus Manichæos sanxisse instante Romano Pont. Siricio, quæ in lib. de Rom. Pont. de ipso leguntur, indicant. *Hic inuenit Manichæos, quos in exilium deportauit; & hoc constituit, vt non participarent cum fidelibus communionem, quia polluto ore non liceret sanctum corpus Domini contrectare. Hoc quoque constituit, vt si quis conuersus de Manichæis rediret ad Ecclesiam, nullatenus communicaret, nisi tantum relegationi Monasterij diebus vitæ suæ teneretur obnoxius, vt ieiunijs, & orationibus maceratus, probatus sub omni examinatione, vsque ad vltimum diem trãsitus sui* C *humanitate Ecclesiæ Viaticum ei largiretur.* Hæc autem propterea, quod Manichæi difficile cognosci poterant, cum pro ludo haberent simulare, abiurare verbis tantum, periurare, & se pro Catholicis gerere, hæretici cum essent. e L. 18. de hæret. f L. 2. de fer. C. The.

Mortuo Paulino Episcopo Antiocheno, qui eius partis erant, Euagrium subrogãt, pro quo Siricius Theodosium interpellauit aduersus Flauianum, eiusdem vrbis, alterius partis, Episcopum; & in eadem causa indicta Synodo Capuæ in Campania; ille minime venit, sed ab Imperatore petijt, vt ageret cum Episcopis Occidentalibus Synodum agi in Oriente, ad quam ipse causam dicturus accurreret, Synodus Capuensis (sic enim est appellata) statuit, vt nemini Catholico de Orientalibus, qui alterutrum sequeretur, communio denegaretur, ne Orbis scinderetur. Rursum vero ad tollendam D omnem dissensionum causam inter Euagrium, & Flauianum, illam cognoscendam delegant Theophilo Episcopo Alexandrino, cum Ægypti Episcopis. At refugit Flauuianus Theophili iudicium. Extat de his Ambrosij epistola ad Theophilum num. 78. De hac tota re Theodoretus, fautor Flauiani. Socr. & Sozom. scribentes, plura peccant in ratione temporis, & personarum. Non diu superuixit Euagrius, iuxta Socr. & Sozom. nec sic tamen sublata dissensio. licet enim nullus illi subrogatus esset, qui tamen eius communionis erant, communicare cum Flauiano penitus recusarunt. Vixisse tamen apparet vsque ad Theodosij 14. annum, vt colligitur ex his, quæ habet Hieronymus in lib. de script. quem tum scribebat, de Euagrio. Euagrius, inquit, Antiochenus Episcopus acris, & feruentis ingenij, cum adhuc esset presbyter, diuersarum hypotheseon tractatus mihi legit, quos necdum edidit. Vitam quoque B. Antonij de Græco E Athanasij, in sermonem nostrum transtulit.

Eadem Capuẽsis Synodus causam Bonosi cuiusdam in Macedonia Episcopi, hæresis accusati, quod illibatam Dei Genitricis Mariæ Virginitatem negare, post partum, auderet, delegauit Anysio Thessalonicensi Episcopo, qui eam, cum sibi subiectis Episcopis cognosceret, extat de eiusmodi delegatione epistola apud Ambrosium, non tamen Ambrosij, num.59. Damnatum porro ab Episcopo Thessalonicensi Bonosum, Innocentius Papa testatur epist. 22. cap.5. a quo Bonosiani hæretici, ijdem Photinianæ hæreseos sectatores, vt Gennad. tradit, in Audentio Episcopo Hispano, quem aduersus eos scripsisse affirmat Damnãtur a Gelasio Papa Bonosiani vna cum Photino. Ab Bonosus q. dam hæresiarcha negãs perpetuam B. Mariæ Virgin. damnatur.

eadem

eadem Synodo statutum fuit, ne fierent Rebaptizationes, reordinationes, & Episcoporum trãslationes. Citatur hic Canon a Concilio Carthagin. C. 15. apud Balsamonem C. 52. Certus annus Synodi non constat, sed circa hæc tempora celebratam oportet. A

Quadrages. exepta reonum supplicijs.

Theodosius kalendis Septembris Roma recedit, Marcellin. in Chron. 8. Id. Septẽb. Foro Flauij hoc Rescriptum dedit. Sacratis Quadragesimæ diebus nulla supplicia sint corporis, quibus absolutio expectatur animarum.a

a L. 5. de quæst. Cod. Theod.

b L. 19. de hæret. Cod. Theod.

Serapidis Alex. Templum exciditur.

Mediolani 6. kal. Decembr. Rescripsit aduersus hæreticos. b Hoc eadem anno (vt Marcellinus in Chron. auctor est) dato ab eodem Imperatore Rescripto celeberrimũ illud, totoque orbe terrarum notissimum Templum Serapidis Alexandriæ funditus excisum est, rem totam, maxime memorabilem, & occasionem, ob quam motus fuit Imperator, Rufinus latè differit c meminit item Socrates d & Sozomenus, cap. 20. Huiusmodi templorum in Ægypto demolitio prædicta fuit a Bessarione Abbate Vit. SS. PP. cap. 11. Præcognita quoque fuit a Dæmone, atque Antonino Philosopho an Mago, Ethnico, reuelata. Sardianus in Ædesio. Cuius occasione prædictionis Sanctus Augustinus librum scripsit de Diuinatione Dæmonum, capite eius primo. B

c lib. 2. c. 22

d lib. 5. c. 16

Aug. scrib. de diuinatione Dæmonum.

Eunapius, dum de reliquijs martyrum in Idolorum templa illatis, & cultis, multa blaterat, antiquum Ecclesiæ Catholicæ ritum, in veneratione martyrum comprobat: dum item Monachis maledicit, ostendit cuius spiritus sint hæretici, qui eum imitantur.

Retectis & propalam expositis Deorum ludibrijs, & nefarijs immanitatibus sacrorum sacrilegorum, Gentiles pudefacti, magno numero ad Christum accesserunt.

Edicto Principis inchoata hoc anno demolitio Templorum, & confractio simulacrorum per vniuersum orbem Romanum, per annos plures durauit, strenue in hoc piũ opus Episcopis, & fidelibus populis incumbentibus, alicubi Gentilibus, vi, & armis suum ius tuentibus, vsque ad cædes fidelium, & ipsorum Episcoporum: licubi etiam Deo signis, & prodigijs, quam id sibi gratum esset, contestante. De Syria referunt Theodoretus e Sozom. f Eadem ab Occidentalibus Episcopis studiose factitata, licet plurima exciderint monumenta, quæ a S. Martino in hoc opus incumbente, a Seuero in eius vita posteritati relicta sunt, satis indicant. C

e lib. 5. c. 22

f lib. 7. c. 15

Christi Annus	Siricij Pap.	Valentin. 15. Theodosij 12. Impp.	Valentin. 4m & Nesterio Coss.
390.	6.		

THessalonicensis populus in seditionem versus, militum Illyrici Præfectum, leui de causa, interficit. Imperator Ambrosio petenti, & alijs Episcopis, veniam, se illis daturum promiserat: sed agentibus Comitibus occultè cum Imperatore vsque in horam tertiam gladio ciuitas est donata, atque plurimi interrempti innocentes, septem millia Theodoretus affirmat. Cædes huiusmodi Mediolani ab Ambrosio, & Episcopis, qui ad Synodum conuenerant, pessime est accepta. Quare Ambros. epistola quæ num. est vigesimaoctaua, Imperatori, antequã accederet Mediolanũ, denunciat indgnum se propterea ecclesiastica communione penitus reddidisse, atque ab ingressu Ecclesiæ penitus separatum; sed vnam illi viam salutis esse relictam, vt pœnitentiam agendo, promereretur ab Ecclesia indulgentiã. Quibus perculsus litteris Imperator, Mediolanum adueniens, non prius dignus habitus est cætu Ecclesiæ, vel sacrorum communione, quam publicam ageret pœnitentiam. hæc breuiter ex Paulino, breuiter item rem narrãte, quam Theodoretus g latius recitat, octoque menses eũ, ait, abstentum ab Ecclesia, nec prius admissum, quam legem sanciret, ne sententiæ de cæde, & bonorum publicatione ante 30. dies executioni mandarentur. Sed ab eo, qui tulit, exacto eo tempore, recognoscerentur. Meminerunt eiusdem legis Rufinus h & Sozomenus. i Extat quidem lex ipsa cum in Cod. Theod. tũ in Iustinianæo sic descripta. *Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius A A A. Flauiano PP. Illyrici, & Italiæ. Si vindicari in aliquos seuerius, contra nostram consuetudinem, pro causæ intuitu, iusserimus; nolumus statim eos subire pœnam, aut excipere sententiam, sed per dies 30. super* D E

Publica pœnit. Theod. d cęde Thessalonicensi.

g lib. 5. c. 17

h lib. 2. c. 18

i lib. 7. c. 24

De differenda executione sentẽtiæ in 30. diem.

statu

A *statu eorum sors, & fortuna suspensa sit. Reũ sane accipiat, vinciatque custodia, & excubijs solertibus vigilanter obseruet. Dat. XV. Kal. Sept. Veronæ, Antonio, & Syagrio Coss.* Veruntamen subscriptio, rem admodum perplexam reddit, quæ ante ann. 8. datam ponit. Lege sancita, vinculis solutus est, & templum ingressus, prostratus ad pauimentum suffusus lachrymis iacuit, & cum dona sacræ mensæ oblaturus, sanctuarium ingressus esset, ibique post restitisset, iussus est ab Ambrosio, foras ad locum laicorum secedere. pro qua obseruantia ecclesiasticæ disciplinę adeo admiratus est Ambrosium, vt eum solum se nosse Episcopum diceret.

De huiusmodi Theodosij publicæ pœnitentiæ, magno præconio, meminit S. August. de ciuitate Dei.[a] Quid autem, inquit, fuit eius religiosa humilitate mirabilius, quando in Thessalonicensium grauissimum scelus, cui iam Episcopis intercedentibus promiserat indulgentiam, tumultu quorundam, qui ei cohęrebant, vindicare compulsus est, & Ecclesiastica coercitus disciplina, sic egit pœnitentiam, vt Imperatoriam celsitudinem pro illo populus orans magis fleret videndo, quam peccando timeret iratam. & Ambros. oratione in fun. Theodosij. Dilexi, inquit virum, qui, magis arguentem, quàm adulantem, probaret. strauit omne, quo vtebatur, insigne regium, defleuit in Ecclesia publice peccatum suum, quod ei aliorum fraude obrepserat: gemitu & lachrymis orauit veniam. Quod priuati erubescunt, non erubuit Imperator publice agere pœnitentiam, neque vllus postea dies fuit, quo non illum doleret errorem. a li. 5. c. 26.

B

Iustissime proinde S. Augustin.[b] inuehitur in viros longe inferioris ordinis ab Imperatoria dignitate, & alijs præfecturis, qui de peccatis publicis, publicam negligunt agere pœnitentiam. b hom. 49.

Quam autem uigeret hoc tempore in Ecclesia seueritas, publicæ pœnitentiæ, plane declaratur, alio exemplo, clarissimæ fęminæ Romanæ, Fabiolæ, quæ, propter secundas nuptias, post diuortium factum cum priori viro, illicite contractas, hisce ferme diebus, publicam egit pœnitentiam, mortuo iam secundo marito, & tota vrbe spectante Romana, ante diem Paschæ in Basilica Lateranensi stetit in ordine pœnitentiũ, & Episcopo, Presbyteris, & omni populo collacrymantibus, sparsum crinẽ, ora lurida, squallidas manus, sordida colla submisit. Hieron. epist. 30. Publica pœnitentia eo tẽpore vigebat.

C

Per idem tempus duo potentissimi, & sapientissimi viri Persarum, ad famam Sacerdotis venere Mediolanum, cum quo ab hora diei prima, vsque ad horam fere tertiam noctis, per interpretem, disputauerunt, admirantesque discesserunt ab eo; &, vt se probarent non alia de causa uenisse Mediolanum, alia die vale facientes Imperatori profecti sunt ad Vrbem Romam, illic volentes cognoscere potentiam illustris viri Probi, qua cognita, ad propria reuerterunt. Paulinus in vita.

D Iouinianus hæresiarcha, Mediolano eiectus, sub Monastico habitu latẽs, Romæ plures sermone, & libris editis inficere agnitus a Pammachio nobilissimo Senatore, doctissimo Romanorum, & fidei Catholicæ ardentissimo propugnatore, & ab alijs, ad Siricium Papam delatus, coacto presbyterio, cum sectatoribus damnatur, cuius damnationis, per litteras, certiorem facit Mediolanensem Ecclesiam, vnde exierat (extant tom. 2. epist. Romanorũ Pont.) missis tribus presbyteris legatis; quibus præsentibus, habita Synodus, ad quam conuenere etiam ex Gallia Episcopi, in qua consentanee litteris Siricij, etiam ipsi eum damnauerunt. extat epistola Episcoporum Synodi tom. 2. epist. R.P. Iouinianus hęresiarcha damnatur.

Huiusmodi Monachos, è Monasterijs eiectos, habitu tamen Monastico vagantes, ab Vrbibus recedere, & ad deserta loca proficisci, Theodos. Imp. Rescripto iussit, hoc anno, Veronę dato,[c] qua lege cogitur improbus hęresiarcha ab Vrbe recedere, & nõ multo post auditur extra mœnia suos colligere, & conuentus suburbanos habere. Sed reclamantibus rursus episcopis, Honorius Imperator legis paternæ vindex, eundem Iouinianum, seruili primo affectum supplicio, relegauit in Insulam, ceteris illius sectarijs in diuersa loca dispersis, quod factum est, Honorio nonũ, & Theodosio quintum AA. Coss. qui est ann. D. 402. vt appareat ipsum Iouinianum post huius anni cõdemnationem per 22. annos vexasse Ecclesiam. c l. 2. de Monach. Codice Theod.

E

Iouiniani libros ad multorum perniciem euulgatos, ad se missos, Hieronymus acri- Hierony.

scrib. in Iouin.

ter, hoc anno, vt verisimile est, confutauit, si quidem inter ultimas suas lucubrationes ad annum 14. Theodosij, quo de scriptoribus librum scripsit, hos, contra Iouinianum, libros connumerat.

Hieronym. calumniam pass⁹, quasi dānaret nuptias, apolog. scrib.

De his libris Hieronymus calumniam passus est, quod totus in laudibus Virginitatis, visus sit Nuptias damnasse, aut despexisse, ob idque commota tota Ciuitate Romana, atque adeo summo Pontifice, quasi faueret Manichæis, nuptias damnantibus, necesse habuit suadente ipso Pammachio, qui fuerat impulsor ad scribendum, Apologeticum scribere, epistola est 52. ad Pammach. & prius alteram Apologeticam epistolam scripserat ad Iuniorem quendam Monachum suæ laudis æmulum, quæ est numero 51. quantumuis satis sibi cauerat Hieronymus initio libri, i. pluribus insinuans, venerabiles esse nuptias, & torum immaculatum, sed Virginitatem longè præstare. Ad vitandam igitur illam calumniam, S. Augustinus cautior, aduersus Iouinianum, alia via sibi agendum proposuit, nempè, vt, quantum liceret, nuptias laudibus celebraret, ac simul Virginitatē extolleret, sicq; elaborauit cōmentariū illū de Bono Cōiugali.

Aug. scrib. de Bono Cōiugali, pferens tamen Virginit.

Tot igitur iaculis confossa bestia est, quæ matrimonium æquabat Virginitati; at quibus conficiendum erit ictibus illud nostro seculo natum monstrum, quod matrimonium præfert Virginitati?

Relaxatis semel habenis concupiscentiæ, per Iouiniani hæreses, Vrbs sordibus libidinum repleta, Theodosij graui sanctione indiguit, qua flammis uindicibus subiecit, qui virile corpus muliebriter prostituebant.

Presbyter pœnitentiarius a Nectario de Ecclesia amotus.

a li. 5. c. 19.
b li. 7. c. 16.

C P.[li] Diaconus, cum nobili fœmina Diaconissa, rem habuit. Flagitio ab eadem fœmina, ipso pœnitentiario presbytero suadente, detecto, Nectarius Episcopus C P.[nus] eum, vt qui, minus prouidè, egisset, gradu amouit, officioque deposuit, nec uerò hoc fuit tollere confessionem diuino iure sancitam, quod hæretici imperite & maligne calumniantur. rem narrant Socr.[a] & Sozomen.[b] quorum vterque, vt Nouatianus, caute in hac maximè causa, Pœnitentiæ, legendus est. de qua controuersia legendi Annales, ad annum Domini 56. circa illud Act. 19. *Multique credentium veniebant, confitentes, & annunciantes actus suos.* Theodosius dignitati Ecclesiæ consulens, edicto cauit, ne mulieres, nisi liberos haberent, & annum sexagesimum excessissent, Diaconissarum munus susciperent, secundum Apostoli Pauli expressum mandatum: illæ vero, quæ caput attonderent, Ecclesijs exturbarentur. Sed & quod exhausisset Vidua illa bona sua, ditando Diaconum, Imperator eadem lege cauit, ne Viduæ, quouis titulo, vel ecclesiæ, vel eius ministris, bona relinquerent. Extat lex hoc anno Mediolani edita in Codice, Theodos. l. 27. de episc. quam ex ea parte, qua periclitabatur fidelium erga Deum religio, & erga pauperes misericordia, vindex ecclesiasticæ libertatis, seuerus Regum censor S. Ambros. compulit abrogare, contraria lege, promulgata, Veronę, post duos menses.[c] parte ea in suo vigore permanente, qua iuniores viduæ, capillorum abscissione, magno scandalo, vel saltem periculo, intrudere se in numerum Diaconissarū ecclesiæ, vetabantur.

c l. 28. de Episc. Codice Theod.
d q. 6.
e l. 2. de Incestis nupt. C. Theod.

Consobrinas ducere scripsit Plutarchus in qq. Rom.[d] antiquo Iure vetitum, nouo permissum fuisse; Constantius, Arbetione, & Lolliano Coss. ius antiquum reuocauit.[e] eam Theodosius libidine abolitam renouauit, statuta pœna ignis, & bonorū proscriptione; cuius legis seueritatem constitutio postea Honorij, & Arcadij mitigauit, laudat eam Theodosij legem Aurelius Victor, cuius & meminit Ambros. epist. ad Maternum 66. sed illud quidem perperam factum, vt quod Christiani Principes vetuerint sanctionibus, ijdem, id faciendi aliquando licentiam impertirent, quem vsum vsque ad Gothos in Italia regnantes, perseuerasse, formula dispensationis a Cassiodoro conscripta declarat lib. 7. formula 46. Lex illa Ethnicos tantùm attigit, nam Christiani ipsa sua professione id abhorrebant. Nam vt pluribus docet Theodoretus libro de Legibus, vna cum nomine Christiano abdicatis omnibus prauis moribus antiquatisque turpibus iniquisque legibus, diuinæ, puræ, iustæ, sanctęque leges seruandæ ab omnibus susceptę sunt.

Galla A. Theodosij posterior vxor; Constantinopoli migrat è vita, relicta vnica prole, filiola, nomine Galla Placidia.

A

Christi Ann. 391. Siricij Pap. 7. Valentin. 16. Theodosii 13. Impp. Taciano, & Symmacho Coss.

SYmmachum, ob patrocinium patrij cultus Deorum extra trecentesimum lapidem a Theodosio relegatum, sed scripto ad eum Apologetico, restitutum, ut Socrates scriptum reliquit,[a] rediturus in Orientem Theodosius, amplissimo magistratu uoluit demerere, ne quid turbarum, ob summam auctoritatem, & in rebus gerendis solertiã, in Valentinianum moueret. Ne quid verò ob Symmachi honoris præstantiam sibi arrogaret Gentilicia superstitio, Theodosius rursum, propositis, etiam Iudicibus dissimulantibus, pœnis, sacrificia, aditum templorum, idolorum cultum, prohibet.[b] quæ eadem sanciri voluit Senatusconsulto, vt est apud Prudentium primo libro aduersus Symmachum. Aliam item ad Ægypti Magistratus, eiusdem argumenti, dedit sanctionem,[c] prior illa sanctio Mediolani, posterior Aquileiæ data habetur. Aliam Concordię edidit 5. Kalen. Maij aduersus Apostatas a Christiana religione, quod aliquos esse sciret inter Christianos, qui in gratiam Imperatorum Christianismum amplexi, leuiter illum abnegarent. ad eos igitur continendos in officio, sic sanxit. *Hi, qui sanctam fidem prodiderint, & sanctum baptisma profanauerint, a consortio omnium segregati sint, a testimonijs alieni, testamenti (ut antè iam sanxiuimus) non habeant factionẽ, nulli in hæreditate succedant, a nemine scribantur hæredes. Quos etiam præcepissemus, procul abijci, ac longius amandari, nisi pœna uisum fuisset esse maioris, uersari inter homines, et hominum carere suffragijs*, &c.[d] & ne videretur voluisse tantùm errantem infrænare plebeculam, paucos post dies adiecit, ad coercendos eos, qui in sublimiori gradu collocati essent, quos voluit suo loco, & statu deiectos, perpetua cum infamia, ac ne in extrema quidem vulgi ignobilis parte numerari.

B

a li. 5. c. 14.

b l. 10. de Pagan. Codice Theod. c l. 11. eodẽ tit.

C

d l 4. de Apost. Codice Theod.

Theodosius igitur recedens ex Italia, C P.lim cum peruenisset. 4. Id. Nouembr. (Socr. 5. cap. 19.) nihil antiquius habuit, quàm vt absoluta Basilica, quam in honorem S. Io. Baptistæ, in Septimo, sumptuosè erigendam curarat, inuentum sub Valentis Imperatoris tempore caput eiusdem S. Io. Baptistæ, in eam, ex Coslai Vico, propè Chalcedonem, transferret. Sozomenus, Prosper, Cedrenus rem narrant; sed hi duo variant in tempore, ille parum probabilem habet narrationem, vt a scriptore Macedoniano petitam. Sed, quod spectat ad eiusdem venerandi capitis inuentionem, nulla est ferè historia, quæ tàm varie narretur. porro tam apud Græcos, quàm Latinos, publicis monumentis, duplex memoria anniuersaria die peragitur, duplicis eiusdem præcursoris capitis inuentionis. quarum prior illa dicitur facta, ex ruderibus antiquæ Herodis Regiæ, posterior uerò, ex agro Ermesæ, vnde translatum est C P.lim.

Theodosi' S. Ioan. Baptist. transfert in Basilicam a se C P.li extrũctam.

D

Theodosius, quod cuperet Orientalem ecclesiam ab omni hereticorum labe purgatam prorsus reddi, eiusmodi edidit sanctionem. *Hæreticorum polluta contagia pelli, ur bibus uicinis proturbari, ac nullis penitus iubemus patere conuentibus ne quoquam sacrilega Cohors talium hominum colligatur: nulla eorum peruersitati uel publica conuenticula, uel latiora erroribus secreta tribuantur.*[e] Ex qua constitutione Socrates[f] erroris arguitur, dum ait, non nisi Eunomianos a Theodosio fuisse exagitatos, reliquis autem conuentus agere permissum. pergit Socrates commemorare, quomodo Nouatiani, Ariani, & alij hæretici fuerint inter se diuisi, & in ritibus ecclesiarum, maximè Romanæ, recensendis, labitur.

e l. 20. de hær. Codice Theod. f lib. 5. cap, 20.

E

S. Augustinus, hoc anno 3. a reditu suo in Africam, a populo Hypponensi tentus, & Valerio Episcopo, licet inuitus, & reclamans, ordinandus oblatus, fit presbyter: & accepto horto a Valerio Episcopo ibi ędificat Monasterium, colligens fratres eiusdem propositi, nihil habentes, sicut ipse nihil habebat, viuens secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutam, maximè vt nemo quidpiam propriũ haberet, sed eis essent omnia communia, & distribueretur unicuique sicut opus erat. Possidius c. 4. & ipse sermone 49. de diuersis.

Aug.' ordinatur p̃sbyter: & ædificat Monasterium.

Cum autem sic ordinatus, cogeretur a Valerio Episcopo verbum Dei populo mini-

strare, nec sibi videretur tantæ esse doctrinæ, ad tam grande munus, inducias saltem petijt in sequens Pascha, cum per fratres ad eum allegatos, tum per libellum supplicem, qui extat apud ipsum, epist. 148. dignissimum, qui legatur ab omni, qui ministerium verbi obiturus sit. Tentauit S. Valerius, quod ante nullus Africanorum Episcoporum attigerat, vt presbyter Euangelium prædicaret, cum non nisi Episcopi id munus obirent: quem imitati posteà alij sunt Episcopi, de qua re gratulatur post Augustinus Aurelio Carthagin. Episcopo epist. 77. eam quidem consuetudinem Africanarum Ecclesiarum reprehendit aliquando S. Hieronymus epist. 2. ostendens ex Apostolica institutione manere, vt doceant presbyteri in Ecclesia, quod fiebat in Orientalibus Ecclesijs. A

Libellū supplicē Aug. concionatores legant, quo petit inducias, vt instructior accedat ad ministeriū verbi.

Presbyter factus, aduersus Manichæos certamen inijt, seducto enim ab eis amico quodam suo, Honorato nomine, ad eum reuocandum scripsit de Vtilitate credendi librum, eo quod irriderentur fideles, qui credere iuberentur, vbi plura habet de certitudine fidei Christianæ, & certitudine in credendo: addidit, & aduersus eosdem hæreticos de duabus animabus Commentarium, quo refellit eos dicentes, alteram a patre, alteram verò creatam a Principe tenebrarum. B

Scrib. Aug. de vtilitate credendi, & de duabus animabus cōtra Manich.

Inter hæc Aurelius, ex Diacono eiusdem Carthagin. Ecclesiæ, factus Episcopus, litteris salutauit Augustinum presbyterum hoc ipso presbyteratus eius exordio, ad quem rescribens Augustinus hortatur ad tollendas comessationes, & ebrietates, quæ per occasionem Agapum, ex institutione Apostolica inductarum, sed per abusum corruptarum, adeò inualuerant, vt in honorem etiam beatissimorum martyrum, non solum per dies solemnes, (quod ipsum magnopere est lugendum) sed etiam quotidie celebrarentur; idque exemplo transmarinarum Ecclesiarum, in quibus aut nunquam ea corruptela fuerit, aut sublata sit; quia autem res erat admodum inueterata, persuadet lenitate, non autem seueritate agere, magis docendo, quàm iubendo; magis monendo, quàm minando, sic enim agendum esse, cum multitudine, seueritatem verò exercendam in peccata paucorum. Præstitit quidem cuncta Aurelius, quæ Augustinus suasit, & modo, quo suasit, si quidem post sex annos, ex auctoritate Generalis Concilij Carthagine congregati, omnia ista sublata sunt. Irrepserat quoq; eadem corruptela comessationum in memorijs defunctorum, quas sanctus Augustinus ita tolli suadet, vt tamen consultum velit pijs oblationibus, pro animabus defunctorum; nempè, vt quæ ad eorum sepulchra deferuntur, erogarentur in pauperes; quas cum Aurelius sustulisset, ex eoque populus ab omni pro defunctis piorum officiorum frequentatione cessaret, opus fuit Christianos ad eas præstandas pro defunctis oblationes Ecclesiastica lege compellere. Quamobrem in eodem Concilio Carthagin. 4. cap. 95.) sic decreuere. *Qui oblationes defunctorum, aut negāt Ecclesijs, aut cū difficultate reddūt, tanquam egenorum necatores, excommunicentur.* Epist. illa Augustini est num. 64. C D

De comessationib. in ecclesijs tollēdis monet Aurelium, August. Leniter cū multitudine agendū, seuere cum paucis.

Oblationes pro defunctis, lege Ecclesiastica statutæ.

Hoc eodem anno cæptæ sunt dissensiones illæ inter S. Epiphanium Constantiæ Cypri Episcopum, & Io. Ierosolymit. Episcopum, occasione hæresum Origenis, quas ille vna cum Rufino, Palladio, Isidoro, & alijs, compluribus defendendas, ac propagandas infeliciter susceperat; & Epiphanius, pro suo fidei Catholicæ ardore, illum, vt desisteret, monuerat, cum vocasset Origenem Arij, & aliarum hæresum parētem, ex quo concitata est magna Ioannis in Epiphanium indignatio, constat ratio temporis ex epistola S. Hieronymi ad Pammachium 101. scripta post sequentem annum, in qua numerat tres annos a susceptæ contentionis exordio ad tempus illius epistolæ. E

Dissēsionū inter Io. Ierosolym. & Epiphaniū origo.

Christi Annus 392. *Siricij Pap.* 8. *Valentin.* 17. *Theodosij* 14. *Impp.* *Arcadio A.* 2.[m] *& Rufino* *Coss.*

SEnatus nomine, Symmachus relationem dirigit ad Valentinianum in Gallia agentem, de repetenda Ara Victoriæ, & sumptibus cæremoniarum: de qua S. Ambros. in or. in fun. Valentiniani. *Ante diem mortis, templorū priuilegia negauit: insurgentibus, quos reuereri posset. Astabat virorum caterua Gentilium, supplicabat Senatus,*

Non

A *Non metuebat hominibus displicere, sed Christo.* Paulinus hanc posteriorem, cum priore relatione confundit.

Valentinianus in procinctu expeditionis Italicæ aduersus Barbaros in eam irrumpentes, adhuc Cathecumenus, sanctum Ambrosium summopere expetens, tùm vt ab eo baptizaretur, tum vt Comitem Arbogastem, Francum, summæ potentiæ virum, sibi placaret, 17. kal. Ian. apud Lugdunum, ipsius Abrogastis insidijs necatur: anno ætatis 21. Imperij 16. & m. 6. cum quadrimus imperare cæpisset, secundum Zosimum, & cadauer exanime suspendio infamatur. Paulin. Ambr. in or. in fun. Valentin. Epiphan. de pond. & mens. Rufin. Socr. Sozom. Zosim. Marcellin. vno anno lapsus, Hieronymus epist. 3.

Valentinianus insidijs Arbogastis occiditur.

Delatum cadauer Mediolanum, S. Ambrosius, ex Theodosij voluntate, Sarcophago condendum curauit, tumque panegyricam orationem habuit, in qua plura de eius laudibus, & illa in primis communia cum Gratiano fratre, B *Beati ambo, si quid meæ orationes valebunt, nulla dies vos silentio præteribit: nulla inhonoratos vos mea transibit oratio, nulla nox non donatos aliqua precum mearum contextione transcurret, omnibus vos oblationibus frequentabo.*

De mœrore Theodosij, & suo, ob necem Valentiniani, Ambros. epist. ad Theod. 34.

Arbogastes Comes euehit in Imperium Eugenium quendam, obscurum genere, rhetoricis facultatibus, quas publicè professus erat, tantummodo clarum, in Aula versatum, Rhicomeri Duci familiaritate coniunctum, & eius commendatione, ab ipso Arbogaste in familiaritatem acceptum. Zosim. lib. 4.

Eugenius Imperator legationem ad Theodosium, pro pace misit, nulla facta Arbogastis mentione, inquit Zosimus. Sed Rufinus addit missos tunc fuisse etiam Legatos C Sacerdotes, qui eum culpa purgarent, insontemque penitus monstrarent. Theodosius in deliberando, legatisque conuenienter respondendo, cunctans, de expeditione aduersus Eugenium paranda cogitat. Eugenius Christianus quidem, sed erga Christianam Religionem non sincere affectus, ex diuinatione, per victimarum imolationem, viscerum inspectionem, & obseruationem siderum a Gentilibus deceptus, maximè a Flauiano magni nominis viro, & in eo genere diuinationis, peritissimo habito, quasi victor futurus, ad bellum se parat. Sozom.a Rufin.b

a lib. 7. c. 22
b li. 2. c. 33.

Flauiano P. V. & Arbogaste Comite petentibus, Aram Victoriæ, & sumptus cærimoniarum, toties ab alijs Impp. denegatas, Eugenius, oblitus fidei suæ, concedit; quod audiens Ambrosius, Mediolano relicto, quo ille festinato veniebat, Bononiam demigrat; quo iam ab Episcopo, ad translationem S. Agricolæ martyris, inuitatus fuerat, D indeque progreditur Fauentiam, & post aliquot dies Florentiam, inuitatus accedit, declinans magis aspectum sacrilegi, viri, quàm formidans imperantis iniuriam, ex Paulino. Tunc, epistola ad Eugenium data, reddidit rationem, cur ipso non expectato, recesserit, & pluribus monet, non licuisse illi reddere Gentilibus, quæ reddidit, epistola est 15. in edit. Sixti, hoc principio, *secessionis meæ causa timor Domini fuit, ad quem omnes actus meos, quantum quæ dirigere, neque vnquam ab eo mentem deflectere, nec pluris facere cuiusuis hominis, quàm Christi gratiam, consueui. Nemini enim facio iniuriam, si omnibus Deum præfero, &c.*

S. Ambrosius Florentiæ rogatus dedicat Ecclesiam, a Iuliana clarissima femina erectam, nomine, sancti Laurentij (sed in memoriam tanti viri, Ambrosianam dictam) sub Altari condens reliquias, Martyris Agricolæ, quas Bononiæ acceperat, habuit ibi E dem luculentam orationem, laudans religiosæ feminæ studium in erectione Basilicæ, sed magis quod de viuis lapidibus nobilius templum Deo dicaret, nempè tres filias, vnà cum filio: hæc Paulinus, qui & plura mutua officia inter S. Zenobium, & S. Ambrosium commemorat, & præclara miracula ibidem, Apostolis digna, edita. Putatur ibi mansisse ad biennium, non enim auctore Paulino antè Mediolanum est reuersus, quàm Theodosius in Italiam descendit aduersus Eugenium, quod contingit 2. Arcadij, & Honorij Consulatu.

Mater tres filias cum filio dedicat.

S. Ambros. Florentię per bieniũ egisse putatur.

Interim dum Eugenius sacrilegis edictis diuinum numen, multa Gentilitiæ superstitioni indulgendo, offendit; Theodosius pijs edictis in Gentilitiam impietatem, &

a L. 12. de Pag. & 21. de hær. C. Theod. & l 3. de his qui pro religio. contend.
b L. 2. de Mon. Cod. Theod.
Actus omnes siue priuati, siue publici diebus 15. ante Pascha qescat.
c L. 1. de cōf. ad Eccl. debit.
Acta publ. disputationis Aug. cū Fortunato Manichæo.
Aug. scrib. de Gen. ad litt. contra Manich.
Psalmum Abecedariū pro plebe, quo Catholica docerētur scribit Aug.
De sermone Domini in Monte.
In epist. ad Rom. & ad Gala. & qq. opus prolixum.
De Mēdac.
De fide, & Symb.
Hier. scribit librū de scriptorib. Ecclesiasticis.

hæreticā perfidiam, illud conciliare studet.[a] Quod verò generaliter occasione Iouiniani, & sociorū eius Monachorū vagantiū, ne in ciuitatibus Monachi apparerēt, sed deserta loca peterent, sanxerat, quoniā hoc vertebatur in iniuriā, & damnum bonorum, emendat noua sanctione.[b] Et de ferijs Paschalibus ita. *Actus omnes siue publici, siue priuati, diebus* 15. *Paschalibus conquiescant*, &c. Et de debitoribus ad Ecclesias confugiētibus. *Publicos debitores, si confugiēdū ad Ecclesias crēdiderint, aut illico extrahi de latebris oportebit, aut pro his ipsos, qui eos occultare probātur Episcopos exigi*, &c.[c] cuius vigore legis cōpulsus aliquādo S. Aug. psoluere quod debebat, is, qui cōfugerat ad Ecclesiā, pei⁹ debiti dissolutione, de collecta faciēda in populo litteras dedit epist. 215. A

S. Augustinus hoc ipso anno publica disputatione cōtulit cum Fortunato presbytero, Manichæo, Hippone Regio, spectante & audiente populo excipientibus eam notarijs. Extant ipsa Acta. Possidius cap. 6. cum ait, *deficiente responsione, vltimo collaturū se cum suis maioribus, ea, quæ refellere non potuit: & si sibi fortè de his satis minimè fecissent, suæ animæ consulturum. Sed is, eam confusionem non ferens, de illa ciuitate recessit, nec amplius rediit*. B

Scripsit autem post hæc idem Augustinus duos libros de Genesi ad literam, contra eosdem Manichæos: nec non aduersus disputationem Adimanti, Manetis discipuli: retract. 1. cap. 18. & 22.

Successorem Fortunati prouocat Augustinus epist. 244. ad satisfaciendum quæstioni, in qua defecerat præcessor eius, *alioqui*, inquit, *discede hinc, & noli peruertere uias Domini*, &c.

Miseratus quoque Augustinus infirmam etiam plebeculam a Donatistis antiquis in Africa Schismaticis deceptam, psalmum, qui eis cantaretur, Abecedarium, per latinas literas fecit, quo inuitarentur, & docerentur de vera Ecclesia. Edidit quoq; egregiū Commentariū aduersus Donati epistolā, quæ, cum præ manibus ferè omnium haberetur, magnum inferebat legentibus detrimentum, qui hactenus desideratur. Retract. 1. cap. 2. C

Sed & vsque ad sequentem annum, quo creatus est Episcopus, edidit duo volumina de sermone Domini in Monte. Retract. 1. c. 19.

Disseruit & super Pauli epistolam ad Romanos: & expositionem elaborauit epistolæ ad Galat. & de diuersis qq. prolixum opus. Commentarium de mendacio, & tractationem de fide & symbolo. Retract. c. 23. 24. 26. 27.

S. Hieronymus hoc anno scripsit ad Dextrum V. C. Præfectum Prætorio, Paciani Episcopi Barcinonensis filium, amicum suum, rogatu eius, indicem auctorum nostræ religionis. meminit Marcellin. in Chronico, traditque recensitos ab eo viros illustres 135. In fine eius legitur, quid ipse scripsisset Hieronymus ad hunc vsque annum. Qui liber cum peruenisset ad manus S. Augustini, præter alia, quæ in eo desiderauit, exquisiuit, quo consilio aliquos scriptores Ecclesiasticos prætermiserit, epist. 9. sed & mirandum est, cur ipse; cum lucubrationes omnes a se editas vsque ad præsentem annum Imperij Theodosij 14. recensere se dicat, ex eis tamen aliquas prætermiserit, nēpè commentarios in Pauli epist. ad Ephes. quos se testatur scripsisse paulo post, quàm Alexandria recessisset, quo profectus est statim, vt Roma redijt Ierosolymam, nisi quis velit illud, quod ibi, nuper, ait, vltra septennium complecti temporis spatium. Insuper ad Pammachium scribens (epist. 52.) paulò post missum ad eum Apologeticum (quem ante hoc tempus se scripsisse testatur in eodem commentario, de Viris illustr.) meminit de sexdecim prophetarum libris a se in Latinū ex Hebræo versis; de Iob quoque in linguam nostrā translato, & τῶν ὑπομνημάτων in Prophetas 12. & aliorum, quę Romam missa significat. Nisi dicamus de eo, quod de valde abundante diuitijs dici solet, adeò prædiuitem fuisse, vt numerum nescierit suarum diuitiarum. Quod verò ait Hieronymus se hoc anno, cum illa scriberet, multa habuisse in manibus de opere prophetali, planè allusisse visus est ad ea, quæ ipse habet in epist. ad Chromatium Episcopum Aquileiensem, in qua præter alia, se scripsisse dicit de optimo genere interpretandi ad Pammachium, & ad Nepotianum, vel de Nepotiano libros duos, & alia, quæ enumerare longum est, qua vltima periodo visus est clausisse, quæ dicit se habuisse præ ma- D E

A nibus nondum expleta, cum librum illum edidit.

S. Epiphanius hoc anno scribit epistolã, quæ est apud Hieronym. 60. ad Io. Ierosolymorum Episcopum, quem sibi magnopere indignatum audierat, varijs quidẽ alijs prætextibus, sed re vera, quod cum Origenis fautor esset, ac sectator, Epiphanium sciret esse eius aduersarium, & impugnatorem, colligitur quidem tempus datæ Epiphanij epistolæ, ex epistola Hieronymi 61. ad Pammach. aduersus Io. errores, quam constat scriptam anno sequenti, cũ meminerit in ea de ingenti illo deliquio solis, qui contigit anno 393. in cuius epistolæ fine testatur Epiphanium ad Io. scripsisse. Vnus pretextus indignationis erat, quòd Epiphanius Paulinianum S. Hieronymi fratrem, Diaconum & presbyterum in aliena diœcesi ordinasset, fatebatur Epiphanius se ordinasse, & quidem nolentem, & reluctantem, sed ex necessitate, cum SS. Presbyteri Hieronymus, B & Vincentius, propter verecundiam & humilitatem, nollent debita nomini suo exercere sacrificia: sed extra eius diœcesim, in Monasterio fratrum, & fratrum peregrinorum: sed & ex vsu Cypriorum Episcoporum: alter prætextus, quod audierat, Epiphanium in sacrificio sic orare, *Domine, præsta Ioanni, vt rectè credat*. fatetur se quidem in corde semper hoc orare, non tamen vnquam in alienas aures id protulisse. Sed in fine orationum, pro sermonis consequentia solitum dicere, & pro omnibus, & pro illo quoque. Custodi illum, qui prædicat veritatem, vel, Tu præsta domine, & custodi, vt ille verbum prædicet veritatis. Arguit illum deinceps hæresum Origenis, & hortatur ad resipiscentiam confutans eius errores, & sic concludens epistolam. *Cum hæc ita se habeant, dilectissime, custodi animam tuam, & desine circa nos murmurare*, &c. ac demum de Palladio illud ingerit, videlicet illum, vt caueat, vt prædicantem errores Ori- C genis. Sed ante illud de Palladio interseruntur illa: *præterea audiui quosdam murmurare contra nos*, &c. de velo scilicet pendente in foribus cuiusdam Ecclesiæ, habente imaginem quasi Christi, vel sancti cuiusdam, quod zelo incensus conscidisset, quod apparet confictum esse additamentum, malè assutum ab aliquo Iconoclasta, qui abuti voluerit auctoritate S. Epiphanij ad suam hæresim confirmandã, quod nec nouũ est apud hæreticos, & aliàs in ipso S. Epiphanio vsurpatum, cum in secundo Concilio Nicæno Iconoclastæ citarint plura scripta, quasi S. Epiphanij, quæ falsitatis redarguta fuerunt a defensore, & a S. ipso Ioanne Damasceno, oratione de imaginibus, & hoc quidem additamentum, vt nondum confictum non fuit prolatum in illo Concilio. Sed demus verum fuisse, quod confictum diximus, ne id quidem veritati, & Ecclesiasticæ consuetudini officit, imò potius eam comprobat. Cum S. Epiphanius iustè excanduerit, D quod alicuius profani hominis imago in sacro velo depicta, quasi Christi, vel alicuius sancti, ad limen fuisset appensa, & propterea Zelo incensus illam disciderit, quod factum non modo confutat hæreticos, sed & redarguit Catholicos, si quando ornatus causa in Ecclesia suspendunt aulæa, quæ profanas, & sæpè Gentilium, & interdum turpes imagines habeant.

Epiph. quãdo scripserit ad Io. Ierosͦ.

Hier. p̃ uerecundia, & humil. recusat sacrificare.

Calumniosum additamentum ad epis. Epiph.

Christi Annus	Siricij Papæ	Theodosii Imp.	Theodosio 3m & Abundantio Coss.
393.	9.	15.	

HOnorium quidem, Imperatorem a Theodosio hoc anno appellatum, Socrates Prosp. & Marcellin. tradunt; sed nonnulla extant Rescripta data anno superio E re sub titulo Honorij Imperatoris.

De ingenti solis Eclipsi; supra citati auctores, & Hieronym. epist. 61. ad Pammach. de erroribus Io. Ierosolym. mentionem faciunt.

Io. Ierosolymit. Episcopus litteris Epiphanij acrius incitatus, Encyclicas litteras publicauit in Epiphanium acres, & acerbas, & alteras ad Theophilum Alexandrinũ dedit, quarum occasione Hieronymus, cuius causa cum Epiphanio videbatur esse communis, inuitatu maxime Pammachij, scribendam sumpsit de tota causa Apologeticã epistolam ad Pammachium, quæ est num. 61. & ad Theophilum alteram, grauissimã vtramque, & lectu dignissimam. Reddit igitur primum rationem, cur demum post trie-

nium a cœptis dissidijs, scribat. Deinde expostulat cum Ioanne, quod ab Epiphanio de hæresi reprehensus, ad alium rescribat, *Palæstina*, inquit, *interrogaris, & respondes Aegypto*: quod Origenis hæresum accusatus, se purget de Arianismo, & alijs hæresibus. *Nolo*, inquit, *in suspicione hæresis, quenquam esse potientem* &c. *Nunquam de amicorum iudicio glorieris, illud verum est testimonium quod ab inimica uoce profertur* &c. & octo obiectiones Epiphanij, de fide Catholica violata, recenset: Ioannem mendacij, & calumniæ in Epiphanium redarguit. item quod insectatus sit Orthodoxos, & se maxime, quem excommunicauit, & cui postulauit, & impetrauit exilium. Theophilus de tota causa edoctus, & a Ioanne falsis relationibus præoccupatus; quasi de alia re, quam de fide esset controuersia; Legatum mittit, bona fide, Isidorum Origenistam, paria cum Ioanne sentientem, quem putabat Catholicum, ad pacem inter dissidentes conciliandam, quam legationem Hieronymus in odium Ioannis exagitat, denique vt furtim subrepta fuerit, a submisso pseudomonacho epistola Ioannis a se in latinum translata, commemorat, ob quam vt falsarius arguitur, & proditores vehementer insectatur. Theophili consilium quale fuerit in tanta re, non sane probandum, indicat Hieronymus epist. 68. ad ipsum, *super nefaria hæresi*, inquit, *quod multam patientiam geris, & putas Ecclesiæ uisceribus incubantes, tua posse corrigi lenitate, multis sanctis displicet; ne dum paucorum pœnitentiam præstolaris, nutrias audaciam perditorũ, & factio robustior fiat.*

Nolo in suspicione hæresis quenquam esse patientem. Hier.

Tandem, opera fortasse, eiusdem Theophili Episcopi Alexandrini inita est concordia inter Hieronymum, atque Rufinum, aliosque gregales, Origenis erroribus, silentio condemnatis, sed non diu durauit.

Concilium Hipponense Generale Africæ.

HOc anno, Hippone regio, in Africa, celebratum est generale Concilium ex totius Africanæ Prouinciæ Episcopis, ad collapsam disciplinam Ecclesiasticam in integrum restituendam, quod quidem egregiè præstitum est; Quadraginta vnius Capitulorum eius Breuiarium est confectum, quo facilius innotescerent, idque decreto Concilij Carthagin. 4. habentur ijdem Canones in Concilio 3. Carthagin. sæpeq; citantur.

De fide & Symbolo, iubentibus Episcopis, in Concilio congregatis, Augustinus presbyter adhuc, disputauit (quam disputationem in librum conuertit) tanta cum omnium approbatione, vt Valerius inuidiam metuens, cogitare cœperit de subrogando eo sibi adhuc viuenti, in Episcopum coadiutorem, quod cum Aurelio tum contulit, & post perfecit. Possidius cap. 7. & 8. Retract. 1. cap. 17.

Theodosius parat se in Tyrannum ieiunijs & precib.

a lib. 2. c. 32

Theodosius præparatur ad bellum, non tam armorum, telorumque quam ieiuniorũ, orationumque subsidijs: nec tam excubiarum vigilijs, quàm obsecrationum pernoctatione munitus; circuibat cum Sacerdotibus, & populo omnia orationum loca, ante Martyrum, & Apostolorum thecas iacebat cilicio prostratus, & auxilium sibi fida sanctorũ intercessione poscebat. Rufin. [a] Consulit & per Legatum Eutropium, virum clarissimum, Anachoretam Io. de euentu belli, qui vt primam de Maximo ei victoriam prædixerat incruentam, ita hanc, licet non absque plurima vtriusque sanguinis inundatione, promittit. idem Rufin. sed & post obtentam victoriam prędixisse obitum ipsius Theodosij, Euagr. tradit, Vit. SS. PP. c. 1. & Theodoret. [b]

b lib. 5. c. 24

Parans bellum remittit exactiones.

Quod mirum est, in tanta expeditione, non modo noua Tributa nõ imponit Theodosius, sed & recens indictum, remittit. *Aerariæ præstationis adiectio, quam citrà priscam consuetudinem prouincialium humeris Tatianus* (ante biennium Consul) *imposuit, a cunctis penitus salubri moderatione remouenda est. L. 23. de Ann. & Trib. Cod. Theod.* (in quo falsus est Sozom.) sed & illud Augustæ munificentiæ, quod statuit de bonis proscriptorum duplici Rescripto, quorum hoc est posterius. *omnia proscriptorum bona, quæ fisci nomine singulis quibusque Tatianus eripuit, vel ipsis, qui gladio acerbiorem stylum passi, ærumnas suas nuditate fleuerunt, vel eorum filijs, ac propinquis,*

qui

A *qui cruentas excepere sententias, restitui mox iubemus: ita vt omnes, qui aliquid ex huiusmodi bonis nostra liberalitate meruerunt, restituere adepta cogantur.*[a] hæc attendant, qui pauperum luctum ex acerbioribus exactionibus, & clamoribus Deum sibi infensum reddunt. Alijs edictis licentiam comprimit militarem. *Nemo militans a suo hospite salgami aliquid nomine postulet, idest ne lignum, aut oleum, culcitraue poscantur.*[b] etiam pro annonarijs speciebus, exigere pretium,[c] & in eos, qui ditiorum sibi procurarent hospitia, ista sanciuit. *Si quis mensorum nostrorum manu, qua deputatas singulis quibusque domus enotant, & postibus hospitaturi nomen adscribunt, delere non dubitauerit, ad instar falsi, reus, ex hac auctoritate teneatur.*[d]

Nec minus mirum illud, quod maledicentem sibi nulli pœnæ sanxerit subiugari, sed tantùm ad se referri, *quoniam,* inquit, *si id ex leuitate processerit, contemnendũ est: si ex insania, miseratione dignissimum: si ab iniuria, remittendum.*[e]

B Hoc anno Alippius Tagastensis, Augustini in vitæ instituto collega, Ierosolymam profectus, S. Hieronymum inuisit, nec multo post reuersus in Africam, creatus est Episcopus Tagastensis. epist. Augustini 8. & apud Hieronymum 86.

Nepotianus, relicta sæculi militia, in qua clarus apud Imperatorem vigebat, vitæ clericali addictus; per se, & per auunculum Heliodorum sæpius, & instanter petierat a S. Hieronymo, transmarinis epistolis, quod hoc anno demum ille præstitit, scribens ad eum libellum, de Vita Clericorum inscriptum. Colligitur tempus ex fine eiusdem lucubrationis. Quod verò inter alias admonitiones (quod ad antiquum vsum pertinet) de clericorum vestitu. S. Hieronymus, Vestes, inquit, pullas, æquè deuita vt candidas; nos admonet clericorum habitum neque pullum, (nam is erat Monachorum, vt colligitur ex pluribus eius locis, ut epist. 22. & Epitaphio Marcellę) neque candidum C fuisse (qui olim erat Romanorum, eo verò tempore Nouatianorum, qui se mundos iactabant, & dici volebant) castaneum vero, seu violaceum antiquo vsu receptum, & retinetur vsque ad hoc tempus ab Episcopis, qui non sunt ex ordine claustrali, & a familia Pontificis, & Seminarijs, & alijs. Irrepsisse autem color niger in clerum videtur, cum & Monachismus in nonnullis Ecclesijs a Clericis est receptus.

a L. 12. & 13. de bon. proscript.
Leges pro disciplina militari.
b l. 3. de salg.
c L. 18. 19. 20. de erog. mil. ann.
d L. 4. de mensor. C. Theod.
Lenitas Theodosij in iniurijs.
e L. 1. si qs maledix. Imp. Cod. Theod.
Hier. scrib. ad Nepotianum libellũ de Vita Clericorũ.

Christi Annus 394. *Siricij Pap.* 10. *Theodosij Imp.* 16. *Arcadio* 3.m & *Honorio* 2.m *A.A.* *Coss.*

D EVgenius cum Arbogaste, & Flauiano Præfecto, ducibus exercitus, quod Ecclesia Mediolanensis Tyranni munera respuerat, nec in oratione cum sacrilego communicare voluerat, Mediolano recedentes, minati sunt, cum victores reuertissent, stabulum se esse facturos in Basilica ecclesiæ, atque clericos sub armis probaturos. Paulin. in Vita. S. Ambros. consilium eorum fuit munitis Alpibus, Deorum simulacris, Iouis Fulminei, & Herculis; & illis tuto præsidio occupatis, Theodosium aduenientem expectare. August. de ciuit. Dei 5. cap. 20. At Theodosius relictis Constantinopoli filijs duobus, A A. Arcadio & Honorio; primarijs ducibus, Timasio, & Stilicone; Gaine, atque Saulo, fęderatorum barbarorum ductoribus, & Bacurio Rege Iberorum, iter ingreditur, nouis edictis insectatus hæreticos[f] progressus ad Alpes præeunte signo Crucis, cum hoste confligit, & magna vtrinque cæde edita, priori die (nam per biduũ pugnatum affirmant) peiores tulit partes Theodosius, nocte prelium consecuta, pro-E stratus in preces, diuinitus monitus de victoria, duobus illi Apostolis apparentibus, (qui & in eius nummo conspiciuntur, ex vna parte, Sacerdotali habitu, & ex altera ipse Theodosius, vna manu Euangelium, altera crucem gestans) redintegrato prælio, ipsimet Gentiles auctores affirmant, pro eo, Deo sic annuente, ventos ipsos pugnasse, & spicula in hostes retorsisse. hinc illa apud Claudianum Panegyri. ad Honor. In eius 3. Cons.

O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Aeolus armatas hyemes, cui militat Aether,
Et coniurati veniunt ad Classica venti.

f l. 22. de heret. & 23. eodem titulo C. The.
In ipso belli procinct exagitat hereticos Theodosius: nunc ali l berum fid an perfid indulgent

Victor

Victoria gloriosa de hostibus, & de Idolis; & Clemens.

Victor itaque, fauente Deo, Theodosius euasit, Eugenio Tyranno ad ipsum perducto. & interfecto, & Arbogaste in fuga se ipsum, præ desperatione, confodiente quæ religioso Principi gloriosior victoria, de frustratis opinionibus Paganorum, quàm de interitu Tyranni fuit; & duorum tantum illorum sanguine ciuile bellum extinctum est; reliquis prelio superstitibus, veniam impertijt, ijs maxime, qui ad ecclesias confugerant (quos hac occasione Christianos fieri voluit) intercessione in primis sancti Ambrosij, prius per Diaconum directa; mox ipsomet Aquileiam illi occurrente, ad cuius pedes Sacerdotis prouolutus Christianissimus Imperator, testabatur, meritis, & orationibus eius seruatum se esse. Paulinus in vita Sancti Ambrosij, & S. Augustin. de ciuitate Dei. [a] Rem totam plenius narrant Rufin. Theodoret. Sozom. Socrat. Zosimus qui in hac narratione multa peccat, &, vt solet, odio Christianorum, in multis mentitur, in quibus ab alijs redarguitur, Gentilibus etiam eius temporis. Maxima planè extitit victoria, qua non modo stetit Imperium, sed & ipsa Christiana religio, quã euertere Gentiles, inanibus Dijs confisi, moliebantur. Contigit autem 8. Id. Septembr. ut habet Socr. ad ripam amnis, nomine, frigidi.

a li. 5. c. 26.

Admiranda quæ contigerint Constantinopoli, & in Aegypto, dum pugnabatur, referunt Sozom. [b] & Euagr. Vit. SS. PP. [c] qui obitum non multo post consecutum, Ioannis celeberrimi Monachorum, ibidem commemorat.

b li. 6. c. 24.
c lib. 1. c. 1.

Io. Monachi obitus.

Præclaram adeptus victoriam Theodosius, Mediolanum cum venisset, vnde non discessit; quia hostes in acie strati sunt, abstinuit a consortio Sacramentorum, donec Domini circa se gratiam, filiorum experiretur aduentu, inquit Ambros. in ora. in fun. extat can. pœnitentialis, in antiquis ritualibus libris, 11. ordine, vt qui in bello cædẽ fecissent, abstinerent 40. diebus. certè quidem diuina lex (Num. 31.) noluit esse huiusmodi viros, absque aliqua purgatione, qua traditum est, ut qui licet mandato Dei homines occidissent, ijdem tamen tribus, & septem diebus lustrarentur.

Præcesserunt obitum Theodosij, (qui contigit anno sequenti, 16. Kal. Febr.) hoc anno, a mense Septembri, quo obtenta fuit victoria, terræmotus, quibus nonnullę regiones quassatæ sunt. Marcellin. in Chron. iuges pluuiæ, & vltra solitum caligo tenebrosior. Ambr. in eius funere, Hieronym. aduersus Vigilantium, meminit inter alias orbis regiones, Palæstinam quoque dire vexatam esse terræmotu, occasione impurissimi Vigilantij, qui profectus ex Hispania, hæreticus, inter Catholicos latebat.

Hier. scrib. de opt. genere interpretandi. Ad Furiam item de Viduitate.

Scribebat hoc anno Hieronymus epistolam de optimo genere interpretandi, ad Pãmachium, ea occasione, quod accusatus fuerat, de epistola Ioan. episcopi Ierosolymitani male versa, est, numero 101. scripsit item ad Furiam, de viduitate seruanda: id ea ab ipso expetente; nam ait in fine. *Scio me ante hoc fermè biennium edidisse libros contra Iouinianum.* quos 14. Theodosij editos, supra monstratum est.

Syn. CP.na ĩ causa duorũ episcop.

Hoc eodẽ anno apud Balsamonẽ celebrata ponitur Synodus Cõstantinopolitana, in causa vertẽte inter Agapiũ, & Gebadiũ, vtroq; sibi vindicãte episcopatũ Bostrẽsem. In qua Synodo, inter cęteros, affuere, Nectarius Constantinopol. Theophilus Alexandrinus, Flauianus Antiochen. Helladius Cæsareæ Cappadociæ, Gelasius Cæsareæ Palæstinæ, Gregorius Nyssenus, Amphilochius Iconij, Theodorus Mopsuestiæ &c. Mirũ est tot, ac tantos Episcopos, de duorum controuersia episcoporum conuenisse; & magis etiam mirum, tantæ Synodi nullam fieri apud antiquos mentionem. Sed obseruãdum est, conuenisse hos, inuitatos a Rufino P. P. apud quem summa erat in toto Imperio Orientali, auctoritas, ad dedicationem nouæ Basilicæ Apostolorum Petri & Pauli nomine ab eo erectæ trans mare, prope Chalcedonem, dictam communiori nomine Apostolæum: præterea uerò etiam ad suam, per sacrum baptismum, initiationem. Atque hic ille videtur esse episcoporum conuentus, de quo Palladius in Lausiac. cap. 2. Hac igitur occasione Constantinopoli cum essent Episcopi, post sacra ex more expleta solemnia, (quod etiam in Encęnijs Antiochiæ, & Ierosolymæ factum legitur) ijdem conuocati episcopi controuersiam inter duos illos episcopos obortam definiuere, eo modo, quo acta declarant, nimirum ex sententia Theophili Episcopi Alexandrini, non licere deponi episcopum a duobus, vel tribus alijs Episcopis, sed maioris tantum Synodi arbitrio, nempe eiusdem prouinciæ episcoporum sententia.

Dedicatio Apostolæi CP.li.

Eps nõ deponendus, nisi de epo rũ prouincia [illegible] sententia.

Constat

A Constat ex episcopis non ociosè recitatis, duo illa Orientalis Ecclesiæ lumina, post Basilium, & Gregor. Nazianz. Nyssenum, & Amphilochium in hunc vsque annum uixisse, ut quæ apud Nazianzenum in Parænetico carmine, ad Olympiadem legũtur, de Amphilochio, aliter, quam de morte intelligenda sint; quem quidem Amphilochium exæquare videtur Hieronymus Basilio, & Gregor. epist. ad Magnum, num. 84. cuius cũ idem unum tantum Commentarium de spiritu sancto commemorẹt, plures extitisse patet ex Theodoreto, qui plures citat.

Amphilochius Iconij Eps plures scrib. Com. de Spiritu Sancto.

Gelasius porro Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, accurati, limatique sermonis fertur quædam scribere, sed celare, inquit Hieronym. in script. eũ uero citans in Dialogis Theodoret. virum in primis admirabilem uocat, quique Cæsariensem agrum diligenter excoluerit.

B Colligitur denique Theodorum Mopsuestenum Episcopum ad hunc saltem vsque annum inter Catholicos militasse.

Hoc eodem anno Adrumeti, in Africa, celebrata esse Synodus reperitur, missaque ad eam Legatio ab Aurelio Episcopo Carthagin. quæ autem ibi decreta fuerint, haud apparet, quod diuersorum Concil. orum Canones in vnum collecti, simul, sub vno titulo Concilij Africani, habeantur admixti.

Syno. Adrumetina in Afr.

Hoc eodem anno celebratum est a Donatistis in Africa, Bagaiense Concilium in causa Primiani, & Maximiani Carthaginensium, in Schismate, inter eos ipsos, Episcoporum, conuenientibus trecentis decem Episcopis, in quo damnatus est Maximianus, cum anteà in Cauernensi Concilio apud Carthaginem a quinquaginta tribus Episcopis, & in altero a centum, & amplius damnatus fuisset Primianus. Legendus C est S. Augustinus in ps. 36. & contra Crescon. lib. 3. & 4. In quo admirandum est, quod cum secta Donatistarum dissecta esset in plures, & minutissimas partes, in vna tamen parte tantam fuisse multitudinem Episcoporum, vt in vno eius partis conuentu 310. numerarentur. Ex quo conijcias infinitam prope eorum multitudinem, qui Schisma illud sectarentur; quorum ea peculiaris fuit insania, iam inde a Constantis Imperatoris temporibus, vt studio martyrij, obuios cogerent ad se interficiendos, & alioqui ipsi sibi vario necis genere mortem inferrent. Legendus est, præter Augustinum, Philastrius de hær. c. 86. & Theodoret. hæret. fab. lib. 4.

Bagaiense Concilium Donatistarum 310. Eporum.

Insania Donatistarũ se necantium, & alios ad idem prouocantium, ęmulatione Martyrij.

Hoc ipso anno, reuerso Alipio, Ierosolymis in Africam, iacta videntur fuisse semina quædam contentionum inter Hieronymum, & Augustinum, quæ vsque ad 14. ab hinc annum durarunt, intercurrentibus quidem, per epistolas, hinc inde acrioribus D dictis, charitate tamẽ nunquam interrupta. Id autem contigisse putatur per Origenistas, Ioannem Ierosolymit. Episcopum, Rufinum, Palladium, Euagrium, & Melaniam, quorum consuetudine plurimum vsum Ierosolymis, Alipium credibile est, vt hominum, auctoritate, doctrina, & vero etiam præstantis bonitatis & pietatis fama, illustrium. Sed singula, quæ vltro citroque acerbiora recurrere, & eorum causas, longum esset, & minutum percensere.

Contentiones inter Aug. et Hieron.

Hoc eodem anno, Pontius Paulinus, Romanus V.C. antiquæ nobilitatis decus, vna cum Therasia coniuge, amplissimo patrimonio in pauperes erogato, Monasticę vitæ institutum arripiens, anno ætatis suæ quadragesimo, Vrbe admirante, in Nolanum agrum secedit. epistola eius, apud Augustin. 31. & Augustini ad ipsum, nu. 34.

Paulin. Nolanus post dictus, fit Monachus.

Hic Paulinus ex nobilissima Aniciorum familia, Burdigalæ in Gallia natus, ab Ausonio Gallo, ibi publicè profitente, Rhetoricis atque poeticis facultatibus est institu- E tus, Ausonius epist. 20. Paulinus epistola 39. apud Ausonium 1. Ordinariũ gessit Cõsulatum, ut constat ex Ausonij ep. 2. & 24. Præfecturam quoque Vrbanam, ut rescripta ad ipsum indicant. [a] Ea fuit uirtutis, & pietatis insigni fama, ut apud Barcinonam, in Hispania, per uim inflãmatæ plebis, uxoratus licet, presbyter sacraretur, inuitus; ea tamen conditione, ut illi ecclesiæ non alligaretur. Paulinus ad Seuerum epist. 6. In reditu ex Hispania, reuisens. S. Ambrosium, ab eo cooptatus est in clerum Mediolan. eo fortè consilio, ut posset eum habere successorem in episcopatu, qui non solebat adlegi, nisi ex gremio ecclesiæ. epist. ad Alipium, apud Augustin. 25. Romam adueniens, ab optimis quibusque omnis generis frequentatus, & celebratus est, vsque ad inuidiam

a l. 4. & 5. de Scen. Cod. Theod.

Epi nõ nisi ex gremio Ecclesiæ adlegebãtur.

pluri-

A plurimorum. Paulinus epist. 1. ibique deposito onere amplissimarum facultatum, ad concupitum a se diu Nolanum secessum conuolauit, subducta, de facultatibus erogandis in pauperes, parte, qua fundis Ecclesiam extrueret, in qua & reliquias SSS. Andreæ, Lucæ, & Nazarij, collocauit. Quàm verò arduum arripuerit in agro Nolano viuendi genus (ne quis putet eum, ruri agentem, vitam duxisse lautam, & ociosam) epistolæ ipsius ad Seuerum 1. in fine. 5. & 24. significant.

Therasia ipsa quoque vxor Paulini Monasticam uitam profitetur.

Paulini elogium a S. Ambros. editum.

Quod autem etiam Therasia vxor vitam Monasticam professa fuerit, indicat S. Hieronym. epistola ad eum num. 13. vocans eam sororem ipsius, non autem coniugē, qua eadem epistola, de institutione Monachi, videtur illis auctor fuisse eius instituti, & vt potius alibi, in agro remoti ab vrbibus agerent, quam Ierosolymis, quæ hoc anno epistola scripta videtur. Elogium S. Ambros. epist. 36. de Paulino, non videtur prætermittendum. *Paulinum splendore generis nulli secundum; in partibus Aquitaniæ vēditis facultatibus, tam suis, quam etiam coniugalibus, in hos se induisse cultus ad fidem* B *comperi, vt ea in pauperes conferat, quæ redegit in pecuniam, & ipse pauper, ex diuite factus, tanquam deoneratus graui sarcina, domui, patriæ, cognationi quoque valedicat, quo impensius Deo seruiat. Elegisse autem secretum affirmatur Nolanæ vrbis, vbi tumultum fugitans, æuum exigat. Matrona quoque virtute, ac studio eius proxime accedit, neque a proposito viri discrepat. Denique transcriptis in aliorum iura suis prædijs, virum sequitur, & exiguo illic contenta cæspite, solabitur se religionis & charitatis diuitijs. Soboles eis nulla, & ideo meritorum posteritas desiderata. Hæc vbi audierint proceres viri, quæ loquentur? Ex illa familia, illa prosapia, illa indole, tanta præditum eloquentia, migrasse a Senatu, interceptam familiæ nobilis successionem? ferri hoc non posse. Et cum ipsi capita, & supercilia sua radant, si quando Isidis suscipiant sacra: si fortè* C *Christianus vir attentior sacrosanctæ religioni, vestem mutauerit, indignum facinus appellant. Equidem doleo tantam esse in mendacio obseruantiam, in veritate negligentiā, vt confundantur plerique attentiores ad sacrosanctam religionem videri, non considerantes vocem dicentis.* [a] *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego cū coram patre meo, qui est in cœlis*, hæc Ambrosius.

a Luc. 9.

Seueri elogium a Paulino.

Accidit eodem ferme tempore aliud Paulino persimile exemplum edi a Seuero Sulpitio Romano ciue, viro illustri, in Gallijs agente, & Monasticum vitæ genus arripiente, de quo S. Paulinus epist. sua 1. *Tu*, inquit, *frater dilectissime, ad Dominum miraculo maiore conuersus es: quia ætate florentior, laudibus abundantior: oneribus patrimonij grauior, substantia facultatum non egentior, & in ipso adhuc Mundi Theatro, id est fori celebritate diuersans, & facundi nominis palmam tenens, repentino impetu, discussisti seruile peccati iugum, & letalia carnis & sanguinis vincula rupisti. Neque te* D *diuitiæ de matrimonio familiæ Cōsularis aggestæ, neque post coniugium, peccandi licentia, & cœlebs iuuenta ab angusto salutis introitu, & arduo itinere virtutis in mollem illam, & spatiosam multorum uiam reuocare potuerunt*, &c. Paulin. epist. 1. Inhæsit Seuerus S. Martino, cuius monitis & exemplis nutriebatur in fine. Sic verò se abdicauit a sæculo, vt filios in sanctitate educaret. Paulin. epist. 5.

Tetradij admiranda cōuersio.

Sed & Tetradij viri clarissimi admiratione digna fuit conuersio, cum per Martini impositionis manum, seruus eius fuit a Dæmone liberatus, qui statim factus catechumenus, nec multo post baptizatus, semper Martinum salutis suæ auctorem miro coluit affectu.

Insignes Gallicani Episcopi.

b li. 2. c. 13.

De compluribus alijs, præter S. Martinum, hac tempestate, sanctitate claris in Gallia, Episcopis, testimonio est pars epistolæ. S. Paulini, intexta in historia Turonensis E Greg. [b] nam epistola ipsa non extat. *Si enim hos videas dignos Domini Sacerdotes, vel Exuperium, Tolosæ; vel Simplicium, Viennæ; vel Amandum, Burdigalæ; uel Diogenianum, Albigæ; vel Dynamium, Engolismæ; vel Venerandum, Aruernis; vel Alithium, Cadurcis, vel nunc Pagatium, Petrogorijs; (vtcunque se habent huius sæculi mala) videbis profectò dignissimos totius fidei, religionisque custodes.* Quibus addendus est S. Mauritius Andegauensis Episcopus, a S. Ambrosio lector ordinatus, & a S. Martino Monastica institutione excultus, & presbyter consecratus, ac deinde inuitus ordinatus Episcopus, cuius mirifica acta adhuc extant apud Sur. 13. Sept.

A Ad finem Imperij Theodosij, Sozom. a memorat multos præclaros extitisse Episcopos, inter quos Dornatum Euoreæ in Epiro, miraculis illustrem, qui signo Crucis ingentem Draconem extinxit, & fontem prece, in loco plane aridissimo, eduxit. a li.7.c.25.

Christi Annus 395. *Siricij Pap.* 11. *Theodosij Imp.* 17. *Olybrio, atq; Probino germanis fratribus Coss.*

Meritis Patris Probi, de Imperio Romano optimè meriti; id consecutos esse fratres adolescentes Claudianus tradit, carmine de Consulatu Olybrij & Probi-

B ni. Porro una cum nobilitate, opum affluentia, atque amplissimorum Magistratuum splendore, egregias coniunctas habuisse cum Christiana religione, virtutes, tum alij, tum Claudianus testatur. Vxor eius fuit, Anicia Faltonia Proba, poetria (cuius est Cẽto ille Virgilianus de nouo & veteri testamento) clarissima femina, Consulis vxor, Consulis filia, Consulum mater, vt est in quadam inscriptione, de qua SS. PP. præclara testimonia reliquerunt. Sanctus Hieronymus, epist. 8. Faltoniæ Probæ elogia.

Proba illa omnium dignitatum, & cuncta nobilitatis, in orbe Romano, nomen illustrius, cuius sanctitas, & in uniuersos effusa bonitas, etiam apud Barbaros venerabilis fuit: quam trium liberorũ, Probini, Olybrij, & Probi non fatigarũt ordinarij Cõsulatus. Hanc ipsam, religione venerandam, etiam S. Augustinus commendat, cum ipsa petente, ad eam scripsit epistolam, De videndo Deum, laudat hanc eandem S. Io. Chrysost. quod suæ communionis homines, Constantinopoli Romam profugos, domo exceperit, & benigne habuerit. de eadem Claudianus. Ex Probo, & Proba geniti filij qua-

C tuor, Olybrius, Probinus, Probus, & Iuliana. Ex Iuliana verò, & eius viro Claudio Hermogeniano Olybrio prognata vnica filia Demetrias, sancta virgo, Christianæ pudicitiæ decus. De quibus plura deinceps. Plures nobiles extant inscriptiones de Probo, & Proba, & sepulchri, quod extabat vsque ad Papæ Nicolai V. tempora post Absidem S. Petri in Vaticano, supersunt descripta præclara epigrammata, & sarcophagum, translatum in sacellum S. Thomæ, sacris est imaginibus sculptum, Christi cum cruce gemmata, & Apostolorum. Eius quatuor filij.

Hermogeniani Olybrij fratrem fuisse Faltonium Probũ Alipium, & Præfecturam Vrbanam gessisse sub Theodosio, inscriptiones indicant, sub ipso autem Vrb. Præf. cõtigisse Martyrium Almachij, de quo tabulæ ecclesiasticæ produnt Kalen. Ian. credibile est, quamuis Theodoretus referat ad tempora Honorij, & paulò diuerse narret. De Alipio quidem, sub Theodosio, Ægypti Præfecturam administrante, Palladius narrat Almachius Martyr.

D in Lausiacis, c. 22. congressum eum aliquando fuisse cum Sanctissimo Anachoreta Ioãne, & verisimile est per eum fuisse ad Christum adductum.

Theodosius voti compos factus, exceptis filijs, ad se Constantinopoli aduenientibus; Arcadio quidem viginti, Honorio autem decem annorum, iam baptizatis (nam a S. Arsenio in baptismo susceptos in Vita SS. PP. 2. cap. 36. habetur) & omnis hostilis cædis labe purgatus, ecclesiasticæ communionis particeps est factus, & filios tradidit S. Ambrosio. Paulin. in vita.

Is quasi præscius imminentis mortis, quã ex prædictione Sanctissimi Anachoretæ Ioannis, vt supra dictum est, ex Euagrio, fortè expectabat, complura Reipublicæ fructuosa disposuit. Inter alia conuocato Senatu hortatus est Gentiles ad abijciendũ ina-

E nem Deorum cultum, quorum falsitatem iam in Eugeniano bello experti essent, & ad Christi fidem amplectendam, nec tamen persuasisse, tradit Zosimus.

Moriens autem populi curam gessit, relaxando tributa: de hostibus etiam benemereri voluit, tribuendo cunctis indulgẽtiam; ex testamento, filijs diuisit Imperium, fidei Stiliconis, quasi parentis, commendatis; cui ipse Serenam fratris filiam in matrimonio collocarat, & magis de statu ecclesiæ, quàm de suis periculis angebatur. hæc inter alia, Ambros. in orat. in funere.

Mortuus est igitur Theodosius hoc anno (Prosper. Marcellin. Socr.) 17. Kale. Febr. cũ imperasset annos 16. & duob⁹ dieb⁹, & 17. attigisset. Marcellinus, Ruffinus) anno

ætatis 50. vt Victor, non 60. vt Socr. Mediolani, sic Vict. Oros. alij, non in itinere, ut Zosimus, præsentibus filijs. ex Ambros. A

Arcadius, post Patris obitum, mox, ne quid turbarum oriretur, Constantinopolim maturauit: Honorius, quadragesimo die, iustis persolutis, quo eum die celebri oratione laudauit Ambrosius, Cadauer Constantinopolim hoc eodem anno 6. Idus Nouembr. vt est apud Socrat. deportandum curauit.

Theodos. qualis, & quãtus Imperator.

Gloriosissimum, & victoriosissimum Imperatorem Theodosium, & Catholicæ pietatis insignem promotorem, omnes laudibus verissimis merito celebrarunt, vnus Zosimus, more suo, odio Christianę religionis, carpsit, cui Gentilis alter historicus ueri amantior, opponatur, Aurelius Victor, qui, vt summo laudum preconio illum extollat, sic comparat illum Traiano, ut tamen constanter affirmet, ipsum Traiani caruisse uitijs, ac proinde, non iam amplius acclamandum, ac deprecandum, Melior Traiano, sed melior Theodosio, cuius laudes longè prosequitur. Addamus & Themistium philosophum, qui duabus orationibus Theodosij virtutes eximie prædicat, Addamus & tertium Symmachum, eundem quoque ethnicum, & Christianis maximè infensum, qui publica concione, cum ciuiles eius, tùm bellicas laudes prosecutus, testatur, scribẽs ad Flauianum, [a] æquè Gentilem hominem, adeo sua oratione superiores fuisse, ut sibi visus sit, illas potius attigisse, quàm, pro rerum gestarum dignitate, singulis, ut ait, satisfecerit. B

a 2. li. ep. 13.

Sed & Pontius Paulinus, decus Romanæ nobilitatis, litteris clarus, famaque celebris, hoc tribuit amico petenti, ut librum de Theodosij veris laudibus scriberet: [b] quẽ Gennadius Panegyricum super victoriam Tyrannorum nominat, & de quo ad se misso Hieronymus epist. 13. *Librum tuum, quem pro Theodosio Principe prudenter, ornateque compositum transmisisti, libenter legi, &c.* C

b epist. Paulin. 9.

Quod uerò tot egregijs excultum virtutibus, Christianum Imperatorem in peccatum aliquando labi prouidentia diuina permiserit, totum id fuit, ut delinquentibus Regibus posteris sanciret diuinum consilium, disciplinam; nimirum ut tum exemplo discerent Theodosij, quanto dispendio audiant Principes magis aulicos, quàm Sacerdotes; tum verò, ut eius & pœnitentia erudirentur, quantumuis potentissimos, ac inuictissimos Principes, cum delinquunt, ferulæ subiacere ecclesiasticæ potestatis, & solutos licet legibus sæculi, vinculis tamen alligatos esse Euangelicæ disciplinæ.

Arcadij, & Honorij Impp. Annus primus. D

Theodosio vita functo, Arcadius viginti annorum ætatis, Honorius uerò decem qui vna cum patre, Arcadius quidẽ duodecim, Honorius uerò duos annos, imperarant, 16. Kalen. Febr. soli capessunt Imperium, Stiliconis prouidentię commendati; Magistri militiæ; Barbari quidem, sed Christiani, sed strenuissimi Ducis, & coniugio Serenæ Honorij fratris filiæ obligati. Marcellin. in Chron. At Rufinus (cui Theodosius pugnaturus aduersus Eugenium Orientale Imperium, & Arcadium ipsum commendarat) æmulum Stiliconem, eius vltima voluntate, sibi videns prælatum, inuidiæ facibus incensus; eoque amplius irritatus, quod Arcadius Liciniam Eudoxiam sibi desponderat, quem suam ipsius filiam vxorem ducturum sperauerat, imperio moliri insidias cæpit. Hic in Aquitania, humili loco natus, in Theodosij gratiã insinuatus, summos consecutus Magistratus, ordinarium Consulatum, cum Arcadio, & Prætorij Præfecturam, (quos tamen crudelitate & auaritia dehonestauit) his non contentus, generum habere Imperatorem affectans, viam sibi ad Imperium parabat. [c] Claudianus, Zosimus. E

Ruffinus Tyrannus quis.
c Claudian. in Rufin. & Zosim. li. 4. & 5.

Arcadius parẽtis pietatem sequens, ipso initio Imperij, leges cõtra hæreticos, & Paganos sanciens, id sibi stabilire studet. 3. Id. Mart. & 3. kal. April. ad Ruf. rescribẽs. [d] Et ad Aurelianum proconsulem Asiæ, cum, qui nam hæretici dicendi essent, quæreretur,

d lib. 16. de hæret. Cod. Theodos.

sic

A sic rescripsit. *Hæreticorum vocabulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus debent succumbere, qui uel leui argumento a iudicio Catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deuiare.* &c.[a] Et ad Marcellum Magistrum officiorum, 4. Kal. Decembr. sic *sublimitatem tuam inuestigare præcipimus, ne aliqui hæretici, vel in scrinijs, uel inter Agentes in rebus, uel inter Palatinos, cum legum nostrarum iniuria, audeant militare. quibus exemplo Domini parentis nostri, omnibus, & a nobis, negata est militandi facultas, quoscunque autem deprehenderis culpæ huius affines, cum ipsis, quibus & in legum nostrarum, & in religionum excidium conniuentiam præstiterunt, non solum militia eximi, uerum etiam extra mœnia Vrbis iubeas arceri* [b]. Edictum porro seuerissimum, quo Gentiles exagitauit 7. Id. Augusti extat.[c] a L. 28. de hær. C.Th. b L. 29. de hær. C.Th. c C. Theod. l. 13. de Pagan.

Rufinus interim plures barbaras gentes occultis fœderibus in perniciem Imperij B euocat, coniunctis sibi, Prouincijs Præsidibus datis: Græciæ quidem Antiocho, & Gerontio Thermopylarum, angustijs custodiendis traditis, qui aduenientibus Gothis Alarico duce eas cederent, Zosim. lib. 5. per quos, quanta clades illata sit Europæ, deplorat S. Hierony. ad Heliodorũ epist. 3. & Claudianus. in quo mendacij arguitur Zosim. tùm à Claudiano, tùm ab Eunapio in Maximo, ethnico vtroque scriptore, tum denique à Hieronymo de Græciæ vastatione, cui & maximè Athenis pepercisse, ait, ob visa Mineruæ, & Achillis simulacra.

De Asiæ porro vastatione, per Hunnos facta, idem S. Hierony. epist. 3. & 30. Claudianus, & Sozom.[d] Stilico, gemino pollens exercitu, Orientali quassato Imperio quàm citissime subuenire satagens, a Rufino, apud Arcadium agente, impeditur, & in procinctu barbaricæ expeditionis, Orientales copiæ ab eo abstrahuntur, vtroque fremente exercitu. Aduenienti igitur Orientali exercitui obuiam procedens cum Arca- C dio Rufinus, dum ex condicto expectat, vt consors Imperij appelletur, ab iratis militibus trucidatur, & caput, ac manus, per summum ludibrium, conto infixa, circumferuntur, atque hæc facta 5. Kal. Decembr. S. Hierony. epist. 3. Claudian. & Zosim. Vxore & filia Rufini ad Ecclesiam metu confugientibus, fide data, concessum, vt Ierosolymã nauigarent. Marcellin. in Chron. Extant numismata Arcadij, cum manu cœlitus demissa, coronam porrigente, fortè hoc tempore, quasi restitutionem Imperij significantia, excusa, alia quoque eadem forma cruce addita, de quibus Prosp. *Sanè,* inquit, *nostris temporibus apud Persas persecutionem factam nouimus, imperante Arcadio religioso, & Christiana Principe: qui ne traderet, ad se confugientes Armenos, bellum cum Persis confecit. Eo signo, antequàm potitus victoria, iam coeuntibus in prælium militibus, aeriæ cruces in vestibus paruere. Vnde etiam Victor auream monetam cum eodem* D *signo crucis fieri præcepit, quæ in vsu totius orbis, & maximæ Asiæ, hodieque persistit.* De prædict. 3. c. 34. Timasius, qui cum Promorto Consul fuerat, homo nequissimus, & Rufini ad omne scelus paratissimus administer, in Oasim, teterrimum exilij locum deportatur. Zosim. Suid. S. Hierony. epist. 3. Abundantius quoque Consul ordinarius relegatur. Zosim. Hieronym. Asia ab Hũnis vastatur d lib. 8. c. 1.

Rufini soror fuit Siluia, sacra Virgo, de cuius continentia, austeritate vitæ, & indefesso studio literarum. Multa Pallad. Lausiacorum cap. 33. Siluia sacra Virgo.

Nec tamen, nece Rufini, submoti sunt barbari, qui quas prouincias percurrerant, iam, vt indigenæ, possidebant: & milites, & Imperatores nostros irrisui habebant, de quibus S. Io. Chrysost. ad Viduam Iun. plura, & S. Hierony. epist. 3.

Honorius item in Occidente sui Imperij primordia consecrat, confirmãdis priuile- E gijs, a prędecessoribus Imperatoribus Ecclesiæ collatis, ad Hierium rescribens. *Quia,* inquit, *temporibus nostris addi potius reuerentiæ cupimus, quam ex illis, quæ olim præstita sunt, immutari,* &c.[e]

Augustinus, B. Ambrosij discipulus, multa facundia, doctrinaque excellens, Hippone Regio, Africæ, ordinatur Episcopus, annum agens 41. viuente adhuc Valerio Episcopo, multum, cum toto populo, formidante, ne sibi, vir tantus eriperetur, & vt eligeretur Episcopus Hipponensis, satagente. Prosp. in Chron. Possidius cap. 8. August. ad Aurelium epist. 64. Id quidem, quod viuente adhuc Episcopo Valerio ipse ordinaretur Episcopus, contra decretum Concilij Nicæni, quod ab vtroque ignorabatur, factũ, e L. 29. de episc. & cle. C. Theod. August. ordinatur episc.

Augu-

Augustinus posteà doluit, & ne in successore fiereret cauit, agens post sequentẽ annũ, vt in Concilio Carthagin. (qui tertius fuit) constitueretur, vt ordinandis Episcopis, vel clericis, prius ab ordinatoribus decreta Conciliorum in notitiam deferrentur, ne quid contra eorum statuta fieri contingeret. can. est 3. A

lib. 5. cõtra Manich.

Acceptis quinque Augustini libris contra Manichæos, Paulinus, ab Alipio Tagastense Episcopo, leonem vt dicitur, ex vnguibus æstimans, eum adhuc presbyterum salutat, & digno preconio celebrat. epist. apud August. 31. & 33. cum nesciret an adhuc priores accepisset. Interim factus Episcopus Augustinus, officiosissimas ad Paulinũ litteras scribit, de sua ordinatione, mittens tres a se editos libros, de libero arbitrio, & exposcens vicissim ab eo libros a S. Ambrosio aduersus Academicos scriptos, & quos ipsemet aduersus Paganos scriberet, de qua Augustini ordinatione Paulinus gratulatur Africanæ Ecclesiæ, epist. ad Romanianum, 36. apud Augustinum.

Tres de lib. arb.

De cura pro mortuis agenda.

Litterarum consuetudo inter Augustinum & Paulinum, sequestro Alipio Tagastense Episcopo, hoc anno inchoata est, cuius cum extent duæ tantum ab alterutris datæ litteræ, hoc ipso anno, & commentarius Augustini de cura pro mortuis agenda ad eundem Paulinum, credibile est plures alias inter ipsos litteras, intercessisse, & intercidisse. B

Paulinus Alipium magni faciens, ob egregiam vitæ sanctitatem vitæ ipsius historiam ab eo ad se scribi rogauit; qui Christianæ modestiæ consulens, totum illud refudit negotium in Augustinum, qui id se præstiturum pollicitus est, epist. 32. apud Augustinum. Hinc probabiliter opinari licet id ipsum multo solicitius expetijsse ab Augustino, vt suam ad se vitam perscriberet, licet id tacuerit Augustinus; & tamen quod erat rogatus præstiterit, noua vtens scribendi forma, dum magna animi submissione, recensendo, & deflendo peccata, vitam suam a tenera ætate contexuit, quod opus, Confessionum inscripsit. C

Libri Confessionum.

Paulinus tantus in sæculo, abdicatione rerum temporalium, etiam maior factus, ab aliquibus Africanis Episcopis legatione, & litteris salutatur, epist. apud Augustin. 36. ad Romanianum S. ipse Augustinus epist. 34. eum inuitat in Africam, & per hanc eandem legationem Africanorum Episcoporum, ad Licetium, Alypij fratrem Patruelem, Romaniani filium, eruditum iuuenem, & Romæ honoribus inhiantem, scribit, exemplo Paulini, reuocans ad secularis vitæ contemptum: sed & ipse Paulinus ad eum prosa, & versu mixtam scripsit epistolam, ad eundem Mundi contemptum adhortãs. Quantum Patri eius Romaniano debuerit Augustinus prædicat lib. 2. contra Academicos cap. 2. & rependit gratiam, cum rogatus ab eo, quid de vera religione sentiret, veram planè docuit esse Christianam, eodemque argumento librum ad ipsum conscripsit, ex quo in vera religione confirmatus est. De vera Relig. cap. 7. D

De Vera Religione.

Monachismus ante sex annos per Augustinum illatus in Africam adeò coaluit, & propagatus est, vt breui plures ex eius Monasterio Episcopi prodierint, qui & ipsi Monasterium in suis Ecclesijs instituerint, Possid. cap. 11. & Paulin. apud Augustin. epist. 35.

Christi Annus	Siricij Pap.	Arcadij, & Honorij Impp. 2.	Arcadio 4m. Honorio 3m. Coss.
396.	12.		

E

Facinorosi clerici ab altari abstractio, signo quodam improbatur.

HVius sui Consulatus ingressu, cum Honorius, Mediolani Libycarũ ferarum munus exhiberet, & Stilicone mandante, Cresconius quidam presbyter, grauissimorum quidem criminum reus, a militibus, nequidquam clericis, & Episcopo Ambrosio eum protegente, de Ecclesia ab altari abstractus fuisset; renunciantibus illis factum, quod mandatum erat, sedentibus in Theatro, dimissi leopardi, saltu celeri, ad eundem locum, in quo sederant, qui de Ecclesia triumphabant, grauiter laniati sunt. Quo viso Stilico Comes, pœnitentia ductus, per multos dies satisfecit sacerdoti, Paulin. in Vita S. Ambros.

Dæmoniacus per Am

Stiliconis Comitis seruum a Dæmonio liberatum, post flagitij compertum, cum S.

Am-

A Ambrosius diceret, oportet illum tradi Satanæ in interitum carnis, ne talia aliquis in posterum audeat admittere, eodem momento, a spiritu immundo correptus discerpi cæpit, magno omnium timore, & admiratione, Paulin. ibidem. [brof. liberatur, & rursũ eo mandante vexatur.]

Per idem tempus Fritigil quædam Regina Marcomannorum, cum a quodam Christiano, qui de Italię partibus ad illam fortè aduenerat, de Ambrosij sanctitate audiret, Christo credidit, cuius illum seruulum recognouerat, missisque muneribus, petijt eius scriptis de fide informari. Ad quam ille epistolam præclaram fecit, in modum Cathechismi, in qua etiam admonet, vt suadeat viro suo Romanis pacem seruare. Qua accepta epistola, mulier suasit viro, & cum populo suo Romanis se tradidit. Quæ cum aduenisset Mediolanum, plurimum doluit, quòd sanctum sacerdotem, ad quem festinauerat, minimè reperisset, iam enim de hac luce migrauerat, quod anno sequenti contigit B ex Paulino in Vita. [Epist. Amb. Cathechetica ad Reginā Marcomannorum]

Prodigium extitit memorabile, cum ardente desuper cœlo, atque terra tremente deorsum, CP.nae Vrbis conflagratio, in timore fuit, donec orationibus Arcadij Principis, & populi Christiani, pręsens excidiũ Deus exoratus, auerteret. Marcell. Prosp. in Chron. S. August. de excidio Vrb. c. 6. Paul. diacon. lib. 13. qui & aliud quiddam admirandum addit, ad eiusdem Arcadij commendandam præstantem fidem, & pietatẽ, quà & hoc anno sancit aduersus hæreticos, [a] & nominatim contra Eunomianos, [b] & aduersus idololatras. [c] [Prodigium ingens.]

[a L. 30. de hæret.]
[b L. 32. de hæret.]
[c L. 6. de Apost. & l. 14 de Pagan. C Theod.]

Nepotiano Presbytero, ad quem de vita clericorum libellum S. Hieronymus scripserat, vita functo, Epitaphium scribit, ad Heliodorum Episcopum Altinensem, eius auunculum, qui eius decessum grauissimè ferebat, ep. 3. in qua de propagato, longè lateque apud barbaras gentes Christi nomine meminit: & de eadem re epist. 7. ad Lætam. C In quibus barbaris Christo colla submittentibus, Hunni ferocissimi recensentur, quo autem prædicante nescitur, nisi fortè Magnus ille Apostolus Nicetas, quem Bessas, Daces, Getas, Scytasque hoc tempore conuertisse, S. Paulinus tradit, ad eos quoque accessit. [Nicetas Apost. barbararũ gentiũ]

Idem quoque Paulinus de conuersis ad Oceanum Boreale positis populis, per S. Victricium Rhotomagensem Episcopum, epistola ad eum scripta tradit num. 20. in qua multa de nobilitate Rhotomagensis Ecclesiæ. [Victricius Rhoroma. Boreales gẽtes adducit ad Christũ.]

Christi Annus 397. | Siricij Pap. 13. | Arcadij & Honorij Impp. 3. | Cæsario & Attico Coss.

D RVfinus, & Melania post vigintiquinque absentiæ annos in Ægypto, & Palæstina exactos, in Vrbem reuertentes, magna cum fama sanctitatis, Origenis errores magna quidem fraude circumtectos vulgatis περὶ ἀρχῶν libris, Rom. Ecclesiæ obtrudere moliuntur, Paulin. ad Seuer. epist. 10. Hierony. Apolog. aduers. Ruf. ad Pammach. epist. 78. & 66. ad Rufinum. [Qui eccl. Ro. obtrudere moliũtur Orig. li. περὶ ἀρχῶν]

Exceptos hospitio, Melaniam, & Rufinum Nolæ, Paulinus, necdum sibi satis cognitos, eximiè laudat, epist. 10. ad Seuerum, per quam breue segmentum ligni sanctissimæ crucis, missum sibi a Ioanne Ierosolymorum Episcopo accipit, cuius particulam misit ad Basulam Seueri socrum, de quo ligno crucis præclarum refert editum miraculum, cum oblatum ingenti incendio, accedenti ad Paulini hospitium, incendium E planè resilijt, & penitus extinctum fuit. Paulin. in Natali 10. S. Felicis. Quanto autẽ concursu Romanæ nobilitatis, quantaque pompa Neapoli, Romæque Melania excepta sit, narrat Paulinus eadem epist. [Miraculũ, ad obiectũ ligni S. crucis resiliente incẽdio.]

Seuerus, Vitam S. Martini, paulò ante a se conscriptam ad Paulinum mittit, quam is Melaniæ legit, & Nicetæ venerabili Episcopo, qui ex Dacia, per id tempus, Romam venerat, ostendit, Paulin. epist. 29. ad Seuerum, & Natalitio 5. S. Felicis, ex quo statim per vniuersum ferè orbem vulgata est. Paulin. [d] & Seuerus. [e] [Seueri vita S. Martini.]

[d epist. 5.]
[e Dial. 1. c. 16.]

At Melaniæ Ecclesiam Romanam tentanti corrumpere, opposuit Deus alteram feminam Marcellam, quæ fraudem detexit, de qua sic S. Hieronymus epist. 16. ad Prin- [Marcellam Melanię opponit Deus]

A cipiã. *Tunc S. Marcella, quæ diu se cohibuerat, ne per æmulationem quidpiam facere videretur, postquàm sensit, fidem Apostolico ore laudatam, in plerisque violari, ita vt Sacerdotes quoque, & nonnullos Monachorum, maximeq; sæculi homines in assensum sui traheret, ac simplicitati illuderet Episcopi* (Papæ Siricij) *qui de suo ingenio ceteros æstimabat, publicè restitit, malens Deo placere, quàm hominibus.* hactenus Hieronymus.

Hæretici igitur palam ab ea detecti, negauerunt, Periarchon hæresum promptuarium sua ipsorum opera in latinum esse conuersum, & inficiati sunt pariter se ea cum Origene sentire; atque præseferentes Catholicam disciplinam, vt Catholicæ Ecclesię communicantes, quæsierunt a Rom. Pontifice litteras communicatorias, quo earum testificatione se probarent vbique esse Catholicos, ac ita, his muniti litteris, ab Vrbe probati Catholici discessisse viderentur.

S. Ambr. obitus.

B S. Ambrosius Ecclesiæ Mediolan. Episcopus ætatis annum sexagesimumquartum vix ingressus, migrat è vita, pridie Non. April. cum sedisset annos 22. menses 4. minus tribus diebus, Paulin. & Marcellin. in Chron. Eius ægrotationem præcessit admirabile quiddam dictanti in ps. 43. & diutius eo ægrotante, Stilico Comes, conuocatis, quos a S. Sacerdote diligi cognouerat, mandauit, vt suaderent illi, vt sibi viuendi peteret a Domino commeatum, quod diceret tanto viro decedente de corpore, interitum imminere Italiæ, qui certè consecutus est, barbarorum furore vbique protritę, Paulin.

Vt viuens pluribus miraculis claruit, ita mortuus, quorum aliqua commemorat Paulinus. Vt vita S. Ambrosij a Paulino bona fide fui conscripta, ita breuius quàm par erat, multis omissis, quæ ab auctore Annalium, ex eius scriptis diligenter collecta, editioni eius operum sunt prefixa. Vtinam Paulinus edidisset saltem catalogum eius scriptorum; plurima certe desiderari haud dubium est; vt Cathechismum ad Reginã Marcommanorum; & de puerilis ætatis institutione libellum ad Pansophium, Florentiæ ab eo reuocatum a mortuis: de quibus idem Paulinus; vt libros aduersus Academicos, de quibus Augustinus epistola 35. in fine; vt commentarios in Prophetas; & homilias in Sapiẽtiam Salomonis; expositionem in omnes Pauli epistolas, de quibus Cassiod.a quæ quidem expositio epistolarum B. Pauli iam tempore Cassiodori desiderari cæpta erat, sed plane deperditæ, in locum eius, alterius auctoris opus apparet fuisse suppositum, sed & quãplurimos sermones deperditos, qui singulis Dominicis, & celebritatibus Martyrum conciones ad populum habebat, & alios plurimos, suppositos constat, S. Maximi Episcopi Taurinen. S. Prosperi, & aliorum. C

Lucubrationes S. Ambrosij quæ non extant.

a diuin. lect. instit. lib. 1. c. 3. & 5.

S. Simplicianus, Romanus presbyter, ætate grandæuus, doctrina, & moribus probatissimus, S. Ambrosio sufficitur.

D Ex eadem Ecclesia Mediolanensi, paulo post, Felix Diaconus, S. Eusebio Bononiensi Episcopo successor datur, nec diu post ordinatur a S. Simpliciano Nouariensis Ecclesiæ Episcopus S. Gaudentius, S. Laurentij Nouariensis presbyteri, & martyris (improuisa enim Gentilium grassatione, vna cum pueris, quos erudiebat, est interfectus) discipulus, comes item post S. Martini, denique S. Eusebium Vercellensem Episcopũ in exilium pergentem in Orientem, secutus, cui & S. Ambrosius Episcopatum prædixit, Paulin. in vita S. Ambros. & in V. S. Gaudentij.

Episcopi ex Mediol. ecclesia.

TAVRINENSE CONCILIVM, in quo lectæ sunt litteræ, tum Rom. Pont. tum S. Ambrosiij, haud pridem ad Synodum datæ, in causa Felicis Treuerensis Episcopi, partis Ithacianæ, cui nec Ambrosius, nec Rom. Pont. nec Galliarum Episcopi communicabant, can. 5.

E CONCILIVM CARTHAGINE TERTIVM in basilica Restituta, celebratum habetur Kal. Septembr. tertium quidem, numerando ab ijs, quæ post tempora Constantini collector potuit reperisse (cum tamen plura ad hanc diem celebrata constet) errore tamen lapsus, dum ante illud existimauit celebratum Carthagine, quod Consulatu Valentiniani 4. & Theodosij reperitur inscriptum, existimans de Valentiniano secundo, & Theodosio seniore esse intelligendum, cum de tertio potius, & Theodosio iuniore sit accipiendum, contigit enim eundem nouissimum Valentinianum gerere Consulatum quartum cum Theodosio iuniore, Anno Domini 435. qua ratione secundum potius, quàm tertium hoc Concil. Carthagin. dicendum erit. Qui

sub

A sub eodem Concilio recensiti habentur can. 50. haud omnes in hoc eodem Concilio sanciti probantur, sed diuersis alijs Concilijs Carthaginensibus, vt de 47. de numero sacrorum librorum, constat, sancito in Concilio Carthagin. tempore Bonifacij Papæ habito; alij quoque sunt obscuriores, quorum præclaram expositionem habes in Annalibus.

Consulit hoc Concilium de quibusdam, quæ ambigua videbantur, Siricium Rom. Pont. vt Catholicæ ecclesiæ Præsidem, atque Doctorem, & S. Simplicianum, ob egregiam, totoque orbe spectatam scientiam. At Simplicianus sciens quis & quantus doctor esset in Africa Augustinus, de quibusdam perdifficilibus quæstionibus eum pulsat, qui sic duos de his rebus a se editos libros misit, vt eius censuræ voluerit subiacere, secundo ad Simplicianum in fine.

Conc. Afr. cōsulit Ro. Pont.

Simplicianus cōsulit August.

Honorius, Mense Ianuarij, Mediolani, confirmat ecclesiæ priuilegia. Rescripto ad B Theodorum PP.[a]

Arcadius in Oriente pellit CP.[li] Apollinaristas.[b]

Ambientes quoque Magistratus lege coercet, occasione quorundam hominum vilissimorum, qui malis artibus irrepserant in aulam, & ad primos gradus ascenderant.[c]

Sed & aduersus Iudæos, qui vt Christianorum gauderēt immunitate, se, fore Christianos simulabant, rescribit ad Archelaum PP. ne ante suscipiantur, quam debita vniuersa reddiderint, vel fuerint, innocentia demonstrata, purgati.[d]

Nectarius episcopus CP.[nus] 5. kal. Octob. moritur.

a L. 30. de epi. & cler C. Theod.

b L. 33. de hær. C. Th.

c L. 1. ad l. Iul. de amb. C. Theod.

d L. 2. de his qui ad eccl. confug.

Christi Ann. 398. | *Anastasij Pap.* 1. | *Arcadij & Honorij* } *Impp.* 4. | *Honorio 4m. & Eutychiano* } *Coss.*

C Siricius Papa moritur 8. kal. Mart. cum sedisset annos tredecim, mensem vnum, & dies 14. Post viginti dies vacationis ipsius Sedis subrogatur Anastasius Romanus, prid. Id. Mart. Indices Vaticani.

Sanctus Hieronymus Paulinianum fratrem ad patriam mittit, vt, diuendito patrimonio inceptum opus hospitalitatis Hierosolymis tueri possit, cum quo in Vrbem venit Eusebius Cremonensis, quos, suspicio, vel prætextus fuit Rufino (ex quo etiam querelam, inuectiuamque conscripsit) post se tāquam exploratores missos esse, & præcipue Eusebium, vt suas chartas, inemendatas libri Periarchon, pleni errorum, subriperet, & euulgaret, ad hoc enim effugium recurrit Rufinus, cum nullam inueniret excusationem de virulenta à se editione libri Periarchon, Romæ, in multorum exitium. D Hieronym. apolog. ad Rufin.

Clarissimi atque doctissimi viri Pammachius, & Oceanus, vulgato Romæ Origenis Periarchon libro, latinè verso, quasi emendato, cum multa tamen in eo minus probarent; eaque ad Hieronymum Ierosolymam misso, rogant, vt latinè edat integrè, vt ab auctore grecè prodijt, & errores notet, tum auctoris, tum interpretis, epist. 64. apud Hieronymum.

Anastasius Papa, quod paulo illiberalius a præcessore suo Siricio actum sciebat cū Paulino, viro clarissimo, Monasticam vitam amplexo, vt primum in thronum Pontificium euectus est, officiosissimas litteras ad Episcopos Campaniæ, pro ipso dedit, quē & omni officiorum genere postea frequentandi, nullam penitus occasionem prætermisit. Paulinus epist. 16. ad Delphinum; in qua, illis verbis, *Cum solemni consuetudine ad Beatorum Apostolorum natalem uenissemus*, &c. demonstrat solemnem fuisse cō E suetudinem ad Natalem diem Apostolorum Romam, nulla habita æstiuorum calorū ratione, religiosissima celebritate, concurrendi, de qua consuetudine sunt & aliæ plures antiquæ testificationes.

Anasta. quāti faciat Paulinum.

Cum Paulina S. Paulæ filia, Pammachij vxor, ex hac uita iam ante migrasset; Sanctus Hieronymus ad eius virum, consolatoriam hoc anno epistolam dedit, numero est 26. Ipse verò Pammachius vinculo coniugali solutus, egregium Christianæ virtutis specimen, de contemptu sæculi, edidit, Monachum induens, Xenodochium statuens in

Hier. consolatur Pāmachium de vxore Paulina defuncta

Pāmachius Monachū induit.

A Portu Romano, opes in egenorum vsus profundens, nobilem SS. Paulo, atque Ioanni MM. memoriam in Vrbe excitans, qui dictus est titulus Pammachij, eius laudes prædicauit Hieronymus.

a li. 18. c. 53.

Chronologiæ hui[9] ex Augustino cõfirmatio.

S. Augustinus de Ciuit. Dei [a] refert prædictionem quandam inter Gentiles vulgatam de lege Christi duratura tantum per trecentos sexaginta quinque annos (quorum primum auspicatur a die Pẽtecostes,) implendos, per Id. Maias, Consulatus, inquit, Honorij, & Eutychiani; cui si addantur triginta tres reperiuntur a nascente Domino, vsque ad dictos huius anni Consules, rectè numerari anni 398.

Capitale supplicium statuitur in Donatistas iniuriosos.

b lib. 11. epist. 53.

c l. 31. de episc. & cler.

Honorius Imperator sæuientibus atrociter in Catholicos Donatistis, cogitur lege statuere capitale supplicium in inferentes iniuriam in personas, & loca sacra (Augustin. epist. 68. & contra Crescon. 3. cap. 48. cum antea non nisi decem librarum auri pœna esset statuta.) Extat lex apud Gregorium.[b] & plenius Codice Theodos. Nondum latam apparet hanc legem fuisse cum S. Augustinus scripsit contra litteras Petiliani; nam in lib. 2. cap. 20. *Nullam quidem legem ab Imperatoribus datam, ut occideremini, recolo,* &c. & tamen scripsit eos commentarios hoc ipso anno, qui in c. 83. li. 2. Anastasij Papæ meminit. B

Aug. deprecatur Donatistis conuictis supplicium.

S. Augustinus pro suo ingenti studio adducendi Donatistas ad Ecclesiam; quod per mansuetudinem fieri posse sperabat, deprecatur conuictis supplicium, epist. 159. ad Marcellinum & 127. ad Donatum Procons. Africæ, sed hac, post decennium scripta.

Hoc ipso anno scripsit S. Augustinus epistolam, quæ numero est 165. ad quendam Donatistam, qui Generosum quendam Catholicum trahere satagebat ad suas partes, in qua seriem describens successorum Petri, postremo loco ponit Anastasium. C

Defensores impetrãtur Ecclesiæ ab Imperatore

Concilium Carthaginense V. (dicendum IV.) septuaginta Episcoporum, post Consulatum Cæsarij, & Attici. VI. kal. Iun. cum quod IV. reperitur inscriptum, celebratũ sit hoc anno, mense Nouembri. In cuius dicti V. Can. VI. decreta reperitur legatio ad Impp. pro petendis, afflictatis pauperibus, aduersus potentiores, defensoribus. *Ab Impp. vniuersis visum est postulandum, propter afflictionem pauperum, quorum molestijs sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut defensores eis aduersus potentiam diuitum cum prouisione episcoporum delegentur.* quos quidem defensores impetrasse apparet ex mentione eorum apud Possidium, cap. 12. & sæpius apud S. Gregorium.

Et can. vltimo. *Item placuit ab Impp. gloriosissimis peti, vt reliquiæ* (Idololatriæ scilicet) *non solum in simulacris, sed in quibuscunque locis, vel lucis, vel arboribus, omnino deleantur.*

Honorius Imperator inchoaturus annum ætatis 14. mense Septembr. Mariam coniugem ducit, ex Serena fratris Theodosij filia, & Stilicone genitam, idque ex mandato Theodosij Patris. Marcellin. in Chron. Claudian. in Nuptijs Honorij. D

Bellum Gildonianum in Africa.

Gildo, potentissimi inter nationes Mauricas, Reguli filius, aduersus Firmum fratrem, Tyrannidem exercentem in Africa, Theodosio seniori, Imperatoris patri, Magistro Equitum, adhæsit, (Ammian. lib. 29.) Quem post Imperator factus Theodosius creauit Comitem, & utriusque militiæ in Africa Magistrum, constat hoc ex Rescripto ad eum dato. [c] sed cum & ipse Tyrannidem arripuisset, reconciliatus post Imperio apparet, Saluina eius filia in coniugium data Nebridio, de sorore generato Augustę, ut est apud S. Hieronymum epist. 9. & 11. Euocatus autem a Theodosio tempore belli Eugeniani cum auxiliarijs copijs uenire renuit, conscientiæ stimulis vulneratus, quod homo ethnicus, nequissimus, & impurissimus (ut est apud Marcellin. in Chron. & apud Claudian. de bello Gildonico) sibi subditis militibus, ad omnes exercendas libidines abuteretur. quo videtur respicere Rescriptum Theodosij ad eum datum, de quo supra, quo noluit militibus de adulterio postulatis esse fori exceptionem. Vt autem Tyrannide Firmi abusi fuerant Donatistæ ad persequendam Ecclesiam Catholi- E

c l. 9. ad le. Iul. de adul. C. Theod.

A tholicam (ut eſt apud Auguſtin. 2. contra litteras Petiliani, cap. 83.) ita Gildonis Tyrannide abuſi ſunt, Optato quodam Epiſcopo eorum factionis, eius ſatellite, omnia audente, quem Optatum Gildonianum, ait Auguſtin. per decem annos Africam oppreſſiſſe, contra litt. Petil. cap. 24. & 2. c. Parmen. c. 2. Qui Optatus de Gildoniano ſatellitio anno 10. Gildonianę Tyrannidis, tandem meritas pœnas dedit, ut eſt apud Auguſtin. contra litt. Petilian. 2. c. 29.

Hactenus toleratus Gildo Tyrannus in Africa, haud ulterius perferendus uiſus cum impedire aggreſſus eſt frumentum, ne ex Africa perferretur in Vrbem, ſine quo Vrbs eſſe non poſſit. Bellum itaque aduerſus eum decretum, duce aduerſus ipſum declarato ipſius germano fratre Maſcezile, ſed hoſte eidem infenſiſſimo, ob necatos ab eo crudeliter filios. Igitur Maſcezil iam inde a Theodoſio ſciens quantum in rebus deſpera- B tiſſimis oratio hominis per fidem a clementia Dei impetraret, Caprariam Inſulam adijt, vnde ſecum ſanctos ſeruos Dei aliquot permotos precibus ſuis, ſumpſit. Cū his, orationibus, ieiunijs, pſalmis, dies & noctes continuans, ſine bello victoriam meruit, ac ſine cæde vindictam. Hæc ex Oroſio.[a]

> Bellū Gildonianū in Africa.
>
> a li. 7. c. 36.

Cum haud ita pridem Monachalis inſtitutio ex Ægypto in Vrbem inuecta eſſet, mirabile dictu, quàm longè, lateque fuerit propagata; adeò vt Inſulas quoque repleuerint ſancta Monachorum examina. De quibus Rutilius Numatianus, ethnicus homo, in ſuo Itinerario eos carpens, ignarus Chriſtianæ altiſſimę perfectionis; quem ethnicum, hæretici, qui videri uolunt Chriſtiani, imitantur. S. Hierony. epiſt. 41. & 30. Auguſtin. epiſt. 81. & Greg. lib. 1. epiſt. 48.

> Monachat' Romā inuectus, ex Aegypto late p Italiā propagatus.

Tranſgreſſus in Africam Maſcezil, cum parua manu, hoc eſt cum quinque millibus C (ut aiunt, ait Oroſius) militum, contra ſeptuaginta millia hoſtium caſtra metatus, cū, interiecta mora, excedere vellet loco, intercurrente nocte, B. Ambroſium Epiſcopum Mediolani, paulo ante defunctum, per ſomnium ſibi uiſus eſt videre ſignificantē manu, & impacto ad humum ter baculo, & dicentē, hic, hic, hic. Quod ille prudēti coniectura intelligens, meritò annunciantis fidem victoriæ, verbo locum, numero diem ſignificari, ſubſtitit, ac tertio demum die, poſt noctem orationibus, hymniſque peruigilem, ab ipſis cœleſtium Sacramentorum myſterijs, in hoſtem circumfuſum proceſſit, & cum ad eos, qui primò occurrerunt, pia pacis verba iactaret, ſigniferum quendam inſolenter obſiſtentem, & iam iamque pugnam excitantem, gladio percuſſit in brachio, eumq; manu debilem ipſo vulnere coegit pronū inclinare uexillum. Quo viſo, reliquę cohortes deditionem iam fieri priorum exiſtimantes, certatim ſeſe ad Maſce- D zilem ſignis tradidere conuerſis. Barbari, quorum magnam multitudinem, Gildo ad bellum deduxerat, defectu militum deſtituti, in diuerſa fugerunt. Gildo & ipſe fugam molitus, arrepta naui, in altum prouectus, ac deinde relatus in Africam, poſt aliquot dies ſtrangulatus, interijt: Nos hæc Mediolani poſiti (inquit Paulinus in vita S. Ambroſ.) ipſe Maſcezile referente, cognouimus. de qua uictoria Claudianus, inter alia,

CONGRESSVM, PROFVGVM, CAPTVM, VOX NVNCIAT VNA.

> Victoria de Tyrāno admirāda merito Ambroſij.

Extincto Gildone, bona ipſius, quæ quidem erant ampliſſima, fiſco ſunt adiudicata, ſuperque eis nouus inſtitutus eſt Magiſtratus, dictus Comes Gildoniani patrimonij, cuius eſt mentio in Notitia prouinciarum, & plura extant de illis bonis Reſcripta ad Africæ Magiſtratus, in Cod. Theodoſ.

E Gildonis filia fuit Saluina, quæ Nebridio coniuge, optimo, atque ſanctiſſimo, in flore adoleſcentiæ, uita functo, Vidua adoleſcentula relinquitur. conſolatur eam D. Hieronymus epiſt. 9. & quomodo filium Nebridium, & ſororem pie educare, & ipſa uitā traducere debeat, docet. de qua & Pallad. in vita S. Io. Chryſoſt. qui ad eā fortè ſcripſit eam epiſtolam ſub titulo Viduæ Iunioris.

> Saluina Gildonis filia ſancta viduitate celebris.

Maſcezil elatus rerum ſecundarum inſolentia poſthabito ſanctorū conſortio, eum quibus antea, Deo militans, uicerat, etiam Eccleſiam temerare auſus eſt, atque ex ea quoſdam non dubitauit extrahere. Secuta eſt pœna ſacrilegium: nam ijſdem ſuperſtitibus, atque inſultantibus, quos ab eccleſia ad pœnam protraxerat, poſt aliquantum tempus & ipſe punitus eſt. probauit in ſe uno, ad vtrumque ſemper diuinum uigilare

> Sacrilegus Maſcezil diuinitus punitur.

 numen,

numen, quando, & cum sperauit, adiutus, & cum contempsit, occisus est. Ex Orosio aliter paulò Zosim. lib. 5. A

Episcoporũ Ius iudicãdi inter laicos, Apostolicũ.

Collatam ab Apostolo iudicandi inter laicos Episcopis auctoritatem, ex Constantini legibus confirmatam, nescio qua occasione interceptam, Honorius Imperator restituit, ad Eutychianum PP. ita rescribens; Si qui, ex cõsensu, apud sacræ legis antistitem litigare uoluerint, non uetabuntur; sed experientur illius, in ciuili duntaxat negotio, more arbitri, sponte residentis, iudicium. Quod his obesse non poterit, nec debebit, quos ad prædicti cognitoris examen conuentos potius absuisse, quàm sponte uenisse constiterit Dat. VI. kal. Aug. Mediolani.[a] Nihil omnino tribuens iuris Episcopis, sed Apostolica autoritate collatum, voluit esse liberum. Non quidem Honorij legibus, sed Apostoli id sibi vindicat Augustin. de opere Monachorum, cap. 29. & in psal. 118. B

a l. 7. de episc. aud. C. Iustin.

At licet Episcopi, causas inter laicos iudicarent, Proconsules tamen, Præfectique Prouinciarum nullatenus prorsus immiscebant se causis clericorum, licet aliquando pro eisdem, ad Episcopos litteras scriberent commendatitias. Augustin. epist. 54.

CONCILIVM CARTHAGINENSE QVINTVM. positum in ordine quartũ Episcoporum 214. 5. Id. Nouembr. In eo centum & quatuor sancitæ regulæ, ad statuendam, uel restituendam ecclesiasticam disciplinam, quarum exempla tum reliquæ Occidentales Ecclesiæ, tum Orientales mutuatæ esse noscuntur.

Qua occasione scripserit Aug. d opere Monachorum.

Placuit ijs Patribus Apostolicam institutionem in obseruationem reuocare, præscribere Clericis (quo nomine etiam Monachi continentur, quod scilicet in Ecclesia Africana Monachismus iam ascitus in clerum, simulque coniunctus esset) opus manuum, quo sibi victum, & vestitum acquirerent, can. 51. 52. 53. Idque propter quosdam hæreticos Euchaitas, & Massalianos, qui intonsi; prolixa incedentes coma, negabant manibus operandum. quorum causa can. quoque 44. editus fuisse uidetur, quo prohibentur Clerici nutrire comam, ac barbam, harum quoque occasione, rogatu Aurelij Episcopi Carthagin. S. August. scripsit de opere Monachorum. C

Nullus, quãtũuis profanus, prohibendus audire Verbum Dei.

Statutum illud quoque fuit, can. 84. vt Episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire uerbum Dei, siue Gentilem, siue Hæreticum, siue Iudæum vsque ad Missam Cathecumenorum.

Nectario Episcopo C P.no mense Septembri, anni præcedentis, mortuo, conspirantibus tandem in unum omnium suffragijs, Ioannes Antiochenus, cognomento Chrysostomus, eligitur, &, fraude, ab Antiochẽsibus, alioqui nõ facile permissuris, ereptus, ordinatur Episcopus, 26. mens. Febr. Socr. Sozom. Marcellin. in Chron. D

Prima lex capitalis, de recipiẽtibus hęreticos, & eorũ lib. inquirendis, & cõburendis.

Ordinatus Episcopus: primum omnium curauit, vt Catholicæ fidei in omnibus prospectum esset, auctor, ut putatur, seuerissimæ legis aduersus Eunomianos, & Montanistas, detestabiliores cæteris, quæ prima, aduersus hæreticos domi recipientes, capitale supplicium irrogauit, & libros inquirendos, & comburendos, & retinentes, nec prodentes, capite plectendos iussit.[b]

b l. 34. de hæret. Cod. Theod.

c Sozom. 8. c. 3.

Deinde Theophilo Alexandrino episcopo in auxilium assumpto, missis Romam, & in Aegyptum legatis, Acacio Berocensi episcopo, & Isidoro, Romanum Pontificem, & Occidentales ac Aegypti episcopos, Flauiano Antiocheno reconciliauit, & ecclesiam ipsam Antiochenam, diu ante inter se scissam, propter Paulinum, Euagrio eius successore uita functo, ad vnionem redegit. Sozomenus.[c]

Virgines à Chrysost. castigãtur, q̃ cũ viris cohabitabant varijs p̃ tex tibus.

Mox conuertit se ad castigandas Virgines illas, quæ prætextu pietatis, cum clericis, alijsque viris habitare assueuerant, cuius argumenti duos libellos scripsit, his titulis. QVOD REGVLARES FEMINÆ VIRIS NE COHABITENT. Et aduersus eos, qui apud se fouent sorores adoptiuas. de quo genere Virginum S. etiam Hieronymus scripsit epist. 22. ad Eustochium, & ad Oceanum, siue ipse sit, siue alius, quas vocat Agapetas, a charitate (ἀγάπηται) nomen trahentes.[d] E

d Tom. 9. edit. Victor. Socr. 6. c. 4. & Pallad. in vita.

Inde luxum quoque Clericorum, potentium mensas affectantium, coarguit, & ecclesiasticos superfluos sumptus, & episcopales resecans, transferri eam magnificentiã ad infirmorum & hospitum solatia præcipit. Viduas quoque diligenter explorat, & quæ minus rectè conuersarentur, eas aut ieiunijs studere, & alijs pijs exercitationi-

bus,

A bus, aut repetere connubia iubet; ne nomen Domini per illorum intēperantiam, blasphemaretur.

Fideles quoque laicos hortabatur vigilijs nocturnis in Ecclesia insistere: vxores autem eorum domi manere, interdiu orantes, ideo quod viris die ocium nō esset. Post hęc aūt diuites, & potētes aggreditur, fastum eos turgidum ponere admonens, & pro fusionibus abstinere: ex quo magnum sibi eorum odium concitauit; in primis uerò Eutropij Regis cubiculi præfecti, inter aulicos primi, qui eum Antiochia Constantinopolim aduocandum curarat. hic fortè, ob hoc odium in Chrysostomum, uiolauit hactenus intemeratum sacrum ecclesiæ asylum, dum non solum ad eam confugientes, uiolenter abstraxit, & Pentadiam Timasij coniugem, cuius virum in Oasim relegarat, abstrahere tentauit; sed & malus auctor extitit Arcadio sanctionis sacrilegæ conB scribendæ, qua iuberentur confugientes ad Ecclesiam extrahi. [a] quæ tamen lex non diu durauit, eam enim anno sequenti abrogatam constat, dum idem Eutropius iure immunitatis ecclesiæ ad eam confugiens, se tuetur.

Viduas solutiores ad pia studia vel ad repetēda cōnubia hortatur.

Viros hortatur ad nocturnas preces, cū interdiu illis nō vacet.

Rescriptū aduersus, ecclesię immunitatem nō diu durat.

Eodem loco, & die, quo aduersus ecclesię immunitatem, datum est ab Arcadio Rescriptum; ad coercendam quoque insolentiam Clericorum, & Monachorū, qui quasi vi publica, ab apparitoribus raperent reos, cum ad supplicium ducerentur; alterū Rescriptum dedit. [b]

Tanta uerò licentia abripiendi ab officio damnatos capite, ab episcopis in clericos, & Monachos, quorum ad hoc illi opera uterentur, fluxisse potuit, occasione Constantini Magni edicti, quo iuberentur iniquas præsidum sententias ab episcopis posse rescindi. Ceterum SS. Episcopos haud nouimus abusos esse huiusmodi impertita sibi Constantini legibus, auctoritate, sed supplicibus precibus apud Præsides, ad sontes liC berandos, egisse. nisi, si quando aliquis manifestè innocens duceretur, idem a Clericis, atque Monachis, tanquam uindicibus læsæ ueritatis, eriperetur eiusmodi enim casibus, cum quid a Præsidibus tyrannicè ageretur, quale quid ex magna Eutropij, cum iniquitate, atque crudelitate, coniuncta potentia, factum suspicari licet. Sacerdotes enim infracto uigore eisdem restitisse, res gestæ S. Nicolai Mirensis Episcopi in Eustachium Procons. Asiæ, S. Ambrosij aduersus Theodosium, S. Basilij aduersus Modestum Præsidem, Chrysostomi in Eudoxiam, Synesij Episcopi in Lybiæ Præsides, & aliorum plurimorum sanctorum Acta testantur. Quam autem efficaces solerent esse apud Præsides episcoporum preces, ex Augustino discimus, qui ad Marcellinum, Magistratum in Africa gerentem scribens, illud inculcat, magna fisus Sacerdotij, auctoritate. *Audire te Episcopum conuenit iubentem, domine eximie, & merito insignis, atq; D carissime fili.* epist. 159. & 53. ad Macedonium.

a l. 3. de his, qui confug. ad eccl. C. Theodos.

b l. 16. de pœn. Cod. Theodos. & l. 16. de epis. aud. C. Iustin.

Licētia Monach. abripiēdi reos a pœnis, comprimitur.

Epōrum est uindicare iniustitias Iudicum.

Gainas odio & inuidia accensus in Eutropium Eunuchum; quod omnia posset apud Imperatorem Arcadium, barbaros ad infestandam Asiam prouocat, contra quos missus cum exercitu; post dissimulationem, & collusionem, & ipse hostem se declarat Imperij. [c] Sozom. Socr. [d] Zosimus. [e]

S. Porphyrius Gazensium episcopus, ob duram Tyrannidem, quam exercebant in Christianos Idololatræ Gazenses, quales plerique erant: Marcum Diaconum Legatū mittit Constantinopolim ad Imperatorem, qui per Io. Chrysostomum, & Eutropium impetrat, vt Marnæo clauso, (templum id erat celeberrimum, Marnæ Idolo, quod Iouem putant sacrum) & alijs templis omnia simulacra deijcerentur, nec amplius consulerentur.

c Sozom. 8. c. 4.

d lib. 6. c. 6.

e lib. 5.

E Marnæ autem simulacrum, minister Imperatoris, plurimis acceptis pecunijs, latenter Consuli permisit; & Gazenses ad sacra nefaria, & in Christianos feritatem redierunt. Nec tamen propterea cessauit Dei virtus de conuersione Gentilium trophæa sæpè referre, ut cum fideli nutrice dicente ad Dominam, parere non potentem, DICIT MAGNVS SACERDOS PORPHYRIVS. IESVS CHRISTVS FILIVS DEI VIVI TE SANET; CREDE IN EVM, ET VIVE, statim edidit fœtum, & multi conuersi. [f] Acta S. Porphyrij.

f Acta. S. Porphyr. apud Metaphr. & Sur. 26. Febr.

A

Christi Annus 399. Anastasij Pap. 2. Arcadij & Honorij Impp. 5. Manlio Theodoro, & Flauio Eutropio Coss.

a lib. 1. de ord. c. 21.

Manlius Theodorus vir omni genere laudis ornatissim. Lib. de Beata vita scribitur, Mediolani, ab Augustino.

DE Manlio hoc Theodoro Christiano, & docto viro, sic Augustinus.[a] *His temporibus, vir, & ingenio, & eloquentia, & ipsis insignibus muneribus fortunæ, & quod ante omnia est, mente præstantissimus, Theodorus, quem bene ipsa nosti* (matrem enim suam alloquitur) *id agit, vt & nunc, & apud posteros nullum genus hominum de litteris nostrorum temporum iure conqueratur.* Ad hunc ipsum Theodorum, apud Mediolanum, ruri dum ageret, Augustinus librum scripsit de Beata Vita, de quo in Retract. lib. 1. cap. 2. *Displicet autem illic*, inquit, *quod Manlio Theodoro, ad quem librum ipsum scripsi, quamuis docto, & Christiano viro, plus tribui, quàm deberem*, qui & 18. de ciuit. cap. vltimo eius meminit Consulatus. Sed & Claudianus quamuis ethnicus in Panegyrico de eius Consulatu, mirificè eum laudat, & celebrat, vt virum omnibus scientijs eruditum, & omnium eloquentissimum, & virtutibus præstantissimum, cuius lucubrationes excultissimas fuisse affirmat, & inter alias de Genesi, & partibus animę commemorat, quarum tamen nulla superest.

B

b lib. 2. in Eutrop.

c 13. cap. 4.

Contra verò in Oriente editur ab Arcadio Consul Eutropius, Paganus, (vt est apud Prosperum in prædictionibus) seruilis generis, & perditis moribus, quod monstri simile visum est, atque adeò, vt inquit Claudianus,[b] *Omnia cesserunt, Eunucho Consule, mostra*; Quod, vt audiuit Gainas illi infesissimus, & ob id ab Arcadio alienatus, maiori æstuans ira, furore barbarico debacchatus in Asiam, eo tandē desperationis res adegit Orientalis Imperij, vt coegerit Arcadium, quas ipse vellet pacis conditiones subire, inter quas illa fuit, vt sibi dederetur Eutropius Consul, Zosimus, lib. 5. accessit & illud, quo infensior redditus est Eutropius Imperatori, quòd contumeliosus fuisset in ipsam Eudoxiam Augustam, vt est apud Niceph.[c] Arcadius igitur accersitum Eutropium, abrogata dignitate, dimittit, qui extrema sibi timens, confugit ad Ecclesiam, & altare prensans a Ioan. Chrysostomo protectus, non prius, a satellitibus permissus est abstrahi, quàm Imperator iurando firmasset, non dedendum Gainæ ad necem, sed neque omnino necandum. Acta sunt hæc paulo post Paschatis dies, cum Imperator, milites, atq; populus, communibus votis, ac vocibus necem Eutropij conclamassēt. Sed cum Imperator audisset ipsum ad ecclesiam confugisse, religione repressus, ueluti diuinitatis quibusdam fulgoribus repercussus, continuit se, imò & furentes adhuc milites, habita oratione compescuit, ne in ecclesiā ad necem hominis, auderēt irrumpere: populum autem, cui patebat ecclesia, & timebatur, ne odio, quo in Eutropium flagrabat, in eum infesto agmine insiliret, graui sua oratione, quæ extat, sic compescuit Chrysostomus, vt eum ad miserationem, & lacrymas, & ad intercedendū pro eo apud Imperatorem, adduceret. Extat eius damnationis sentētia in Cod. Theodos.[d] qua omnia eius bona fisco addicuntur, ipse Consulatu, & patriciatu, atque omnibus inferioribus dignitatibus spoliatur; nomen eius ex Fastis deletur, statuæ, & omnia insignia, ex omnibus locis publicis, & priuatis abolētur: ipse relegatur in Cyprū: vnde post, instāte Gaina, retractus & obtruncatus est. Socrates, Sozomenus. Quę autē extat alia Chrysostomi homilia in ps. 44. hoc titulo, cum Eutropius extra Ecclesiam deprehensus est, de altero Eutropio multa sunt, quæ indicant, esse intelligenda.

C

Imperator parcit Ecclesię, in quam se receperat Eutropius.

D

d l. 17. de pœn.

E

Ex miserando Eutropij casu, & signis cœlestibus, opportunum Chrysostomo suppeditatum est argumentum insectandi mundi huius illecebras, & turpia populo exhiberi solita spectacula: *Vel ipsa signa agnoscite*, inquit, (in ps. 118.) *quia æreum factum est cœlum, & terra ferrea. Iracundiam Dei ipsa elementa loquuntur, filij hominum vsque quo graui corde? Vt quid diligitis uanitatem in spectaculis, & quæritis mendacium in histrionibus?* &c. cuius suasu verisimile est, sublatum illud fœdum Maiumæ spectaculum, quod sæpius insectatur: Ludicras artes concedimus agitari, (inquit Arcadius in rescripto, l. 2. de Maiuma) ne ex nimia horum restrictione tristitia generetur, illud

A verò, quod sibi nomen procax licentia vindicauit, Maiumam, fœdum, atque indecorum spectaculum denegamus.

Redeundo in Occidentem, S. Hieronymus hoc anno Romam misit suam interpretationem Periarchon, petentibus Oceano, & Pammachio, de qua Apolog. 1. in Rufin. *Duplex in opere meo vtilitas fuit, dum & hæreticus auctor proditur; & non uerus interpres arguitur. Ac ne quis me putaret ijs consentire, quæ uerteram, interpretationis necessitatem præfatione muniui, & docui, quibus lector non deberet credere.* Hoc ipso tempore scripsit epistolam ad Rufinum, quæ num. est 66. | Hierō. Romam mittit interpretationem Periarchon, cū antidoto. Scribit ad Rufin.

Dum hæc inter Hieronymum & Rufinum aguntur, Theophilus Alexandrinę Sedis episcopus, collecta Synodo, Origenem, & eius sectatores condemnat, Synodicamque ad Anastasium Romanum Pontificem, ad CP.[num] episcopum, ad Epiphanium Cypri, & alios episcopos, ad sanctissimos quoque Nitriæ Monachos mittit. B Eius extat ea de re perbreuis epistola ad Hieronymum, apud eum numero 69. & ad Epiphan. 67. De qua Synodica S. Hieronymus epist. 70. & 78. & Epiphan. ad Hieronymum 73. | Theophil. in Alexandrina Synodo damnat Origenē cū sectatorib.

Hoc tempore Posthumianus, qui apud Seuerum, cum Gallo dialogum agit, Alexandriam appulit, & rem totam paulò inuidiosius narrat.[a] inde digressus in Palæstinam, apud Hieronymum sex mensibus fuit, cuius vitæ rationem recenset; & relicta apud eum familia, regreditur Alexandriam, & Ægyptum, visendorum Monachorum gratia peragrat. | a apud Seuer. lib. 1. Dial.

Synodicam, & Paschales Theophili epistolas S. Hieronymus in latinum conuertit. Apolog. aduer. Rufin. Quarum hic est ordo quinque epistolarum, vt Synodica hoc anno data sit. C Prima verò Paschalis seq. anno, pro anno 401. quo item secunda pro anno 402. Tertia, 402. pro 403. Quarta scripta anno 403. in annum 404. | Hier. epistolas Paschales latine uertit.

Sequenti anno (inquit August. de ciuit. Dei.)[b] *Consule Manlio Theodoro, quando iam secundum illud oraculum Dæmonum, aut figmentum hominum, nulla esse debuit Christiana religio; quid per alias terrarum partes forsitan factum sit, non fuit necesse perquirere: Interim, quod sumus in ciuitate notissima, & eminentissima, Carthagine Africæ, Gaudentius, & Iouius Comites Imperatoris Honorij, 14. Kal. April. falsorum Deorum templa euerterunt, & simulacra fregerunt. Ex quo usque ad hoc tempus, per triginta ferme annos, quis non uideat, quantum creuerit cultus nominis Christi præsertim postea quàm multi eorum Christiani facti sunt, qui tanquam uera illa diuinatione reuocabantur a fide, eamque, completo eodem annorum numero inanem, irridendumque uiderunt.* | b li. 18. c. vl.

D Cum de Templis diruendis manarint anni huius exordio, ab Honorio Imperatore Rescripta, & cum populus Christianus conserto agmine impetum faceret in celsa, & Augusta quæquæ templorum ædificia, non sine Vrbium, vt videbatur, immensa deformitate, placuit eidem Honorio Imperatori posterioribus Rescriptis iubere, vt vbique populus a diruendis publicis ædificijs abstineret: itemque alio edicto promulgato, vt spectacula minime haberi prohiberentur, quæ tamen essent ab omni sacrificio, & gentilicia superstitione pura.[c] | c L. 15. & 18 de Pagan. C. Theod. & l. 3. eod. titulo C. Iustin.

Arcadius quoque in Oriente; *Si quæ* (inquit suo rescripto) *in agris templa sunt, sine turba, ac tumultu, diruantur.*

Sed quod ad templa in vrbibus posita pertinet, etsi ab eorum demolitione vetiti sunt Christiani, E ijsdem tamen potiri concessum est, purgari, expiari; & illato crucis signo, vero Deo dedicari, quod de Cęlesti templo Carthagine amplissimo, & ornatissimo factum, cum ipse ibi esset, Prosper narrat in Prædictionibus.[d] | d lib. 3. c. 38

Accidit per hoc tempus illud lugubre in Colonia Suffectana in Africa, vt Gentiles simulacri sui Herculis iacturam passi, aduersus Christianos arma corripientes, ex eis trucidauerint sexaginta, ad quos tunc S. August. epistolam scripsit 267.

Eodem tempore, Gentiles Coloniæ Calamensis, in quodam festo suo sacrilego, petulantissime ante Ecclesiam saltantes, & qui impedire volebant clericos, lapidatione, persequentes, alios occidentes, & ecclesiam incendentes, coegerunt Possidium episcopum nauigare ad Imperatorem expostulaturum aduersus incendiarios, & homicidas,

rem narrat August. epist. 202. Possidius in 5. c. 12. Extant Nectarij, inter Calamenses Gentiles. Primarij litterę ad S. Augustinum deprecatoriæ 251. 253. & ipsius Augustini numero 254. A

Quod idem alibi, præcipuè Romæ factum est, vt reliquiæ Idolatriæ tollerentur, effossis, erutis in lucem proditis, omnibus sacrilegis, sacris, & libris ipsis Sibyllinis a Stilicone incensis ex Hieron.[a] Prospero,[b] Rutilio.[c]

Honorius hoc eodem anno Iudæos quoque, sibi nimium arrogantes, nouo edicto compressit, dum collectas ab eis, ex more, faciendas, imbuit, & iam factas, in ærariũ conferri mandauit.[d]

Hæreticos quoque Manichæos, Africanam Ecclesiam perturbantes coercuit.[e]

Concilium Carthagine habitum, in quo ob violatam a Mascezile, anno superiori, ecclesiam, decreta legatio ad Imperatorem, *Vt pro confugientibus ad Ecclesiã, quocunque reatu inuolutis, legem de gloriosissimis Principibus, mereantur, ne quis eos audeat abstrahere*, quod est impetratum.[f] B

a Præfat. in epistol. ad Gall.
b De præd. 3. c. 28.
c Itiner. lib. 2.
d L. 14. de Iud. C. Th.
e L. 35. de hær. C. Th.
f L. 34. de episc. & cle. C. Theod.

Christi Ann.	Anastasii Papæ	Arcadij & Honorij	Impp. 6.	Stilicone et Aureliano	Coss.
400.	3.				

STiliconis Consulatu consignata inueniuntur Acta SS. MM. Anaunensium, Sisinnij, Martirij, & Alexãdri, qui a rusticis gentilib. interfecti sunt. Extat de his ep. Vigilij Præsulis Tridentini ad S. Simplicianum Episcopum Mediol. apud Surium.[g] de eadem re Gennad. de V. Ill. cap. 36. & 37. cui & reliquias de ijsdem misit, quarum, tacto loculo, cæcus visum recepit. Paulin. in V. S. Ambr. Occisores illi Martyrum a Pręside prouinciæ tenti, a supplicio, precibus episcoporum apud Imperatorem redempti sunt, quod nõ decere dicerent, Martyrum sanguinem, clamantem veniam, non audiri, de quibus precibus August. epist. 158. ad Marcellinum. C

g 29. Maij.

Occisores Martyres cur non deceat occidi.

Post trium nominatorum Martyrum trophæa, Vigilius ipse episcopus ad comminuendum Idolum impulsus eo confracto, lapidum imbribus a Gentilibus rusticis, & ipse appetitus martyrium consummauit, hoc ipso anno. Vsuardus 6. kal. Iul. Hic est ille Vigilius, ad quem, cum creatus episcopus fuit, S. Ambrosius de institutione episcopi, expetitam ab eo epistolam scripsit numero 70. Vet. edit longe alius hic est, ab illo Vigilio, qui contra Eutychen scripsit, centum ferè post annis, quo interiecto tempore plures Vigilij fuere memoria celebres, qui eorum operum auctores esse potuerunt, nisi velimus alterum fuisse Vigilium episcopum Tridentinum, quod contingere potuit. D

Vigilij plures celebres fuere.

De Vicentio, per hoc tempus, Galliarum præfecto, hæc Seuerus Dialogorum lib. 1. *Memini Vincentium Præfectum, uirum egregium, & quo nullus sit inter Gallias, omvirtutum genere præstantior, dum Turonos præteriret, a Martino, sæpius poposcisse, ut ei conuiuium in suo Monasterio daret. In quo quidem exemplum B. Ambrosii episcopi præferebat, qui eo tempore Consules, & Præfectos subinde pascere ferebatur. Sed uirum altioris ingenij, ne qua ex hoc uanitas, aqtue inflatio obreperet, noluisse.*

Honorius mense Febr. sanctionem edidit, qua iudicio episcoporum voluit benè esse prospectum, pœnis exagitans eos, qui in Concilio sacerdotum, depositi episcopi, turbas cierint, & sæculare præsidium putauerint exquirendum.[h]

Honorius in clericos appellantes sæculare iudicium.

Petilianus Donatistarum, Constantinæ in Numidia, episcopus, in sua quadam epistola publica, Catholicos vehementer exagitauit, quòd a Principibus Christianis, ijsdemque Catholicis, aduersus improbos ipsorum conatus sæpè expetijssent auxilium, rem hanc, vt sacrilegam, mirè exaggerans, vt est apud Augustinum, contra ipsius litt. lib. 2. cap. 92. Quibus commotus Honorius, in eorundem Donatistarum opprobrium, qui præterquàm quod Constantinum sæpius aduersus Catholicos interpellassent, eo quoque procaciæ peruenerunt, vt aduersus eosdem indignissimum hominibus Christianis libellum Iuliano Imperatori Apostatæ obtulerint, illum ipsum in publicis quibusque locis perspicuum omnibus, vna cũ Rescripto[i] ab ipso Iuliano Imperatore obtento, affigi voluit, simul cum Proconsularibus actis ea tunc in causa conscriptis. E

h L. 35. de episc. & cle. C. Theod.

i L. 37. de hær. C. Th.

Anasta

A Anastasius Papa, magna maturitate Concilij vsus, iam tandem hoc anno Origenis errores damnat, & litteras per Orbem Catholicum scribit, vt quæ cauenda forent omnes scirent, quem sequentes præcipuarum Ecclesiarum episcopi, collectis sibi subiectis episcopis, & ipsi damnant, vt de Venerio Mediolanensi, & Chromatio Aquileiensi, constat. Imperator quoque, quos Romæ damnasset Anastasius, de Alexandria, & Ægypto Origenistas pelli iubet. Hierony. epist. 28. Apolog. 1. & 2. in Rufinum. Papa dānat Origenis errores, quem sequūtur per orbem epi: quarū iudiciū Imperator sequtur,

Fabiolæ, spectatæ egregiæque sanctitudinis, & generis claritudine celebris, viduæ defunctæ, S. Hieronymus rogatu Oceani, scribit epitaphium epist. num. 30.

Gainas haud exatiatus strage Asiæ populorum, nec Eutropij Consulis nece, potens Gothorum exercitu, duras rursum Arcadio pacis conditiones imponit; ab ipsomet Imperatore conueniri: Aurelianum Consulem, Saturninum Consularem, & Ioannem a secretis sibi dedi, Templum sibi, vt Ariano, tradi. Conuenit eum Imperator Chalcedone, & in templo Martyris Euphemiæ iurant, se re vera alterum alteri non facturos aliquando insidias. Dediti, quos petijt, quorum exilio fuit contentus: tertium de templo, non concessum, ipso S. Io. episcopo repugnante, & cum ipso altercante, & silentiū exprobrando eius conditionem, illi imponente.[a] Zosimus, Socrates, [b] Sozomenus,[c] Theodoretus.[d]

Perfidus Gainas inuadere CP.[lim] & diripere tentans, non sine miraculo, desistit, visis quasi nouis militibus Vrbem & Palatium custodientibus, qui quidem nulli erāt, nisi Angeli diuinitus missi. Rursum cum hostis Reipublicæ declaratus, conuersus esset ad Thraciæ direptionem, & vastationem. Legatus Chrysostomus ad eum proficiscitur, cuius legationis exitus, non perscribitur. Multis denique casibus eius copijs passim cæsis partem mari absorptis, & ipse interimitur. Cum Saturninus, & Aurelianus acti essent in exilium, & Gainas exisset è ciuitate. Cometa ingens & ad ipsam vsque terram ferè pertingens uisus CP.[li] & barbaricus gladius ceruicibus ciuium imminens, ad profectum prouenit Euangelij, confluentibus ad baptismum Gentilibus, & ad sanitatem redeuntibus peccatoribus.

a li. 5. Socr. b lib. 6. c. 6. c lib. 8. c. 4. d Theodor. c. 32.

Zosim. Soc. Theodor. Chrysost. homilia.

Monachi Origenistæ Alexandria pulsi, & è Palæstina etiam fugati, quorum Antesignani erāt Ammonius, Eusebius, Euthymius (vt est in epist. Theophili ad Epiphan. apud Hierony. 61.) quibus Socrates addit Dioscorū, C P.[lim] profecti, cōquesti sunt apud Ioannem Chrysostomū de iniurijs sibi hominibus Catholicis, & innocentibus, Thephilo illatis, & eius auxilium implorarunt, quos ille benignè exceptos, & communione tantum peregrina dignatos, idest communione orationis tantùm, non sacramentorum, negotium suscepit, reconciliandi eos Theophilo. Cuius quidem facti narratio apud Socr. Sozom. Pallad. vt nimium fauens Origenistis, & plena mendacijs, ab aliquo Origenistarum, vel alio, qui faueret causæ Chrysostomi, aduersus Theophilū, petita uidetur. Chrysost. hom. 41. in Act. Apost. Cōmunionē peregrinātium impertit Chrysost. Monachis a Theophilo dānatis.

Hocanno, actum CONCILIVM CONSTANTINOPOLI, conuenientibus 22. Asiæ episcopis necessitatum ecclesiasticarum causa, in quo, ab Eusebio Valentinianopolitano episcopo accusatus est Antonius Ephesi episcopus, de septem criminibus, sed maxime de ordinationibus per Simoniam, quod iudicium cum peragi non potuisset, ob testium absentiam, mortuo interim Ephesi Episcopo, expetente clero Ephesino, cōueniunt, illuc cum Io. Chrysostomo 70. episcopi Asiæ, & deligunt Heraclidem Diaconum de mortui episcopi in eius locum. Quo ipso anno peractum est iudicium episcopi Ephesini mortui, & depositi sex a Ioanne episcopi, ut habet Pallad. in uita Chrysostomi: an 13. vt est apud Sozom.[e] ann. 16. ut obiecit illi Theophilus episcopus Alexandrinus, qui per Simoniam fuerant ordinati. e lib. 8. c. 6.

Ariani conuentus agere in Vrbe C P.[li] prohibiti, cantilenas ad opinionem Arianam congruentes, & in contumeliam Consubstantialis, per Vrbem die noctuq; cantillabant, per quas veritus Chrysostomus, ne populus simplicior corrumperetur, Catholicos illis opposuit, qui Catholicis hymnis decantandis operam darent, & Arianorum impudentiam reprimerent. Sed Arianis inuidentibus, quod res maiori cum dignitate apud Catholicos succederet, concitato tumultu, lapidationem faciunt, qua & Briso Imperatoris Eunuchus, in fronte percutitur, & alij vtrinque cæduntur. Qua re

cognita

cognita, Imperator interdicit Arianis hymnorum cãtum publice & priuatim, Catholicorum cantu in posterum feliciter perdurante. Socr. Sozom. Theodoret. Ac demum instante Chrysostomo, eos Vrbe expellit, & plures in aula militantes, vel magistratus gerentes, hæreticos deprehensos, sub specie Catholicorum, penitus reiectos, pecunia multauit Acta S. Porphyrij Gazens. episcopi. A

a lib. 8. c. 5.

Præclarum huiusmodi de Eucharistia miraculum Sozomen. narrat. [a] In hæretica muliere, quæ pro communione catholica, buccellam profanam paratam, ab ancilla conscia suscipiens, vt dentibus admouit, in lapidem indurauit, quo miraculo perterrita, accurrit ad episcopum, se ipsam indicat, & profusis lachrymis ueniam impetrat. testis est lapis, qui etiam nunc hodie inter Constantinopolitanæ Vrbis cimelia conseruatur.

Piũ studiũ Chrys. conuertẽdi barbaras nationes.

b Theodoret. 5. c. 30.

Ad scythas Arianos in uiam reducendos Chrysostomus hanc rationem adhibuit. B Complures, qui eadem lingua loquebatur, presbyteros, Diaconos, & Lectores ordinauit, illisque vnam tribuit ecclesiam, quorum opera multos ecclesiæ reconciliauit, sępius ipse etiam, per interpretem, cum illis colloquens. Theodoret. [b]

Ad scythas quoque Nomades, propter Istrum incolentes, quos salutis cupidos accepisset, viros laborum Apostolicorum imitatores conquisitos, illis erudiendis pręficit, & litteris ad Leontium Ancyræ Episcopum significat Scythas ad fidem conuersos; & orat, ut viros idoneos ad eos erudiendos mittat. Theodoret. ibidem.

CONCILIVM TOLETANVM, hoc anno habitum, fortasse primum. De quo in Codice M.S. Bibliothecæ Regiæ S. Laurentij sic habetur.

Incipiunt exemplaria professionum in Concilio Toletano, contra sectam Priscilliani (Era CCCCXXXVIII.) hic est annus 400. Stilicone, & Aureliano Coss. Post habitum iam Concilium kal. Septemb. 3. Non. Septembr. post diuersas cognitiones C tunc habitas &c. Fit autem paulo post mentio S. Simpliciani episcopi Mediolan. ut viuentis adhuc; qui quidem non excessisse hunc annum Anastasij tertium, probatur. Quod anno sequenti Legatio Afrorum missa est ad Venerium eius successorem.

Christi Ann.	*Anastasij Pap.*	*Arcadij & Honorij* Impp. 7.	*Vincẽtio, atq; Frauitta* Coss.
401.	4.		

Quintum Sęculum.

D

Anastasius, damnatis Origenis hæresibus, Rufinum scriptis suis grauiter aduersus S. Hieronymum, ea de causa, obstrepentem, scriptis publicis litteris, Romã euocat: & dissimulantem, & prætexentem, quasi non ipsius essent litteræ, ac venire negligentem, Apologia tamen ad ipsum scripta, cum suæ professione fidei (quam tamen Pontifex non recepit, quod de obiectis Origenis hæresibus, nullam mentionem faceret) in absentem sæpè vocatum, & venire contemnentem, damnationis sententiam intorquet. Hierony. Apolog. in Rufin. & epist. Anastasij ad Io. Ierosolymit.

Anast. PP. Rufinum damnat.

CONCILIVM PROVINCIALE CARTHAGINE, quo decreta legatio est ad Anastasium Rom. Pont. atque Mediolanum ad Venerium eius sedis Episcopum; ut, Africanæ Ecclesiæ, sacris ministris maximè indigenti, consulerent. [c] Triginta canones in eo editi. [d] E

c Tom. 1. Concil.

d Ex Breuiar. Hippom. Cõcil.

In eo indictum Concilium generale Carthagine ad mensem Septembrem de pace vniuersali cum omnibus Donatistis, id maxime vrgente Anastasio Rom. Pont. Extat insertum Concilio Africano cap. 33. tom. 1. Conciliorũ. In eo decretum, Primum, vt per vniuersam Africam Acta publica perquirerentur eorum, quæ Donatistæ egissent cum Maximianistis; ex quibus conuincerentur erroris, quod quę pacis causa cum illis egissent, ut plenario suo Concilio damnatos, in suis honoribus reciperent, non eadem faciant cum Catholica Ecclesia, ob pacem, & communionem longe maiorem: Deinde decretum, quod ad pacem, & vnitatem ineundam conducere visum est, ut ad Rom. in

A primis Pont. aliisque transmarinos episcopos scriberetur, vt Donatistis redire volentibus ad ecclesiam Catholicam, indulgeretur, in ijsdem ordinibus apud suos ante susceptis (si hoc recipiens episcopus conducere existimaret,) posse perseuerare Quod quidem olim Melchiadis Papæ tempore in Concilio Rom. cum eisdem Donatistis fuit transactum, & id ipsum indultum fuisse ab Anastasio, & alijs cum eo episcop. constat ex August.[a] Quatuordecim prætereà statuti canones de ecclesiastica disciplina. a lib. 2. cap. Cresc. c. 11. & 12.

Honorius Imp. immunitatem concedit per Africam Catholicis clericis, & Monachis.[b] b L. 36. de episc. & cle. C. Theod.

S. Ioannes Chrysostomus ob patrocinium susceptum miserabilium aliquot Viduarum (talium enim episcopus est Iudex competens, eiusque iuris est, malè iudicata, etiam ab ipsis Principibus, rescindere) aduersus Eudoxiam Imperatricem, insatiabili B auaritiæ morbo laborantem, eius grauem offensionem incurrit.[c] Episcopus Iudex Cōpetens Viduarum. c ex Leonis Imp. Chry. vita.

Theodoritus quidam Patricius ditissimus, auarissimæ Eudoxiæ appetitus insidijs, egregie eius auaritiam, ex consilio, S. Io. Chrysostomi, eludit, suis facultatibus in pauperes effusis, magna cum Eudoxiæ indignatione, quæ & impudenter Chrysostomo obijciebat, quòd Theodoriti bona lucratus esset.[d] Eluditur auaritia Eudoxiæ. d Leo & Metaphr. ĩ vit. Chrysost.

Arcadio Eudoxia masculum parit, cui nomen impositum, Theodosius, Marcellin. in Chron.

Gazensibus Gentilibus Christianos in dies acerbius vexantibus, S. Porphyrius episcopus, vna cum Ioanne Cæsariense episcopo CP.lim profectus, a S. Ioanne Chrysostomo Amantio Eudoxiæ eunucho, viro maximè pio, commendatus, ab eoque ad Eudoxiam, & Arcadium introductus, impetrat euersionem Marnæi Templi apud Gazenses celeberrimi, & aliorum omnium templorum, & Idolorum, quæ per Cynegium C V. C. & Optimum ad id missum, peracta est, pluribus miraculis concurrentibus.[e] Marcus Diacon. in Vita S. Porphyrij. e Marcus Diac. in uit. S. Porphyr.

S. Io. Chrysostomus impetrat ab Imperatore, vt residua Idolorum culturę apud Phęnices tollantur, Monachis cum Edictis Imperatoris & Ministris, ad simulacra demolienda, missis, sumptu nobilium feminarum, in quos, illi tenacissimi suorum sacrilegorum rituum, insurgunt, complures vulnerant, aliquot etiam occidunt. Theodor.[f] & Chrysost.[g] f lib. 5. c. 29 g epist. 126.

Seuerianus Gabalorum, in Syria episcopus, doctus, & eloquens, & charus Chrysostomo, a Serapione eius Diacono, calumniosè ad eum delatus, in eius offensionem incidit, & eiectus est: sed post, instante Eudoxia, receptus est in gratiam, & populus ipse illi offensus, per eundem Chrysostomum reconciliatus est. Socr. & Sozom. Sed res D verius narrata extat apud Chrysostomum homil. de recipiendo Seueriano, & altera Seueriani ad pop. de bono pacis, apud Chrysost. tom. 5.

Christi Annus	Anastasij Pap.	Arcadij & Honorij Impp. 8.	Ambobus A.A. Arcadio & Honorio Coss.
402.	5.		

IO. Chrysostom. sequestre intercedēte inter Monachos a Theophilo damnatos & eiectos, & ipsum Theophilum, litteris vltro, citroquè dandis superior ferè annus abijt. Cum frustra omnia tentata fuissent, qui hactenus a Chrysostomo cohibiti erant E Monachi offerre aduersus Theophilum libellum Imperatori, desperata concordia, grauibus refertum tandem criminibus offerunt, cuius nomine vocatus est, sed falsò, in suspicionem etiam Io. Chrysostomus, quasi de eius sententia id fecissent; quem & propterea S. Hieronymus sub nomine Barnabæ carpit, epist. 26. ad Principiam.

Monachi illi interim, quos legatos miserat Theophilus CP.lim ad exturbandos Origenistas, & ipsi offerunt libellum Imperatori eorum criminibus plenum, qui cum oblata non probarent, pœnam timentes, subornatos se a Theophilo fatentur, & in carcerem coniecti, adusq; Theophili aduentum, euocati ad iudicium, alij moriuntur, alij corrupto iudicio, in exiliū mittūtur. Pall. in Dial. studiosus, vt videtur Origenistarū,

Con-

Contextiones iter Epiphan. & Chrysost.

Concertationes existunt inter Epiphanium & Io. Chrysostomum, causa Origenistarum, quos Synodo Alexandrina, & Cypria damnatos, Epiphanius CP.lim profectus a Ioanne damnari, & expelli volebat; Ioannes contra, qui se calumniam passos dicerent, & speciem sanctitatis præseferrent, absque Synodo damnare, & expellere non audebat; qua ex causa Epiphanius communionem Chrysostomi vitabat. Tota narratio de his apud Socratē, & Sozom. atque adeò Pallad. vt Origenistis fauentium, mendacijs referta est; & quæ de prophetijs inuicem iactatis, ferūtur, falsa probantur; cum viuus peruenerit in Cyprum, & sequente adhuc anno viuus reperiatur Epiphanius: vt & illud, quod damnaret libros omnes Origenis, cum tantùm errores, & eorum sectatores damnaret, & omnino libri tantùm Periarchon damnati sint; quæ Origenistę de Theophilo, & Epiphanio inuidiosè iactabant. Refert idem Sozomom de Theotimo Scythiæ episcopo, pro Chrysostomo aduersus Epiphanium, concertante, tali ac tanto viro, vt Hunni eum admirati, Deum Romanorum vocarent. Cur autem ante aduentum Theophili Epiphanius recesserit Constantinopoli, illa videtur causa, quòd quæstio de Origenis erroribus iam translata videretur in mutuas accusationes, quibus agitandis interesse nollet. A B

Epiphanij obitus.

Quoto verò anno Domini obierit Epiphanius, ignoratur: quadriennium autem ab hinc non excessisse constat. Certum est obijsse in decrepita ætate, quem, ante decennium, Hieronymus ait in extrema senectute varia cudere opera. Palladius eum triginta sex annos sedisse episcopum tradit, sub Damaso, atque Siricio, nempe ab anno Domini 367. ad annum saltem 403. At qui celebris in Ecclesia vixit virtutibus clarus, atque spectatus vbique scientia, zeloque potissimum fidei Catholicæ commendatus; post obitum quoque clarissimum eius nomen extitit, relatum inter sanctos a Latinis, & Græcis. Eius vita, quam recitat Metaphrast. abundat erroribus. Præter opera, quæ circunferuntur, Cassiodor. meminit, de eius commentario in Cantica Canticorum, Diuinarum lect. cap. 5. C

a tom. 1. ep. Ro. Pont. & apud Hieron. tom. 9.

Ioannes episcopus Ierosolymitanus, olim sectator Origenis, post meliori frugi redditus, consulit Anastasium Rom. Pontificem de Rufino, cui rescribit, eum a se fuisse damnatum, ob illatam Romanæ Vrbi hæreticam Origenis doctrinam. [a] de hac Anastasij epistola S. Hieronymus sæpius meminit in Apolog. ad Rufin. hoc ipso anno scriptis. Siquidem ante biennium Rufinus tres inuectiuarum libros (quorum tertius excidisse videtur) in Hieronymum, sub Apologiæ nomine, conscripserat, nec omnibus vulgauerat, nisi tantum certis hominibus sibi carissimis, commiserat, & crediderat, id agens, magna cautione, ne in Hieronymi manus venirent, quos, quamuis diligenter peruestigatos, Hieronymo videre non licuit, sed tantùm amicorum relatione, & Pauliniani fratris ex Occidente ad se redeuntis capita quædam accusationum accepit. De quibus duas, hoc anno, scripsit Apologias: priorem duobus partitam libris, quibus omnibus, omnia in se iacula iactata retorquet in aduersarium. D

Hier. scrib. Apol. duas in Rufinū.

Anastasius Papa, titulo sanctitatis insignis, & in Sanctorum Catalogum relatus, decedit è vita 5. Kal. Maij, cum sedisset annos 4. mensem vnum, & dies 13. Marcellin. & Prosp. in Chron. lib. de Rom. Pont. Constituit nulla ratione transmarinum hominē in clericatus honorem suscipi, nisi quinque episcoporum designaret Chirographum: quia & eodem tempore Manichæi inuenti sunt in Vrbe Roma.

Anastas. statuit ut sacerd. curui starēt, dum recitatur Euang.

Constituit, vt quotiescunque sancta Euangelia recitarentur, sacerdotes non sederent, sed curui starent, quod ea occasione constituit, quia insolentibus Diaconis aduersus Presbyteros, presbyteri in eos insurgentes, contendebant, ex consuetudine Ro. Ecclesiæ, ipsis sedentibus, eos stare debere, quæ contentio eo vsque est progressa, vt etiam, cum stantes Diaconi coram populo legerent Euangeliū, presbyteri tamen minime è sessione consurgerent, quod Anastasius, vt indignum, decreto coercendum putauit. E

Loc. Hier [illegible]

Quibus de causis, Diaconis presbyteri se præferrent, & illis quid respondendum sit, quæstio tractatur apud Augustinum qq. ex vtroque mixtim, q. 101. quam eandem quæstionem tractans, Hierony. epist. 85. ad Euagrium, habet illa, *Vbicunque fuerit episcopus, siue Romæ, siue Eugubij*, &c. *eiusdem meriti est, eiusdem est & Sacerdotij, Po-*

tentia

A *tentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, vel sublimiorem, vel inferiorem episcopum non facit; ceterū omnes Apostolorū successores sunt:* quibus uerbis imperitè, & maligne abutuntur nonnulli ad tollendam omnem auctoritatem, atque iurisdictionem: cum S. Hieronymus nihil aliud velit, quam neminem sacrorum Antistitum, alterum præstare alteri, nempè quoad sacros ordines. — male intellectus de æqualitate episcoporū.

Quod Diaconi, per omnes ecclesias, bona earum administrarent, eo fiebat, vt vbique maiori, quàm presbyteri, frequentarentur obsequio; ex quo sæpè aduersus presbyteros erigebant ceruicem, ad quorum procaciam retundendam, & in ordine continendos, statutus fuit Can. 18. in Conc. Nicæno, & idem insertus in Carthagin. 6. cap. 18. & renouatum Concilijs Arelatensibus primo, & secundo, & Andegauensi, & Rom. sub Gelasio cap. 9. & 10. — Cur Diaconi insolescerent aduersus presby.

B Cum plures epistolas Anastasium conscripsisse constet, in causa præsertim Origenistarum, & Donatistarum, & inter alias ad Vrsinum de Incarnatione filij Dei (cuius tria extant fragmenta in appendice ad Breuiarum Liberati Diaconi) duæ tantum habentur eius nomine scriptę epistolæ Decretales, quorum priorem, ex Consulibus, (nisi suppositam esse velimus) alicuius alterius, ante ipsum Pontificis, esse oportet, quãuis cum maxima pars eius, vbi agit de Manichæis reperiatur apud S. Leonem in epist. 2. data ad vniuersos Italiæ episcopos, redditur magis suspecta de impostura.

Cum vacasset Sedes dies 21. 15. Kal. Iun. Innocentius Albanus, Romanus, creatus est Rom. Pont.

S. Martinus Turonensis anno ætatis octogesimosexto, Sedis trigesimoprimo, migrat in cœlum, vndecimo die Nouembr. quo anniuersaria celebritate recolitur, ex Seuero, & alijs. — S. Martini obitus.

C Sulpitius Seuerus, qui S. Martini viuentis, res gestas conscripsit, de eius ad cœlum conscensu, per visum certior redditus, ad Aurelium Diaconum epistolam scripsit: itidemque de obitu, atque funere, alteram ad Bassulam Socrum. Clarum quoque Martini discipulum, sanctitare clarissimum, haud pridem ante eius obitum, præcessisse, idem Seuer. dicta epist. ad Aurelium tradit.

Post octo annos edidit idem Seuerus de rebus gestis S. Martini, simulque de nonnullis Ægypti Monachis, tres Dialogorum libros, non æquè probatos, vt eius Vita. Arguitur a S. Hieronymo in Ezechielem cap. 36. lib. 11. erroris Millenariorum Seuerus in eo Dialogo, & Gelasius eos ipsos, ob errores in illis contentos, recensuit inter Apocrypha. — Dialogi Seueri non atque probati ut uita S. Martini.

D Testatur Gregor. Turon. lib. de Miraculis S. Mart. c. 2. Vitam S. Martini versibus a S. Paulino Nolano episcopo scriptam, quinque libris, cui addiderit sextum de miraculis ab eo, post obitum, editis; quod si verum est, Paulinum mutuatum esse a Perpetuo Turonensi episcopo, quæ libro sexto de Miraculis scripsit, vt ait idem cap. 3. cum ab obitu S. Martini vsque ad Sedem Perpetui anni numerentur sexaginta quatuor, Nolanus esse non potuit, qui testificatione Vranij, qui interfuit, mortuus est Basso, & Antiocho Coss. 29. ab hinc annis. Alius igitur hic fuit Paulinus iunior, qui libro suo secundo vitæ S. Martini, se exemplo illius maioris Paulini curatum a S. Martino lumine oculorum tradit. Fortunatus quoque libris quatuor, heroico carmine Acta eiusdem S. Martini cecinit, deuinctus plane miraculo, vt & Paulinus vterque, cũ eius beneficio extinctum penè lumen oculorum recepit, vngens eos oleo, quod in Lychno, ad imaginem eius ardebat, quod ipse haud ingratus ad finem operis versibus profitetur, E ex quo comprobatus pius fidelium vsus ante mille annos pingendi in ecclesijs imagines, & accendendi ad eas lampades, cultu Deo gratissimo, ex miraculis editis diuinitus probato. — Paulin. Nolanus quando obijt. Ritus imaginum, & accensarum lãpadum ante eas, probatur ex miraculis.

A

Mileuitanum Primum Concilium, totius Africæ Generale.

MIleui in Numidia 6.kal.Septembr. celebratur totius Africæ Episcoporum Generale Concilium,quod Mileuitanum primum dicendum est, cum aliud inueniatur celebratum post annos 14.quæ tamen librariorum vitio,inuicem confusa sunt, posteriore illo priore loco posito,tom.1.Concil. Multa quidem vtrunque habet communia,vt vnum videri potuerit,nomen loci,qu od vtrũque generale,quod vtrumque vno eodemque Aurelio Carthagin.episcopo,& eodem Rom.Pont. Innocentio. Non pauca etiam sunt,quæ discriminant:tempus, diuersis namque Consulatibus, & Numidiæ Primatibus,celebrata sunt:materia,alia enim in vno, alia in alio tractata. Illud habitum est post damnatam hæresim Pelagianam,in Concilio Carthagin. hoc cũ nondum esset illa hæresis cognita.sunt igitur omnino diuersa. Acta quædam huius prioris Mileuitani Concilij apud Concilium Africanum habentur intexta ca.52. & 53.& alia colligi posse videntur ex epist.S.Augustini 236.ad Xantippum, de presbytero delinquente ab Augustino deposito,Synodum appellante,cui iudices,sex episcopi dati,& ex ep. 238. De Maximiano Vagiense,ob ecclesiasticam pacem, sedi renunciante, & alterius subrogationem potente,cui Synodus annuit, & fratrem eius subrogauit. B

C

Christi Ann.	*Innocentij Papæ*	*Arcadij & Honorij*	*Impp. 9.*	*Theodosio A. & Rumorodio*	*Coss.*
403.	2.				

Theophil. citatus C P.lim ex reo fit actor cõtra Chrysostomum. 46. Capita calumniarũ obiecta in Chrysost. Chrysost. citatur ad Synodum. Prouocat Chrys. ad Syn. Oecumenicam. Conciliabulũ C P.num. deponit Chrysost.

THeophilus euocatus C P.lim ad causam dicendam de criminibus illi ab Origenistis impositis,cunctanter veniens,Chrysostomo infensus,quasi fautori Origenistarum,& vltionẽ meditans,in itinere collegit Episcopos,quibus abuteretur ad Chrysostomi depositionem. Cum igitur peruenisset CP.lim in suburbio per tres hebdomadas subsistens,ex reo subitò factus Actor,& Iudex,consilio suo patefacto, omnes,varijs de causis,Chrysostomo infensos,Episcopos,Clericos, Monachos, uiros, feminas, D ipsam quoque Imperatricem Eudoxiam,excitat ad accusationes in eum intendendas, quas ipse in Synodo dijudicandas suscipit. Quadraginta & sex capita criminum ad Conciliabulum illud,contra eum,delata,extant apud Photium in Bibliotheca,quę an legitima sint, an, post eius obitum,conficta,dubitari potest, cum in eis desiderentur, quæ ipsemet in se ab illis obiecta,tradit,in epist. ad Cyriacum episcopum. Citatus igitur ad Synodum,in suburbio Chalcedonis,ad Quercum dicto, loco consulto delecto,ne vim populi,suo Pastori addictissimi,experirentur, respondetur per Episcopos missos(40.enim apud se habebat,) *ne soluas,* (inquiunt) *Nicæni Concilij Canones,causasque citra terminos tuos ne cognoscas,ipse potius transi ad nos in bene institutam ciuitatem,qui plures sumus ex diuersis, prouinciys,in quibus & septem Metropolitæ;& vos 36.tantùm ex vna prouincia,habemus enim contra te libellos capitum 70. apertas, & nefarias actiones continentes,&c.* E At Ioannes respondit abijcite de medio uestrũ apertos inimicos meos,& de loco non contendã,in quo oporteat me iudicari,&,cũ quarto euocatus,quarto sic respondisset,ad extremũ prouocauit ad Synodum Oecumenicam. At illi, nulla ratione habita appellationis: sententiam depositionis in eum ferunt,relationemque mittunt ad Imperatorem.

Quoniã accusatus, inquiunt, *Ioannes,quorundam criminum consciusq. ad ea diluenda,occurrere noluit:huiusmodi uero deponunt leges,id quod & passus est. Continent autem libelli & læsæ Maiestatis crimẽ,Iubeat hunc pietas vestra expelli,uel inuitum, daturum tanti criminis pœnas.nobis enim ista non licet inquirere.* Misso igitur, tertio post abdicationem die,cum militibus,Comite,profundo vespere clam multitudine, ne tu-

mul

A multus fieret, se ad nauim perducendum præbuit, & in agellis ad Bithyniæ Preterium constitit, quod est emporium è regione Nicomediæ situm. Abductione eius cognita, magna populi seditio concitatur, vt etiam alieniores ab eo, ad innocentis eiecti miserationem commouerentur: qua causa, & quod terræmotus ea nocte factus, terroré imperatrici incussisset, pluribus nuncijs, vno post alium missis, Imperator eum reuocat, cuius aduentus, vt est cognitus, populus effusus, cum accensis cereis ostium Propontidis nauigijs operuit. Qui sic reuocatus, non prius vrbem ingredi volebat, quam maioribus Iudicibus innocens probatus esset, & post, Vrbem, vrgente populo, & deducēte, ingressus, cū nollet nisi prius ab ijsdem, qui damnarant, absolutus, sedem capessere, coactus est, populo impellente, insidere sedi, populo pacem precari & extemporalem orationem habere, qua populum & Imperatorem laudauit, tanta acclamantis populi, & Impp. benedicentis, applausu, ut orationem abrumpere cogeretur, quæ non extat, sed alia,[a] habita hoc quoque tempore, hoc exordio. *Quid dicam? Quid loquar? Benedictus Deus.* Restituto in suum Episcopatū Io. Chrysost. restituti quoque clerici & episcopi, suis, quiq; locis, Ipse uerò Ioannes, adito Imperatore, petijt ab eo, magno studio, tractari suam causam in legitima Synodo. quam futuram timens Theophilus cū suis, fugam arripuit, rediens Alexandriam, & uocatus litteris Imperatoris, venire contempsit, plebis furorem, quem timeret, prętexens. hęc fere ex Socr. Sozom. Theodor. Pallad. & maximè ex epistola ipsiusmet Chrysostomi ad Innocentium, in quibus illi ab eo variant.

Chrysost. reuocatur ab exilio.

B

a Tom. V.

In reditu Theophilus Geras appellens, ciuitatem pusillā, cuius episcopo uita functo, Ciues delegerant sibi Episcopum Nilammonem, virum bonum, & qui ad Monasticæ uitæ fastigium conscendisset. qui in domuncula, ianua, lapidibus obturata, ante

C ciuitatem, se incluserat, cum proposito uitandi sacerdotium. hortante uerò, & rogante Theophilo, eoque sæpius excusante, re dilata in crastinum, petente Theophilo, ut fores aperiret. *Oremus, primum*, inquit ille, quo laudato, Theophilus quidem orauit, sed Nilammon, inter orandum, hâc vitam reliquit, ex Sozom. eius celebris est anniuersaria in ecclesia memoria. Hoc exemplo significauit Deus, quàm periculosa sit episcopalis præfectura, ut præstet interdum mori, quàm in tantum discrimen adduci.

Monachus mortē impetrat, ne fiat eps.

Anno sequenti, a demolitione Marnæi templi, veniens Gazam mulier quædam Antiochena, nomine Iulia, secta Manichæa, recens Christianos factos, necdum firmos in fide, per suam blandiloquentiam, sed magis per pecuniarum erogationem, ad suam sectam trahebat, cum qua, disputatione instituta, diu eam sustinens blasphemantem, nec sanam doctrinam admittentem, S. Porphyr. hanc in eam tulit sententiam, dicens,

Quàm periculosa pfectura episcopatus miraculo cōprobatur.

D *Deus, qui fecit omnia, qui est solus æternus, nec habens principium, neque finem, qui glorificatur in Trinitate, tuam percutiat linguam, & obstruat os tuum, ne loquaris blasphema.* sententiæ autem prolationem, consecutum statim fuit supplicium. Cœpit enim tremere Iulia, & mutari vultu, & manens in extasi longum tempus, non loquebatur, cum longo autem tempore mansisset muta, emisit animam, profecta ad tenebras, quas in honore habuerat, secundum Manichæorum disciplinam. Qui cum ea erant duo viri, & mulieres, & quicunque ab ea corrupti, procidentes, ad pedes Sanctissimi Episcopi errorem abnegarunt, & instituti in fide, ad Ecclesiam aggregati sunt, cum alijs quoque ex Gentilibus, qui miraculum audierant. Marcus [b] in Vita S. Porphyrij.[c]

Miraculū i Manichæa femina sectā prædicāte, & Porphyrio epo aduersus eā orante.

b Apud Sur. 26. Febr.

E

Concilium Carthaginense Generale Africæ.

c l. 11. 12. 13. 14. C. Theod. Augiit. contra Crescon. c. 46. lib. 3.

Carthagine celebratur 8. kal. Septembr. Concilium, generale dictum, quod ex omnibus Africæ Prouincijs legationes in eo affuerint, præterquam ex Numidia, vnde mitti non potuerunt ob Tyrones, desertores militiæ factos, qui ut prædones, vagabantur. Quos quatuor Rescriptis Honorius ad Hadrianum compescendos curauit.

Indictum fuerat hoc Concilium, de pace vniuersali cum Donatistis ineunda anno 401. Sed mortuo interim Anastasio, & Innocentio substituto, non prius, quam hoc anno 403. celebrari potuit.

In eo, legati reuersi, litteras ab Apostolica Sede, de impetratis, quæ petierant, retulerunt, quæ lectæ sunt. Recitata pariter & iussio, & ipsa demum conuentionis forma, qua ipsi conuenire debeant Donatistas. Apud Concilium Africanum, cap. 57. & 58. Factũ est (inquit Augustinus cõtra Cresc. li. 3. cap. 45.) conuẽti sunt: recusarũt, quo dolo, qua maledictione, amaritudine pleni, nunc longum est demonstrare. Conueniebantur autem apud Acta, ita vt publicè extarent, quæ vtrinque dicta, & acta fuissent. Extat conuentio duorum; Augustini conuenientis Proculianum, Hypponensem Donatistarum Episcopum: & Possidij, Cristinum Calamensem, illius quidem epist. 146. blande ad pacificã collationẽ pluribus inuitãtis; huius uerò 3. cõtra Crescon. cap. 46. Quo illi supercilio & superbia responderint, dici non potest. Sed non contenti uerbis atrocibus, & minacibus egisse, Crispinus quidem Possidio insidias per suos tetẽdit, post apertè insecutus, obsedit, lapidationem fecit, ignem domui iniecit, expugnauit, episcopum, contumelijs, & plagis affecit. De his coñijci potest quid alii fecerint. Pro quibus tamen, de his sceleribus, a Magistratibus multandis, intercedebant Catholici, nec expugnari illorum procaccia poterat. Aug. ep. 68. ad Ian.

A

Alaricus Rex Gothorum, ante 30. annos Istrum transgressus, & diu Thracias, vsq; ad Illyricum, populatus, ingenti cum exercitu descendens in Italiam, & Romam appetens, apud Pollentiam a Stilicone vincitur, & obsessus dimittitur. Claudianus.[a] Oros. Prudentius.[b]

B

Instante metu Gothici exercitus Roma nouis mœnijs circũdatur. Claudianus. Vet. Inscript. super Portuensem portam Transtiberinam.

a lib. 4. c 38
b lib. 2. aduers. Symmach.

Christi Annus 404. *Innocentij Pap.* 3. *Arcadij, & Honorij* Imp. 10. *Honorio* 6.m *& Aristeneto* Coss.

C

Lvdi sæculares, Vrbis perpetuitatis fatales, ex superstitione Gentilium, Constantini religione vetiti, & penitus prętermissi, nõ sine dedecore Christiani nominis, permissu Honorij Imp. editi: & gladiatorum munera, tot Christianorum Imperatorum legibus interdicta; &, ne fierent, sanguine martyris redempta, sub Honorio rursum exhibita, grauiter paulò post, facinus Deo improbante, vindicata sunt, Vrbe Gothis diripienda tradita. Claudianus.[c] Prudentius[d] Ioanne declamante in profanos ritus, in dedicatione statuæ argenteæ Eudoxiæ Imperatricis; illa rursum acerrime irritata, de eo rursum deponendo consilia agitat, pertracto ad sua uota Imperatore. Theophilum igitur Alexandria euocat, qui venire quidem renuit, sed episcopos mittit, qui prætextu, quòd ante, synodi sententia damnatus, absque synodi sententia, sedem suam recepisset,[e] illum damnant, & Imperatorem incitant ad eum vi abstrahendum in exilium, eius sanguinem super se inclamantes. Interim sicarius immittitur ab aduersarijs, qui eum confodiat, at is tribus gladijs armatus detectus, & in fuga pluribus interfectis, tandem captus, & conuictus, tamen absoluitur. nimia quoque leuitate impulso Imperatore missi milites, qui clerum disperserunt, cathecumenos conciderunt, sacra contaminarunt. At Chrysostomus Romanum Pont. vt summum, & vltimum perfugium, appellat, missis ad eum legatis quattuor Episcopis, & duobus diaconis, qui tres epistolas ad eum deferrent, Vnam quidem suam, alteram verò Episcoporum quadraginta de sua communione, tertiam Cleri CP.ni Theophilus quoque Alexandrinus totius huius tragediæ auctor litteras, & legatos ad ipsum Romanum Pontif. misit, illi factum suum probaturus. Ioannis quidem epistola ad Innocentium Roma. Pont. extat, plane legenda, ad plenam huius totius tragedię atrocissimæ seriem cognoscendam. Immissis denique militibus tradit se Ioannes in exilium deportandum Cucusum Ciliciæ Oppidum, decimo circiter mense, postquam iterum depositus, & restitutus fuerat. ex Socrate, & maxime ex Palladio.

c De 6. Honor. Cõsul.
d Aduers. Symmach.

D

e Ex cano. ab Arianis in Athanasiũ Antiochiæ in encænijs cõposito.

E

Prodigiosus interim ignis, & haud humana opera excitatus, a throno, quo Ioannes in ecclesia sedere consueuerat, initium sumens, in sublime, quasi momento, elatus tectum absumpsit, & interstitio plateæ, Senatus ædes corripuit, & depastus est, soli

Prodigiosus ignis CP.li

A parcens in ecclesia ædiculæ, in qua sacra vasa condita erant. quæstiones acerrimæ habitæ de incendio, nec tamen vel leuissimam suspicionem humani maleficij fecere. Eutropius Diaconus, & Tigrius presbyter atrocissimè torti, in tormentis spiritum ediderunt, quorum, ut Martyrum, extat anniuersaria celebris in ecclesia memoria 12. Ian.

Deposito Ioanni, Arsacium presbyterum Eccl. CP.næ Nectarij germanum, substituunt, eloquentissimo, infantissimum, decrepitum senem, & spiritualis exercitationis ignarum, qui sedit anno vno, & duobus mensibus, communicantibus illi paucissimis, ut penè solitarius, & desertus sederet. Palla. Marcellin. Soc. Sozo. Leo Metaphr.

Tam inæqualis commutatio intolerabilis omnino visa est pijs omnibus, & Chrysostomi studiosis, sed maximè Olympiadi, quam ea ipsa de re consolatur, binis longioribus illis epistolis prima & secunda. Omnes porro, qui Ioanni communicabant, B Theophilum verò Arsacium, & sectatores auersabantur, per totum Orientem, non modo CP.li ingens, & sæuissima insecuta est persecutio, cum minacibus edictis vetarentur inter se conuenire, & fustigationibus ac plagis dispergerentur, & ad communicandum nefarijs prædonibus cogerentur. *Rectores Prouinciarum*, inquit Arcadius, (præter alia plura edicta) *moneantur, vt conuentus eorum arceantur illiciti, qui orthodoxorum religione suffulti, spretis sacrosanctis ecclesiis, alio conuenire conantur. His, qui, ab Arsacij, Theophili, Porphyrij reuerendissimorum sacræ legis Antistitum, communione dissentiunt, ab ecclesia proculdubio repellendis*. Fuit autem hic Porphyrius Episcopus Antiochenus, hoc ipso anno depositionis Chrysostomi, in locum Flauiani subrogatus, furtim, & subdole, ex presbytero Antiochenæ ecclesiæ, uir nequissimus, & multis publicè criminibus obnoxius, vt planè mirandum sit, quomodo Arcadius C adeò fuerit seductus, qui etiam l. 6. de his, qui pro relig. contēd. [a] sic sancit, *Si quis, non communicat Theophilo, Arsacio, & Porphyrio; hic episcopatu quidem arceatur, amittat uerò, si quam uidetur habere substantiam pecuniarum, siue prædiorum*, quarum vigore legum in Orientali ecclesia vbique gētiū, Episcoporum proscriptio facta est, nec tamen propterea quidquam de studio erga Ioannem remissum, Ex Socr. [b] Palladio. [c]

Persecutio in fautores Chrysost. per totum Orientem.

L. 6. de his qui pro relig. contēd. C. Theod.

a C. Theo.

b lib. 8. ca. 23. lib. 6. c. 16.

c in Dial.

In hac tam acerba persecutione, cum pij viri, ac mulieres ne tuto quidem domi consistere possent, & exilia sibi ipsi deligerent, prædicatur in primis constantia, & robur fidei quarundam Illustrissimarum feminarum, Niceratæ Virginis Nicomediensis, Olympiadis, Pentadiæ, Saluinæ, Viduarum. Ac de Nicerata quidem Sozom. *vt summatim dicam*, inquit, *inter nostræ memoriæ feminas laude dignas, aliam nullam cognoui, quæ ad tantam probitatem, ac grauitatem, & reliquam virtutem ascenderit*, de qua & meminisse videtur Chrysost. epist. 4. ad Olympiadem, vocans dominam suam lectissimam, & ornatissimam Senatricem. Illustrissimæ feminę pro Chrysosto. uexātur.

D De Olympiade idem Sozomenus [d] commemorat, ad Tribunalia adducta, magna vi auri multata, in exilium acta. Chrysost. epist. 5. & 7. ad eam. d 8. c. 24.

De Pentadia æquè Diaconissa, vt illa, Timasij olim Consulis vxore, multa præclara, Chrysost. epist. ad eam. num. 94. quam & cogitantem recedere CP.li ne id faceret, anteuertit epist. ad eam scripta num. 104. Ex actis Optati Præfecti, hominis gentilis, magna vi auri redemptis, Romam delatis, de quibus apud Pallad. meminit Theodorus Diaconus, dicens, simul & commentaria Optati cuiusdam Pręfecti reddiderunt: vbi honestæ mulieres, ex genere Cōsulari, publicè ad eum reductę memorātur CP.næ ecclesiæ Diaconissæ, ita vt cogerentur aut Arsacio communicare, aut fisco ducentas auri libras applicare.

E Post primam illam legationem ad Innocentium, plures aliæ consecutæ, deplorantium vastitatem ecclesiarum, & auxilium implorantium, rursum etiam Ioannis aduersariorum, maledicta vomentium, & sententiam damnationis eius, confirmari petentium, quos abijciens, cum indignatione, Innocentius, Ioanni semper, & studiosis eius communione est iunctus, & plures ad se ex Oriente confugientes Episcopos, perbenignè, vt pater, excepit.

Qui autem epistolarem historiam de his rebus certam habere cupit, legat epistolam Innocentij ad Ecclesiam CP.nam est num. 15. inter epistolas Rom. Pontif. eiusdem ad Ioannem Chrysostomum breuem, apud Sozomenum, [e] & Honorij ad Arca- e li. 8. c. 26.

dium, inter epist. Rom. Pont. scriptam, proculdubio monente, & hortante Pontifice, cum quo etiam egit de cogendo vniuersali Concilio, quod vnicum tantis malis, & dissidijs videbatur esse remedium. A

Io. Cassianus Diaco. Chrysost.

Cassianus porro ille Diaconus Io. Chrysostomi, qui apud Palladium Romam venisse refertur, cum litteris cleri; & cuius etiam mentio est in litteris Innocentij Papæ ad Ecclesiam CP.[nam] ille ipse putatur esse, qui post Collationes scripsit, quem & Gennadius a Chrysostomo Diaconum ordinatum scribit, cognomine frequentius Cassianus appellatus, quàm nomine, quod ex Prospero habetur in Chron. fuisse Ioannes. Quod verò aliqui tradunt expulsum a Chrysostomo Massiliam profectum, illic ordinatum Episcopum, non est verisimile, cum etiam post eius exilium probetur in eius obsequio perseuerasse, & pro eo Romam functus legatione; & in lib. de Incarnatione 7. in fine perhonorificè Chrysostomi meminit, & quidquid sciat, liberaliter illi fert acceptum. Ceterum posthæc Cassianus profectus in Ægyptum, ibi vitam Monasticam excolere cœpit, indeque scribendi Collationes Patrum hausit argumentum. B

Io. Chrysostomus epistolis suis ad varios, & maximè ad Olympiadem, iter suum ad exilium relegit, & labores, ægritudines, pericula, & calamitates commemorat; officia etiam in se collata, & agmina occurrentium, & prosequentium cum lamentatione, & lacrymis. Inuitatus a Dioscoro Cucusi agente, viro sanè præclaro, per Legatos in itinere, ne cuiusquam omnino domum suæ præferret, illuc veniens, ad illum diuertit, & mansit, cuius erga se liberalitatem, & largitatem deprædicat ad Olympiadem episto. 13. Humanitatem verò, & charitatem Episcopi, epist. ad Cyriacum, quæ num. est 125. Sabiniana verò Diaconissa, affecta iam ætate, voluntarium eligens exilium, Cucusi eodem, quo ipse die, affuit; *Certum est autem ei*, inquit, *non iam ad suos reuerti, verùm illic, vbi fuerimus, commorari.* Cum autem de certo loco ipsius exilij innotuisset, multi ad eum conueniebant omnis generis; alij etiam legationibus illum frequentabant. C

Sabiniana Diaconissa vetula prosequitur Chrysost. in exilium.

Ordo porro eius, anni huius, litterarum hic esse videtur. Tres primæ ad Olympiadem mœrore absoptæ, consolatoriæ scriptæ videntur. Ex Cæsarea 11. & 12. ad eandem: Ad Theodorum verò ex eodem loco, quæ numero est 120. Ex Cucuso, vt eo peruenit, duas ad Olympiad. 13. & 14. efficacis consolationis plenas dedit, vnam itē ad Cyriacum episcopum, numero 125. nou. edit. Niuellianæ. Ad episcopos detentos in carcere numero quartam, & septimam. Ad alios quoque episcopos commendans ecclesiam, qualis est ad Io. Ierosolymit. episcopum. 118.

At diuina tandem vltio variè se exeruit in Chrysostomi aduersarios, in præiudiciū futurorum malorum, ni pœnitentiam agerent, diris morbis eos excrucians. Pallad.[a] Socr.[b] Sozom.[c] D

a Dialogo
b li. 6. c. 14. & 17.
c li. 8. c. 16.

Alia quoque signa irati Dei edita, de quibus sic Socr. *Porro*, inquit, *cum grando insitata in suburbijs CP.li forte decideret, prid. Kal. Octobr. percrebuit sermo, istud, Deo irato, propter Ioannem, indicta causa, abdicatum, contigisse: hunc sermonem Imperatricis mors, quatriduo post grandinem consecuta, vehementer auxit.* Eadem ferè Prosp. & Marcellin. Zonar. Cedrenus etiam genus mortis describit, vt cum fœtus in vtero computruisset, nec eijcere posset, & dolorum finis non esset, cum quidam magicas illi litteras superposuisset, effudisse quidem fœtum, sed & simul animam miserrimè efflasse. Arcadius quoque vix ad quadriennium vitam propagauit. Veruntamen Eudoxiam superuixisse adhuc biennium, scriptores vitæ S. Io. Chrysostomi, & alij recentiores Græci auctores affirmant, Leo, A. Metaphr. Niceph. Cedren. Zonar. Glicas, alij. Sed & Innocentij Papæ litteræ ad Arcadium post obitum Chrysostomi datæ, & ab eo redditæ, eam adhuc superstitem fuisse significant, quam suprà citati auctores tres menses ab obitu Ioannis superuixisse tradunt. Et sane Pallad. si hęc tum in Eudoxia contigissent, scribere non prætermisisset. E

Carthagine habitum est Concilium 6. Kal. Iul. ex quo decreta est legatio ad Honorium Imp. contra Donatistas, vt Imperiali cogerentur auctoritate, pacificè agere, qui fraterna conuentione, qua ad pacem & concordiam fuerant inuitati, contempta, in eos conuenientes episcopos, armata manu grassati essent. Additum est Commonitorium

A Et interim dum redirent legati, vt consultum esset Catholicorum securitati, datæ litteræ ad Iudices, vt patrocinium susciperent Catholicorum, additæque litteræ commendatitiæ ad Rom. Pont. & alios episcopos, in locis illis, vbi Impp. morari contigisset.

Felix Manichæus, qui Hipponem Regium venerat, vt suos errores disseminaret, biduo disputans cum Augustino, excipientibus Notarijs, veritatem agnoscit, & hęresim damnat. quo ad Catholicam fidem conuerso, Manichæorum secta penè concidit, cum nullus inuentus sit amplius, qui patrocinium eius publicè suscipere sit ausus, iam ante Fausto inde submoto, & in insulam relegato. Disputatio extat, apud August. contra Felicem Manichæum, & aduersus Faustum, 30. libris.

Magnus ille Victricius, ætate longæuus, iam olim temporibus Iuliani Apostatæ, miles, Christi confessor, miraculis egregie nobilitatus, episcopus Rhotomagensis expe- B titam a se Decretalem epistolam ab Innocentio Papa, hoc anno obtinet, de ecclesiastica disciplina: quam Nouatores imperitè, & malignè carpunt.

Hoc anno S. Paula migrat in cœlum 7. kal. Febr. elata episcoporum humeris, tota prope funus prosequente Palæstina, iuxta specum Domini conditur: cum vixisset in sancto proposito Romæ annos quinque, Bethlehem annos 20. omne vitæ tempus impleßet annis 56. mensibus 8. diebus 21. S. Hierony. in epitaph. Paulæ.

S. Hieronymus epistola ad Theophilum, numero 31. significat se in magno mærore luctu, & solicitudine esse, ac diuersis, super statu Ecclesiæ, hinc inde rumoribus exagitari, significans procul dubio de positionem S. Io. Chrysostomi.

Hoc eodem tempore obitus S. Paulæ, S. Hieronymus se in latinum vertisse Regulas C Monachorum, a S. Pachomio, Oriesio, & Thedoro scriptas, in præfatione testatur: quæ extant in appendice ad Cassianum Romæ editum. Eorum Monachorum meminit Gennad. cap. 7. 8. 9. de Vir. Illustr.

Apud Côc. Africanû. c. 60. de hac legatione S. August. epist. 50. ad Bonifaciû.

Felix Manich. disputatione August. resipiscit.

Aug. côtra Faustû Manich. 30. li.

Victricij Rotomag. elogium.

S. Paulæ obitus.

Christi Ann.	*Innocentij Pap.*	*Arcadij & Honorij* Impp. 11.	*Stilicone* 2m. *& Anthemio* Coss.
405.	4.		

Anthemij insignis virtus, & pietas prædicatur a SS. PP. in primis a Chrysostomo, qui, vt auditum est, Consulem creatum esse, ad eum Cucuso scripsit epistolam numero 147. Coluisse etiam eum pios, sanctosque Monachos, argumento sunt D quæ de eo scribit Theodoret. in Aphraate, historię SS. PP. cap. 8. vbi narrat quomodo lepida quadam narratiuncula is recusauit nouam allatam sibi tunicam, probante etiã ipso Anthemio qui detulerat.

Chrysostomus Cucusi rigore asperrimæ hyemis, a morbo, per duos menses, vsque adeò cõfectus est, vt pene ex hac vita decesserit, ep. ad Olymp. 6. & 15. Excelso animo suas calamitates ferens, Chrysostomus, de Antiochenorum statu solicitum se esse significat, epist. ad Antiochenum presbyt. num. 130.

Propter Isaurorum latronum incursus, cum annum, vt ait Palladius Cucusi egisset, in Arabissum, Armeniæ, tutiorem locum, transfertur, quam peregrinationem describit ad Elpidium epist. 131. & ad Theodorum Diaconum 135. Arabissi, quæ pateretur scribit ad Nicolaum presbyt. epistola 69. & ex eodem loco ad Olympiadem prolixiorem epistolam numero 4. vbi & ad finem hæc de Pelagio recens emergente hæresiar- E cha. De Pelagio Monacho magno dolore affectus sum. Cogita igitur quot, quantisque coronis digni sint, qui forti animo in acie steterunt, cum viros tum pie, ac sancte, tantaque cum tolerantia viuentes, abripi, atque in fraudem impelli videamus.

Eadem epistola mittere se ait ad Olymp. lucubrationem a se tum elaboratam, nempe, *eum, qui seipsum non læserit, a nemine alio lædi posse. Hoc*, inquit *ipse, contendit, atque in eo versatur ea oratio*, quam nunc ad te mittoquare faceam assidue per euoluas, imo etiam, si, per valetudinem, licet, recites. Id enim pharmacum (si quidem volueris) tibi sufficit. Extat tom. 5. hoc tit. Quod nemo læditur nisi a se ipso. Vltima fuit hæc digna tanto Patre lucubratio. Inde etiam solicitus de ea, quæ in Phœnicia erat Eccle-

Quod nemo læditur nisi a seipso tractatus, q. videtur eius vltimus.

Chrys. solicitudo ecclesiarũ, etiam Barbariæ.

sia, ex Gentilibus, ad fidem, haud pridem collecta, ministris indigente, & sumptibus, datis ad amicos litteris consulere in omnibus, quibus opus haberet non prætermisit. Ea quidem, curat (vt ipse testatur epist. 69.) cum Cucusi moraretur, & cum posteà Arabissum translatus est. Sed & Gothorum ecclesię pastore viduatæ propensiorem tunc curam gerebat, de qua ad Olympiadem, inter alia hæc habet, epist. 14. Narrauerunt mihi Marsi, & Gothi Monachi, apud quos Serapion episcopus perpetuo delitescebat, Moduarium Diaconum venisse, illud afferentem, eximium illũ virum Vuilam, quem non ita pridem episcopum creaui, atque in Gothiam misi, multis ac magnis rebus gestis, diem suum extremum clausisse: ac Regis Gothorum litteras attulisse, quibus, vt ad eos episcopus mittatur, petit. sed & prospexisse ipsum indigenorum egestati, quamuis exul esset, & peregrinus, auctor est Sozomenus [a] captiuos redimens, & egenis necessaria suppeditans.

51. 53. 54. 55. 69. 123. 126.

a lib. 8. c. 27.

A

Romæ congregati Italię episcopi, Imperatorem orant, vt scribat Arcadio fratri suo, vt iubeat Thessalonicę Concilium fieri, quo facilius possint vtręque partes Orientis, Occidentisque concurrere, qui per episcopos quinque, presbyteros duos, & Diaconũ vnum, a se expetitos, a Rom. Pont. iam tertio, litteras misit, quæ extant. Legati igitur ex Rom. Concilio acceptis Imp. Papæ & Italiæ episcoporum litteris, cum commonitorio CP.lim proficiscuntur. Theodor. Diacon. apud Pallad. in Dial. Complures extant Chrysostomi litteræ ad Occidentales episcopos, & ad Aurelium episcopum Carthagin. 149. Quanto autem in discrimine Ecclesia Catholica esset, ne schismate scinderetur Oriens ab Occidente ostendit idem Chrysost. epist. ad Arabium 121.

B

Arsacius intrusus Pseudoepiscopus moritur 3. Id. Nouembr. cum annos vitæ exegisset octoginta & vnum. Socrates.[b]

b lib. 6. c. 8.

Honorius sancit in Donatistas.

C

Querelis de atrocitate facinorum Donatistarum in Catholicos, præuenientibus ipsam Concilij Legationem, Honorius diuersas edit in eos leges,[c] quibus pressi, pleriq; ad vnitatem ecclesiæ redierunt. Quantum autem emolumenti Catholicæ vnitati istarum seueritas legum attulerit, ex S. Augustini diuersis locis compertũ redditur, epist. maximè 48. ad Vincentium, & ad Bonifac. 50. & ad Ianuar. 68. In qua reuersione Donatistarum ad vnitatem, egregiam præstitisse operam Pammachium Romanum Senatorem August. epist. ad eum 134. ostendit, & laudat.

c L. 4. ne sanct. bapt. iter. 38. & 39. de hær. 2. de Relig. C. Theod.

Pertinaciores verò Donatistarum alij, ad solitas grassationes in Catholicos conuersi sunt, alij scriptis expostularunt aduersus Catholicos, quod nolentes pertraherentur ad vnitatem. Inter quos Vincentius Donatista ad S. Augustinum epistolam scripsit; sed fortiorem ipse Augustinus reddidit Apologiam. Alius fuit Cresconius quidã Grammaticus, cui quatuor libris respondit, post leges ab Honorio datas.

D

CONCILIVM TOLETANVM (inscriptum primum, cum tamen alterum præcesserit, sub Anastasij Papæ anno tertio, Stilicone ipso primum Consule (quod occasionem dedit permiscendi in vnum duo Concilia, non agnoscendo duos eius Consulatus) nouendecim episcoporum, tempore Honorij, & Arcadij, Stilicone Cons. (iterũ) Patrono episcopo Præsidente, sub die 7. Id. Septembr. ita est in tom. 1. Concil. Extat ibidem Innocentij epistola ad Concilium, numero 24. inter eius epistolas. Porro ecclesia Hispaniarum, vt ipse testatur Innocentius, erat adhuc agitata schismate, atque fœdata episcoporum ordinationibus, perperam factis, quas tamen tolerandas esse putauit, ne grauiorem pati ipsa scissuram cogeretur, non nihil etiam vexabatur hæresi Priscilliana. Eidem Concilio subscriptus reperitur Olympius fama celebris, & clarus inter scriptores huius temporis, de quo Gennad. cap. 24. de Vir. Illustr. cuius scripta citat August. contra Iulian. Pelag. 1. cap. 3. & 7. hoc elogio. Olympius Hispanus episcopus, vir magnæ in Ecclesia, & in Christo gloriæ, in quodam sermone ecclesiastico, &c. quater illum citat S. Augustinus contra Iulian. cum alijs sanctissimis Patribus.

Olympius Hisp. script. ecclesiast.

E

Habet idem Concilium multa ad rectè componendam ecclesiasticam disciplinam, accommodata, viginti regulis definita, nam vigesimaprima pertinet ad tempora S. Leonis Papæ, & decimaseptima, quod ponitur de concubina, intelligendum secundũ ea, quæ S. Augustinus habet lib. de bono coniugali cap. 5.

Innocentius porro illa epistola 10. irritam reddit sententiam illam, qua dicebatur.

Con-

A Coniugium ante baptismum irritum, sic per baptismum, quod ad bigamiam constituē dam, obliterari, vt ducens aliam, post baptismum, bigamus minime efficiatur, quod sen sit aliquando S. Hieronymus, epist. ad Oceanum num. 83.

Scripsit & hoc anno Innocentius Rom. episcopus ad consulta S. Exuperij Burdegalensis, qui post præfecturam Hispaniarum, ad tranquillitatis portum cum secessisset, vt ait Ausonius (qui & eum inter claros eius temporis oratores adnumerat) Tolosanam tum episcopus regebat Ecclesiam, egregia sanctitate conspicuus, quem S. Hierony. mirificè laudat epist. 4. 10. 11. S. Exuperi⁹ Burdegal. Episcopus.

B *Christi Annus* 406. *Innocentij Pap.* 5. *Arcadij & Honorij Impp.* 12. *Arcadio A. VI. & Anicio Probo Coss.*

IMminente Romanis ceruicibus Rhadagaiso Pagano Scytha, cū innumerabili exercitu, Zosimus quadringenta millia, Orosius & Marcellen. ducenta, Augustinus plusquam centum millia fuisse ait, & pauente tota Italia, seruitia armari iubentur. [a] & ingenuis stipendia augentur, ut terni tum quidem solidi dentur, post verò pacatis rebus, deni. [b]

[a] l. 16. C. Theod.
[b] l. 17. de Tyron.
[c] lib. 5. cap. 23.

De eo superato & prostrato, sic S. Augustin. de Ciuit.[c] Dei. Cum Rhadagaisus Rex Gothorum agmine ingenti, & immani, iam in Vrbis vicinia constitutus, Romanis ceruicibus immineret, una die, tanta celeritate sic victus est, ut plusquàm centum C millia prosternerentur eius exercitus, atque ipse cum filijs mox captus, pœna debita necaretur. Conterritum diuinitus Rhadagaisum in Fesulanos montes (Deus) inquit Orosius cogit, eiusque secūdum eos, qui parcissimè referunt, ducenta millia hominū, inopum consilij & cibi, in arido, & aspero montis iugo, vrgente vndique timore, concludit, agminaque quibus dudum angusta videbatur Italia, latendi spe in unum ac paruum verticem trudit. Quid multis morer? &c. edentibus, bibentibus, ludentibusq. nostris, tanti illi, tamque immanes hostes esurientes, & sitientes, languentesque confecti sunt, &c. Tanta uerò multitudo captiuorum Gothorum fuisse fertur, vt vilissimorum pecudum modo, singulis aureis passim greges hominum venderentur. Sed nihil superesse Deus de eodem populo siuit, cunctis illico, qui emebantur morientibus. hæc Oros. & alia plura, ex quibus portentosi mendacij Zosimus arguitur.

D Quarto, post Arsacij obitum, mense, Atticus ex Sebastia Armeniæ, ex presbytero Ecclesiæ C P.[næ] natura magis, quàm doctrina prudens, vnus ex insidiatoribus Ioanis, ordinatur Episcopus C P.[nus] Socrates, Sozomenus.

Legatos C P.[lim] destinatos præuenit Io. Chrysostomus, duplici epistola, quæ est numero 165. & 166. Legati profecti, ab aduersarijs Ioannis, impediuntur, quo minus exscendant, & mandata exponant, & litteras tradant, distrahuntur, recluduntur, cruciātur, litteræ per vim auferuntur, magna vi pecuniæ ad communionem cum Attico pelliciuntur, & uix tandem, re infecta, redire permittuntur, impositi in nauem peruetustam & putrem, pretio dato, ut ferebatur, Nauclero, ut illos perderet nauigantes, & appositis ad custodiam 20. militibus, quarto postquàm discesserant mense. Ad eos sic re infecta reuersos Chrysostomus gratias agit de suscepto, quantumuis nullo exitu, la- E bore, epist. 167. atque hæc acta cum Legatis Occidentis. Orientales, qui Romam cum venissent, remittebantur in Orientem cum litteris, & mandatis, in exilium ad remotiora, & barbara loca sunt abstracti: ad quos Chrysost. in exilio agētes consolatoriam epistolam misit numero 148. reliqui autem omnes, qui cum Ioanne communicabant episcopi, & clerici, in exilium acti, & immanissimè tractati. Palladius. Legati atrociter tractati.

Chrysostomus biennio iam in exilio peracto, & tertio mense Iulij inchoato, vltimas litteras scribit ad Innocentium, gratias agens, & rogans, ne pro summo suo iure, ob periculum vniuersalis schismatis, proculcatores sacrorum canonum excommunicet, sed expectet, si fortè resipiscant. epistola secunda ex 7. in qua hæc habet. *Nos tertiū iam annum in exilio uersamur, expositi pesti, fami, bello, continuis obsidionibus, solitudi-* Chrysostomi studium pacis. Quale exiliū Chrysostomi.

ni indicibili, quotidianæ morti, & Isauricis gladijs, & non mediocriter nos consolatur solida uestra fides, &c. quam epistolam misit per Io. presbyt. & Paulum Diaconum, quos hospitari voluit, vt & alios ab Oriente a se missos, apud clarissimas feminas, Probam, & Iulianam, matrem & filiam. Quarum pium pro se studium, & operam commendat, & gratias agit. epistolæ ad eas sunt 168. & 169. Extat eodem argumento alia epistola ad Italicam æquè clarissimam feminam numero 153. ad quam etiam duæ S. Augustini habentur sexta, & 133. A

Quid ad hæc tam immania aduersus Legatos perpetrata Honorius scripserit, egeritue, non extat: sed ex ijs, quæ antea scripserat, colligi potest. Innocentius uerò Atticum intrusum, & Theophilum ecclesiastica censura perculit, & ab Rom. Ecclesiæ communione exclusit. At ne Orientis populi a se dilaberentur, impetrat Atticus ab Arcadio edictum, quo sibi omnes cogeret communicare. Cuius summa hæc est. *Si quis episcopo Theophilo, & Porphyrio, & Attico non communicat, ecclesia pellatur, & a suis facultatibus prorsus proijciatur.* Hinc alij vi, alij muneribus ad communicandum inducti, alij fuga ingenuitatem animi seruauere. Palladius. B

Hoc anno S. Hierony. aliquot Prophetas interpretatur de Minoribus. Aliquotqq. dissoluit.

Quod nullę amplius litteræ a Chrysostomo datæ reperiantur, priuatum eum credere oportet deinceps commercio litterarum.

Pręsenti anno, Exuperio Tolosanæ ecclesię Pontifici, Zachariam, & eiusdem Vrbis Minerio & Alexandro, Monachis, Malachiam Prophetam; Oseæ, Ioel, & Amos Pammachio S. Hieronymus interpretatus est. Idem præfat. in lib. 3. in Amos. Occasio fuit, quod Exuperius per Sisinnium Diaconum cum litteris ad Hieronymũ largissimas eleemosynas Palæstinæ, & Ægypti Monachis misisset. præfat. in lib. 1. in Zachar. Detulit idem Sisinnius litteras Minerij, & Alexandri, cum varijs quæstionibus, quas rescribens tractat epist. 152. C

a epist. 1. ad Seuer. b epist. 3. ad Paulin. c Hieron epist. ad eum 75. Vigilantius hæret. archa. Galliæ ab hæresi puræ vsq; ad Vigilantium. Hieronym. scrib. adu. hæreses Vigilantij.

Vigilantius Hispanus, Calaguritanus presbyter, Barchinanensis ecclesiæ Parochiã tenuit; S. Paulino Nolano pernecessarius, qui eum apud se ægrotantem habuit, & fouit.[a] proficiscentem inde Hierosolymam S. Hieronymo commendauit, quem ipse per benignè excepit. [b] a quo cito discessit. a Rufino incitatus fuisse in Hieronymũ colligi videtur ex Apolog. 2. in eundem Rufinum, in quem blasphemare cœpit, vocans eum hæreticum, quòd libros Origenis legeret. [c] Recedens a Palæstina in Aegyptum descẽdit, aliasque Prouincias peragrauit, semper in Hieronymum aliquid insusurrans. Inde ueniens in Gallias, quas congesserat hæresum sordes, pallio sanctitatis obuolutas, effundit, non ante biennium, quæ hactenus prouincia fide sincera, hęresum portenta non viderat, negabat Martyrum, & reliquiarum cultum; impugnabat Virginitatem & ieiunia: ridebat diei tempore cereos, & lampades in ecclesia accendi solitos: signa apud sanctorum reliquias fieri solita, Dæmonum affirmabat esse præstigias: collectis pro pauperibus fieri solitis, detrahebat. Hieronymus igitur SS. Presbyterorum Riparij, & Desiderij rogatu, qui Parochias suas uicinia istius scribebant esse maculatas, cum per Sisinnium commentarium eius accepisset, zelo fidei incensus, lucubratiuncula edita, & per Sisinnium in Galliam missa, hæresum hęc monstra prostrauit. Irruentibus autem per id tempus in Gallias Barbaris, in eamque maximè partem grassantibus, in qua hæresis nefanda plantata fuit, cito creditur fuisse extincta, donec nostra ætate, post tot sęcula, a nefarijs, & perditis hominibus rursum fuit excitata. D

Quàm verò soluta esset in Gallijs, magna ex parte, ecclesiastica disciplina, corruptisq. moribus, exundantibus, vbique vitijs, cædem prouinciæ meruerint tradi barbaris deuastandi, Saluianus Massilensis episcopus, qui tùm uiuebat, pluribus docet. [d] E

d lib. 6. & 7. de recto iudicio. Samuelis ossa translata CP. lim.

Sub Imperio Arcadij, (inquit Theodorus lector. 2. Collectaneorum) & Patriarcha Attico CP.[lim] allatę sunt reliquię S. Samuelis, & in Prophetico ipsius loco, iuxta hebdomum, 12. Kal. Iul. collocatæ. Nicephorus item 14. cap. 11. sed Hieronym. opportunè aduersus Vigilantium *Sacrilegus*, inquit, per ironiam, *dicendus est & nunc Augustus Arcadius, qui ossa B. Samuelis longo post tempore, de Iudæa transtulit in Thraciam?* &c.

A

Christi Ann. 407. *Innocentij Pap.* 6. *Arcadij & Honorij* } *Impp.* 13. *Honorio* 7. *& Theodosio* 2. } *Coss.*

HOnorius pro Victoria de Rhadagaisso obtenta, gratiam Deo relaturus, qui Donatistas legibus persecutus fuerat, hoc anno kal. Mart. Romæ Manichæos, Phrygas, siue Priscillianistas, meritissima seueritate persequitur. [a] a L. 40. de hær. C.Th. & 4. de hær. C. Iustin.

CONCILIVM CARTHAGINE Idibus Iun. celebratur, in quo decreta legatio ad Honor. Imp. pro defensione rerum ecclesiasticarum, aduersus Donatistas, atque Paganos, sancitumque ut ad Comitatum euntes formatas acciperent ad Rom. Pont. a quo
B aliam quærerent formatam ad Imper. hæc idcirco, ne hæretici, Catholico nomine, uelarentur. in Concilio Africano, cap. 62. Item placuit, inquiunt PP. vt de dissensione Romanæ, atque Alexandrinæ ecclesiæ ad S. Papam Innocentium scribatur, quo utraque Ecclesia intra se pacem, quam precepit Dominus, teneat. Concilij Africani c. 68. Theophili enim nec sectatorum Innocentius uoluit accipere litteras, quod ex eius epist. ad Alexandrum episcopum Antiochenum, postea data, de Acacio eius factionis antesignano, cognoscitur. epist. est 18. & apud Pallad. *Est autem hæc Rom. ecclesiæ sententia, non communicare in finem usque Orientalibus episcopis, maximeque Theophilo, donec Dominus vniuersalis Synodi tribuat locum, ac per eam curet putrida membra eorum qui ista gesserunt.*

Aduersarij Ioannis inuidia tabescentes, quod ille exul adeò honorificè, a tanta om
C nis generis hominum multitudine frequentaretur, & Occidens totus pro eo esset commotus, ab Arcadio impetrant, vt longius in asperiorem locum concludatur, vnde progredi non liceat, Arabisso igitur in Pityuntem locum penitus desertum ripæ Pontici maris imminentem, trium mensium itineris spatio abstrahendum curant, vt plane præ labore in itinere deficeret, quod & sunt assecuti. Comanæ autem appropinquantes in templo quodam manserunt, in quo nocte Basiliscus Martyr, Comanensis olim Episcopus, apparens ei dixit. Confide frater Ioannes; cras enim simul erimus; & sequenti die cum iam febribus laborare cœpisset, migrauit ad Deum, ætatis anno 53. minus mensibus quatuor, sedis verò, vsque ad diem 14. Septembr. quo obijt, nono. m. 7. & d. 8. Pallad. & Leo Imp. Quod narratur prato spirituali cap. 128. de immensa glorias. Io. Chrysost. ex visione quadam, vt fide carens, & mendacijs aspersum, reijciendum est. Chrys. longius in exilium abstrahitur. S. Chrysost. obitus.

D Vniuersam scripturam diuinam scriptis illustrasse, auctores sunt Cassiodorus Sophronius Suidas. indignum plane est eius nomine circumferri 54. homil. illas, opus imperfectum in Matth. appellatas, hæresibus scatentes. Peculiarem porro Doctorem habuisse videtur Io. Chrysostomus Paulum Apostolum, cuius erat studiosissimus. Leo Imp. Metaphr. in Vita & alij. De eo refert S. Nilus epistola ad Anastasium, quod S. Io. omni ferè tempore videret domum Domini refertam Angelorum cætu, cum diuinum incruentum sacrificium offerebatur, &c. Op⁹ imperfectũ ĩ Mattheum indignũ nomine Chryso.

Ioanne mortuo, Innocentius, & Occidentales Episcopi non prius communicare eius aduersarijs voluerunt, quàm nomen eius referretur in Diptycha & Arsacij aboleretur. Theodoretus. [b] b li. 5. c. 34.

E Innocentius acerrimas ad Arcadium scribit litteras, quæ extant, apud Gennad. Niceph. Glicam, & in Biblioth. Vaticana, in quibus sententia excommunicationis in Arcadiũ continetur. *Itaque*, inquit, (post multa) *ego minimus, & peccator, cui thronus magni Apostoli Petri creditus est, segrego, & reijcio te, & illam* (Eudoxiam vxorem) *a perceptione immaculatorum mysteriorum Christi Dei nostri, episcopum etiam omnem, aut clericum ordinis S. Dei ecclesiæ, qui administrare, aut exhibere ea vobis ausus fuerit, ab ea hora qua præsentes vinculi mei legeritis litteras, dignitate sua excidisse decerno. Quod si, vt homines potentes quenquam ad id vi adegeritis, & canones nobis a Saluatore, per Sanctos Apostolos traditos, transgressi fueritis sciote, id vobis non paruum pecca-* Sententia excõmunicationis in Imperatorẽ & Imperatricem.

tum

rum fore, in horrenda illa Iudicij die: &c. Arsacium, quem pro magno Io. in thronum episcopalem produxistis, etiam post obitum, exautoramus, vna cum omnibus, qui Consul to cum eo communicarunt episcopis; cuius etiam nomen sacro episcoporum albo non inscribatur. Indignus eo honore est, qui episcopatum, quasi adulterio polluerit, &c. Ad Theophili anathematismum addimus abrogationem, & absolutam a Christianismo alienationem. A

Absolutionem rogãs ĩpetrat Imperator.

Extant ad Innocentiũ Arcadij litteræ, vnæ quidem apud Glicam, aliæ verò in Codice Vaticano, quibus purgat se, pœnitentiam præfert; Eudoxiam ait, se castigasse, sic vt morbo grauissime decumbat, Acacium, Seuerianum, & alios episcopos se comprehendi iussisse, vt dent pœnas; denique absolutionem ab excommunicatione demisse precatur. Apud Glicam subduntur Innocentij huiusmodi ad Arcadium litterę. *Studium, diligentiamque vestrã Dei præscripto, & voluntati consentaneam, quam propter ipsius nomen declarastis accepimus, & probauimus. Quapropter sacris a vinculis soluti, ad signa Dominica confirmatis animis accedite.* B

Verba Imp. Honorij Principibus maxime notanda.

Extat & alia Honorij obiurgatoria, in qua inter cætera, *Contende igitur frater non verbo, sed re, & Deum, & homines de correctione eorum, quæ non sunt rectè acta, certiores facere. Certus, & ipsum Imperium nostrum, & ruere, & stare precibus sacerdotum.*

Cęterum nondum tribus mensibus elapsis a morte Io. Eudoxia A. quo modo superius dictum est, mortuam Zonar. & alij testantur.

Honorius ĩ Arcadium fratrem, ex pietatis studio, arma mouere statuerat.

Honorius iusta in fratrem indignatione commotus, bello eum vlcisci, qui persecutus esset ecclesiam, ac ius gentium in legatis violasset, pie sanctèque statuit; sed duo obstiterunt, quæ commemorat Zosimus. *Apud Rauennam*, inquit, *Stiliconi iam parato ad Illyricas vrbes cum exercitu adeundas, & Alarici auxilio, ab Arcadio abstrahendas, impedimenta duo contigerunt, fama de Alarici morte sparsa, & nuncius de Constantino Tyranno iam ex Britannia transuecto.* C

Theophilus, post Io. obitum, omnes quomodocunque damnatos, & proscriptos ad communionem admittit, omnibus dissensionib. obliteratis, idq; ipsũ Attreo CP.no episcopo suadet, vt ex Synecij ad Theophilum epistola constat, nec tamen propterea ipse Rom. Pont. communionem meretur.

a L. 38. de epis. & cler. C Theod. Vidẽtes immunit. ecclesię Maiestatis crimini subdũtur

Honorius, data lege, priuilegia concessa Catholicis ecclesijs confirmat. [a] & de immunitate Ecclesiæ sic sancit. *Fideli, ac deuota præceptione sancimus, nemini licere ad sacras ecclesias confugientes abducere, sub hac videlicet definitione, vt si quisquam contra hãc legẽ uenire tentauerit, sciat se Maiestatis crimine esse retinendũ Data Kal. Apr. Honorio septies cum Theodosio tertio Coss.* apud Gregor. lib. 11. epist. 54. ex qua corrigi debet Cod. Iustin. l. 2. de his qui confug. ad eccl. dum ponit Cons. Constantinum & Constantium, qui nulli, sub Honorio fuerunt. D

Catalogus miseriarum huius tẽporis ex Hieronym.

De inuasione & vastatione Barbarorum per Gallias S. Hieronym. epist. 15. ad Ageruchiam. *Præsentium miseriarum*, inquit, *pauca percurram. Quod rari hucusque resedemus, non nostri meriti, sed Domini misericordiæ est. Innumerabiles, & ferocissimæ nationes vniuersas Gallias occuparunt. Quidquid inter Alpes, & Pyrenęũ est, quod Oceano, & Rheno includitur, Quadus, Vuandalus, Sarmata, Alani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni, & (ò lugenda Respub.) hostes Pannonij vastarunt. Etenim Assur venit cum illis, Maguntiacum, nobilis quondam ciuitas capta, atque subuersa est, & in ecclesia multa hominum millia trucidata. Vangiones, longa obsidione deleti. Rhemorum vrbs præpotens, Ambiani, Attrebatæ, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemete, Argentoratus, translati in Germaniam. Aquitaniæ, nouemque populorum, Lugdunensis, & Narbonensis prouinciæ præter paucas vrbes, populata sunt cuncta, quas & ipsas foris gladius, & intus vastat fames. Non possum absque lacrymis Tolosæ facere mentionem, quæ vt hucusque non rueret sancti episcopi Exuperij merita præstiterunt. Ipsæ Hispaniæ iam, iamque perituræ quotidie contremiscunt, recordantes irruptionis Cymbricæ, & quidquid alij semel passi sunt, illæ semper timore patiuntur. Cætera taceo, ne videar de Dei desperare clementia.* Atque hæc mala proditione, Stiliconis, quem semibarbarum proditorem eadem epistola, vocat S. Hieronymus, acciderunt. E

A

Christi Ann.	Innocentij Papæ	Honorij 14. & Theodosij 1. Impp.	Basso, & Philippo Coss.
408.	7.		

ARcadius Imperator indignationem offensi numinis, ob Io. Chrysostomi persecutionem, expertus, Kal. Maij, præmature è vita tollitur, anno ætat. 31. cum imperasset vna cum Patre ann. 12. post obitum verò Patris 13. m. 3. & d. 15. Prosp. Marcell. Socr. [a] Isdegerdem Regem Persarum, cum quo fœdus, ad annos centum fecerat, curatorem illi testamento reliquit, indignationem veritus fratris Honorij. Isdegerdes, bona fide, tutela suscepta, Antiochum quendam admirabilem virum tutorem ei misit, ad Senatum sic scribens: (Arcadius decedēs e uita tutorē Persarū Regē filio relinquit, diffidens fratri. a lib. 6. c. 21)

B *Arcadio dormiente, meque curatorem filij constituente, qui suppleat locum meum direxi. Ne quis ergo insidias puero conetur, ne prelium intolerabile contra Romanos exurgat.* Io. Diacon. ex Theophane.

Ex fœdere porro in centum annos, non modo securitati Imperij prospectum est, sed & prædicandæ fidei in Perside via est aperta, Marutha episcopo Mesopotamiæ, Regi, ob singularem pietatem, percaro, per quem S. Io. Chrysostomus etiam exul, Persarum conuersionem tentasse, colligitur ex epist. ad Olympiadem 14. plura Socrates [b] de Marutha, qui honestis perfunctus laboribus, post mortem apud Latinos, & Græcos veneratione anniuersaria colitur. (b lib. 7. c. 8.)

Detecta Stiliconis fraude, & proditione, qua per Barbaros in Imperium immissos, Eucherio filio pagano parabat Imperiū; Olympio, Honorium in proditorem incitante, occisis Magistratibus eius studiosis, satellitibus quoque, ipse sibi timens confugit ad ecclesiam (iusto Dei iudicio, vt qui eam aliquando violarat, tempore D. Ambrosij, eius auxilio indigeret) a qua non vi auulsus, sed sacramentis, & fide facta, non imperatum sibi a Principe, vt eum necarent, sed vt custodirent, deductus, paulo post, nouo Principis Imperio, pro delictis in Imperium commissis, obtruncatur. Zosimus Marcellinus Orosius.[c] (Proditor Stilico obtruncatur. — C — c lib. 7. c. 38)

Plures hoc anno leges fert Honorius in Stiliconem, & Sectatores. [d] (d L. 20. de pœn. l. 20. 21. 22. de bon. proscrip. l. 1. de lit. & itin. cust. C. Theod.)

Heraclianus Stiliconis interfector, Præfectura Africæ prouinciæ donatur. Olympius totius operis architectus, Magister officiorum creatur, cui gratulatur Augustinus epist. 124.

Post obitum Stiliconis, in Africa Gentiles, & Donatistæ falso rumore iactabant, latas contra se leges nequaquam ex voluntate extitisse Honorij Imperatoris, sed opera D Stiliconis, & quasi earundem auctoritas vna cum ipso Stilicone esset extincta in Catholicos insurrexerunt, atque nonnullos etiam episcopos necauerunt, hac occasione coactum CARTAGINE CONCILIVM 3. Id. Octobr. decretaque legatio ad Imp. Concilij Africani cap. 73. & Augustinus hac ipsa de re alteram epist. ad Olympium dedit 129. Quo præstante sedulo officium; Honorius, quæ in hæret. & gentiles statuta essent, ea ex sua sententia facta, firma, rataque in omnibus esse velle,[e] & eadem die speciatim aduersus Gentiles eadem de causa rescripsit. [f] prohibens etiam quæ Stilico, & eius filius Eucherius, homo paganus cultoribus Idolorum indulserant. Quos verò in superiori edicto appellat Cœlicolas, intelligi videntur Apostatæ a Christianismo ad Iudaismum, qui nomine Iudæorum odioso nolentes appellari, cœlicolas se vocarunt. Colligitur hoc ex Rescripto Constantini ad Euagrium.[g] *Hæc verba*, inquit, E *Iudæis, & Cœlicolis, & Maioribus eorum & Patriarchis volumus intimari*, & ex alia sanctione Honorij, [h] Nono post die alio Rescripto exagitauit Donatistas, & Iudæos noua tentantes, [i] ad Donatum, ad quem extant duæ S. Augustini epistolæ 127. & 128. cuius pietas plurimum ab ipso laudatur. Triduo post, alio Rescripto prohibet eos de religione disserere, proscriptione, & exilij pœna proposita.[k] Theodosius quoque in Oriente Iudæos pariter ritus Christianorum adulterantes, data lege compescuit.[l] (e L. 43. de hær. C. Th. f L. 19. de Pagan. g L. 3. de Iude. & Celic. h L. 18. de Iudæ. & Cœlic. C. Theodos. i L. 44. de hær. C. Th. k L. 45. de hæret. l L. 18. de Iudeis.)

Iudæus per hoc tempus Constantinopoli paralysi laborans, frustra remedijs omnibus adhibitis, credidit per baptismum se curandum. Christiano igitur more institu-

a lib.7. c.4.

tus, per baptismum, secundum fidem suam sanitatem recepit [a] Socrates.

Sabbatius quidam ex Iudæis oriundus, factus Nouatianus, sed schismate, ob episcopatum non adeptum, resiliens, nouam quandam sectam induxit, Nouatianorum Sabbatianorum. Toleratos Nouatianos, tanquam qui in reliquis a fide nō dissentirent, Romæ ab Innocentio Papa primum expulsos, Socrates affirmat.[b]

b in li.7.c.9

Mortuo nefario Porphyrio, inuasore sedis Antiochenæ, quem immeritò Theodoretus, & contra aliorum sententiam, laudat, eligitur, communi omnium consensu, Alexander Monachus, qui cum legationem ex more, vna cum litteris, mitteret ad Apostolicam Sedem, peteretque Catholicam communionem, ita postulatis eius annuit Innocentius Papa, si tamen ipse reciperet, cum ordinibus, & honoribus, qui a successore Paulini, Euagrio, ordinati erant, & nomen Ioannis episcopi CP.ni è tabulis expunctum, cum honore restitueret, quorum vtrumque præstitit, ex Innocentij Papæ epistola ad Bonifacium presbyterum apud Theodosium Legatum, [c] atque ita sublatum est schisma eius ecclesiæ 45. annorum, a Concilio, quo Paulinus creatus fuit episcopus, vel 48. a segregatione Eusthathianorum, a Meletio, vt error irrepsisse videatur apud Theodoretum, qui ponit annos 85.

c est 21. Innocentij to. 1. epist. Ro. Pont.

Idem porro Innocentius eidem Alexandro gratulatur de rebus his bene gestis, epist. 18. & epist. 22. ad Acacium Beroensem; postulantem communionem Sedis Apostolicæ, sic concedit, ut præscripta exequatur, qui in omnibus Innocentio paruit.

Ad Maximianum in Macedonia episcopum, ob studium pacis, orantem Innocentium, vt Attico communicatorias litteras daret, epi. 27. negat se facturum, nisi prescripta impleuerit ad eundem Maximianum est epist. nu. 163.

Melania senior, antiqui vaticinij, ante annos 400. editi, memor, distractis prædijs, vna cum Melania nepte, Pinianoque eiusdem Melaniæ uiro, & Albina nuru matre Melaniæ Iun. euasura cum illis imminentem Vrbis cladem, Roma recedens, Ierosolymam, iterum se confert. quod ipsum pluribus alijs Romanis ciuibus persuasit. Palladius. [d]

d In Lausiac. c.33.

Christi Annus	*Innocentij Pap.*	*Honorij 15. & Theodosij 2.*	*Impp.*	*Honorio 8ni. & Theodosio 2m.*	*Coss.*
409.	8.				

EVcherius Stiliconis filius, qui ad conciliandum sibi Paganorum fauorem, restitutione templorum, & euersione Ecclesiarum imbuturum se regni primordia minabatur, a duobus eunuchis Arsacio, atque Terentio detentus captiuus, mandato Honorij, interficitur, priori tradita Cubiculi præfectura, posteriori uero proximo loco.

Serena Stiliconis uxor interficitur.

Thermantia eiusdem Stiliconis filia, vxor Honorij, post Mariam, Serenæ matri Romæ agenti restituitur. Quę Serena paulo post, ex Senatusconsulto interficitur, insimulata quod ambitione prouehendi filium in Imperatorem cum marito conspirasset, & quod Barbari eius nutu, ad obsidionem Vrbis uenissent. Zosimus. Oros.

Vrbis obsidio auro redimitur.

Alaricus, Stiliconis, & Magistratuum illi fauentium nece, commotus in Imperatorem, Vrbem obsidet, qua diutius durante obsidione, fame, & peste populo laborante, interclusis commeatibus, adacti sunt Romani, auro pacem redimere, persolutisq. quinquies mille libris auri, & tricies mille libris argenti, quater mille tunicis Sericis, ter mille pellibus coccineis, piperis pondere, quod ter mille libras æquaret. Quibus acceptis Alaricus abscessit, diuina plane prouidentia factum est, ut quod tot Edictis Imperatorum perfici non potuerat, obsidione barbarorum perficeretur. cum enim ex Arario, & priuatorum copiis, summam illam implere in promptu non esset, decretum est spoliari Deorum simulacra auro, & gemmis, quibus recens fuerant exornata, & ipsa aurea, & argentea conflari, quod Zosimus deplorat.

Tēpla spoliantur Idolorum.

Calumnia Zosimi in Innocentium, quod opinioni suæ, salutem Vrbis anteponens, execranda sacra clam facere permitteret, diluitur ex ijs, quęSozomenus scribit. Iuscos,

quosdam

A quosdam a Præfecto Vrbis accitos, qui se fulminibus, ac tonitruis abacturos esse barbaros gloriabantur, frustra laborasse, ut euentus declarauit.

Agitabatur interim pax inter Alaricum, & Honorium, legatis ultro citroque commeantibus, in quibus & Innocentius fuit (occulta Dei prouidentia apud Rauennam seruatus, ne Vrbis uideret excidium) nec conuenire potuit, recusante Honorio, Præfecturam vtriusque militiæ Alarico dare; quare irritatus Alaricus, rursum exercitum ad obsidionem Vrbis adduxit. Zosim. Sozom. [a]

Honorius ab aulicis deprauatus, Olympium maximè pium virum, aduersariis eius adnitentibus, in ordinem redigit, qui profectus est in Dalmatiam. Legem quoque abrogauit, qua Gentiles militare uetarentur, ut Genaridum quemdam Ducem barbarum ad militiam, quam reliquerat, reuocaret. Zosimus diuina plane uoluntate uidetur factum; ne sub Christiano Duce Roma caperetur, indeque Gentiles Christianis insultarent.

Sed permirum illud est, Honorium Imperatorem inter tot, tantasque perturbationes, Catholicæ Ecclesiæ necessitatibus consulere minime prætermisisse. Nam aduersus Donatistas, Paganos, Iudæos, & Cœlicolas, consentientes precedentibus, edidit sanctiones. [b]

Et de expediendis quàm citissimè Ecclesiæ causis rescripsit. [c] Itemque pro carceratis maxime pium promulgauit edictum, ut omnibus Dominicis diebus Iudices sub fida custodia de carceribus reos educerent, vtque eis a Christianis laicis, vel Sacerdotibus substantia preberetur, & ad balneum prædictis diebus, sub fida custodia, religionis contemplatione ducerentur, qui uerò Iudices hæc implere neglexissent, pœnā persoluerent auri 30. librarum. [d] Atque hæc Rauennæ 8. kal. Febr. & in fine anni, de Romanis captiuis, pro quibus Christianos voluit solicitudinem gerere. [e]

Cum obsidionis Vrbis fama peruasisset Orientem, audiuit ista Hieronymus, dum Isaiam interpretatur, in cuius 13. lib. præfatione hæc signantur tempora, & in præfat. lib. 11. excusat, quod in interpretatione statuæ, quā per uisum aspexerat Nabuchodonosor, per pedes ferro, testaque compositos, dixisset in eo Romanum significatum fuisse Imperiū, quo, in principio nihil fuerit fortius, in fine nihil imbecillius. *Non mihi*, inquit, *imputetur, sed prophetæ, Neque enim sic adulandum est Principibus, ut sacrarū scripturarum ueritas negligatur. Dei iudicio repente sublata est calumnia*, inquit, *cum scilicet auditum est Romam a barbaris obsideri.*

Hoc ipso anno Pinianus V. C. vna cum Melania seniore, & Melania iuniore coniuge, & Socru Albina, iunioris matre Melaniç, aduenientes Carthaginem, pauperes eius ecclesiæ locupletantes, inde ad Alypium Tagastam profecti, templum ibi splendidissime ornant, & prouentibus ditant, ædificantque ibidem duo ampla Monasteria, virorum vnum, alterum Virginum. Augustinus ep. 224. & Metaphr. 31. Ian. Excusauit se apud eos Augustin. epist. 227. quod non adisset ad eos, statim vt audiuit aduenisse. Placuit autem Piniano, una cum Melania, Hipponem proficisci ad inuisendum S. Augustinum ibi agentem episcopum. Comitatus est eos Alypius, qui & timentem Pinianum, ne cogeretur ab Augustino, pro more illius temporis, presbyter ordinari, nunquam id euenturum fore, securum reddidit: nam de ea re fidem Augustini, id promittentis, acceperat. Vbi cum esset, atque id minus expectaretur, factum est, vt dum Synaxis in ecclesia haberetur, fidelis populus facto impetu, Pinianum, ne effugeret, obsideret, postulantes eum ordinari debere presbyterum, idque tanta vi, & importunis, & perseuerantibus clamoribus, vt coactus fuerit, post multam concertationem si euadere vellet, iuramento firmare, ut si quando illi ad suscipiendum clericatum consentire placuisset, non nisi in ipsa Hipponensi ecclesia consentiret. Pinianus autem, quod quę per vim, & metum pollicitus esset, se obligatum minime teneri probè sciret, sequenti die clam, una cum suis Tagastam reuersus est, frementibus, postquàm resciuerūt, Hipponensibus. Qua de re Alypio, & ipsis perostensis, & de Augustino suspicantibus, id ipsius factum consilio, ipse Augustinus epistola satis prolixa ad Albinam, Pinianum, & Melaniam se purgat, numero est 225. Alteram quoque dedit ad Alypium, eadem de re num. est 224.

Marginalia: [a] lib. 9. c. 7. — De utraque obsidione Hierony. epist. 16. ad principiam. — [b] l. 46. de hæret. l. 19. de Iudæ. & cœlic. Cod. Theod. — [c] l. 7. de denunc. Cod. Theod. — Piū de vinctis Rescriptum. — [d] l. 7. de custod. reor. C. Theod. — [e] l. 11. de episc. aud. C. Theod. — Pinian⁹ ab Hipponensibus vrgetur importune, ut presbyter ordinetur.

Mela-

Melaniæ senioris filius in Africa moritur, quod vnicum amissum pignus ita mater modestè fleuit, vt magno exemplo fuerit Christianæ constantiæ. De qua summa cum laude, rei spectator Augustinus, ad Paulinum Nolanum episcopum scripsit, quæ non extat epistola, sed ex redditis ad eum eiusdem Paulini litteris, (apud Augustinum 249.) colligitur, in quibus plura de laudibus eius filij defuncti, cuius vxorem Albinam fuisse tradit Pallad. in Lausiac. corrigendus ex Paulino, & Augustino, dum ait eum valde iuuenem secutum matrem fuisse in Siciliam, cuius mater ante 40. annos relicta fuerat vidua. A

Melania senior cum resipuisset ab errorib. Origenis Ierosolym. moritur.

Melania statim, vt orbata est filio, proficiscitur Ierosolymam, & quadragesimo die aduentus migrat è vita, vt ait Pallad. quàm cum hoc tempore laudent Paulinus, & Augustinus, argumento est, maculas illas, quæ ei ex patrocinio Origenis errorum inhæserant, penitus diluisse, reconciliatam quoque Hieronymo ex eius epistola ad August. 79. colligitur. Pinianus, & socij morati esse in Africa, in Actis Melaniæ Iunioris, traduntur. B

Præclarum exemplum Augustini diuitiarum cōtemptus.

Leporius nobilissim⁹ & ditissimus se August. adiungit discipulum.

Quàm autem alienus fuerit Augustinus ab omni auaritia, & pecuniæ contemptor (tantum abest vt Piniani diuitias affectaret, quod illi suspicati sunt) quàmque largus in pauperes, acta ipsius declarant, apud Possid. cap. 23. & 24. & apud ipsummet, sermone de diuers. 49. & 50. vbi præclarum diuitiarum contemptus habetur exemplum. Leporius quidam fuit nobilitate, & opibus alter Pinianus, quem sua omnia dimittere cupientem, & pauperem cum Christi pauperibus, Augustini fratribus, Deo seruire, non ante eum recepit Augustinus, quàm erogatis omnibus bonis, egenum prorsus redditum viderit, qui suadenti Augustino, ut Monasterium erigeret, & Xenodochium, & Basilicam ad octo Martyres, obtemperauit: hic ille putatur, qui ob claritudinem nominis cum sanctitate coniunctam, post Aurelium assumptus est ad episcopatum ecclesiæ Carthagin. cuius Augustini & illa sunt verba in eodem serm. 49. de diuersis. *Quicunque vult exhæredato filio hæredem facere ecclesiam: quærat alterum, qui suscipiat non Augustinum, imo Deo propitio, neminem inueniet.* C

Hispaniæ a barbaris occupatæ.

Vuandali, Alani, & Sueui irrumpunt in Hispanias, quas inter se ita partiti sunt: Alani Lusitaniam, & Carthaginensem prouincias: Vuandali autem cognominati Silingi, Bæticam sortiuntur. Eos Constantinus Tyrannus per Constantem filium intro duxit aduersus Didymum, & Verinianum fratres, cognatos Honorij, qui Hispanias tutabantur. Cassiodor. Prosp. in Chron. Isidor. Orosius.

Epist. Aug. an fugiendum episcopo in persecutione.

Quàm graue autem dispendium passæ sint Hispaniarum ecclesiæ, ex huiusmodi incursionibus patet ex epistola Augustini 180. qua respondet ad Honoratum consulentem, num episcopo, harum persecutionum tempore fugiendum esset. D

Saluianus vt de Gallijs dixit, ita Hispanias ob vitiorum fœditatem, barbaris traditas esse affirmat, & maximè ob libidinem, barbaris pudicis, Vuandalis, omnium infirmissimis hostibus.

Christi Annus	Innocentij Pap.	Honorij 16. & Theodosij 3. Impp.	Varane Cons.
410.	9.		

OB repetitam obsidionem, & imminens excidium Vrbi, non est creatus Consul in Occidente, vlciscente etiam sic diuino numine impietatem, cum auspicando, nouis Cōsulibus, anno, renouassent superstitionem maiorum, de qua Saluianus lib. 6. E

Aug. de fato, & fortuna ad Lampadium.

Alaricus Vrbem obsidens, cogit Romanos, vt Priscum Attalum, Vrbis tunc Præfectum, secta Arianum, creent Imperatorem, a quo Tertullus quidam Consul dictus, Alaricus Dux vtriusque militiæ creatus; Ataulfus sororis ipsius maritus, Dux equitum, Lampadius Præfectus Prætorio, homo omnium superstitiosissimus, (ad quem extat de fato & fortuna S. Augustini epistola, qua eum a Mathematicorum ineptijs studuit dimouere numero est 243.) alij alijs primoribus præfecti magistratibus. Ex vatum prædictionibus Attalus, certus occupandi, mittit in Africam Constantinum, absque idoneis copijs, qui ab Heracliano interficitur, & ab eodem, ne annona Romam subue-

A hatur, impeditur. Interim autem dum pro se stare Afros contendit, in Honorium expeditionem mouet, ad quem cum iam Ariminum peruenisse diceretur, Honorius legatos mittit, & secum in consortium Imperij admittere declarat; at ille indignans consortem, mandat vt Insulam vel quem alium velit locum, eligat, in quo priuatus degat. In eo cardine cum res versarentur, vt & naues haberet iam paratas, si fortè necessitas eum abnauigare cogeret ad fratris filium, ex improuiso circiter quatuor millia militum (quadraginta millia ponit Zosimus) ex Oriente noctu Rauennam appulerunt, quibus confirmatus, consistit Rauennæ. Romæ fame inualescente, Attalus reuocatur, cui in Circensibus exhibitis, conclamatum est, pretium pone carni humanæ, de qua fame Hieronymus epist. 16. Quo tempore enituit maxime pietas, & beneficentia in pauperes, Lætæ clarissimæ feminæ (quam Zosimus vxorem Gratiani Imp. vocat. Sed B Marcellin. lib. 21. Flauiam Constantiam, Constantij posthumam dicit appellatam Gratiani vxorem) de qua Læta Hieronymus epist. 7. Vrbem fame tabescentem consecuta est pestis. Alaricus, qui Italiam Attalo subdere laborabat, cum non succederet, Attalum abdicat, & in ordinem redigit, agens de pace cum Honorio, Sozom. Oros. Zosim.

Insolentia Attili Tyrāni.

Lætæ pia largitas in egentes.

Honorius leges de perduellibus sancit. [a] *Gratulatio pro liberata Republica, Tyrannidis iniuria, omnium criminum reos relaxare præcipimus. Datū Rauennæ 8. Id. Aug.*

Africanis, ob fidelitatem, relaxat tributa.[b]

Theodosius Orientis oras obseruari iubet, ne in Orientem furor barbaricus infunderetur.[c]

Gentiles, & Ariani affines, qui se dominaturos putabant, casu Attali, consternati, iacent. Sozom. [d]

a L. 11. de Indul. crim. C. Theod.
b L. 6. de indulg. debi. C. Theod.
c L. 2. de lit. & itin. cust. C. Theod.
d Sozo. 9. c. 9.

C Dum Alaricus accedens ad Rauennam, agit cum Honorio de pace, Sarus quidam barbarus Dux Hunnorum, cui, ob simultates cum Alarico, fœdus illi esse cum Honorio non expediebat, repente cum suis irruens, aliquot ex militibus Alarici interfecit. Qui ob id ira & metu simul percitus, eadem via ad Vrbis obsidionem regreditur, eamque paucis diebus occupat 9. Kal. Septembr. ab ea condita, secundum Varronianam supputationem anno millesimo centesimo secundo. *Adest Alaricus* (inquit Orosius) [e] *trepidam Romam obsidet, turbat, irrumpit, dato tamen præcepto prius, Vt si quis in sancta loca, præcipueque ad SS. Apostolorum Petri, & Pauli basilicas confugisset, prædæ inhiantes a sanguine temperarent*: inde diuina prouidentia factum, ait, vt Innocentius apud Rauennam positus, abesset, ne peccatoris populi excidium videret, mox commemorat vasa grandia, aurea & argentea, Sancti Petri Apostoli apud Virginem re-D condita, humeris Gothorum, iussu Alarici, hinc inde armatis tuentibus, fuisse ad Basilicam relata, Præterea, *Tertia*, inquit, *die barbari, quàm ingressi Vrbem fuerant, spontè discedunt.* [f] *facto quidem aliquantarum ædium incendio, sed ne tanto quidem, quanto septingentesimo conditionis eius anno casus effecerat. Nam si exhibitam Neronis Imperatoris sui spectaculis inflammationē recenseam, procul dubio nulla comparatione æquiparabitur, secundum id, quod excitauerat lascivia Principis, hoc quod nunc intulit ira victoris.* Addit Isid. lib. de Mundo. *Qui extra loca Martyrum erant, & nomen Christi, vel sanctorum nominabant, & ipsis, simili misericordia hostilis furor pepercit, sic euaserunt multa millia Romanorum, quibus Gothi, propter Christum, misericorditer pepercerunt.*

e lib. 7. c. 39

f 6. ait Marcellin.

Marcellam clarissimam feminam, & ex ditissima, voluntate pauperculam, vna cum Principia filia barbari incolumem deducunt ad Basilicam S. Petri. Hieron. epist. 154.

E Post paucos dies moritur Marcella, & Pammachius Hierony. epist. 16. & præfat. in primum commentariorum in Ezechielē *obsecro, uos* (inquit Hieronymus) *Pammachi* φιλομαθέστατε *& Marcella vnicum Romanæ sanctitatis exemplar, iunctos fide, & sanguine, vt conatus meos vestris orationibus adiuuetis*, &c. vtriusque anniuersaria recolitur memoria in Ecclesia, Marcellæ quidem, cum decentiori sepultura donata, translata est, prid. Kal. Febr. Pammachij verò 3. Kal. Sept.

Marcellæ, & Principię filiæ parcit a Gothis.

Aliud quoque præclarum exemplum deductæ a barbaro milite formosissimæ feminæ ad basilicam D. Petri cum obtruncari potius voluisset, quàm maculari, extat apud Soz.[g] De honore, quo barbari prosecuti sunt ecclesias S. Aug. 11. de ciu. Dei c. 1. & 7.

g lib. 9. c. 10

praefat. in ... & 7. Ezech.

A Capta Vrbe, qui potuere fuga euaserunt, alij in Orientem, de quibus S. Hierony.[a] alij in diuersas Insulas, de Igilio Insula Rutilius Itinerarij lib. 1. alij in Africam, vt Proba, Iuliana filia, Viduæ, & Demetrias Iulianæ filia Virgo, primæ Romanæ nobilitatis, quæ truculentiorem hostem in Africano littore inuenerunt, quàm reliquerant, Heraclianum, quem nescias vtrum auarior, an crudelior fuerit, cui nihil dulce præter vinum, & pretium, & alia plura apud Hieron. epist. 8.

Aug. scrib. Tract. de excidio Vrbis. Itē & Ciuit. Dei libros.

Quod autem de capta Vrbe Gentiles Christianis obtrectarent, necessitas compulit episcopos, aduersus hæc, pro concione disserere, & calumniose obiecta refellere, inter quos S. Augustin. tractatum scripsit de excidio Vrbis inscriptum, & copiosissimè de his egit lib. 22. de ciuit. Dei contra Paganos, ad Marcellinum, quos inchoatos anno sequenti ab Vrbis excido (epist. 102.) & sæpe dimissos, non perfecit ante 429. annum, ut colligitur ex cap. vltimo, lib. 18.

B Vt perspicuè demonstraret Deus, non delictis Christianorum Principum, sed prouocante impietate Gentilium, eiusmodi a Deo attemperatum esse flagellum, Barbarus Gothus, qui capta Vrbe, victore exercitu, consternatis hostibus, imparato Honorio, tam facilè inuadere poterat Imperium, quasi numine cogente, Vrbem egressus, palabundo milite, Campaniam, Lucaniam, Brutiosque peruasit.

In hac Barbarica incursione, protegēte S. Felice patrono, nec Paulinus ipse, nec Populus Nolanus, quidquàm mali passi sunt: *Non enim solis beneficiorum effectibus, uerùm etiam ipsis hominum aspectibus, Confessorem apparuisse Felicem ciuibus, uel inquilinis, sibi a se dilectis, cum a barbaris Nola oppugnaretur, audiuimus, non incertis rumoribus, sed testibus certis.* Augustin. de cura pro mortuis, cap. 2. quem librum paulò post misit ad Paulinum.

C In expectatione, aut timore cum esset Africa, ne ab Attalo Tyranno tentaretur, Heracliani Comitis, uel Macrobij Proconsulis consilio, ne tot legibus exasperati Donatistæ, cum discrimine totius prouinciæ, pro Attalo pugnarent, elicitum fuit ab Honorio Rescriptum, quo ijdem sinerentur, quam uellēt religionem amplecti. Cum autem periculum cessasset, Attalo exautorato, episcopi Africani, quod uiderent Honorij Rescriptum in magnum Christianæ religionis dispendium uertere, coacto Carthagine Concilio mense Iunij, decreuerunt quatuor episcoporum legationem ad Imperatorem: qui rogarent, ut pro Donatistis datum reuocaret Edictum. Quod statim perfectum est. *Oraculo penitus remoto, quoad ritus suos hæreticæ superstitiones obrepserant; sciant omnes sanctæ legis inimici, plectendos se pœna proscriptionis, & sanguinis, si ultra conuenire per publicum execranda sceleris sui temeritate, tentauerint. Dat. VIII. Kal. Septembr.*[b] & rursum 4. Id. Octobr. alia a maioribus uel a se in hæreticos statuta, integra, & inuiolata præcipit custodiri. D

b l. 12. de hęret. Cod. Theodos.

Misso prætereà Marcellino Tribuno, & Notario (ad quem est proximum Rescriptum) cogēdos duxit Donatistas ad collationem, petentibus id Catholicis episcopis, procurante maxime Augustino Episcopo. [c] Possidius, & Augustinus.

c Possid. ca. 13. & Aug. cōtra Iuliā. Pelag. 3. c. 1. Totus orbis cladibus attritus.

De immanitate, & feritate Donatistarum, Augustini extant epistolæ, 68. 122. 166. 159. epistola illa 122. ad Victorianum recolit præterea Aug. clades ferè totius orbis *Totus quippe Mundus, ait, tot affligitur cladibus, ut pene pars nulla terrarum sit, ubi non talia, qualia scripsisti, committantur, atque plāgantur, nam ante paruum tempus etiam in illis solitudinibus Aegypti, ubi Monasteria separata ab omni strepitu, quasi secura degebant, a barbaris interfecti sunt fratres.* Subdit de Italia, Gallijs, Hispanijs, Africa, Mauritania, a barbaris uastatis. De grassatione quidem barbarorum in Oriente, S. Hieronym ep. 82. ad Marcellinum, (quem eum ipsum esse qui ab Honorio in Africam missus fuit, & ad quem misit Augustinus librum de ciuitate Dei, colligitur ex ipsa epistola) & Cassianus, qui eorum cædis occasione SS. Monachorum integra Collatione in eo uersatur, Cur Deus sanctos uiros ab impijs necari permittat. & Sāctus Augustinus in epist. ad Victorianum: & precipuè in libro de ciuit. Dei. porro inter populos illos magna contentione certatum affirmat Cassianus in rapiendis illorū sanctorum reliquijs. E

Cur Deus pios ab impijs necari sinat.

Ruffinus in

Ruffinus Aquileiensis presbyter, extra patriam profugus, ob cladem Aquileiensi-

bus

A bus illatam, in Sicilia moritur, quem S. Hieronym. quod in perfidia, ob quam damnarat eum Anastasius Papa, decessit, Scorpij nomine notat, in præfat. lib. 1. commentariorum in Ezechielem, & in præfat. lib. 1. in Hieremiam, præcursorem appellat Pelagij, tacito quidem eius nomine, sed certis notis descripto, quod negasset peccatū originale, (Cœlestius in Cōcilio Carthag. apud Augustinum contra Pelagium, libro 2. cap. 2.) & male de lib. arbitrio sensisset, ut est in Decreto librorum Gelasij. plura alia præterea contulit Rufinus ad roborandam impietatem, præter Origenis Periarchon, ab ipso male translatum, & Euagrij Pontici libros virulentos, latinitate donatos, illam adiecit execrabilem imposturam, dum Xysti, seu Sexti Pythagorici commentarium a se translatum, sub titulo Xysti martyris Ecclesiæ Ro. Pontificis, edidit, ut sub nomine martyris, blasphemias fidelibus obtruderet. S. Hierony. epist. ad Ctesiphontem, & lib. 4. comm. in Hierem. ex quo libro plures sententias desumpsit Pelagius ad B suam hæresim confirmandam, quibus, quasi Rom. Pont. & Martyris reluctari, nefariū esset: & ex illis obiecta quędam a Pelagio S. Augustinus non audens obniti tantæ sedis Antistiti, in rectum sensum interpretando, inflectere conatus est; quæ post cognita fraude retractauit.[a] quam quidem retractationem non legit auctor de Vir. illustr. Isidoro ascriptus, dum ex Augustini auctoritate ait illum fuisse Rom. Pont. & martyrē. quem tamē librum ab hæreticis deprauatum affirmat, & hoc quidem in Vaticano Codice. nam in vulgatis desiderantur Xystus, & alij, labe hæresis infecti.

Sicilia moritur ab Anastas. Papa damnatus.

Execrabilis impostura Rufini.

a Retr. c. 40

Pelagiana hæresis tali hoc tempore statu erat, vt cum propalarentur errores, auctores tamen latere cuperent, hacque de causa Insulas ad docendum eligerent, duasque simul pestilentiæ cathedras erexerint, alteram in Sicilia ad decipiendos Occidentales; in Rhodo insula alteram, ad corruptionem Orientalium. Hieronymus, [b] Hilarius, [c] Arelat. Aug.

C Theodosius Imperator, duobus datis ad Anthemium PP. Rescriptis, hæreticos Mōtanistas, Priscillianistas, atque Eunomianos diuersis pœnis exagitat.[d]

Theodosius Synadarum Phrygiæ Pacatianæ episcopus, hæreticos Macedonianos, qui plurimi ibi erant, acerrimè persequitur, quæstum ex eis captans, & CP.[lim] proficiscitur, vt mandatum Præfecti auferat, ad eos puniendos; Interim Agapetus Macedonianorum episcopus, cum suis fidem amplexus Consubstantialis, Sedem Theodosij capessit, omnibus consentientibus: at Theodosius reuersus, ignarus eorum quæ facta fuerant, non recipitur Socrates.[e]

b Pręfat. in lib. 4. cōm. in Hierem.
c epist. apud August. 89. & Hieron. ad August. ep. apud ipsum 26.
d L. 48. 49. 50. de hær. C. Theod.
e lib 7. c. 3.

Synesius, patria Cyrenensis, Alexandriæ diu versatus, vxorem & filios habens, philosophusque præstantissimus, a populo Ptolemaidis episcopus postulatus, a clero electus, a Theophilo ordinatus est; cum tamen omni conatu, & arte vsus, vt illum euitaret, palam contestatus esset verbis, & scriptis, se minime cœlibem vitam acturum, vt D alij sacerdotes; nec adduci posse, vt contra philosophiæ præscripta, crederet mundi occasum fore, Corporum resurrectionem, vel ante corpora formari, quàm animas, quæ omnia simulatè agebat Synesius, verbis; vt S. Ambrosius, factis; dum, ne episcopus ordinaretur, se adulterū, & sanguinarium credi voluit. Qualis autem, & quàm eximius vir euaserit, argumento sunt, tum epistolæ ab eo, post sacerdotij susceptionem, eleganter, & ornatè compositæ, tum liber ille, quem dedicauit Theodosio, tum aliæ præclaræ illius, quæ extant lucubrationes, sic Euagr. lib. 1. cap. 15.

Synesius ex philosophū episcopus q̄ recusarit episcopatū.

Epistola Synesij, in qua de tota ratione vitę suę agit, est in numero epistolarum eius 18. Ea autem in qua ostendit, quàm abhorreret ab episcopatu, numero est 11. & 57. & maxime 105. ad Eutropium, & apud Nicephorum [f] recitatur. Hoc autem anno, eū E creatum episcopum, ex ipsius epistola ad Theophilum pro Alexandro colligitur.

f li. 14. c. 55

Christi Ann.	*Innocentij Papæ*	*Honorij 17. & Theodosij 4.* Impp.	*Theodosio A. 4.*[m] *Cons. sine Collega.*
411.	10.		

ALaricus Gothorum Rex traijcere exercitum in Siciliam frustra tentans, repentina morte occupatus, apud Cosentiam, in medio Basentij amnis alueo, cum mul-

Alaricus moritur.

tis opibus sepelitur. Cuius audita morte Honorius cum in processu esset, ex equo descendens, Deo gratias agit, quod esset insidiatore manifesto liberatus Io. Diacon.[a] falso Paulus dictus, Sozomenus.[b] A

a 14. hist. Miscellæ. b lib.9.c.12

Ataulfus sororis Alarici maritus, Rex a Gothis electus, Romam redit, & Gallam Placidiam Theodosij filiam, & Honorij sororem, quam inuasione Vrbis ceperat, coniugio sibi sociat, apud Forum Cornelij, bono Imperij: nam femina acerrimi ingenij, subtilibus blandimentis virum inflexit, vt pacem a Romanis vltrò expeteret, & Honorio fideliter militare vellet. Diacon.[c] Orof.[d]

c lib.13. d lib.7.c.40. Collatio famosa in Africa. Spatio 20. circiter annorum studio episcoporū Cathol. quā numerus Donatistarum episcoporū decreuerit. Breuiculū Augustini. Acta Collationis recens reperta.

Hoc eodem anno celebrata est Carthagine in Africa famosissima illa Collatio inter Catholicos, & Donatistas, diu expetita, sæpe tentata, nunquam autem, resilientibus illis, effectu consummata, cognitore Marcellino, conuenientibus episcopis centum octoginta sex, de Catholicis (cum diuersis necessitatibus domi detenti essent, cētum viginti, & sexaginta Sedes vacarent) de Donastis vero centum quinquaginta nouem, cum anno Domini 394. Bagaijæ in Numidia, aduersus Maxinianistas, conuenissent quadringenti, sex minus, exceptis Maxinianistis, qui & ipsi Donatistę erant, sed ab eisdē schismate separati, ex quibus apparet, quantum profecerint in Donatistarum conuersione Orthodoxi episcopi, atq; præcipue Augustinus, sed quid, collationis diebus singulis, actum sit, ex rebus gestis a Notarijs exceptis, S. Augustinus summa breuitate compendium scripsit, quod Breuiculum nominauit. Verùm acta ipsa integra extant, hac ætate reperta, & edita. Cognitor pronunciauit omnium documentorum manifestatione a Catholicis Donatistas confutatos. B

Quæ Collatio etsi perditissimis illis pseudoepiscopis, nihil attulit emolumēti, imò dispendium, cum ex ea ijdem redditi sint duriores, certe ex plebe, & ex eis, qui Circuncelliones dicebantur, quàm plurimos ad ecclesiam reductos, idem S. Augustinus ad Gaudentium, post Collationem, testatur. C

e lib.7.c.24 Honorius dum procurat fidei puritatē, Deus subdit illi Tyrannos. Attendite Reges. f lib.9.c.13

Sed in his illud maxime obseruandum, quod Orosius[e] considerat; Honorium Imp. ob eximium religionis exemplum, quod hoc anno exhibuit, dum vallatus licet, atque vndique obrutus bellis, & a Tyrannis obsessus, nihil tamen antiquius habuit, quàm ecclesiæ Catholicæ consulere opportunitatibus, & Africam præcipuè ad vnitatem Ecclesiæ reducere laborauit, mirifica, ob id, esse beneficia consecutum, cum ipse Deus, eodem fermè tempore, crudelissimos Tyrannos Imperij inuasores, Alaricum, Constantinum, Constantem, Maximum, Iouinum, Sebastianum, Sarum, & alios cum eis simul extinxit. Latius hæc post Orosium, Sozomenus.[f]

Impassibilitatem Pelagianorum oppugnat Hier. ep. ad Ctesiph.

Hoc ipso anno S. Hieronym. cum nondum auctoris nomine Pelagiana hæresis vulgaretur, sed eius praua dogmata quæstionum velamentis spargerentur, rogatus per epistolam a Ctesiphonte, vt quæstioni responderet, quàm huius promulgatores hæresis, de animi impassibilitate proponere consueuerant, posse in homine affirmantes, nō ipsa tantum vitia, sed affectus vitiorum, omnemque radicem peccati, conuelli, vt ne minimum quidem fomitis in eo reliquū esset; respondit epistola quæ extat ad ipsum, in qua etsi nomina taceat Pelagij, atque Cœlestij, auctores tamen, vnde ipsa hæresis dimanaret, in medium profert, dum hæc de schola Stoicorum deducta fuisse demonstrat, atque primum introducta per Origenem, Euagrium Pōticum, Rufinum, & alios Origenistas Monachos, iudicio Theophili, condemnatos. D

Item Aug. ep.99. De Pecc. meritis, & remiss. & de bapt. paruulorū scr. Aug. cōtra Pelag. g in præfat ad lib. 18.

Sicut autem Ctesiphon, epistola, ad illa scribenda ipsum Hieronymum excitauit; ita & eiusdem argumenti, datis ad Augustinum, litteris, Hilarius, ab ipso aduersus eos dem errores, Syracusis in Sicilia diuulgatos, responderi petijt; epistola est apud Augustin. 98. pręstitit id impigrè Augustinus epistola numero 99. Quo etiam tempore, aduersus eosdem errores, antequam tamen ad Hilarium respondisset, eodem argumento tres libros scripsit, quorum est titulus de peccatorum meritis, & remissione, deque Baptismo paruulorum, ipse enim in Retract. 2. ca. 23. eam se primam scriptionem aduersus Pelagianos edidisse testatur, cum ante hac sermonibus (vt ait) & collocutionibus res acta esset. E

Millenariorum hæresis, per hoc tempus multos habebat sectatores, Hieronym.[g] detegit Seuerum, qui eam scriptis prodiderit (vt ait) in Dialogo, cui Gallo nomen imposuit

A posuit. Quæ hæresis non diu durauit, cum vbique fère eius insaniæ reijcerentur. If.& in Ezechiel. c. 36.

Hoc item anno, cum Synesius episcopus Ptolemaidis nondum in episcopatu annũ exegisset, celebrata est Synodus ibidem Ptolemaide in Pentapoli Ægypti, cuius quidem cogendi episcoporum conuentus, causa illa potissimum intercessit, quòd Andronicus Prouinciæ Præfectus multa crudelia in subditos, atque irreligiosa, & impia aduersus Ecclesiam perpetrasset, quibus in Synodo propositis, atque probatis, com muni omnium sententia dira excommunicationis pœna multatur. Extat sententia (apud Synesium epist. 58.) in qua post recensita crimina, hæc sequuntur. *Postquam non amplius admonendus est homo, sed velut insanabile membrum a nobis resecandus, vt ne societate, etiam id, quod sanum est, simul corrumpatur (nam inquinamentum facile distribuitur, & qui tangit scelestum, particeps fit reatus ipsius: oportet autem, & mente,* B *& corpore puros Deo esse) Propter hæc Ptolemaidis ecclesia ad omnes ubique terrarum sorores suas, hæc demandat, Andronico, & suis. Tonanti (ministro eius impio) & suis, nullum templum Dei aperiatur: omnis sacer cœtus, omne sacrum Templum conclusum sit. Non est Diabolo portio in Paradiso. Qui etiam si clãdestinè ingressus sit, expellatur. Admoneo igitur & priuatũ quemque, & Principẽ, vt neque sub eodẽ tecto cũ ipso habitet, neq; eadẽ mensa participet. Sacerdotes aũt præcipuè (admoneo. sc.) qui neq; viuentes ipsos alloquãtur neq; mortuos simul deducant. Si verò quis velut paruæ ciuitatis ecclesiã reprobarit, & excommunicatos ab ipsa receperit, velut necesse non sit pauperi obedire, is sciat se scindere ecclesiã, quã vnã Christus esse vult. Talis autẽ siuè leuita est, siuè presbyter, siuè episcopus, à nobis in Andronici sorte locabitur, & neq; porrigemus ipsi dexterã, neque vnquam de eadem mensa, cum ipso cibum capiemus. Multum autem abest, vt in* C *arcano mysterio cummunionem habituri simus cum his, qui cum Andronico, & Tonante sortem habere voluerint*: hactenus verba sententiæ excommunicationis, ab episcopis in eos prolatæ, inter quos Synesius principem locum tenebat. Quid post hæc Andronicus homo arrogans, crudelis in homines, in Ecclesiam contumeliosus, & in ipsum quoque Deum blasphemus? simulac sensit, ò rem mirandam, se Apostolica cẽsura in interitum carnis datum Sathanæ, vnde letale vulnus accepit, inde quoque expetijt medicinam: redditur fera bestia cicuris, lambit vestigia domini sui, tamque festine, vt datas præueniens litteras, conuenerit episcopos, qui pro se peterent veniam a Synesio. Qui cum nosceret hominem, timeretque ne hæc foris tantùm, specie tenus, præseferret, inflictam non ante relaxauit pœnam, quàm ipse plenè satisfacturum fore polliceretur; inter alia autem, quod maximum omnium æstimari debet, eum a Tribunali de- D posuit, in quo in Deũ, & homines multa peccauerat. Quanta hæc auctoritas episcoporum, vt male iudicantes Præsides cessare imperet? epistola perbreui ad Theophilum.

Grauissima excõmunicatio sentẽtia in Andronicum, Præfectũ iniquũ.

Andronicus resipiscẽs veniam petit.

Quanta auctorit. episcoporũ in iniquos Præsides.

Apparuit ex hoc quidem iudicio, episcoporum iuris fuisse præsidere præsidibus, & perperam ab eis facta corripere, ecclesiastica auctoritate, ex impertita sibi a Deo omnium Domino, potestate. Exemplo verò pœnitentiæ Andronici colligitur, quo statu, & loco habendi, & quàm longe, post Andronicum statuendi, qui anathematis sententiam ob patrata scelera ab episcopis ad salutem percussi; negligunt illam, atque contemnunt. Legendæ hac ipsa de re Synesij epistolæ 72. & 79.

Admirabile quiddam narrat Sophronius ex Leontio, [a] quod contigit Synesio. Adduxerat is ad fidem Euagrium quendam philosophum, qui sæpius cum audisset centuplicata, quæ erogarentur, in regeneratione, cum æterna vita, a Christo esse redden- E da, Synesio episcopo dedit auri tria centenaria in vsus pauperum, dicens, accipe aurũ istud, & distribue illud pauperibus, & fac mihi cautionem manu tua, quod Christus ipsum mihi reddet in futuro sæculo; post aliquot autem annos proximus morti, mandauit filijs se vt sepelirent, cum chirographo illo in manu, tertia autem die post sepulturam apparuit episcopo Synesio nocte quiescenti, dicens. *Veni ad sepulchrum, vbi iaceo, & accipe chirographũ tuũ, accepi. n. debitũ, & satisfactum mihi est*: aperto autem sepulchro, & accepto ex eius manibus chirographo, inuenit in eo nouiter, manu philosophi subscriptum ita. *Ego Euagrius philosophus tibi sanctissimo Domino Synesio Episcopo salutem. Accepi debitum in his litteris, manu tua conscriptum, satisfactumque mihi est, & nullum contra te habeo ius, propter aurum, quod dedi tibi, & per te Christo*

a Prato spirit. c. 195.

Admirab. factum, quo probatur retributio centupla.

Deo, & Saluatori nostro. Hæc Sophronius.

A Ex his, & alijs exemplis apparet Deum non despexisse philosophos, qui verè philosophi essent, & studiosi sapientiæ, & veritatis, sed cœlesti desuper lumine, quo fidei sacramenta perciperent, illustrasse. Quale quiddam narrat August.[a] de Gennadio Medico, amico suo, & in eleemosinis feruentissimo, qui cum aliquando dubitaret, an vlla esset vita post mortem, diuinitus in somnis omnis illi dubitatio illa, mirabili quodam modo ablata est.

a epist. 100

Philosoph⁹ ambigẽs de vita post mortem, diuinitus edocetur.

Annalium porro auctor simile quiddam narratum sibi ab homine fidei integerrimæ, refert, de Michaele Mercato seniore, cui magna intercedebat cum Marsilio Ficino consuetudo, studiorum similitudine parta, erat enim vterque Platonis perstudiosus. B Accidit autem, aliquando aiebat, vt ex more, quid nam post obitum supersit homini, ex eiusdem Platonis sententia, sed non sine tamen trepidatione deducerent, quæ labantia Christianæ fidei sacramẽtis suffulcienda essent, eo enim argumento extat eiusdem Marsilij ad ipsum Michaelem Mercatum erudita quidem epistola, de animi immortalitate, quam disputationem eo concluserunt Corollario, vt iunctis simul dexteris, pacti fuerint, vter eorum ex hac vita prior decederet (si liceret) alterum de alterius vitæ statu redderet certiorem. Interlapso autem haud breui temporis spatio, euenit vt cum summo mane idem Michael in philosophicis speculationibus vigilaret, ex inopinato strepitum velociter currẽtis equi, eiusdemque ad ostium domus cursum sistentis, audiret, vocemque simul Marsilij clamantis, ò Michael, Michael, vera, vera sunt illa. Ad vocem amici Michael admiratus, assurgens, fenestramque aperiens, quem audierat, vidit post terga ad cursum iterum acto equo candido, candidatum; prosecutus est eum voce, Marsilium, Marsilium inuocans, prosecutus & oculis, sed ab eis euanuit, quem post intellexit eadem hora esse defunctum, ex quo Michael tempore, dimissis philosophicis disciplinis, se totum Christianæ philosophiæ addixit. C

Visum præclarum de animæ immortalitate

Synesij lucubrationes quas ante episcopatum elaborauit Suidas commemorat ad Grammaticam, & Philosophiam spectantes, & alia plura, quæ non extant; alias etiam ipsemet se scripsisse testat ur.[b]

b epist. 154. & 157.

Quamdiu sederit, ignoratur, illi in episcopatu successit Euoptius frater, ad quem Euoptium, virum pereruditum, extat scriptio illa S. Cyrilli contra reprehẽsiones Theodoreti.

Hoc item anno defuncto Alexandro Antiocheno episcopo, cum sedisset annos ferme quatuor, subrogatur Theodotus (ex epistola Attici ad Cyrillum episcopum Alexandrinũ, data anno sequenti) in qua de ipso Theodoto iam episcopo Antiocheno fit mentio, de quo Theodoto, Theodoretus,[c] S. Alexandro vita defuncto, Theodotus continentiæ velut Margarita, Ecclesiæ Præsulatum obtinuit, vir mansuetudine insignis, & accurata vitæ institutione egregie exornatus, qui sectam Apollinarianam oratam, vt se cum reliquo Christi grege iungeret, cæteris ecclesijs omnibus aggregauit. D

c 1. cap. 37.

Christi Annus	*Innocentij Pap.*	*Honorij 18. & Theodosij 5.*	*Impp.*	*A.A. duobus Honorio 9^m. Theodos. 5^m.*	*Coss.*
412.	11.				

Honorius religiose, pro more, Donatistas illos obstinatos, qui etiam post euictam in proxima Collatione a Catholicis causam, adhuc in Schismate pertinaciter remanerent, diuersis pœnis, dato Rescripto, multauit; atque primum ecclesias, ac cætera earum bona illis indulgentia Principis, anno superiori, ante Collationem, ad demulcendum episcoporum animos, reddita, Catholicis restituenda esse præcepit: laicos insuper pecuniarijs pœnis, pro conditione cuiusque puniuit: clericis verò exilium irrogauit, illisque legata, Catholicæ ecclesiæ deberi præcepit.[d] E

d L. 52. de hær. C. Th. 3. Kal. Feb. Rauennæ.

Donatistæ, qui post Collationem, proterui, ad ecclesiam redire renuerant, his pęnis maiori obstinatione obduruerunt, & crudeliore furore sæuierunt, quorum aliquos cædis conuictos, rogat Augustinus Marcellinum ipsum Cognitorem, ne vita priuet.[e]

e epist. 169.

A quam lenitatem putabat multum profecturam ecclesiæ. *Si non audis*, inquit, *amicum petentem, audi episcopum consulentem; quamuis, quoniam Christiano loquor, maxime in tali causa, non arroganter dixerim, audire conuenit te episcopum iubentem.* Vides episcoporum esse, Præfectis, quæ pia, quæ sancta, & Christianæ legi sunt consentanea, imperare? Sed & illud a Marcellino S. Augustinus exegit, vt confecta Acta publica, de Donatistarum confessis criminibus, & criminosis conuicis, publicè exponerétur, ad ipsorum omnium ignominiam.[a] & cum efferati Donatistæ pergerent sæuire, Augustinus non desijt, pro eisdem interpellare, ad Proconsulem enim scripsit, rogans, vt a gladio abstineret.[b]

Auctoritas episcopalis.

a epist. 158.
b epist. 127 & 138. & 160.

Quod idem, cum alij quoque episcopi facerent, Macedonius, & ipse Iudex, ius gladij habens, eundem Augustinum litteris interpellauit (apud Aug. 53.) & Augustin. B disertè respondit num. est 54.

Vt quid autem esset in causa Donatistarum semper recens dimanaret in eorum aures, cæpta sunt acta illa legi publicè per quadragesimam in nonnullis ecclesijs. Qua de re Augustinus (de Gestis cum Emerito) Præsentibus vobis fratrem, & coepiscopũ meum Deuterium obstringo, vt quemadmodum fit apud Carthaginem, apud Tagastam, apud Constantinam, apud Hipponem, apud omnes diligentes ecclesias, sic etiam deinceps facere non pigrescat; vt annis omnibus per ieiuniorum dies, idest Quadragesima, ante Pascha, quando vobis maxime ieiunantibus, plus vacat audire, eadem gesta collationis, per annos singulos vniuersa, a capite in finem, ex ordine recitentur. Quod quo commodius fieret, Collationem in epitomen redegit, quam Breuiculum nominauit.[c]

Acta victoriæ Cath. contra Donatist. lecta singul. annis per Quadragesimã.

c Retrac. 2. c. 39.

C CONCILIVM CIRTÆ in Numidia mense Iunij ea de causa celebratur, quod Donatistæ collatione victi, & confutati, atrocius grassati essent, & verbis, ac scriptis, plura mendacia sparsissent, corruptum a nostris fuisse Iudicem, &c. vt quomodo illis occurrendum esset, in commune consulerent. Communi sententia decretum, vt Synodalis epistola ad laicos Donatistas scriberetur. Postea verò elucubrauit eadem ex causa S. Augustinus commentarium, ad eosdem laicos Donatistas, post Collationem inscriptum.

August. Cõment. post Collationẽ inscriptus.

Ad id pergens Concilium Augustinus, Tubursico transiens, disputationem habuit cum Fortunio Donatistarum episcopo. Quid ea actum sit, indicat ipse epist. 163. in qua, & cõtra Crescon. 3. c. 34. duobus potissimũ argumentis coarguit Conciliũ Sardicense ab aduersario citatum, non fuisse Catholicum (quoddam scilicet Arianum, per D fraudem Sardicense vocatum, nam Catholici Sardicensis non videtur notitiam habuisse Augustinus) primò, quod in eo Iulius Rom. episcopus legeretur esse damnatus. Secundò quod litteræ Synodales ab eo datæ legerentur scriptæ ad episcopum Carthaginensem, non autem (vt moris erat) ad Rom. Pont. quibus intelligas, malè audisse apud antiquos, quidquid contra Rom. Pont. dictum, factum, editumuè legeretur, sed quo loco habitus, & quantæ æstimationis esse deberet ipse Rom. ecclesiæ Pontifex, idem S. Augustinus ad eosdem, ad quos scripsit, dictam de Collatione cum Fortunio epistolam, episcopos, cum eodem argumento, de causa nimirum Donatistarum, litteras dedit, hæc habet, inter alia, *Cum* (inquit de Ceciliano) *se videret, & Rom. ecclesiæ, in qua semper Apostolicæ cathedræ viguit principatus, & ceteris terris, vnde ad ipsam Africam venit, per communicatorias litteras esse coniunctum*, &c. arguens ob id Catholicum Cecilianum esse cognitum, & probatum, quod Romano Pontifici com- E municatorijs litteris esset coniunctus.

Quanti factus ab Augus. Rom. episcopus.

Priuatim autem S. Augustinus Breuiculum scripsit, sed ante dictam epistolam datam ad Marcellinum 188. in qua mentio habetur de epistola ad laicos Donatistas, nec non de Breuiculo, posteà verò elucubrauit, eadem ex causa, ad eosdem laicos Donatistas, post Collationem inscriptum, Quæ omnia simul, atque absoluisset, se scripsisse dictam ad Marcellianum epistolam Augustinus ipse testatur; sed & subdit se tunc duas epistolas dedisse, alteram ad ipsum Marcellinum, ad Volusianum verò alteram, extant ambæ 1. & 3. numero, quæ pro dignitate argumenti primum locum inter quã plurimas alias Augustini epistolas meruerunt.

1. & 3. Aug. epist. primũ locũ, inter epist. ob dignit. argumenti meruerunt.

A Volusianus Romanus, primæ nobilitatis, Gentilis, & Philosophus, sed Magis addictus, agebat Carthagine, Mater Christiana femina pia, & religiosa, filij salutem sitiens, Marcellinum proficiscentem in Africam plurimum solicitarat, vt per Augustinum, cuius excellens doctrinæ fama erat, ad Christum adducere laboraret. Prouocat igitur eum Augustinus, & hortatur, vt diuinas scripturas legat, & si quid illi oboriatur quæstionis, ad se scribat, a quibus acceptis litteris Volusianus, ex alterius persona, quæ in fide Christiana sibi viderentur absurda, declarat, eaque soluenda proponit. b Rescribit Augustinus c epist. quæ est 3. ex qua ipsum Volusianum vehementer Augustinum esse admiratum, Marcellin. d testatus est. Expetijt rursus Marcellinus a S. Augustino, vt illi quoque obiectioni responderet. Cur sub Christianis Principibus tot tantaque mala inuaserint Romanum Imperium, præstitit hoc disertissime August. egregio illo comm. de ciuit. Dei.

a epist. 1. b epist. 2. c epist. 3. d epist. 4.

B Hoc ipso tempore habebat in manibus lib. ad Honoratum de quæstionibus quibusdam quinque, epistola 120. ad Honoratum, imò (vt ait in fine ipsius) prolixus liber. Vna erat de illis quinque quæstionibus, spectans ad hæresim Pelagianam; De gratia noui testamenti. Carthaginem enim huiusmodi quæstiones per Cœlestium primariũ Pelagij discipulum, sunt allatæ, hoc ipso anno, atque pugnaciter defensæ.

Lib. de qq. quinque ad Honoratũ.

Pelagiana hęresis Romæ primum in Iouiniano damnata Hieronym. & Prosper. e post Concilio Carthaginensi, hoc anno rursum cum Cœlestio, damnata, ex verbis Concilij Carthagin. anno Domini 416. celebrati, quæ recitantur ab August. epist. 90. Actorum illius Concilij non extat nisi fragmentum apud Augustinum, de peccato originali contra Pelag. lib. 2. cap. 2. & 3. in quo fragmento proditur Rufinus a Cœlestio primus auctor huius hęresis. *Ego audiui*, inquit, *illum dicentem, Quod tradux peccati non sit.* C

e Contra Pelag. lib. 2. in princ. f Prosp. de Ingratis.

Cœlestius damnatus, appellat Innocentium Rom. Pont. per id cauens, ne iudicio illo stringeretur, sed appellationem minime est prosecutus.

Iouinianus hæresiarcha, licèt sæpe reiectus, permansit tamen in Italia vsque ad hæc tempora, magno ecclesiæ detrimento, quo tempore ab Imp. Honorio relegatus est in Insulam Boam, f ex quo nunquam amplius auditus est, de cuius obitu Gennad. de Vir. ill. c. 53. ex Paulo presbytero ait, inter luxuriosas epulas animam eructasse.

L. 53. de hęret. C. Th. g L. 56. de hær. C. Th. De ecclesiæ immunitate. h L. 40. & 41. de epis. & cler. C. Th.

Honorius Imp. hæreticos Africæ grauissimis affecit pœnis. g 8. kal. Sept. Honorio 9. & Theodosio 5. Coss. sic enim corrigendum est.

Adiecit Rescripta pro rebus, & personis ecclesiasticis, ne scilicet bona ecclesiastica diuersis alijs, præter canonicam pensionem, teneantur obligata muneribus, neuè clerici apud alios Iudices, quàm episcopos, iudicio postulentur. h

D Porro non clericos modo, sed & laicos, & Magistratu fungentes, si quid in Deum peccassent, uel iura ecclesiastica uiolassent, episcopi iudicabant, quorum iudicium tanti ponderis æstimabant, ut licèt iniustam excommunicationis sententiam eos aliquando subire contigisset, haud tamen contemnendam putarent, sed ad alios, talia passi, episcopos recurrerent, agentes supplicibus votis, vt iniustè lata sententia, ab eo, qui eam tulerat, scinderetur.

Episcopi laicos iudicabãt, quorũ sententia q̃uis iniusta ad alios episcopos deferebatur, nõ ipsi illam spernebant.

Obseruandus mos est huius temporis iudiciorum. Cum enim quis accusatus esset, nec plane reus conuinceretur, ut damnari posset, nec innocens, ut absolui: consueuere huiusmodi tùm reum, tum actorem, per iuramentum purgandos, ad sepulchra SS. Martyrum mittere, illorum pręsertim, quorum virtus in miraculorum editione omnibus nota esset, sic Augustinus Bonifacium presbyterum, & eius accusatorem ad S. Felicis corpus Nolam dimisit. i Mediolani quoque eam viguisse consuetudinem iurandi super loculum SS. Martyrum; Idem Augustinus eadem epistola testis est. Fuisse Romæ etiam eandem consuetudinem, & perdurasse adhuc temporibus D. Gregorij Papæ, ipse fidem facit, hom. 32. in Euangelia. Ad extincta namque, inquit, eorum corpora, (Processi, & Martiniani) viuentes ægri ueniunt, & sanantur; periuri veniunt, & a Dæmonio uexantur, Dæmoniaci veniunt, & liberantur. S. Gregor. quoque Turon. k idem affirmat, exemplo de sancto Pancratio Romæ in periuros acerrimo vltore. E

Mos iudiciorum per iuramentũ ad sepulchra SS. MM. i epist. 187. Miracula ad reliquias MM. p hoc tempus. K de glor. Martyr. c. 38.

Gothi ab Italia penitus recedentes, sub Ataulpho Rege Gallias inuadunt.

Prosp. &

Deplo-

A Deplorat Saluianus hoc tempore, octo libris, de recto iudicio & prouidentia Dei inundationem omnium enormium vitiorum in Ecclesiam, quæ tantam calamitatum inundationem prouocarit. qui breuiter definit, longè præstantioribus moribus enituisse his temporibus barbaros, quàm Romanos, & in primis libro quinto prosequitur uitia Gallorum, & in his suorum præcipuè Aquitanorum, in quos primò barbaricus furor irrupit. Easdem suæ Aquitaniæ calamitates deplorat S. Prosper lib. de Prouidentia Dei.

Cassiod. in Chronico.

Barbari Romanis morati magis Saluiano.

——— Heu, inquit, cæde decenni
Vuandalicis gladijs sternitur & Geticis.
Non Castella petris, non oppida montibus altis
Imposita, aut Vrbes amnibus æquoreis,
B *Barbarici superare dolos, atque arma furoris*
Eualuere omnes: ultima pertulimus.

Alius quidam nobilissimus Aquitanus, Paulinus nomine (in carmine Eucharistico falso inscripto Paulino Nolano) priuatas suas prosecutus est calamitates, dum incensa patria, ex ditissimo, euasit pauperrimus, necessarijs egens, & profugus, cum suis concessit Vasatas.

His Coss. inquit Prosper, Heros uir sanctus & B. Martini discipulus, cum Arelatensi oppido episcopus præsideret, a populo ipsius Ciuitatis insons, & nullis insimulationibus obnoxius, pulsus est, inq; eius locum Patroclus ordinatur, amicus, & familiaris Constantij Magistri Militum, cuius per ipsum, gratia quærebatur. Eaque res inter episcopos regionis illius magnarum discordiarum causa fuit.

Heros Aretatensis eps pellitur, Patroclus sufficitur.

C Theophilus Alexandrinus episcopus, vigemoseptimo suæ sedis anno migrat è uita. De eius transitu Io. Damascenus de Imaginibus, lib. 3. circa finem, ex Isidoro Diacono, refert, quod cum ob illud peccatum, quod non passus sit nomen Chrysostomi in ecclesia recitari, nõ posset animam amittere, adorata Chrysostomi imagine, quæ ei fuit allata, eam emisisse. Et apud Vit. PP. de compunctione legitur. Sanctæ memoriæ Theophilus Archiepiscopus, cum moriturus esset, dixit: *Beatus es Abba Arseni, quia semper hanc horam ante oculos habuisti.*

Origen. dãnat⁹ a Theophilo, & pcessoribus.

Scripsit aduersus Origenem vnum & grande uolumen, in quo omnia penè eius dicta, & ipsum pariter damnat, similiter docens, non a se eum primum, sed ab antiquis patribus, & maxime Heracla fuisse, & a presbyterio eiectum, & de ecclesia pulsum, & de ciuitate fugatum. Anthropomorphitas quoque confutauit. De Paschali etiam recursu librum Theodosio obtulit.[a] scripsit præterea de sacris mysterijs, uel de sacris su-
D pellectilibus Ecclesiæ Dei, quem quidem librum, eo ipso petente, S. Hierony. in latinũ transtulit. eum denique ecclesiæ vtilissimum fuisse, intelligi potest ex fragmento epistolæ S. Hieronymi ad ipsum Theophilum datæ, quod in Collectione veteri diuersorũ auctorum, quæ Hæreseologia inscribitur, legitur.

a Gẽnad. de uir. ill. c. 10.

Scripsisse fertur librũ de Hæresibus in Epiphaniũ: meminit Trithemius de Vir. ill. Extãt cõplures ipsius ecclesiastici canones. tom. 1. Bibl. SS. PP. & tres Paschales epist. a S. Hieronymo latinitati redditæ (cum alioqui singulis annis, singulas dare soleret, ut constat ex epistola Synesij ad ipsum Theophilum, quæ numero est 9.) qui abstinuit ab earum versione, postquam Theophilus Rom. Põt. de restituẽdo in Diptycha Io. Chrysostomi nomine, obniti cœpit.

Cum constitisset emendasse in obitu, quod viuens pertinax deliquisset, recepta est
E post mortem eius memoria in ecclesia Catholica cum honore. etenim S. Leo Papa ep. 64. ad Marcianũ Imperatorẽ *Sanctæ memoriæ Theophilus*, inquit, *Alexãdrinæ ecclesiæ episcopus*, &c. Idemque in epist. (52.) ad episcopos Galliarum hæc de ecclesia Alexandrina. *Postea*, inquit, *recentioribus a nostra ætate, temporibus, Athanasium, Theophilum, & proxime Cyrillum probatissimos Præsules habuit.*

Cyrillus Theophili fratris filius, triduo a Patrui obitu, episcopus subrogatur, qui statim ad ecclesiam illam ab omnibus hæresibus repurgandam animum adiecit, & primum omnium Nouatianos, qui Alexandriæ hactenus tolerati fuerant, ab ipsorum ecclesijs expulit. Socrates.[b]

b l. 7. c. 7.

A Atticus episcopus C.P nus vi quadam adactus, obtemperans Imperatori id cupienti, & populo expectanti: nomen S. Io. Chrysostomi refert in Diptyca: & ad idem, pacis causa, & ut euitentur scandala, Cyrillum perducere studet, epistola extat apud Nicephorum.[a] At Cyrillus epistola acerrima, & amaritudinis plena, quasi zelans pro obseruatione, & reuerentia canonum ecclesiasticorum, contra nititur, & rogat, ut nomen Chrysostomi ex episcoporum nomenclatura eximat, vt qui exautoratus sit mortuus, extat & ipsa apud Niceph.[b] in qua obseruandū est, quantumuis infensissimò animo esset in Chrysostomum, haud tamen, præ reuerentia, ausum esse aperte quidquam loqui aduersus Innocentium Rom. Pont. præcipuum auctorem restitutionis nominis Chrysostomi, & in renitentes vltorem.

a l. 14. c. 26.
b 14. c. 27.

B At demū Cyril. qui nō ex inuidia, & malitia peccabat, sed zelo, non tamen secundū scientiam, motus, tum litteris Isidori Pelusiotæ hortantis, [c] tum diuina uisione commonitus,[d] vt est apud Nicephorum; [e] memorię Io. Chrysost. est reconciliatus, & coacto Concilio, Ioannis nomen simul, & ipse, & reliqui magnarum sedium Antistites in sacro albo reposuerunt.

c li. 1. epist. 370. & apud Niceph. 14. c. 53.
d lib. 14. ca. 28.

Christi Ann.	*Innocentij Pap.*	*Honorij* 19. *Theodosij* 6. *Impp.*	*Lucio Cos.* nā Heracliani nomē ut Tyranni expunctum fuit ex fastis. Prosp. Oros.
413.	12.		

Heracliani Tyrāni immēsa classis ad Vrbē delata, ad nihilū recidit.

C Heraclianus Africæ Comes Consul appellatus, & Tyrannus effectus, aliquamdiu Africana annona, extra ordinem, retenta, ipse tandem cum immensa, certe temporibus nostris satis incredibili classe nauium Romam contendit: nam habuisse tunc ter mille & septingentas naues dicitur, quem numerum ne apud Xersem quidem, præclarum illum Persarum Regem, nec apud Alexandrū Magnū, vel quemquam alium Regem fuisse, historiæ ferunt. Is simul, vt agmine militum ad Vrbem pergens, littore egressus, occursu Marini territus, & in fugam versus, arrepta naui, solus Carthaginem rediјt, atque ibi continuò militari manu interfectus est. Sabinus gener eius, CP.lim fugit, unde post aliquantum temporis retractus, exilioque damnatus est. Oros.[e] veruntamen Heracliani interitum contigisse anno sequenti Marcellinus tradit in Chron.

e li. 7. c. 42.

D Honorij Rescripta in Heraclianum extant.[f] *Heracliani uocabulum nec priuatim, nec publicè ulla memoria teneat, &c.*

f l. 21. de pę. C. Theod. & l. 13. de infir. his, quæ sub Tyran.

Marcellin᾿ vir egregi᾿, fraude Donatist. occisus, ut martyr colitur.

Marinus Dux exercitus traijciens in Africam, perduelles Imperij persecuturus, Marcellinum illum Tribunum, & Notarium, Cognitorem missum, & sequestrem conciliationis inter Donatistas, & Catholicos, virum eruditione spectatum, & pietate insignem, proditione Donatistarum, calumniam passum, studuisse parti Heraclianæ, occidi iussit. Marcellinus, (ait Hieronymus)[g] sub inuidia Tyrānidis Heraclianæ, ab hęreticis, innocens cæsus est. ob id igitur titulo martyrij insignis in Ecclesia celebratur 8. Id. April. de quo & Orosius, Marcellinum, Marinus Comes, apud Carthag. incertum est zelo stimulatus, an auro corruptus, occidit. Qui continuò reuocatus ex Africa, factusque priuatus, vel ad pœnam, vel ad pœnitentiam, conscientiæ suæ dimissus est. Putauerunt Donatistæ, una cum Marcellino se extinguere posse, quæ, ipso præsente, confecta fuerant aduersus eos, publica Acta, de quibus Honorius anno sequēti, E *Notione & solicitudine Marcellini spectabilis uiri contra Donatistas gesta sunt ea, quæ translata in publica monumēta habere uolumus perpetuam firmitatem, neq; enim morte cognitoris, debet perire publica fides.*[h]

g 3. contra Pelag.

Hoc anno scripsit Hieronym. ad Demetriadem, cuius egregium factum (cum oppignerata iam sponso, & inopinato, cum habitu mutans vitæ statum, monastico habitu, professa est vitam Monasticam, omnium Romanarum feminarum nobilissima, & opulentissima) a clarissimis Gallicanis feminis, fugientibus barbaros, & ad Africam delatis, vbi illa erat, acceperat, epist. est 8. Virginitatem professa domi Demetrias, solemni

h l. 55. de hęret. C. Theodos.

Demetrias nobiliss. & opulentissi

A ritu palam posteá, in ecclesia, ex præscripto, ecclesiastico more, perfecit. de quibus ritibus, & cæremonijs, eadem ipse epistola Hieronym. Auctor tanti boni, post Deum, Augustinus, qui de sancta Virginitate cum illa sermonem habuit, fortè ante annum, cum occasione publicæ illius Collationis, Carthaginem se contulit: legenda est eius epistola 143. & illa altera 179. in cuius fine, *Velationis Apophoretum gratissimè accepimus, ait.* ma Roman. Monacham induit. Celebratur ab Aug. Prospero.

Sanctus quoque Prosp. eam eximio celebrauit elogio, in epist. apud S. Ambrosium 84. quam eius agnouit esse Venerab. Beda, dum videt in ea, aduersariam Pelagij assertionibus, eum stabilire doctrinam, cuius est exordium. *Cum splendidissima sanctimonia tua propositum*, &c. vt etiam alteram agnouerat esse Pelagij præfat. in Cantica. Pelagius lib. mittit ad Demetriadem hæreticum, confutat illum S. August.

B Pelagius item nouæ Christi sponsę, quasi sponsale munus, epistolam paręneticam, seu librum potius, misit, quę inter opera Hieronymi, & Augustini diu versata, vt ipsorum; demum cognita hæretici esse, in angulum, quasi quisquiliæ, & sordes, est reiecta. Tacuit ille astutè suum nomen, sed per aliam ab eo scriptam epistolam, in qua tum suum, tum Iulianæ matris expresserit, cognita est ipsius esse. At Augustinus zelo commotus, ne illius erroribus inficerentur, sparsas in eo Pelagij libro hæreses confutauit, epistola 143. ad Iulianam; & postea etiam libro aduersus Pelagium & Cœlestium de gratia Christi. Quàm autem studiosa esset domus Iulianæ tota Catholicæ doctrinę, indicat ipsa epistola apud August. 143. Post hæc S. Proba a S. Augustino librum de orando Deo, petens, impetrauit, & Iulianæ de bono Viduitatis, in cuius fine meminit, de alijs duobus libris, ad Probam, & Demetriadem datis. Ad eandem Demetriadem, eadem de causa, ut præmuniret eam aduersus errores Pelagij, breuem scripsit epistolam C Innocentius Rom. Pont. inter epistolas Pont. Rom. 11. ad cuius fidem tenendam hortatus est eam, Hieronym. epist. illa 8. De orando Deo, & de Bono Viduitatis scrib. August.

Quod hoc anno Pelagius, qui hactenus per Cœlestium hæresim aggressus fuerat, promulgare, iam quid sentiret, vulgata ea ad Demetriadem epistola, penitus innotuerit: inde accidit, vt sub anni huius, Lucio Consule, S. Prosper in Chron. tradat, Pelagij hęresim hoc anno innotuisse, quam tamen in Cęlestio scimus Carthagine fuisse damnatam. Pelag. hæresis hoc anno innotescit.

Burgundiones, Galliæ partem, Rheno proximam, occupant. Prosper. Cassiod. Quando hi Christianitatem susceperint, auctores variant. Orosius sub Honorio, Socrates sub Valentiniano tertij successore ponit, sed præstat audire Orosium, qui sub Honorio scripsit bellicosissimos eos fuisse, & multitudine, ac viribus præstasse scribit Amian. lib. 18. De Burgundionibus.

D Theodosius in Oriente Eunomianos, sæpè damnatos, nouo Rescripto exagitauit, simulque Anabaptistas ultimo supplicio afficiendos, & Nouatianorum sectam, qui nō cum alijs, secundum ecclesiam Catholicam Pascha celebrandum suscepissent, Protopaschitas dictos, proscriptione, & deportatione damnauit. a

Vndique expulsi Nouatiani, hactenus tolerati, diuino quoque iudicio ostensi sunt esse repulsi, miraculo illo, quod describit S. Paulinus in carmine ad Cytherium, ubi agit de Martiniano naufrago, uecto naue Nouatiani hominis, cum ipsa nauis absque aliqua maris tempestate, soluta compagibus ebibens undam, deglutitur a mari, Nouatianis omnibus, atq; ceteris infidelibus pereuntibus: Catholicis fidelibus tantùm saluis epistola, num. 42.

a L. 6. ne Sāct. Bapt. iter. Cod. Theod. & Iust. & l. 7.

E

Christi Ann.	*Innocentij Pap.*	*Honorij* 20 / *Theodosij* 7. } *Impp.*	*Constantio, & Constāte, Patre & Filio.* } *Coss.*
414.	13.		

ATtalus Tyrannus, Gothorū consilio Tyrānidem resumit in Gallijs. Prosp. Quos Gothos ex socijs & auxiliarijs, hostes factos, Cōstātius Comes Narbona expellit, atq; abire in Hispaniā cogit Oros. b. De quorū Rege Ataulfo, idē. Cumq; ait, paci

b li. 2. c. 43.

peten-

petédę, atque offerendæ studiosissimè insisteret. apud Barcinonem, Hispanię Vrbem, dolo duorum (vt fertur) cum sex natis occisus est. quod anno sequenti accidisse Prosp. affirmat, Vetus inscriptio apud Barcinonem. Morales in Chron. A

Dum Honorius pro religione certans, in Africa, expugnat hæreticos, Romanus exercitus in Gallijs superat barbaros. sancit Acta sub Marcellino, Rescripto, quod supra, alia occasione positum est, & alio Rescripto, grauissimis pœnis multat Episcopos, Clericos, Laicos, Donatistas, misso ad legis executionem in Africam Dulcitio, Tribuno, & Notario, vt testatur S. Augustinus. [a]

Promulgata Honorij lege in Africa, in Concilium statim conueniunt triginta Donatistarum Episcopi, statuuntque non deserendas Ecclesias, nec patiendum in Insulas, externasvè regiones exules deportari: sed cum vis Præfectorum ingrueret, anteuertere debere eorum conatus voluntaria morte; sic ratos fore, vt vel a suis colerentur vt Martyres, vel Iudicum commiseratione, talia ab his fieri exhorrentium, sinerentur in suis ipsorum ecclesijs permanere. Hæc omnia ex Augustino perspicua sunt, contra Gaudentium. [b] Id autem plures fecisse, quod statuerant, apparet ex Augustino, contra Gaudentium. [c] Consultus a Dulcitio Augustinus (cum litteras Gaudentij refellendas ab eo ad se missas accepit,) quid sibi agendum esset, respondit, [d] pręstare vt per mortes, etiam voluntarias, paucorum, plures seruarentur. B

Dulcitium porrò virum fuisse disertum, liber ad eum scriptus de octo quæstionibus indicat, vbi meminit, se ante ea tempora scripsisse enchiridion ad Laurentium.

Orosius presbyter, ab vltima Hispania, a duobus Episcopis, Eutropio, & Paulo, legatur in Africam ad Augustinum, cum consultationis libello, de Priscillianistarum, & Origenis erroribus, cui breuissime, sed disertissime respondit Augustinus, commentario ad Orosium, aduersus Priscillianistas, & Origenistas, & eodem argumento, epist. ad Ceretium nu. 253. de quibus duabus lucubrationibus, & de Orosio meminit epist. ad Euodium Vzalensem 102. C

S. Augustinus hac occasione scribit contra Mendacium ad Consentium; quod quidam Catholici, ad detegendos latentes Priscillianistas, dicerent, licere mentiri, se quoque esse Priscillianistas, & sic mendacijs mendacia prodere; quod ipse execratus est facinus, cum Christiano, ne in leuibus quidem mentiri liceat.

Auiti duo, Hispani, Origenis hæreses intulerunt in Hispaniam, illuc reuersi, vnus Ierosolymis, alter Roma. [e] Alter quidem horum, expetitum accepit a S. Hieronymo Periarchon librum, purè translatum, cum epistolari antidoto, quod contigisse colligitur ex epist. 59. exordio A.D. 409. Vides quanto cum periculo legantur libri hæreticorum, cum Auitus, quamuis, cum Origenis Periarchon libro, accepisset ex Hieronymi epistola, securum remedium, tamen euomuit Pharmacum, veneno retento. Victorini cuiusdam & Basilij mentio est in libro illo Consultationum ad Aug. qui cũ Auitis Orig. errores docere cęperint, de quibus nil aliud compertum habemus. D

S. Augustinus Orosio iniunxit, vt historiam scriberet aduersus Paganos, quod opus perfecit anno Domini 417. vt ex fine colligitur, cum ait, explicui, adiuuãte Christo, secundum tuum præceptum, beatissime Pater Augustine, ab initio mundi vsque in præsentem diem, hoc est per annos quinque mille sexcentos, decem & octo, &c.

Misit S. Augustinus pro sua modestia, Orosium ad S. Hieronymum pro quæstione illa de origine animæ, quæ vna erat de allatis ad Augustinum, super qua sententiam suam suspendit. Rediens Orosius Ierosolymis, reliquias B. Stephani primi martyris, tunc nuper inuentas, primus intulit Occidenti. E

De hæresibus Origenis in Hispaniam illatis, licèt in his, quæ ad saluationem Dæmonum spectant, minime assensum fuisset, apparet quidem, quæ de damnatis venia impartienda dicta essent, accepta fuisse a pluribus, sed cum diuersitate, quas omnes assertiones recitauit, & confutauit Augustinus. [f]

Hoc eodem tempore, aduersus Pelagianos S. Augustinus edidit Commentarium, cuius est titulus, de Natura & gratia, ad Timasium, & Iacobum, quos, ex Pelagij discipulis, reddidit Catholicos Ecclesiæ filios, de quibus epistola ad Innocentium 95. mittens librum suum aduersus librum Pelagij, quem & Ierosolymam misit.

a Retrac. 2. c. 59. l. 54. de hære. C. Theod.

b li. 1. c. 37. c lib. 1. cap. 19. & epist. 204.

d epist. 61.

Enchiri. ad Laurentiũ. qq. ad Dulcitium.

Contra Priscillianist. & Origenistas ad Orosiũ. Cõtra Mẽdaciũ, qua occasione scripserit.

e Orof. in lib. Cõsult. ad Augustinum.

Quanto cũ periculo legãtur libri hæreticorũ.

Orosi⁹ scribit Historiã ab origine mũdi ad suã ætatem, hortatu Augustini.

f de ciui. D. 21. cap. 17. & deinceps.

De natura & gratia cõtra Pelagianos.

SY-

A SYNODVS PROVINCIALIS IN MACEDONIA, ex qua, pro confirmatione rerum gestarum, missa est legatio ad Innocentium Papam, per Vitalē Archidiaconum, ex epistola Innocentij 27. qua nonnihil eos reprehendit, & ab eis haud rectè facta rescidit.

Macedones petunt confirmari sua decreta à Rom. Pōt.

Hoc item anno, Cyrilli primo, 28. Iulij, ab eodem facta est translatio partis reliquiarum SS. Martyrum, nempè, S. Marci Euangelistæ, Cyri, atque Ioannis in Canopum; vbi iam sedes vigebat Idololatriæ, licet enim destructum fuisset, quod illic famosissimum erat Idoli fanum, & a Theophilo Ecclesia super erecta: dæmones tamen adhuc ibidem permansisse, infestatio ipsorum satis significabat; qua cessante, illatis illuc reliquijs iudicatum, eos antiquas sedes relinquere coactos. Acta SS. MM. Cyri, atque Ioannis, in posteriore Concilio Nicæno cognita, & a S. Ioanne Damasceno, &
B alijs comprobata.

Christi Annus	*Innocentij Pap.*	*Honorij 21. & Theodosij 8.*	*Impp.*	*Honorio 10.[m] Theodosio 6.[m]*	*Coss.*
415.	14.				

INuentio SSSS. Stephani Protomartyris, Nicodemi, Abibus, & Gamalielis, ex reuelatione facta Luciano Presbytero, de qua, ipsemet scripsit epistolam, quam latinè a se redditam, Auitus presbyter Hispanus, cum S. Stephani reliquijs, per Orosium presbyterum misit in Hispaniam, cum epistola ad Balchanium Episcopum Bracharensem. Extat epistola Luciani apud Sur. 3. Augusti. cui astipulantur Marcellin. in Chron. Nicephor. [a] Gennad. de Vir. Ill. [b] ex qua corrigendi, Beda, de sex ætati-
C bus, Sigibertus, Nicæta, alij, quo ad tempus.

a lib. 14. c. 9
b c. 46.

Synodus Diospolitana in Palæstina.

DIospoli in Palæstina, collecta est Prouincialis Synodus quattuordecim Episcoporum, in qua, coactus est damnare suas hæreses Pelagius, ne ipse damnaretur. [c] *Fefellit Iudicium Palæstinum ipse Pelagius,* (inquit, Augustin. [d]) *propterea ibi videtur esse purgatus. Romanam uerò ecclesiam, vbi eum esse notissimum scitis, fallere vsquequaque non potuit: quamuis & hoc fuerit, vtcunque conatus, sed, vt dixi, minimè valuit.* Acceptis inde gestis illis Synodalibus, Augustinus scripsit de illis librum ad
D Aurelium Carthagin. Episcopum, qui non extat. [e] Capita illa duodecim, quæ damnare coactus est Pelagius in ea Synodo, & alia duodecim, quæ confiteri, & affirmare, extant in collectione Cresconiana, & apud Augustin. de pecc. orig. 2. c. 11. & epist. 106. ad Paulinum. Alios tamē errores Pelagij commemorat & confutat Augustin. [f] Alios item recitat Hieronym. [g] quos, eo consilio edidit, sub falsis nominibus, vt totum venenum promeret.

c Augusti. con. Iulian. 1. c. 5. Prosp. adu. Collat.
d de pecc. orig. 2. cap. 8. & 9.
e 2. de pecc. orig. c. 14.
f 2. de pecc. orig. ca. 11. & li. d' her. c. 88.
g Trib. Dialog. contra Pelag.

Pelagius simulatè, & foris tantùm damnatis erroribus, de quibus infamabatur, receptus est in communionē Episcoporum, & in amicitiam Ioannis Episcopi Ierosolymit. ex quo is cœpit apud Occidentales malè audire, quare illum admonet S. Augustinus, [h] vt caueat, & simul librum ipsum Pelagij cum sua confutatione mittit.

Pelagij fra[s]
h epist. 252.

De origine animæ, interrogatus ab Augustino, per Orosium, Hieronymus, non re-
E spondit, causatus sibi otium non esse, profunditatem vitans quæstionis, de qua nec Augustinus, nec Gregorius Theologus ausi fuerunt definire, & adhuc tempore D. Gregorij Magni indecisa remanserat [i] Epistola ad Secundinum. Sed in Hieronymi sententiam S. Ecclesia visa est esse propensior, qua dicitur, easdem recens a Deo creari, atque infundi corporibus, quod professus est ipse epistola ad Marcellinum, quam tamen se affirmare non audere scripsit Augustinus ad Hieronym. epist. 28. Sed postea ipsum etiam in eius sententiam abijsse constat, scriptis de eo argumento 4. lib.

De origine aīæ quæst. grauis, diu indecisa.
i li. 7. ep. 53.

Seditio, & ingens tumultus Alexandriæ concitatur Iudæorum, aduersus Christianos, ob quam causam a Cyrillo multati, & expulsi sunt, ex quo simultas excitata in-

Animæ simul a Deo creantur, & infundūtur

ter ipsum, & Præfectum Orestem, quem Monachi pro Cyrillo impotentius agentes, contumeliosè tractant, & vulnerant. populus Alexandrinus ad vltionem exurgens, Monachos in fugam vertit, & Ammonium quendam, qui Præfectum lapide percusserat, ad eum adducunt, qui in tormentis spiritum edit. Hypatia Virgo Alexandrina philosophorum eius temporis celeberrima (quam Synesius philosophus pluribus ad eam epistolis datis, ipsam sæpe Magistram, & Dominam vocat) ex frequenti colloquio cum Præfecto in suspicionem cum venisset, quod reconciliationem Præfecti cũ Cyrillo impediret, a sectatoribus Cyrilli indignè necatur, & comburitur. hæc latius Socrates [a] paulò iniquius aduersus Cyrillum, quod Nouatianos suos Alexandria expulisset. A

Hypatia Virgo Alexãdrina phi losophicis literis egregie imbuta, indigne occisa.

a lib. 7. c. 7

Iudæi inter Chalcidem & Antiochiam, inter ludendum, præ ebrietate, multa contumeliosa in Christianos, & ipsum Christum effutiunt, & puerum Christianum cruci suffigunt, ex quo, mandato Imp. Theodosij, pœnas luunt, & eorum audacia comprimitur. Socrates [b] Rescriptum illud non extat, sed alterum, quo Gamalieli Iudæo honoraria Præfectura adimitur. [c] Idem hæreticos nouis infrænat edictis, Montanistas iterum emergentes, & Eunomianos. [d] B

b li. 7. c. 16.

c l. 22. de Iud. C. Theodos.

d L. 57. & 58. de hæret. Cod. Theodos.

Theodosius Imp. nouo facto, hactenus intẽtato, nobilitauit Imperiũ, cũ maiorẽ natu sanctã sororẽ Pulcheriam, in Imperij consortiũ allegens, creauit Augustã; Virginẽ sane prudentissimã; vt nobilitate, ita religione ceteris præferendã; ætatẽ sapiẽtia superãtem; agentem annos sexdecim. Ex Marcellino in Chronico, & ex Sozomeno. [e] Sed quantum profecerit ipse Theodosius consuetudine, cura, exemplo atque educatione ipsius maioris natu sororis Pulcheriæ, priuatis & Regijs virtutibus, mirum est, eas pluribus exequitur Socrates, [f] nobis hic paucis delibandas. Quantumuis educatus in Regia, nihil contraxit mollitiei & tarditatis, sed adeo solers & prudens erat, vt multarum rerum experientiam consecutus videretur: tanta corporis, & animi tolerantia fuit, vt tum algorem & æstum fortiter sustineret, tum crebro ieiunaret, & maxime diebus Mercurij & Veneris. Eius regia non dissimilis fuit Monasterio. Nam primo diluculo cum sororibus suis hymnos, alternatim recitabat. Sacris literis, & earum interpretibus operã dabat, patiẽtia & mãsuetudine excellebat. Irã cohibebat, dolorẽ toleranter ferebat, neminem vlciscebatur crudelia spectacula sic abhorrebat, ut & populum illis abstinere docuerit. Sic pius fuit, vt oẽs Sacerdotes, & in primis pietate excellẽtes coleret, cuius vnius aliquãdo, qui Chebrorũ Eps nomine sanctitatis insignis fuit, saccũ induit, quantũuis sordidatũ, persuasum se aliquid ex mortui sanctimonia inde percepturum. exhibens aliquando, expetenti populo spectacula in Circo, & tempestas horridior incumberet, per præconem populum hortatus est ad precandũ Deũ, omissis spectaculis, vt ab imminente procella liberarentur. Cui annuens populus in preces se dedit, sic vt tota ciuitas, quasi vna esset Ecclesia. Ex quo & aer serenus factus, & caritas, in affluentiam comutata. Bellis ingruentibus ad Deum confugit, & precum præsidio ea feliciter gessit. Ex quibus plane intelligitur, quantum valeat in recte administrando securoque seruando imperio erga Deum pietas, & exacte custodita religio; cum tantam molem, puer vnus, atque puella, tranquillitate, ab omni barbarorum & tyrannorum timore securam (quod nec temporibus bellicosissimorum Imperatorum concessum est) feliciter rexerint, Deo nimirum eiusdem Imperij habenas moderante. Atque hæc dicta sunt occasione Pulcheriæ hoc anno creatæ A. quam ipse Theodosius suis [g] Rescriptis, Venerabilem Augustam nominare consueuit. C D

Pulcheria Virgo sexdecim annorum cõsors Imperij.

e lib. 9. c. 1.

f lib. 7. c. 22

Theodosij pietas quanta & Virtutes.

g l. 21. de lustr. coll. C. Theod.

Ad felicitatem Orientalis Imperij, accessit inuentio sanctorum Corporum Zachariæ prophetæ, & Stephani Protomartyris. Sozom. inuentionem S. Zachariæ prosequitur, desideratur uerò narratio inuentionis S. Stephani protomart. & multa alia, si quidem initio is est professus se perducturum historiam ad Consulatum 17. Theodosij Imp. qui est anno Domini 439. E

Attalus, iterum sumpto Imperio, a Gothis destitutus, tandem capitur, & Honorio offertur, qui truncata manu, vitam relinquit. Prosper, Orosius.

Ataulpho occiso, Segericus Rex a Gothis creatur, qui & ipse paci studens, interficitur. Inde Vuallia Ataulphi filius edoctus est a Gothis ut pacem infringeret, ad hoc

ordi-

A ordinatus a Deo, vt pacem confirmaret. Hic igitur territus maxime iudicio Dei, quòd Gothorum classis transiens in Africam, in Gaditano freto demersa esset, & sub Alarico idem tentantibus in Siciliam transire, contigisset, pacem optimam cum Honorio Imperatore, datis lectissimis obsidibus, pepigit. quod ipsum fecerunt aliæ barbaræ nationes occupantes Hispaniam, Alani, Vuandali, Sueuique, mandantes Honorio, *Tu cum omnibus pacem habe, omniumque obsides accipe, nos nobiscum confligimus, nobis perimus, tibi uincimus, immortalis uerò quæstus erit Reipublicæ tuæ, si omnes pereamus.* atque ita factum est, vt barbaræ gentes se inuicem consummerent. [a] Quod de Placidia a Vuallia Honorio reddita, & de naufragio tradit Orosius hoc anno, Prosper in sequentem refert.

a Ex Prosp. & Oros.

Honorius Imperator quos sciret in Africa esse Gentiles, ab eis omnes sumptus ab B stulit, quibus eos hactenus superstitioni inseruisse sciuit. [b] Quam tantam Imperatoris religionem abundanti mensura compensauit Deus.

b L. 29. de Pagan. Co. Theod.

Christi Annus 416. *Innocentij Pap.* 15. *Honorij* 22. *& Theod.* 9. } *Impp.* *Theod. A.* 7[m] *& Palladio.* } *Coss.*

CONCILIVM CARTHAGINENSE, 77. Episcoporum aduersus Pelagium, in quo Pelagius, Cœlestiusque damnati, nisi ijdem parati essent suas ipsorum hæreses condemnare, epist. Synodalis ad Innocentium, qua petunt a se statuta confirmari. [c] Prosper. [d]

c apud Augustin. 90. & tom. 1. epist. Rom. Pont.

C MILEVITANVM IN Numidia Concilium sexaginta vnius Episcoporũ, vnanimi consensu cum Carthaginensi, damnat hæresim Pelagianam. Extant eo argumento canones octo, omnes aduersus eandem hæresim editi, perperam relati ad aliud Concilium Mileuitanum anteà celebratum, sub Consulatu Arcadij, & Honorij, cum nondum hæc hæresis innotuisset Africanis ecclesijs. Collectores conflarunt vnum ex duobus Concilijs Mileuitanis, in cuius exordio præfixa habetur nota diei, & Consulis, quæ est prioris, & cetera vsq; ad illa verba (Ideoque pariter.) Quæ verò sequuntur Acta, posterioris sunt Mileuitani Concilij vsque ad 8. can. reliqui verò vsque ad finem diuersorum esse apparent Africanorum Conciliorum. Synodalis, ex eo Missa, pro more, ad Rom. Pont. apud Augustin. 92. Epistola. [e] Additæ sunt, præter Synodales, aliæ familiares litteræ ad Innocentium ab Augustino scriptæ, suo, & aliorum quattuor Episcoporum nomine, apud Augustinum epist. 95. ad quam respondit D Innocentius sua epist. 33. & in eandem sententiam ad Concilium Carthaginense, & Mileuit. nu. 31. 32. & ad Aurelium Carthagin. Episcopum, quæ est 34. De quibus S. Augustin. *Ad omnia nobis ille rescripsit, eodem modo, quo fas erat, atque oportebat Apostolicæ sedis Antistitem. ep.* 106.

d Prosp. carmin. de ingratis.

Mileuitana duo Concilia in unum permixta.

e To. 1. epi. Rom. Pōt.

Patres vtriusque Concilij, post damnatam hæresim Pelagianam, delegant Augustino onus suis scriptis insectandi nefandam hæresim, quod & præstitit vberrime, & doctissime. qua de re agit epist. 110.

Adueniens è Palæstina Orosius in Africam, reliquias S. Stephani Protom. nuper inuentas, pluribus Episcopis impartitus est, in cuius memoriam plures erectæ sunt ecclesiæ, innumeris, & ingentibus miraculis illustratæ, de quibus miraculis extant E duo libri ad Euodium Episcopum Vzalensem, & plurima item recensentur certa, & contestata à S. Augustino lib. de ciuit. Dei [f] cum tamen quàm plurima etiam omittere se dicat, in quibus septem defuncti ad vitam reuocati habentur. Quæ tanta multitudo, & magnitudo miraculorum, a tanto viro commemorata, valere omnino debet ad confutandam, & conuincendam, omnium hæreticorum, atque adeò infidelium per uicacem impietatem.

Miracula ad reliquias S. Stephani Protom.

f 22. c. 8.

Innocentius Papa, pro sua Vniuersalis ecclesiæ cura, epist. sua 30. expostulat cum Aurelio Carthagin. Episcopo de immeritis ordinatis.

Eodem quoque anno respondet ad Consultationes Decentij Episcopi Eugubini. [g] Idem acceptis litteris a S. Hieronymo, & a Monasterio Virginum Bethlehemitico,

g epist. 29.

le direptionibus, cædibus, incendijs ab ipsis Pelagianis illatis (quos tamen non nominat) epist. sua 24. vehementer increpat Ioannem Episcopum Ierosolymitanum, de tantis perpetratis insultibus, quasi eos tolerantem, Idem epist. sua consolatur de his S. Hieronymum. A

Hoc eodem anno Ioannes Episcopus Ierosolymit. anno Sedis 30. moritur; sufficitur in eius locum Praylius, ad quem anno sequenti extant litteræ Zosimi Papæ.

His Coss. Atticus Episcopus CP.nus scripsit ad Reginas (filias scilicet Arcadij Imp.) librum de fide, atque Virginitate, opus valde egregium, in quo præueniens, dogma Nestorij impugnauit. Marcellin. in Chron.

Quatuor Arcadij Impe. filię Virginitaté colunt.

Mira res, filiæ ipsæ quattuor Arcadij Imp. Pulcheria, Flacilla, Arcadia, atque Marina, omnes paribus votis excoluere cœlibem vitam, Virginitatem Deo dicantes, in Palatioque perinde ac in Monasterio, Monasticam vitam agentes, quarum omnium S. Pulcheria A. & sanctitate, & prudentia, præcipuum locum tenens, facta est ceteris sancti instituti auctrix, & moderatrix. B

Rescripserunt hoc item anno Impp. aduersus Gentiles, ne in Militiam admittantur, ne Administratoris, & Iudicis honore decorentur. [a]

Theodosius rescribit [b] de Parabolanis, occasione tumultuum excitatorum superiori anno Alexandriæ, cauens, ne corpus eorum quingentorum numerum excederet, & ex pauperibus tantum allegerentur, nec ad Curiam accederent, nisi singuli, & vrgente necessitate.

a L. 21. de Pagan. C. Theod.
b L. 42. de Episcop. & Cler. Cod. Theodos.

Parabolani porrò, seu Parabolarij, vt habet Iulius Firmicus, siue Paraboli, vt habet Socrates, & ex eo Cassiodor. a voce græca παραβολός deriuantur, quo nomine significatur homo ad subeunda pericula præceps, quales putabantur, qui curæ omnis generis ægrotantium, pestis quoque tempore præessent. quod ex charitate primo manans officium, transiuit in factionem, cum ijdem pro Episcopis, vt clerici minorum ordinum pugnaturi, negotium facesserent etiam Præfectis, vt Theodosius superioris anni malis admonitus, necesse habuerit ea statuere aduersus eiusmodi hominum genus. C

Christi Annus	Innocentij Pap.	Honorij 23. Theod. 10. Impp.	Honorio 11.m & Cõstãt. 2m Coss.
417.	16.		

PElagius, qui Ierosolymis ideo habitare elegisse creditur, quo ex toto Orbe Christiano concurrerent gentes, vt commodius pestem suæ hæresis, per vniuersam ecclesiam diffunderet, videns suam purgationem in Concilio Palæstino ab Innocentio non esse receptam, sed priori apud eum teneri obstrictum damnatione, omni adhibita fallendi arte, sui purgationem scripsit ad Innocentium, & libellum suæ fidei misit. Quarum perlator litterarum, fortasse Palladius fuit, Episcopus Helenopolitanus, quem Pelagio fauisse testatur. S. Hieronymus, & ipse in Dial. de rebus gestis. S. Io. Chrysost. Romam se venisse sub Zosimo testatur. Augustin. de pecc. orig. cap. 17. & de gratia Christi 1. cap. 30. D

Innocentius Papa V. kal. Aug. migrat in cœlum, cum sedisset annos quindecim, mensem vnum, & dies decem. lib. de Rom. Pont. Martyrolog. Rom. extat epistola eius 32. ad Concil. Mileuitanum data huius anni Coss. vt anno superiori mortuus esse nõ possit, quod aliqui opinati sunt. E

Fecit constitutum de omni ecclesia vt habet lib. de Rom. Pont. idest Decretum ad vniuersalem ecclesiam spectans; id ipsum forte, de quo Gennadius. [c] *Innocentius Vrbis Rom. Episcopus scripsit Decretum Occidentalium ecclesiarum, & Orientalium aduersus Pelagianos datum, quod postea successor eius Papa Zosimus Latinis promulgauit. Porro cetera Decreta de regulis, Monachorum Iudicibus, atque Paganis desiderantur. Multos Cataphrygas inuenit, quos in exilio Monasterij relegauit. Hic inuenit Pelagium, & Cœlestium hæret. & damnauit eos, & hoc constituit, vt qui natus fuerit de Christiana, denuo nasci debeat per baptismum hoc est baptizari, quod Pelagius damnabat.*

c d Vir. ill. c. 43.
Decretum Innocentij Papæ, inter alia, contra Pelagianos

A *bat.* & in eodem libro Pontificali. *Dedicauit Basilicam SS. Geruasij & Protasij, ex deuotione testamenti cuiusdam Illustris feminæ Vestinæ* &c. *Curauit etiam Basilicam S. Agnetis Mart. solicitè ac digne gubernari, & tegi, ac ornari.* Titulus Vestinæ in ecclesia SS. Geruas. & Protas.

Epistolas duas, quæ extant in Cod. M.S. Card. Sirleti, nomine S. Basilij ad Innocentium, non ad Papam, (repugnat enim ratio temporis, præter alia) sed ad alium de Episcopis Cappadociæ subditis, ætate, & sanctitate venerandum; scriptas oportet vixit quidem tempore Basilij Innocentius, ad quem alia eius epistola in addit. 3. meminit & S. Athanasius in epist. ad Pallad. de Innocentio in Cappadocia, viro insigni vt & de ipso Basilio Cæsariensi; vt plane putem hunc esse illum Innocentium.

Mortuo Innocentio, necdum creato Zosimo, S. Augustinus ad Paulinum Nolanum episcopum, aduersus Pelagij errores scripsit,[a] vt constat ex lib. de bono perseuer. ad

B Prosp. & Hilar.[b] idque propterea, quod Nolæ esse audierat quosdam illis erroribus adductos.

Valerianus quidam nefandissimus Pelagianus (vel Arianus, vt est apud Hierony.[c] (si tamen idem est, qui appellatur ab eo Celedensis pseudodiaconus; fortè Cenetensis, cum de Celedensi ecclesia nusquam sit mentio) Alexandriam profectus fuerat, vt ibi minimè cognitus facilius insinuaret se in Cyrilli amicitiam, & venenum spargeret. Eusebius (ille fortè Cremen. S. Hieronymi scriptis illustratus) epist. ad Cyrill. eum monet, vt eijciat.[d]

Vigesimo secundo Vacationis Sedis die, Zosimus natione Græcus 19. Aug. die Innocentio subrogatur.

a epist. est nu. 106.
b 2. c. 21. & ex Prosp. contra Collat. prope finem.
c epist. 79.
d ex C.M.S. Card. Sirleti.

C

Zosimi. ann. I.

COElestius a Cócilio Carthaginensi dánatus, ante quinquennium, appellauerat Apostolicá Sedé, sed certus se experturum Innocétium Papam sibi aduersanté, appellationem non est prosecutus; cuius appellationis elapso tempore, Zosimo adito, querelas aduersus accusatores suos ingessit, Herotem, & Lazarum Gallicanos episcopos; & cum sciret se etiam a Zosimo fore damnandum, si detegeretur hæreticus, libellum Catholicum illi obtulit, appositis ad finem his verbis. *Si fortè* (vt hominibus) *quispiam ignorantiæ error obrepserit, vestra sententia corrigatur*: interrogatus etiam si assentiretur epistolæ aduersus errores Pelagij ab Innocentio ad vniuersam ecclesiá

D datæ, se consentire professus est, nec tamen ipsum ad Catholicam communicationem priusquàm ad Africanos scriberet, (vt si quid contra Cœlestium, quod proferrent; haberent, Romam mitterent) admisit: ex Augustino de peccato originali.[e] Extant litteræ Zosimi ad Africanos in C. Vaticano.

Id ipsum, quod Cœlestius, fecit & Pelagius, litteris ad Innocentium, (quas, eo mortuo, recepit Zos.) in quib. subdolè videri voluit Catholicus, professus se in omnibus paratum esse sentire, quæ Rom. Pont. sentienda proponeret. Zosimus, eodem modo, de ipso scripsit ad Afric. litteras, quæ extant, ex eodem C. Vaticano, in quibus & de acceptis Praylij episcopi Ierosolymit. litteris, causæ Pelagij astipulantis, meminit, & Africanos episcopos leuitatis accusat, quòd ad testimonium duorum illorum episcoporum Gallorum, Nerotis, & Lazari, de quibus a Cœlestio deceptus, multa ne-

E faria commemorat, homines Catholicos condemnassent. Si quidem Heros Arelatensis episcopus, vir Sanctus, & B. Martini discipulus, vt a Prospero appellatur, innocés a populo pulsus, in gratiam Constantij, Ducis exercitus Honorij in Gallijs, Patrodo suffecto, eiusdem Constantij familiari, ab eodem Prospero describitur, anno Domini 412. de Lazaro, nihil aliud constat, nisi quod similem fuisse Heroti, credibile est, qui hæreticis infensus, ab illis calumniam pateretur. Extant ex Archiuo Arelatensi nunc primum editæ litteræ Zosimi Papæ hoc anno datæ, de priuilegijs ecclesiæ Arelatensis conseruandis. Quod enim Euangelium in Gallias per S. Petri Apostoli discipulú S. Trophimum allatum fuerit, & per eundem Sedes Arelatensis erecta, ea de causa ea-

e cap. 6. 7. 8 2. contra Pelag. c. 3. & li. 6. c. 12.

dem

dem ecclesia primaria olim in Gallia habebatur, cum eius episcopi non solum palliũ acciperent a Rom.Pont. Sed etiam vices eius agerent, Vicarijque dicerentur ipsius; testantur id plures epistolæ inferius citandæ; & S.Gregorij ipsius Indict. 13. ad Virgilium Arelatensem episcopum, & in sequenti ad vniuersos Galliarum episcopos. Adeò autem Zosimus, salua esse voluit priuilegia ecclesiæ Arelatensis, vt irrita reddiderit, quæ in Concilio Taurinensi, ante viginti prope annos, statuta essent, cum & Narbonensis prouincia subdita est episcopo Massiliensi. Cumque accidisset, vt duo episcopi in ea prouincia creati essent absque consensu Patrocli Arelatensis episcopi, ordinationes eorum cassas reddidit idem Zosimus Papa, circulares de his litteras scribens ad Aurelium Carthaginensem episcopum, necnon ad alios in Gallijs, atque in Hispanijs constitutos. Scribendi autem ad Aurelium episcopum Carthagin. ea causa intercessit, quod in hac epistola agitur etiam de Lazaro prædamnato a Proculo Massiliensi, qui fuit vnus ex Pelagij accusatoribus, vt nuper dictum est. B

Alias etiam dedit ad episcopos Prouinciæ Viennensis, & Narbonensis secundæ. Alias item Hilario episcopo Narbon. primæ prouinciæ.

Alias denique ad Proculum Arelatens. episcopum, omnes hoc anno.

Hoc eodem anno, vt Pascha non suo legitimo die celebraretur in Ecclesia, errore supputationis Paschalis temporis, factum est, sed quomodo diuino quoque miraculo compertus sit error, vt non permiserit Deus, quidquam in ecclesia agi perperam, Paschasius episcopus, Lilybęi narrat in epistola ad S. Leonem Roman.Pont. apud eum 65. Simile quiddam describit Cassiod. epistola Athalarici Regis nomine scripta ad Seuerum [a] nocte S.Paschatis ad fontis benedictionem, aquis in altum prosilientibus, & quasi deuotione solemni præparantibus se ad miracula, vt sanctificatio Maiestatis possit ostendi. C

a 2.li.ep.33

Non est igitur parui facienda baptismalis fontis benedictio, quam tanto miraculo annis singulis repetito, Deus voluit in ecclesia Catholica, vt sibi placita, consignari.

Aliud quoque eiusdem generis miraculum refert Turon. de glor. MM. [b] Sophro. [c] item Prato spirit. similia refert in oris orientalibus contigere miracula.

b li.1.c.24.
c cap. 214. 215.

Honorius triumphans, Romam ingreditur, præeunte currum eius Attalo, quem Lyparæ viuere exulem iussit. Prosp. in Chronic. verè gloriosus triumphus de Gothis, de Tyrannis, de Gentilibus, de Dijs ipsis, de vanis responsis homines ludificantibus, de hæreticis.

Honorij gloriosissimus triumphus.

Christi Annus	*Zosimi Pap.*	*Honorij* 24. *Theodosii* 11. *Impp.*	*Honorio A* 12. *Theodosio* 8. *Coss.*
418.	2.		

D

AFricani episcopi admoniti instaurandum Romæ fore iudicium in causa Cœlestij, qui ab illis damnatus ocurrerat ad Apostolicam Sedem. Concilio Carthagine habito 214. episcoporũ; *Constituimus* (inquiũt) *in Pelagium atque Cœlestium, per venerabilem Innocentium de Beatissimi Apostoli Petri Sede prolatam manere sententiam, donec apertissima confessione fateantur gratiam Dei per Iesum Christum*, &c. Synodicæ ex eo litteræ, & aliæ, quas plures vltrò citroque cucurrisse credibile est, nõ extant, præter vnam Zosimi Papæ ad Aurelium & cęteros Concilij Patres, data 12. kal. April. accepta 3. kal. Maias in qua de Sedis Apostolicæ, & Rom.Pont. summa auctoritate agitur; quod autem conquesti essent, a Zosimo admissum ad audientiam Cœlestium ab ipsis damnatum, respondet is grauibus verbis Zosimus. *Tamen cum tantum nobis esset auctoritatis, vt nullus de nostra possit retractare sententia, nihil egimus, quod non ad vestram notitiam nostris vltro litteris referremus, dantes hac fraternitati, & in commune consulentes, non quia quid deberet fieri nesciremus, aut faceremus aliquid, quod contra vtilitatem ecclesiæ ueniens displiceret, sed pariter vobiscum volumus habere tractatum, de illo, qui apud vos, (sicut ipsi per litteras dicitis) fuerit accusatus, & ad nostram, qui se assereret innocentem, non refugiens iudicium, ex appellatione prima, uenerit Sedem, accusatores suos ultro deposcens, & quæ in se crimina, per rumo-* E

rem,

A rem, falsò dicebat illata, condemnãs, &c. In summa PP. Concil. Carthagin. qui norant viri vafritiem, non erant contenti, vt episcopi Innocentij litteris se consentire fateretur, nisi apertè anathematizaret, quę in suo libello praua posuerat. Cum hoc ab ipso exigeretur, se subtraxit, & negauit examini, & postea coactus est, quid sentiret, publicè interroganti Zosimo respondere, post multa, retexit se, & apertè negauit originale peccatum, in libello Zosimo oblato, a quo errore noluit recedere, licèt contestationem illam præmisisset, si quid erraret, paratum corrigi, quod agebat Zosimus, vt bonus medicus, vt morbidam ouem sanaret, sed curationem non admisit. Atque hæc omnia ex Augustino [a] de pecc. origin. & cõtra epist. Pelag. ad Bonif. [b] & contra Iulian. [c] & ex Prosp. aduersus Collat. Ad extremum Zosimus damnationis sententiam tulit aduersus vtrumque, Pelagium, & Cœlestium, sic conceptam, vt nisi correcti agerent poenitentiam, damnati toto orbe Christiano censerentur. Prosp. adu. Collat. Aug. de pecc. orig. [d] & epist. 157. ad Optatum recitat fragmentum Zosimi litt. ad vniuersas ecclesias. Sixtus Rom. Presbyter, qui post, Cœlestino, Pontifex successit, insimulatus, quod faueret Pelagianis, primus in eos publicè anathema inclamauit, & litteras in Africam scripsit, & commentarium aduersus eos edidit. Aug. epist. 104. & 105.

a c. 7.
b lib. 2. c. 3.
c 6. c. 12.

B Zosimus dãnat Pelagiũ & Cęlestiũ.
d c. 8. & 22.

Quosdam è Clero Rom. rebelles, & perturbatores omnium, quos Zosimus vocat, (& suspicari possumus fuisse fautores Pelagij) sententia excõmunicationis damnatos, ab omnibus vitandos significauit epist. 2. Zosimi. [e]

e In lib. epi. Rom. Põt.

Hoc tale de illis (Pelagio, & Cœlestio) ecclesiæ Dei Catholicæ prolatum iudiciũ, etiam pijssimus Imperator Honorius audiens, ac sequens, suis eos legibus damnatos, inter hæreticos haberi debere, constituit. Possidius c. 18. extat Honorij Rescriptum.

Recens ex peruetusto Cod. exscriptum.

C Damnatione efferati Pelagiani, ad calumnias se conferunt, & qui post Pelagium, & Cœlestium uidebatur esse antesignanus, & ipse damnatus Iulianus, Capuanus episcopus, aduersus orthodoxos quattuor libros edidit; atque duas epistolas, alteram Romam, alteram nomine decẽ & octo episcoporum ad Thessalon. episcopum mittens, Zosimum ipsum, clerum Rom. & Augustinum uarijs calumnijs impetijt, & ecclesiam Rom odiosam Orientali reddere laborauit, cui copiose Augustinus respondit.

Non contenti calumnijs agere, eo audaciæ progressi sunt, vt in Catholicos insilierint, nec modo in humilis conditionis viros, sed & in Primarios. *Hoc tempore* (habet Prosper in Chronico) *Constantius, seruus Christi, ex Vicario, Romæ habitans, & pro gratia Dei Pelagianis resistens, factione eorum multa pertulit, quæ illum sanctis Confessoribus sociarunt.*

D S. Augustinus, hoc anno, post damnatam Pelag. hæresim, duos edidit libros, alterum de gratia Christi, alterum de peccato originali, ambosque ad Albinum (vel potius Albinam) Pinianum, & Melaniam, sibi cognitos, Ierosolymis degentes. Retract. 2. cap. 50. Nouum certamen, priori contrarium Augustino incubuit scribendi aduersus planè negantes liberum Arbitrium, sed omnia Dei gratiæ tribuentes. Erant hi ex monasterio Adrumetino, qui, quod grauius est, negabant, in die Iudicij, Deum esse redditurum pręmium secundum opera hominum, contra uerò alij sic defendebãt lib. arbitrium, ut negarent Dei gratiam, asserentes eam secundum merita nostra dari. Scripsit autem ad vtramque partem confutandam, duos commentarios, vnum de gratia, & libro arbitrio; alterum de correptione, & gratia, ambos ad Valentinum, & Monachos Adrumetinos: ad quos etiam extant datæ duæ epistolæ. omnia hęc extant Tomo 7.

De gratia Christi, & de peccato orig.

De gratia & lib. Arb. De corrept. & gratia.

E CONCILIVM TELEPTENSE IN AFRICA (Telense dictum corruptè, erat enim Telepte prima sedes prouincię Byzacenæ, cui Donatianus pręerat episcopus, subscriptus Concilio Mileuitano, & nominatus in Carthagin.) kal. Maijs, hoc anno habitum, in quo nihil aliud actum reperitur, quàm recitata Decretalis epistola Siricij ad Africanos, ad definitionem causæ, quæ vertebatur.

Augustinus cum alijs episcopis a Zosimo Rom. Pont. in Cæsaream Mauritaniæ mittitur, ad quasdam ecclesiasticas causas terminandas; qua occasione egit cum Emerito Donatistarum, eius ciuitatis episcopo, præsentibus episcopis eiusdem prouinciæ, & plebe Cæsariensis ecclesiæ, quæ gesta extant. August. epist. 157. Retract. cap. 51. libri

2. Possid. ca. 14. Quo tempore, scripsit (inquit Augustin.) librum de correctione Donatistarum, propter eos, qui nolebant, illos legibus Imperialibus corrigi. epist. est ad Bonifacium 50. A

Retract. ca. 48. lib. 2. Abusum solēnis lapidationis tollit August. magna vi eloquentiæ.

Ibi populo dissuasit Augustinus pugnam, plusquàm ciuilem, magna vi spiritus, & contentione eloquentiæ agens: neque enim ciues tantummodo, verùm propinqui, & fratres, postremo parentes, ac filij lapidibus inter se, in duas partes diuisi, per aliquot dies continuos, certo tempore anni, solemniter dimicabant, & quisque vt quemq; poterat, occidebat. Aug. 4. de doctr. Christiana.

Balationes, & saltationes ante Basilicas tollit August.

Alios profanos, & sacrilegos ritus, qui in ecclesia Africana, ex vsu Gentilium inhæserāt, vi verbi Dei sustulit, de quorum vno, sermone 215. de Temp. sic ait: *Isti enim infelices, & miseri homines qui balationes, & saltationes ante ipsas basilicas sanctorum exercere nec metuunt, nec erubescunt, etsi Christiani ad Ecclesiam uenerint, Pagani de ecclesia reuertuntur, quia ista consuetudo balandi, de Paganorū obseruatione remāsit*, &c. balationes igitur sublatæ, licèt saltationes remanserint, sed vocem balandi pro saltando vulgus retinuit. Plura genera superstitionum coarguit ad eundem populum sermonem habens *Dicitc*, inquit, *quia quicunque fecerit hoc malum, perdit baptismi sacramentum*, & mox arsuros ait, cum Diabolo. B

Alios item abusus arguit.

Missæ olim omnes cantabantur.

Sustulit quoque in Festis SS. MM. vsum cytharæ, conuiuia, atque choreas, de diuers. serm. 115. De S. Cypr. ser. 3. & in ps. 12. concione 1. Insectatus est pariter abusus illos negligendi audire sacras Missas, aut recedendi, antequàm absoluerentur, colloquia miscendi in ecclesia; & conquerendi de prolixitate Missarum. ser. de Temp. 251. ex quo apparet Missas omnes cantari solitas, & propter gulam, & auaritiam, hominum maximè potentum, introductum, vt eædem etiam voce submissa dicantur, & vt in Introitu Missę, non integer psalmus, ex more pristino, sed vnus tantum ipsius versus dicatur. C

De origine anima scribit August.

Hoc eodem tempore, scripsit ad Optatum de origine animæ, & aduersus Pelagianos. ep. 154.

Sancit Zosimus Papa quādiu quisque ministret ī min. ordin. ante sacerdotiū.

Hoc item anno Zosimus Papa ad Gallos, Hispanos, & Afros Decretalem epistolam dedit, aduersus eos, qui ad sacerdotium confestim proruunt, absque alia præuia ministratione in singulis, qui sacerdotium præcedunt, ordinibus, definiens, quantum temporis in quolibet ordine quis debeat ministrare. non extant illæ quidem litteræ, sed eadem repetit in epist. eiusdem argumenti, hoc eodem anno ad Hesichium episcopum Salonitanum.

Conuersio insigns Iudæor. Minoricensium.

a edit. Plantin.

Contigit hoc etiam anno conuersio Iudæorum Insulæ Minoricensis, virtute sacrarum reliquiarum S. Stephani Protomart. quas Orosius acceptas Ierosolymis, laturus in Hispaniam, cum delatus Minoricam, inde in Hispaniam transmittere non ualens, in Africam remeare constituit, ibique reliquias, Deo sic inspirante, deposuit. Acciderunt res admirandæ, toti Christiano orbi factæ perspicuæ, ex litteris circularibus Seueri eius Insulæ episcopi, ad omnes ecclesias datis, & publicè lectis, de quibus mentio est in lib. ad Euodium, de miraculis Sancti Stephani, apud Sanctum Augustinum, tom. 10. [a] D

b l. 24. de Iud. Cod. Theodos.

Quibus quàm citissimè per vniuersum Christianum orbem vulgatis, Honorius Imp. legem tulit, qua Iudæos vetuit honoribus, & Magistratibus fungi, militiæque cingulo, si qui accepissent, exui: ratus nimirum exemplo Minoricensium Iudæorum, conuersionem ipsorum eiusmodi uexatione esse tentandam. [b] Incensis item omnium animis, exemplo Minoricensium, ab incensione Synagogarum, visum est, inchoādam conuersionem Iudæorum, tolerabilis visa est magistratibus eiusmodi, ex pietate proueniēs, vis illata, sed cum nec ob id Iudæi conuerterentur, ijdemq; apud Imperatorem conquererentur, factum est tandem, post annos quattuor, Edictum, quo Incensiones Synagogarum & bonorum deprædationes prohiberentur, & alia insuper addita. [c] In cuius primi fine illud reperitur. *Synagogæ de cetero nullæ penitus extruantur, ueteres in sua forma permaneant.* E

c l. 25. 26. 27. de Iud. C. Theod.

Hoc eodem anno tres legatos a latere misit Zosimus Carthaginem, de controuersia oborta inter Africanos episcopos, & Roman. Pont. de prosecutione appellationum ad

A Apostolicam Sedem, de qua in Bonifacio successore dicetur.

Septimo kal. Ian. Zosimus Papa diem obit, cum sedisset annum vnum, menses quattuor, dies septem. In Pontificali, quod scribitur per Parochias concessisse licentiam benedicendi cereum Paschalem: non est intelligendum, a Zosimo, primum eius vsum inuentum, sed illud tantum, vt idem cereus, qui in maioribus tantum basilicis incendi soleret, æquè singulis parochijs concederetur: antiquiorem enim eius fuisse usum, Prudentius hymno, quem de eo cecinit, ostendit. Tertio post die Venerabilis vir Bonifacius uetus presbyter, in lege doctissimus, ac bonis moribus cõprobatus, & (quod eum magis ornabat) inuitus, acclamatione totius populi, ac consensu meliorum ciuitatis eligitur, & consecratur, (sic enim de eo scribunt Romani presbyteri ad Honorium Imp.) cum Eulalius Archidiaconus, statim occupata Lateranensi Basilica, cum Diaconibus, & paucissimis presbyteris, ac multitudine turbatæ plebis se eligendum B ambitiosè curasset, in cuius fauorem, relationem misit Symmachus Vrbis Præfectus ad Imp. 4. kal. Ian.

Cereum Paschalẽ concedit Zosimus omnibus Parochijs.

Schisma in Romana Ecclesia.

Placidius Valentinianus ex Galla, Placidia, & Constantio Cæsare viro eius, nascitur 6. Non. Iulij Marcellin. atque Sozom.

C *Christi Ann.* 419. *Bonifacij Pap.* 1. *Honorij* 25. *Theodosij* 12. *Impp.* *Monaxio & Plinta* *Coss.*

Ex falsa Symmachi relatione, Honorius malè persuasus, mandat Bonifacium, vt intrusum, nec ritè electum, expelli, at, accepta relatione presbyterorum Vrbis, ad cauendum tumultum, & seditionem, præcipit vtrumque, Bonifacium, & Eulalium, cũ suis quemque fautoribus, intra diem 6. Iduum Februarij, Rauennæ adesse; & accitis pluribus episcopis, mandat causam examinari, qui cum inter se non conuenirent, profert negotium ad kal. Maias, & interim utrumque iubet Vrbe abesse, & propter imminens Pascha mittit Achilleum episcopum Spoletinum, qui Romæ Sacra mysteria D celebret. Ad dirimendum igitur, tantam causam, Imperator studiosissimus Christianæ concordiæ, plenius Concilium statuit congregare, litteris ad plurimos episcopos missis, in quibus S. Paulinus Nolanus, peculiari studio euocatur. Ad Africanos quoq; episcopos scribitur, vt ad certum tempus adsint. Quod uerò indictum Concilium ad effectum perductum non sit, Eulalij temeritas fuit, iustoque Dei iudicio factum est, ut suis operibus, absque alio nouo iudicio, & tot Sãctorum Patrum fatigatione, in semetipsum sententiam suæ repulsionis, licet nollet, ipse proferret. Eulalius enim contra mandatum Imperatoris, & Concilij, 15. kal. April. meridianis horis Romam ingressus, occasionem tumultui dedit, vt populus in duas factiones diuisus, propemodum inter se confligeret. quo cognito Imp. mandat, Eulalium Vrbe excedere, & reluctantem vi expelli; ab episcopis igitur, qui plures conuenerant (ducentos quinquaginta habet lib. de Rom. Pont.) rectè Eulalius Vrbe expulsus, & causa planè cecidisse iudicatur, & E Bonifacius vt verus, & legitimus episcopus in Vrbem reuocandus, quæ sententia ad populum prolata, magno gaudio est excepta, & gratiæ Imperatori actę, biduoq; post, Bonifacius pacificè, cum faustis acclamationibus, Romam est ingressus.

Eulalius ut illegitimus Bonifacius, ut legitim⁹ Pont. a Cõcilio probatur.

Honorius interim Rescripto ad Largum Proconsulem Africæ dato, monet, Concilium esse solutum, episcopos itinere, aut nauigatione non fatigandos. Atque hæc est breuiter historia de schismate Eulalij, ex pluribus litteris, quæ extant in Codice Vaticano, collecta. cui planè contraria refertur a delirantibus Nouatoribus. Bonifacius in Vrbem reuersus, ad conscissam schismate ecclesiam sarciendam animum conuertit, eamque scripta epistola Honorio Imp. commendauit. Qui respondens, præter alia, so-

licitus de futura sede vacante, hæc scribit. *Denique beatitudine tua prædicante, id ad cunctorum clericorum notitiam uolumus peruenire, ut si quid fortè religioni tuæ, (quod non optamus) humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitione esse cessandum. At si duo contra fas, temeritate certantes, fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus sacerdotem. sed illum solùm in sede Apostolica permansurum, quem ex numero clericorum noua ordinatione diuinum iudicium, & Vniuersitatis consensus elegerit,* &c. Eulalius enim vna cum suis apud Antium non longè ab Vrbe exul agebat in ecclesia Sancti Hermetis, operiens obitum Bonifacij, longa ætate, & longa valetudine fracti, Verùm ipsum Eulalium Nepesinę Ecclesię, postmodum factum fuisse episcopum, habetur in Pontificali. A

Iulianus Episcopus Capuanus peruicax Pelagianus.

Aug. scrib. 4. lib. cōtra Pelagianos.

Iulianus Pelagianus duabus illis suis epistolis, de quibus supra, Zosimum, Clerum Romanum, & Augustinum præuaricationis, in causa Pelagiana accusat, & multis, Catholicos, quos per iniuriam uocat Manichæos, portentosis calumnijs infamat, hancq; dissensionem Romani cleri, obijcit in eos, quasi vltionem Dei, de peccato in eorum damnatione commisso. Quæ omnia, missis illis ad se litteris a Bonifacio Papa, per Alypium, qui proficiscens Rauennam ad Comitatum, ad eum diuerterat, in Africam redeuntem, Augustinus egregiè confutauit, scriptis aduersus eos libris quattuor disertissimis, quos ad ipsum Bonifacium Papam Romam misit, vt eius probarentur auctoritate. Quod verò iactarent Pelagiani, oportere conuocari Vniuersale Conciliū, quasi iniustè damnati essent, Augustin. lib. 4. c. 12. ex superbia eos hanc captare gloriā scribit, vt propter illos Orientis, & Occidentis Synodus congregaretur. *Orbem quippe Catholicum,* inquit, *quoniam Domino eis resistente, peruertere nequeunt, saltem commouere conantur.* Quanto deteriores recentiores hæretici, qui ne inuitati quidem ad Vniuersale Concilium venire voluerunt? cum tamen illud sæpius appellassent. B C

a contra Iulian. 1. c. 4.

b num. 131.

Liberales sunt disciplinæ, quas docuit Christus, non quas appellat hominū vulgus.

Præstantia Cathedræ Petri, ex August.

Hic Iulianus, Memorij Capuani episcopi filius fuit, cui cum ipso Augustino magna intercesserat per litteras necessitudo, [a] eum Pater, non sacris, vt par erat, sed secularibus imbuendum curauerat disciplinis, quas vetus loquendi vsus liberales appellat, vt colligitur ex Augustini epistola ad Memorium, [b] in qua differit pluribus, liberales disciplinas non esse eas, quæ vulgo ita dici consueuerunt, sed tantùm quas docuit Christus suos, in primis Apostolos. & in eadem epistola plura de charitate, qua adolescētem prosequebatur Iulianum. Qui, adhuc iuuenis, sede auctus nobili Capuana. (vt tradit Gennad.) fastu tumidus, litterarumque secularium inflatus superbia, erumpens in maledicta, sanctissimum senem Augustinum, ipsius amantissimum, scriptis exagitauit: quæ contrarijs ipse Augustinus redarguit scriptis; in quibus post recensitas SS. Latinorum Patrum, de propositis quæstionibus, scriptas sententias, ad coercendam penitus hominis effrenem audaciam, ista, post multa, subiunxit, de prę̄stantia cathedræ Petri. *An ideò contemnendos putas, quia Occidentalis ecclesiæ sunt omnes, nec ullus est in eis commemoratus a nobis Orientis episcopus? Quid ergo faciemus, cum illi Græci sint, nos Latini? Puto tibi eam partem orbis sufficere debere, in qua primum Apostolorum suorum uoluit Dominus glorioso martyrio coronari; cui ecclesiæ Præsidentem B. Innocentium, si audire uoluisses, iam nunc periculosam iuuentutem tuam Pelagianis laqueis, exuisses. Quid enim potuit ille uir Sanctus Africanis respondere Concilijs, nisi quod antiquitus Apostolica Sedes, & Romana cum ceteris tenet perseuerāter ecclesia.)* quibus videas quanti ponderis, & soliditatis existerent Rom. Pont. reddi solitæ ad cōsultationes, responsiones; & quomodo vna, instar omnium, satis esse ducatur, ad confutandas hæreses, & audacem iuuenem infrænandum, Apostolicæ Sedis auctoritas. D E

De Nuptijs & Concupiscētia scri. August.

c 2. Retract. 62.

Scripserat S. Augustinus, post damnatos Pelagium, atque Cœlestium, commentarium de Nuptijs, & concupiscentia, monente Valerio Comite, ne dum assertor esset originalis peccati, damnasse nuptias videretur. aduersus quem Iulianus quattuor libros virulentos euomuit; ad quorum quædam capita sibi transmissa, posteriorem librum Augustinus ad eundem Valerium misit; post verò acceptis integris illis quattuor libris, sex contradictorios libros conscripsit, (vt ipse testatur [c]) ad Claudium Episcopum. At Iulianus aduersus hos sex, octo reddidit, quasi de numero librorum,

non

A non de fide Catholica altercatio esset, quos Augustinus epist. 4. ad Quodvuldeum ab Alypio redeunte Roma, acceptos testatur. Causa legationis Alypij ad Imperatorem potuit esse, vt latentes in Africa Pelagiani extirparentur, qualis colligitur fuisse Vitalis Carthaginensis, qui licet Pelagij nomen fugere videretur, ex eius tamen doctrina, dogma illud impium deducebat, non esse orandum pro Idololatris, vel alijs nõ credentibus, vt crederent, sed tantùmmodo illis esse proponendum doctrinæ veritatem, ceterum credere, vel non credere, ex eorundem pendere arbitrio, non autem ex præueniente eos diuina gratia. Ad quem curandum S. Augustinus eruditam dedit epistolã [a] in qua pristinum ecclesiæ morem insinuat, orandi publicè pro infidelibus, & cathecumenis, qui hodie quoque seruatur. Cum igitur, nec quæ duobus Concilijs in Africa contra eos definita essent, nec duorum Rom. Pont. decreta sufficerent, ad eos B compescendos, & exterminandos, verisimile est per eam legationem Africanos Patres Imperatoris auxilium implorasse; quod impetratum indicant litteræ hoc anno ab eo datæ ad Aurelium Episcopum Carthagin. & Augustinum, quæ extant in Collect. Crescon. statutis pœnis depositionis, exilij, & excommunicationis Episcopis illis, qui subscribere in Pelagianorum damnationem recusarent.

Vitalis Pelagianus.

a Nu. 117.

Mense Maij habetur SYNODVS CARTHAGINENSIS, quæ ordine V. censetur, ex legatis 22. Prouinciarum Africæ (nam quod habetur in fine, subscripsisse 217. Episcopos, id factum postea a singulis domi, cum subscripserunt Decretis a Legatis suis subscriptis) affuerunt, & in eo Legati Sedis Apostolicæ a Zosimo missi, cum commonitorio eiusdem Zosimi, quo continebãtur quattuor agenda cum Africanis Episcopis. Vnum de appellationibus Episcoporum ad Rom. Ecclesiæ sacerdotem; firmatum canone, vt dicebat, Concilij Nicæni, (qui est septimus Sardicensis C Cõcilij) Alterum ne ad Comitatum Episcopi importunè nauigent, quod nullo canone firmabatur (quantumuis æque extaret canon Sardicensis) quia de illo nulla erat controuersia, & iam antea id nouo canone visi erant confirmasse (apud Conc. Afric. cap. 73.) dum statuerunt, vt ad Comitatum ituri, formatam acciperent a Rom. Pont. nec nisi ipsius arbitrio liceret illuc proficisci. Tertium de tractandis presbyterorum, & Diaconorum causis apud finitimos Episcopos, si a suis excommunicati perperam fuerint. Sic quidem tantum in textu, sed addendum videtur, & nihilominus liceret presbyteris, diaconis, & subdiaconis appellare, si libuisset, iudicia transmarina, idest Rom. Pont. contra quàm sanxerunt ijdem Africani Patres in Concilio Mileuit. c. 22. & Carthagin. apud African. c. 92. quod Zosimus improbauit. Quartum de Vrbano Episcopo excommunicato, vel etiam Romam euocando, nisi ea quæ videbantur corri- D genda, corrigeret. horum vtrumque firmatum auctoritate Concilij, vt quidem nunc legitur, Sardicensis.

Legati Zosimi Papæ quattuor c. accipiũt tractanda cum Africanis ĩ Conci. Carthagin.

Sed cum de hoc, vt de primo, obiectum fuerit, non reperiri in Nicæno Concilio, cõiectura est non leuis, vt loco Nicæni in textu (vt nunc legitur) fuerit emendatum Sardicensis, quod sciretur esse canonem verè Concilij Sardicens.

Quidnam autem in eo ipso Concilio hoc anno Carthag. celebrato decretum sit, ipsi Africani Episcopi in epistola, quam defuncto hoc anno Zosimo dederunt ad eius successorem Bonifacium Papam declarant, his verbis. [b] *Litteris nostris ad eundem Venerabilis memoriæ Zosimum Episcopum datis, insinuari curauimus, vt ea seruare, sine vlla eius iniuria paulisper sineremus, vsque ad inquisitionem statutorum Concilij Nicæni*. hæc de potiori causa, nimirum de appellationis prosecutione: missis interim E Alexandriam, Antiochiam, & CPlim. Legatis ad exquirendos integros canones Nicænos. Paulò superius ijdem docent de terminatione causæ Apiarij presbyteri, per propriam confessionem, cuius occasione, a proprio Episcopo eiecti, & a Zosimo Papa restituti, exorta fuerat illa contentio. apud Concil. Afric. c. 105.

b apud Cõcil. Afric. c. 101.

Hoc eodẽ, siue alio, sub eodẽ Bonifacio, Cõcilio celebrato, editus est canõ, de libris canonicis diuinæ scripturæ. Extat adhuc, sed nescio quomodo relatus ad Conc. 3. Carthag. sub can. 47. vbi ad finem de confirmatione canonis, per Rom. Pont. Bonifacium, ista subijciuntur. *Hoc etiam fratri & consacerdoti nostro Bonifacio, & alijs earũ partium Episcopis, pro confirmando isto canone innotescat, quia a Patribus ista accepi-*

mus in Ecclesia legenda. Liceat etiam legi passiones martyrum, cum anniuersarij dies eorum celebrantur. quem quidem canonem de sacris libris fuisse à Rom. Pont. Bonifacio confirmatum, colligitur ex epistola S. Aug. ad Quintianum nu. 235. Vide quantum detulerint reuerentiæ Africani PP. Summo Pontifici, dum eodem tempore, quo agitabatur illa controuersia, canonem illum ab eo confirmari petunt. A

S. Hieronym. acceptis litteris Augustini, & Alypij de damnatione facta hæresis Pelagianæ, magna se affectum lætitia significat epist. 79.

Eustochiũ moritur.

Iulia Eustochium, Virgo clarissima Romana, genere, & sanctitate celeberrima, post triginta quinque annos Monasticæ obseruationis, in Beethlemitico Monasterio, viginti cum Paula matre, & post eius obitum, quindecim exactos, non maior quinquagenaria; migrat in cœlum 4. Kal. Octobr. quo die relata in Tab. Ecclesiasticas, anniuersaria memoria recolitur. ex epistolis S. Hieronym. 25. 27. & 79. sequenti anno scripta, quæ videtur fuisse eius epistolarum omnium nouissima. B

Paulæ Iun. obit⁹ incertus.

Paula Iunior, S. Paulæ neptis, ex Læta, atque Toxotio, filio S. Paulæ, de cuius educatione ad Lætam extat S. Hieronymi epistola 7. amitæ solatio destituta, quæ sequenti adhuc anno erat in viuis, vt apparet ex epistola S. Hieronymi 79. quando decesserit ignoratur, nisi quod ex repromissione martyris nata, & ab ipsis incunabilis Deo dicata tantarumque feminarum sancta educatione nutrita, a S. Hieronymo scriptis, ab adolescentia, ad summum virtutum exemplar instituta, par est, credere finem egregia pariter clausisse sanctitate.

Albina, Pinianus, & Melania Iunior, ante nouem annos profecti Roma, ante septem versati in Africa, iam triennio agebant Ierosolymis. ex ep. S. Hieronymi 79. & Actis Melaniæ Iun. C

Pelagius, ex admonitione Albinæ, & Piniani damnat errores sibi ab Occidentalibus obiectos, sed fraudulenter, & veteratoriè, vt ostendit Augustinus de Christi gratia, 1. cap. 1.

Melania Iun. & Pinianus peregrinantur i Aegyptum & uita Monasticam excolunt.

Melania Iun. & Pinianus eius vir, relicta Albina matre Ierosolymis, ob ingrauescentem ætatem, peregrinantur in Ægyptum ad inuisendos SS. Monachos Eremi accolas, inde verò redeuntes Ierosolymam, seorsum a coniuge, Pinianus vitam excolit Monasticam; Melania verò ad annos quattuordecim, apud Montem Olíueti clausa in cella perseuerans, duxit ibi in angusto loco vitam Angelis similem, quam etiam uitæ Monasticæ perfectissimam rationem Romæ inchoauit. [a]

a Pallad. in Laus. c. 49. Acta item Melan.

Ingens miraculum.

Multæ Palæstinæ ciuitates, villæque terremotu collapsæ sunt. Dominus Noster Iesus Christus semper vbique totus, super montem Oliueti Ierosolymæ vicinum sese de nube manifestauit. Multæ, tunc vtriusque sexus vicinarum gentium nationes, tam visa, quam auditu perterritæ, atque credulæ, sacro Christi fonte ablutæ sunt, omniumque baptizatorum in tunicis crux Christi Saluatoris, Diuinitatis nutu, ex templo pressa refulsit. Marcellin. in Chron. & alij. D

Aug. de nouissimo die ep. scrib.

Huius rei admirabilis occasione, de tempore aduentus Domini ad iudicandum, ex diuinis prædictionibus, cœpti sunt vbique, misceri sermones, qua occasione scripsisse videtur Hesichius ad S. Augustinum de nouissima die, quæ est apud Augustinum epist. 79. cui respondit Augustinus epist. nu. 80. quam quidem hoc ipso anno scriptã ex eo redditur exploratum, quod dum numerans Domini annos, ita ait, A natiuitate Domini computantur anni fermè quadringenti viginti, a resurrectione autem, vel ascensione eius anni plus minus trecenti nonaginta. Ceterum ipse redarguit de his curiosum nimis exploratorem, cum tamen ipse contra, diem illum haud instare demonstret ex signis, cum longè abesset, vt impletum dici posset, quod apud Matth. 24. ait Dominus, Prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus; & tunc veniet consummatio, quam quidem prædicationem, tum nondum esse impletam ostendit ex innumerabilibus apud ipsam Africam gentibus, quibus nondum prædicatum esset Euangelium. E

Bonifacius Papa interpellatus libello accusationis a Clericis ecclesiæ Valentinæ in Gallia, aduersus Maximum Episcopum Manichæorum sectatorem, delegauit causam cognoscẽdã Episcopis septẽ prouinciarũ. Extat eius epist. hac de re data Id. Iun.

Mor

A Mortuo Chrysantio Nouatianorum CP.li Episcopo, succedit Paulus, sub quo admirabile quiddam contigisse scribit Socr. [a] de quodam veteratore Iudæo Christianam fidem simulante, sæpiusque baptizato, ad corradendas pecunias, ab Arianis, a Macedonianis, ab Attico CP.no ac demum expetente rursum baptizari a Nouatiano Episcopo, cum bis baptisterij aqua, penitus euanuit. In quo quidem, (nisi Socrat. mentitus est, quod solent non rarò hæretici in narrationibus de suis Dogmatistis) miraculum illud non ad Pauli merita illustranda, sed ad confirmationem potius Catholicæ veritatis cessit, cum nullo suscepto vero baptismo, ab hæreticis illis, peccantibus, in fide Trinitates, & verè baptizato ab Attico, non tunc aqua defluxit, aut euanuit, sed cum baptizandus esset a Paulo, licet hæretico, rectè tamen de Trinitate sentiente (quorum ratum esse baptismum semper asseruit Ecclesia) ad cauendum in secundo baptismo sacrilegium. a 7. c. 17.

B Theodosius sic sancit de quibusdam. Hi qui conficiendi naues incognitam antè peritiam barbaris tradiderunt, propter petitionem viri Reuerēdissimi Asclepiadis Chersonitanæ Ciuitatis Episcopi, imminenti pęna, & carcere liberatis, capitale tam ipsis, quàm ceteris supplicium proponi decernimus, si quid simile fuerit in posterum perpetratum. b

b L. ult. d pœn. Cod. Theod.

C *Christi Annus* 420. *Bonifacij Pap.* 2. *Honorij* 26. *& Theod.* 13. } *Impp.* *Theodos. A.* 9. *& Cōstāt. Cæsare* 3m. } *Coss.*

Constantius Cæsar, Augustus appellatur. Prosper.

Cœlestius Pelagianus, cum aduersus edicta Principis, se rursum audax inferret in Vrbem, iterum cum suis, vltra centesimum lapidem, Constantij Rescripto expellitur. extat Rescriptum.

Cum a quodam Pagano falsum vaticinium, velut eiusdem Cœlestij (Idolum fuisse celeberrimum apud Africanos supra dictum est) proferretur, quo rursum & via, & templa prisco sacrorum ritui redderentur; ille, ille inquam, verus Deus, cuius prophetica vaticinia nesciunt omnino mentiri, nec fallere, sub Constantio, & Augusta Placidia, (quorum nunc filius Valentinianus, pius, & Christianus imperat,) Vrso insistente Tribuno, omnia illa templa ad solum perducta, agrum reliquit, in sepulturam scilicet mortuorum, ipsamque viam, sine memoria sui, Vuandalica nunc manus euertit. Prosper. c

D c Prosp. de prędict. p. 3. c. 38.

Eodem Vrso Tribuno, Domus Regiæ Præfecto, agente, Manichæi detecti, eorum spurcissima mysteria propalata, & eorum nonnulli ad Ecclesiam adducti [d] Possidius, Augustinus.

d Possid. ca. 16. Aug. ad Quoduult de. d hæret. c. 46.

Vincentius Victor Laicus in Mauritania Cæsariensi, ex Donatista, vel potius Rogatista, redditus quidem Catholicus, sed adhuc in admiratione habens Vincentium quendam Rogatistam, a quo & nomen accepit, cum apud Petrum quendam Hispanum presbyterum reperisset opuscula quædam S. Augustini, in quibus de origine animæ se nescire confiteretur, nisi quod esset spiritus, non corpus, aduersus eum scripsit duos libros animam asserens non ex nihilo, sed ex diuina esse substantia, quos Augustinus quattuor libris confutauit, ad Renatum primo, secundo ad Petrum, duobus reliquis ad Vincentium ipsum, quem leniter tractans, ita sibi deuinxit, vt emendationis litteras ad ipsum miserit. e

E Augu. quatuor lib. cō futat Vincentiū Rogatistam de anima non recte sentiētem, & Catholicæ redit ecclesię.

Porro Petrus ille presbyter ab eo deceptus, illi totus addictus est. Aug.

e Aug. Retract. 2. cap. 56. & ad Vinc. 1. c. 1.

S. Augustini praxis in tractandis hęreticis ea fuit, vt cum recens progredientibus, antequam obstinatione obdurescant, ex admonitione Apostoli (Gal. 6.) leniter ageret, cum inueteratis verò, & obduratis, seueritate agendum putaret. Legendæ ad hoc eius epistolæ 8. ad Italicam, 3. ad Fortunatianum, 112. ad Paulinam.

f August. de orig. anim. 2. c. 1.

Alterum hæretici, atque adeò hęresiarchæ resipiscentiæ exemplum, & grande miraculum ex Gennadio [g] referamus. Leporius, inquit, adhuc Monachus, postea presbyter, præsumens de puritate vitæ, quam arbitrio tantum, & conatu proprio, non

g de Vir. Il. c. 59.

Dei se adiutorio obtinuisse credebat, Pelagianum dogma cœperat sequi, sed a Gallicanis Doctoribus admonitus, & in Africa, per Augustinum emendatus, scripsit emẽdationis suæ libellum, in quo & satisfacit de errore, & gratias agit de emendatione: simul & quod de Incarnatione Christi malè senserat, corrigens, Catholicam sententiam tulit, dicens: Manentibus in Christo in sua substantia, duabus naturis, vnam credendam filij Dei personam. A

a lib. 7. de Incarn. Verbi.

Porrò hunc auctorem fuisse Nestorio, suæ ipsius hæresis, Cassianus affirmat,[a] plura ex eius libello recitans. Alter Leporius clarissimus genere in Augustini Monasterio profitens reperitur, serm. de diuers. 50.

Persecutio Persica. B

Persecutio Persica sub Isdegerde.

RVpto fœdere inter Persas, atque Romanos, bellum est exortum, & ingens persecutio in Christianos commota, sub Isdegerde, vt Theodoret. lib. 5. cap. 38. cui astipulatur Cyrillus in rebus gestis S. Euthimij apud Metaph. 20. Ianuar. vel sub Bararane filio, vt Socrat. 7. cap. 18. quæ, cum bello, biennij spatio, quieuit, iuxtà Socratem, vel potius ad annos triginta, etiam cessante bello, iuxtà Theodoret. cuius sententia videtur corroborari verbis B. Augustini, qui lib. 18. de ciuit. Dei c. 12. quem scribebat anno Domini 429. scribit se ignorare, an Persecutio in Christianos Persica adhuc quieuerit. Præclara referuntur exempla Christianæ fortitudinis in immanissima illa persecutione apud eos auctores, & apud Niceph. Et Theodoretus[b] quidem non probat, quod Audas Episcopus, zelo non opportuno incensus, Pyreum, idest, templũ, in quo ignis colitur, demolitus sit, sed celebrat tamen, quod mori potius voluerit, quam extruere Templũ simulacri destructum. *Nam par impietas est*, inquit, *mea sententia, ignem adorare, atque ei ædificare delubrum*, sed & in bello diuinam se protulisse virtutem in opitulatione Christianorum, quæ narrat Theodor.[c] & Socr.[d] ostendunt, cum præsertim centum millia Sarracenorum in auxilium Persarum euocata, immisso diuinitus pauore, se in Euphratem præcipitauerunt. Idem quoque Theodoretus refert in hist. SS. PP. cap. 26. Persarum furorem repressum Simeonis Stylitæ precibus. C

b li. 14. cap. 49. 20. 21.

c lib. 5. cap. 38.

d lib. 7. c. 18

Enituit tum eximia benignitas, & beneficentia Acacij, Amidæ episcopi, qui ad redimendos, pascendos, & ad suos dimittendos captiuos, ad septem millia, etiam sacra vasa, & supellectilem distraxit, quod magnæ admirationi Regi Persarum fuit, cum diceret Romanos bello, & beneficijs scire vincere. Tormentorum autem genera, & noua cruciamenta pijs hominibus ab illis inflicta, vix dicendo explicari posse, ait Theodoretus, quarum aliqua commemorat maxime atrocia, & horrenda, quibus piorum fortitudinem, & alacritatem nõ modo non retuderunt, sed magis excitarunt, quorum tria exempla recenset, maxime illustria. Hormisda nobilis, & insignis viri, Suenis, mille seruorum Domini, & Beniamin Diaconi, per attrocissimos cruciatus consummati. quibus addit Nicephorus Iacobi Persę Martyrium, qui abnegata prius Christiana religione, rursus per matrem, & coniugem ad eandem reuocatus, articulatim Cõcisus, bona confessione spiritum Deo reddidit. Huius persecutionis occasione Christianam religionem propagatam apud Sarracenos narrat Cyrillus in vita S. Euthymij. Metaphr. & Socr. 30. Ian. dum de Sarracenorum Duce agit, cui ob miserationẽ erga Christianos exhibitam, datum est, vt ad Christianos se transferret, narratio est digna, quæ legatur. Atque ex Persecutionibus hi ferè fructus, præter alios, diuina gratia operante, solent existere. D E

Dux Sarracenorũ fit Christian[9].

S. Hieron. obitus.

S. Hier. de hæres. scripsit.

S. Hieronymus prid. kal. Octob. decedit è vita, anno ætatis duo de octogesimo (quãuis plures illi annos alij attribuerint) Græcè, Latinè, Hebraicè doctissimus, omni sæculari, & sacra doctrina excultissimus, hæreticorum hostis acerrimus, sanctitate vitæ conspicuus, præclaris elogijs viuens, mortuusque illustratus. Præter ea opera, quorum Catalogus extat, & a nobis suo quæque tempore, recensita sunt, scripsit librum

A de hæresibus S. Augustino teste, lib. de hæres. ad Quoduultdeum in fine.

Item de resurrectione carnis doctissime disputauit, Augustin. epist. 261. ad Oceanum scribens, eum vt ad se mittat librum rogat.

De Resurrect. carnis, & alia, quæ non extãt.

Transtulit 28. homilias Origenis, ipsomet teste lib. de script. in fine, sed & alia complura ex eodem latinitati donata. Cassiod. affirmat.

Triginta item homilias in Lucam, se scripsisse testatur, & tractatus septem in psalmos. Insuper Cassiod. meminit eiusdem epistolæ ad Antium, qua obscurrissimas elucidasse tradit quæstiones, Item scripsisse, ait, explanationem de iudicio Salomonis, Notationes item in omnes prophetas, propter tyrones, post quas, copiosas illas, quæ extant in eosdem prophetas explanationes elaborarit, elucubrasse etiam volumen scribit in 4. Euangelistas, in quo omnia ipsorum, quæ essent propria, disseruit. Edidisse in B super expositionem Apocalypsis, Instit. diuin. lectionum, c. 2. 3. 7. & 9. Quæ omnia interciderunt, cum Cassiodori tempore extarent.

Plura extant de vita, & rebus gestis S. Hieronymi, sub virorum quidem clarorum nomine, Eusebij, Cyrilli, Ierosolymitani episcopi, (quem ante triginta annos ipsius assertione Hieronymi constat esse defunctum) Augustini, impudenter, & mendaciter conficta, quę certis demonstrationibus confutantur, vt quod quinque linguarum peritiam, Græcè, Latinè, Hebraicè, Persarum, atque Medorum illi tribuunt, cum ipse non agnoscat nisi trium: quod Virginitatis illi Coronam adscribant, quam ipsemet epist. 50. ad Pammachium se habere negat, quod denique dum laudare volũt, hæreticum faciunt, qui dicant scripsisse aduersus Sabinianum quendam hæresiarcham duas in Christo asserentem voluntates, & alia huiusmodi falsa confingunt. Alia sunt mendacia & ineptiæ in eius vita, incerto auctore, vt quod Hieroy. fuerit C presbyter Romanus, cum ipse asserat se Antiochenum, (ex quo & illud vulgare excluditur, quod fuerit Cardinalis, nam si non presbyter Romanus, nec Cardinalis) quod ad Hieronymum transtulit, id quod de Gerasimo Abbate narrat Sophronius, de curato Leone. Prat. spir. c. 107. Nam quod Hieronymo antiquitas Leonem adpinxit, hieroglyphico significauit, vehementem eius, quasi leonis, rugitum in hæreticos. Sunt alia plura in ea vita explodenda, nec aliunde res gestæ petendæ Hieronymi, quàm a vita per Marianum Victorium descripta, & per annos a Cardinale Baronio digesta.

Multa conficta de Hiero. sub claris nominibus Euseb. Cyrilli, Augu.

Honorius Imperator aduersus clericos extraneorum cohabitatione infamatos ad Palladium Rescriptum dedit.[a] Accidit namque, vt qui SS.PP. ac præcipuè Nicænorum contempsere decreta, iustè eos Imperatorum coercendos edicto, Catholici episcopi (vt aliàs sæpe accidit) curarint.

D Aduersus quoque raptores sacrarum Virginum ad eundem Pallad. PP. idem Imperator Rescripsit.[b]

a L. 44. de episc. & cler. C. Theod.
b L. 3. de rapt. & matrim. sanct. Virg. Cod. Theod.

Christi Ann. 421. *Bonifacij Papæ* 3. *Honorij* 27. *Theodosij* 14. *Impp.* *Agricola, & Eustathio* *Coss.*

CONstantius Augustus, ob missam, de more imaginem CP.[lim] a Theodosio non receptam, bellum aduersus eum meditans hoc anno moritur[c] ex Nicephoro.[d]

Theodosius Imp. Eudociam Atticam, Leontij Philosophi filiam, liberalibus disciplinis excultam, quæque egregium poema de bello Persico in eius laudem ediderat E Athanaidem anteà dictam, accipit in vxorem. Marcellinus Socrates.[e]

Theodosius Imp. propensior ad pietatem, impellente (vt est credibile) cum Attico CP.[no] episcopo, sancit legem, qua iura episcopatus CP.[lis] ecclesiæ ad Illyricum quoque extendi debere statuit, quasi aliquando id fuerit obseruatum, quod verè nunquã fuerat, nec vllo Concilio statutum, nec vllo vsu receptum, deceptum igitur oportet fuisse pium Imp. mendacio ambitiosi episcopi.[f]

c lib. 14. c. 6
d Prosp. & Marcellin. in Chron.
e lib. 7. c. 21
Attic⁹ CP. ambitiosius proferre satagit iuræ suæ ecclesię idq; per laicam potestatem.
f L. 6. de sacros. eccles. & l. 45. de episc. & cle. C. Theod.

Christi Anus	Bonifacij Papæ	Honorij 28. Theodosii 15. Impp.	Honorio 13. Theodos. 10. Coss.
422.	4.		

Episcopus depositus a Cócilio appellat Romanā Sedē.

ANtonius episcopus Fussalensis, ob enormia quædam scelera, agente contra eum S. Augustino, ab episcopis eius Prouinciæ depositus fuit ab episcopatus administratione, relicto illi tantum Sedis titulo, appellat hic ad Bonifacium Rom. Pont. Zosimi successorem, commendatus litteris Primatis Numidiæ quibus illum, velut innocentem, excusaret. His acceptis Bonifacius litteris magna cautela, (quod ipse S. Augustin. laudat) pro Antonio rescripsit, eo adhibito temperamento, si ordinem rerum nobis fideliter indicauit, &c. Sed contigit inter hæc Bonifacium mori, & relinqui causam integram eius successori Cœlestino Pont. de cuius causæ prosecutione apud eum suo loco agetur.

Papa Arelatensem episcopum aliena iura inuadentē reprimit.

Can. 6. Nicanus de iure Metropolit. seruando citatur a Papa.

Bonifacius Papa Patroclum episcopum, qui fauore Constantij, (vt dictum est, ex Prospero, Anno Domini 412.) Herote episcopo Arelatensi, per summam iniuriam pulso, Sedem illam inuaserat, & adhuc alienæ Metropolis iura peruadens, in Narbonensi prouincia, vacantis Pastore Sedis ausus est episcopum ordinare, repressit, datisque litteris ad Hilarium Narbonēsem episcopum, iussit, vt iure Metropolitani, & prçceptione Apostolicæ Sedis ad locum accedat, & quę agenda sunt, videat, & Sedi Apostolicæ referat. In qua epist. numero 3. citat can. 6. Nicænum, de iure Metropolitanorum seruando, cuius ea semper praxis fuit, vt ita singulis Metropolitanis suæ seruarētur prouinciæ, vt tamen super omnes Apostolica Sedes pastorali solicitudine vigilaret.

Maximus, & Iouinus Tyranni, bello victi, capti, occisi. Marcellin. in Chron.

Prosper. in Chron. & apud Aug. epist. 10. in append. to. 2. edit. Plantin.

Vict. 2. de perf. Vuād.

Christiano licere, pro publica pace, arma tractare.

Mutuæ August. & Bonif. epistolę. a ep. 1. in append. to. 2.

Bonifacius genere Thrax, vir bellicis artibus clarus, exercitu ad Hispaniam, contra Vuandalos misso, Castino Duce, superbo & imperioso: se ab eo seiungit, & in Africam nauigat. Prosp. Aug. Hic Sebastiano Comiti, & confessione posteà claro (ex Victore Vticensi de Persecut. Vandalica lib. 2.) filiam in vxorem dedit. Contulit se idem in amicitiam Augustini, a quo & humanissime acceptus fuit, & amicitia aucta consuetudine litterarum, vitam in Africa plane dignam Christiano Duce egit, litteris quoque deditus, vt ex consultationibus ad August. ostenditur. Extat Parænetica S. Augustini ad eum epistola num. 205. qua cum vitam Christianam breui compendio stringat, licere tradit homini Christiano, pro publica pace tuenda, arma tractare: monet pariter qualiter in bello gerere se debeat, sed & de castitate seruanda saluberrimam admonitionem ingerit, qua, inter alia, *Valde*, inquit, *turpe est, ut quem nō uincit homo, uincat libido, & obruatur uino, qui non uincitur ferro*. Porro eidem cupienti edoceri de Arianis, & Donatistis hæreticis, cum abunde satisfaceret Augustinus, statum præsentis temporis ecclesiæ Africanæ longe melioris fuisse conditionis, quam antea, ostēdit, epist. est num. 50. De rebus alijs, quæ in Africa inter Augustinum, & Bonifacium transactæ sunt, extant perbreues vtriusque epistolæ, vltrò citroque datæ, sed in appendice collocatæ, quas germanas esse (cuiusuis fuerint) rerum gestarum illorū temporū argumēta declarāt. *Bene agere, & illicita non prohibere*, inquit Aug.[a] (siue quis alius) *consensus erroris est*, quæritur deinde de Gotho milite (quib. Bonifacius præerat) qui sacratam Virginem raptam corruperat, quibus litteris acceptis Bonifacius, facinus gladio vindicare, redditis litteris pollicetur, quod tamen Augustinus pro episcopali mansuetudine, deprecatur, *Fas enim non est*, inquit epist. 3. *vt reus Episcopi suggestionibus occidatur*.

Disp. cū Pascētio Ariano.

Gothis sub Bonifacio in Africa militantibus, Ariani ibidem inualuerunt. Vt enim ipsi Ariani, ita secum Arianum episcopum habebant Maximinum quendam, qui profitebatur Ariminensem fidem, hic ausus est Augustinum ad disputationem de fide lacessere, de qua disputatione Possid. c. 17. extat eadem & ad disputationē Augustini liber adiectus. Prouocauit quoque eundem Augustinum Pascentius Comes, Fisci vehementissimus exactor, qui cum esset Arianus, Arium tamen detestabatur. Sed Au-

A xentium Mediolani pseudoepiscopum se sectari profitebatur; hic, metu legum publicarum, periclitari tabulis noluit, itaque nulla scriptura, priuatim disputatum coram multis clarissimis viris, de quo, cum post, se, vt victor iactaret; ad eius impudentiam refutandam scripsit epistolam propter ipsius metum, omissis nominibus conferentiū, extant multæ epistolæ, [a] & collatio ipsa, seu pars potius, perperam tamen inscripta, habita Hippone, & a notarijs exceptoribus scripta, cum contra constet, ex Possid. [b] & Carthagine, & sine exceptoribus, ipso recusante Pascentio, habita. a 73. 74. 75 76. 77. b c. 17.

Accidit pergraue facinus, vt morte dignissimus, qui confugerat ad ecclesiam, iussu Bonifacij, ex ea raperetur, ad eum Augustinus, [c] inter alia, *Ecclesiæ illum reuoca, quē vt irreligiosissimus rapuisti. Oblatio vero domus tuæ a clericis ne suscipiatur indixi, communionemque tibi interdico, donec peracta pro ausibus, vel errore, a me definita tibi pœnitentia, & tempore condonato, pro hoc facto corde contrito, & humiliato dignum offeras* B *sacrificium Deo.* Magna animi demissione respondet, cum confessione, & lacrymis, veniam petens, Bonifacius, & restituit raptum. [d] c epist. 6. in append. Bonifacius excōmun. ab August. quod morte dignissimū rapuisset de ecclesia, illū restituit. d epist. 7.

Christi Annus	Bonifacij Pap.	Honorij 29. Theod. 16.	Impp.	Mariniano & Asclepiodoto	Coss.
423.	5.				

HOnorius Imper. ann. ætatis 39. & mense vno expleto Imperij a morte Patris, 28. m. 5. d. 19. 18. kal. Septembr. Romæ moritur, & in Mausoleo, iuxta corpus S. Petri reconditur. Socr. Prosp. Marcellin. Cassiod. Io. Diacon. Nullus Christianorū C Imperatorum per suos Duces plures extinxit Tyrannos; Barbaros sæpius ingruentes vicit; Imperium sæpius labans restituit, quàm Honorius; Deo plane protegente, & eius pietatis studium remunerante. Honorij Imp. obitus

Honorius Gallam Placidiam A. cum filijs duobus, Valentiniano, & Honorio, ob suspicionem inuitatorum hostium, miserat in Orientem, Prosp. & Cassiod. Cum igitur nullus in Occidente esset, qui iure cognationis Imperium gubernandum susciperet, Ioannes, qui superiori anno Præfecturam Prætorij gesserat, vilis natalibus homo, inuadit Imperium, & Legatis ad Theodosium missis postulat Imperator declarari, quibus in custodiam traditis, Ardaburium, qui bello Persico res planè maximas confecerat, aduersus Ioannem mittit Socr. [e] Ioannes aduersus ecclesiam Dei bellum parans, primum omnium omnia simul priuilegia ab ea abstulit, quæ a Christianis Impe D ratoribus, tum locis, tum personis collata fuerant. Quibus ad interitum sibi viam præstruxit. Io. occidentale inuadit Imperium. e li. 7. c. 23. Tyrannus priuil. eccl. aufert.

Thedosius, exemplo aui, ad Occidentale Imperium Tyrannorum manibus vindicandum, primum arma conuertit in hæreticos pietatis hostes aduersus eos sanciens mense April. [f] in eo, Attico ipso religiosior, quod ille damnauit Nouatianos, quos iste tolerandos dixit. Socr. [g] Rursum verò mense Iulij ad propitiandum sibi magis diuinum numen hanc in omnes hæreticos edidit sanctionem. [h] *De hæreticis omnibus quorum & errorem execramur, & nomen, hoc est, de Eunomianis, Arianis, Macedonianis, cæterisque omnibus, quorum sectas pijssimæ sanctioni tædet inserere (quibus cunctis diuersa nomina, sed vna perfidia) illa præcipimus debere seruari, quæ DD. auus, & pater nostræ clementiæ constituerant, scituris vniuersis, quòd si in eodem furore permanse* E *rint, interminatæ pœnæ erunt obnoxij*, & rursum alias: [i] sed & Iudæos vetuit nouas Synagogas ædificare. [k] Denique Paganos extinctos voluit, *Paganos, qui supersunt (quamquam iam nullos esse credamus) promulgatarum legum iamdudum præscripta compescant*,[l] &c. mense April. & rursum mense Iun. *Paganos, qui supersunt, si quando in execrandis Dæmonum sacrificijs fuerint comprehensi, quamuis capitali pœna subdi debuerint, bonorum proscriptione, & exilio coerceri iubemus*, de cuius Theodosij eximia religione Nicephorus. [m] f L. 50. de hær. C. Th. g 7. cap. 25. h L. 60. de hær. C. Th. i L. 61. de hæret. K L. 27. de Iud. l L. 22. de Pag. C. Th. m 14. c. 3.

Bonifacius Papa 8. Kal. Nouembris moritur, cum sedisset annos 5. minus m. 2. & tribus diebus. Lib. Pontif. Prosp. Marcellin. sepelitur via salaria in Cœmeterio S. Felicitatis, in quo Oratorium ædificarat. Citat Beda in Collectaneis libellum de

miraculis Bonifacij Papæ, sed cuius, non dicit.

Nono vacationis die, 3. Non. Nouembr. creatur Cœlestinus Romanus, & quidem pacifica electione, ex Augustino.[a] Theodoretus ante conceptionem, Deo a parentibus oblatus, & ab incunabulis in Monasterio dedicatus, & enutritus, inuitus Episcopus Cyri, in Syria, est ordinatus, hoc ipso anno, vt colligitur, ex epistola eius ad S. Leonem, apud ipsum in fine operum: reliqua, ex epist. 81. diu retentus est Antiochiæ, vt pro sua facundia pop. edoceret ipsomet teste[b] homiliarum tamen eius nulla superest.

a Epist. 261. Theodoreti acta.

b Epist. 83.

Christi Annus	Cœlestini Pap.	Theodosij Impp.	Castino, & Victore. Coss.
424.	1.	17.	

Castinus Consul, qua ex causa non constat, Italia profugus, salutem apud Bonifacium in Africa quæsiuit, quem superbo Imperio, a se profugere compulerat. eum veritus Bonifacius proditorem, *integrum*, inquit, ad Augustinum, de *suis sensibus det tuæ beatitudini sacramentum*; & Augustinus ad Bonifacium, (*rede igitur homini, qui mihi fidele tradidit sacramentum & quærit, me pollicitante, tua defensione, subsidium*.[c] Expunctum quidem Castini nomen e Fastis Consularibus, plura huius anni Theodos. Rescripta indicant, quæ vnum Victorem habent.[d]

c Epist. 10. & 11. apud Augustin. ĩ appẽd. edit. Plantin.

d L. 36. de erog. milit. l. 14. ᵭ Col. & 5. de donat.

Accepto in Africa Bonifacij Pap. Rescripto, pro Ant. Epo Fussalensi, (si tamen, sicut ipse exposuerat, res se haberet) nimirum vt in sedem suam restitueretur, & mortuo interim Bonifacio, Fussalenses causam aduersus Episcopum prosequerentur, apud Cœlestinum, recusantes illum vllo modo recipere, vt hominem perditissimum: Et cũ diuulgatum esset, fore missurũ Cœlestinũ executores, qui per vim illũ in sedẽ restituerẽt, S. Augustinus, ipso initio Sedis Cœlestini, ad eum scribit, initio gratulatus pacificam electionem, post verò suum timorem, & angorem expromit, eius implorans auxilium.[e] *Accipe*, (inquit, post multa) *nunc quæ post eius Sanctæ memoriæ uiri* (nempe Bonifacij Papæ) *in Africa litteras, gesta sunt, & subueni hominibus opem tuam, in Christi misericordia, multo auidius, quàm ille, poscentibus, a cuius inquietudine desiderant liberari. Iudicia quippe illis, & publicas potestates, & militares impetus, tanquam executuros Apostolicæ Sedis sententiam, siue ipse, siue rumores creberrimi comminantur, vt miseri homines Christiani, Catholici, grauiora formident a Catholico Episcopo, quàm cum essent hæretici a Catholicorum Imperatorum legibus formidabãt. Nõ sinas ista fieri, obsecro te, per Christi sanguinem, per Apostoli Petri memoriam, qui Christianorum præpositos populorum monuit, ne violenter dominentur inter fratres.* Hæc Augustinus, quibus consentaneè scribunt Africani Patres ad eundem Cœlestinum, post explorata Græcorum exemplaria. *Præfato igitur*, (inquiunt, inter cetera) *debitæ salutationis officio, impendio deprecamur, vt deinceps ad vestras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem ultrà velitis excipere; quia hoc etiam Nicæno Concilio definitum facilè aduertet venerabilitas tua, nã si de inferioribus clericis, vel laicis videtur ibi præcaueri, quanto magis hoc de Episcopis voluit obseruari, ne in sua prouincia a communione suspensi, a tua sanctitate, vti festinato, vel præpopere uel indebitè uideantur communioni restitui.* Ex quibus, & alijs plurimis in eadem epistola colligitur, non recusasse eos appellationes ad Rom. Ecclesiam, sed persecutionis appellationum quendam modum. Sed de tota hac controuersia, cõsulendi ipsi Annales, quibus, obscurior alioqui causa, plane enucleatur, & confictæ epistolæ quædam, & falsæ, de schismate Ecclesiæ Africanæ, ob ius appellationum, cõflato, confutantur; & de canonibus a Zosimo citatis, vt veris, non confictis, plenè tractatur: & quam impudenter, stultè, & inaniter Nouatores Zosimo insultent, de falsatis canonibus, & ipsi Romanæ Ecclesiæ, de Africana Ecclesia se ab ea seiungẽti, quod falsum est, ostenditur.

e Episto. est nu. 261.

Modesta monitio Augustini ad Rom. Põt.

Modestia Africa. PP. erga Rom. Pont.

Ioannes Tyrannus, dum Africam, quam Bonifacius obtinebat, bello reposcit, ad defensionem suam infirmior factus est. Prosper. Augustini, & Bonifacij mutuæ litteræ.

A teræ. [a] Ardaburius (a Theodosio cum exercitu missus) cum Salonas venisset, transmisit in Aquileiam, ventoque aduerso flante in manus Tyranni delatus est. Socrates. [b] a 4. & 5. in append.

Theodoretus Cyri Episcopus factus, octingentas sub se parochias habens, magno labore, & solicitudine incubuit in liberanda sua diœcesi ab hæresibus, atque Deo benè iuuante, plusquàm decem millia Marcionitarum ad Ecclesiam Catholicam adduxit [c] quæ autem miracula, & diuinæ visiones contigerint, exponit ipse historia SS. PP. [d] Præter autem octo Marcionitarum vicos, Eunomianorum vnum, & Arianorū alterum ad fidem catholicam conuertit, vt ne vnum quidem inquit, [e] extet hæreticorum zizanium, aut germen. Et id quidem perfecit sæpius fundens sanguinem, lapidatus, & morti expositus. b li.7.c.23. c epist. 81. & 146. d c.21. e episto. ad Nem.81.

B

Christi Annus Cælestini Pap. Theodosij 18. Valentiniani 1. Impp. Theod. A. 11m. & Valentiniano Cæsare. Coss.
425. 2.

Aspar filius Ardaburij, cum & patrem a Tyranno comprehensum, & infinitas barbarorum copias ad auxilia Tyranno ferenda accessisse, certior factus esset, omnino incertus animi erat, quid ageret. Itaque preces pij Imperatoris illo tempore rursum plurimum momenti habuisse constabat. Nam Angelus Dei in habitu, & forma pastoris ducem itineris Aspari se præbuit, & per stagnum Rauennæ adiacens (in C ea namque ciuitate Tyrannus commoratus, ducem Ardaburium tenuit) copias eius deduxit, qua via nemo vnquam iter fecisse commemoratur. Deus igitur, qua transiri non poterat, transitum Aspari patefecit. ille tum copijs per stagnum, cuius aqua diuina ope penitus exhausta fuit, traductis, portas ciuitatis, quas apertas offendit, ingressus, Tyrannum opprimit. Quo tempore Imperator Sanctissimus Circenses ludos agens, nuncio accepto de Tyranno è medio sublato, ad ecclesiam cum vniuerso populo, gratias Deo acturus, perrexit. Ex Socrate, qui merito agnoscit, non virtute Ducis, sed pietate Imperatoris victoriam obtentam, erant enim vterque, Pater, & Filius, Ariani.

Post extinctum Tyrannum pugnandum fuit cum Aetio, ducente sexaginta millia Hunnorum, & vtrinque cæde peracta, sic res compositæ sunt, vt Aetius auctus Comitatus dignitate, ab Imperatore reciperetur, Hunni verò auro donati ad propria remitterentur. Prosper.

D Extincto Tyranno, reddita pace, ipse Valentinianus, a Theodosio A. est appellatus. 10. Kal. Nouemb. Prosp. Socr. Marcellin.

Theodosius, pro sua pietate, kal. Febr. rescribit de sacris festis diebus, religiose, sancteque, absque spectaculorum impuritate, seruandis. [f] f l.5. ff spec. C.Theod.

Valentinianus quoque, pro gratiarum actione, de tantis muneribus, priuilegia ecclesiæ ablata, quàm primum censuit restituenda. *Priuilegia præteritarum legum, ecclesiæ, siue clericis delata seruentur.* Aquileiæ, mense Iul. [g] & rursum mense Octob. *Priuilegia ecclesiarum omnium, quæ sæculo nostro tyrannus inuiderat, prona deuotione reuocamus: scilicet ut quidquid à Diuis Principibus constitutum est, uel quæ singuli quique Antistites, pro caussis ecclesiasticis impetrarant, sub pœna sacrilegij, iugi solidata æternitate, seruentur. Clericos etiam, quos indiscretim ad sæculares Iudices debere deduci, infaustus præsumptor edixerat, episcopali audientiæ reseruamus. FAS ENIM NON EST, VT DIVINI MVNERIS MINISTRI TEMPORALIVM POTESTATVM SVBDANTVR ARBITRIO.* Aquileiæ, [h] g l. 46. de episc. & cle. C. Theod.

Sed & hæreticos, atque schismaticos insurgentes, & palam vagari, & Romæ morari incipientes, compressit edictis, *Manichæos, hæreticos, schismaticos, omnemq; sectā Catholicis inimicam, ab ipso aspectu Vrbis Romæ exterminari præcipimus, ut nec præsentia criminosorum contagione fœdentur. Circa hos autem maxime vrgenda commotio est, qui prauis suasionibus, a venerabilis Papæ sese communione suspendunt* (Eulalij se- h l.47. Co. eod.

ctato-

ctatores indicat) *quorum schismate plebs etiam reliqua vitiatur. His, conuentione præmissa, viginti dierum cōdonauimus inducias: intra quos, nisi ad Communionis redierint vnitatem, expulsi usque ad centesimum lapidem, solitudine, quam eligunt, maceretur.* Aquileiæ. M. Aug. a & rursum b *omnes hæreses omnesque perfidias, omnia schismata, superstitiones quoque Gentilium, omnes Catholicæ legis inimicos insectamur errores,* &c. Aquileiæ. Non. Aug. & rursum post duos dies, aliam aduersus eosdem hæret. & schismat. edidit sanctionem. c

a l. 62. de hæret.
b l. 63.
c l. 64. eo. ti.

Aliam quoque admirabilem victoriam Theodosio, pro sua pietate, concessit Deus de Barbaris, qui a Tyranno euocati, eo etiam mortuo, Imperium inuaserant, de qua Socr. d Nicephor. e & Theodoret. f his verbis. *Cum Rhoilas* (quē Eughā vocat Socr.) *Dux Scytharum, qui Nomadæ dicuntur, traiecto Istro cum ingentibus copijs, Thraciā populari, & prædas agere inciperet, ac CP.* nam *Vrbem primariam obsessurum & momento temporis capturum, atque adeò solo æquaturum, minaretur: Deus fulminum ictu, & facibus cœlitus demissis, cum illum combussit, tum vniuersum exercitum penitus absumpsit.*

d 7. cap. 42.
e 14. c. 4.
f 5. cap. 36.
Prodigiosa profligatio barbarorū.

Refert ibidem Theodoretus de eodem Theodosio, quod cum aliquando a quodam audaciore Monacho excommunicatus esset, non prius accumbere uoluit, quam vinculo illo solutus esset, Vtinam tales ætas nostra ferat Principes, qui sic ecclesiasticas censuras vereantur.

Imp. quā reuerens Ecclesiasticarū Censurarū.

Atticus C P.nus episcopus anno 21. episcopatus, 6. Id. Octobr. migrat è vita Socrat. g de quo Cœlestinus Rom. Pont. epist. ad Hestorium *Rexit*, inquit, *S. M. Atticus Christianum populum prædecessoris exemplo,* (idest Io. Chrysostomi) *& sacrilegos persecutus est errores hæreticorum.* Sabbatianis Schismaticis vetuit, ait Socr. h ipsorum auctorem Sabbatium defunctum colere, vt sanctum, sublato clanculum eius corpore è sepultura.

g 7. c. 25.
h cap. 15.

Pelagianorum quoque legationem confutauit, atque reiecit. Prosp. i & S. Augustinus. k affirmat Pelagianam hæresim fuisse damnatam CP. li testatur hoc ipsum Cœlestinus Papa. l Prædicatur a Socrate Attici erga pauperes munificentia, ex cuius epistola ad Calliopium hæc sunt notanda verba. *Istos trecentos aureos a me accipe, eosque in pauperes uti uolueris, impende. Velis autem in eos conferre, nō qui uentris causa, quasi mercaturam, per totum uitæ tempus mendicando exercent, sed qui mendicare erubescunt. Neque in hac officij parte vllam sectæ, vel religionis cuiusquam rationem ducas,* &c.

i carm. de Ingr.
K 3. contra Iulian. Pelag. c. 1.
l epist. ad Nest. nu. 5.

Theodosius Gymnasium literarium CP. li in meliorem formam restituit, vetuitq; in primis, neminem publicè docere, alioue in loco scholas literarias aperire, quàm qui probati essent, & ad hoc ipsum munus delecti, eosdemque in Capitolij Auditorijs profiteri debere. Porro profitentium numerum, edita sanctione, ita voluit definitum, ut Romanæ eloquentiæ tres essent oratores, decem Grammatici, Græcè item Grammatici decem, Sophistæ quinque, Philosophus vnus, duos Iuris consulti m 3. kal. Mart. Idibus verò eiusdem mēsis, alia eddita sanctione. n Eos, qui diutius in eadem functione meruissent, Comitiuæ Ordinis primi dignitate, idem Imperator, honestare voluit. hos scilicet, Græcorum Grammaticorum Helladium, & Syrianum; Latinorum Theophilum; Sophistarum Martinum: & Maximum: Iuris peritorum, Leontium. Eodem quoque honore ceteros exornandos fore, cum viginti duorum annorum cursum docendo complessent.

Theodosij prouidentia circa Gymnasia literarum, Principibus imitanda.
m l. 3. de stud. liber.
n l. 1. de professs. Cod. Theod.

Christi Ann.	*Cœlestini Pap.*	*Theodosij* 19. *Valētiniani* 2.	*Impp.*	*Theodos. A.* 12. m *Valētiniano* 2. m	*Cos.*
426.	3.				

SIsinnius presbyter in Elæeā suburbio C P.lis in magna contentione, studijs laicorum, ei pro sua in pauperes, beneficentia, fauentium, præualentibus, episcopus eligitur, & ordinatur prid. kal. Mart. Socrat. o Marcellin.

o li. 7. c. 26.

Philippus presbyter C P.nus competitor, repulsus, se ad scribendum contulit, & A-

siaticum

A siaticum dicendi genus secutus, multa conscripsit, inter cætera ad refellendos Iuliani Imperatoris libros, opus, quod Christianam Historiam inscripsit, composuit, in 36. libros distributam, quorum singuli plures tomos continent, opus inflatum, & plenum inanis ostentationis, ex Socrate. a

a 7. cap. 27.

De quo opere Photius in Bibliotheca. *Historia Christiana Philippi Sydita, potius disceptatio, quàm historia est*, &c.

Sisinnius vacanti sedi Cyzicenæ, Proclum presbyterum C P.num episcopum dedit: Cyziceni verò Dalmatium Monachum elegerunt, qui & eam tenuit, quod Attico soli indultum putarunt, ne quis episcopus designetur absque sententia, & auctoritate episcopi C P.ni & id quidem non ex aliqua Synodo Oecumenica, sed ex lege Imperatoris tributum, non rectè, Ecclesiæ C P.næ Ann. Dom. 420.

B Theodosius, pergens sibi Deum magis propitium reddere, sancit ad abolendas penitus Idolatriæ reliquias, aduersus ei sanctioni illudentes, mortis pœna constituta. b

b l. ult. de Pagan. Cod. Theodos.

S. Augustinus annum agens ætatis septuagesimum secundum, episcopatus uerò trigesimum secundum, cum cuperet recensere, & retractare sua scripta, nec sibi vacaret, plurimis episcopatus occupationibus, impedito, cogitauit sibi adlegere Coadiutorē, Eradium presbyterum suum probatissimum; qui & morienti succederet in episcopatu. re cum clericis, & populo collata, & probata, gesta ecclesiastica confecta sunt, huius anni Coss. notata præstat ea legere ad multarum rerum cognitionem, apud Augustinum. c

S. Aug. sublegit sibi Coadiutorē

c ep. nu. 110

Porrò licentia hac de subrogando sibi successore benè usi sunt complures sancti Episcopi, sanctissimos quosque ad episcopale munus eligentes: sed cum post carnali C affectu, non pro meritis cœpti essent eligi propinqui, successores, proscripta est ab ecclesia, sacris canonibus, & decretis summorum Pontificum.

Quod diu ante fuerat meditatus, & ad Marcellinum scribens significarat, epistola septima, de libris suis retractandis, Augustinus magno Dei munere, hoc, & sequenti anno confecit. Possidius. d & Augustinus ipse. e *Duo uolumina, inquit, iam absolueram retractatis omnibus libris meis, quorum numerum nesciebam, eosque ducentos triginta duos esse cognoui. Restabant epistolæ, & tractatus populares, quos, homilias Græci uocãt; & plurimas epistolarum legeram, sed adhuc nihil inde dictaueram, cum me isti Iuliani libri occupare cœperant, quorum nunc quarto respondere cœpi. quando ergo id explicuero, quintoque respondero, si tres non superuenerint, dispono, (si Deus voluerit,) quæ poscis incipere; simul agens vtrumque, & hoc scilicet (nempe de hæresibus) & illud de retractatione opusculorum nostrorum, nocturnis & diurnis temporibus in singulis distributis.*

d cap. 28.
e epist. ad Quodvultd. ante lib. de hæres.

D Quod & perfecit hoc uel sequenti anno, nam si ad annum post sequentem ea scriptione peruenisset, quo cæpta est diuulgari Nestorij hæresis, eius haud dubium mētionem fecisset. Nec tamen perficere potuit, quod inchoarat, de libris suis retractandis, præoccupatus quæstionibus missis ab Hilario & Prospero (nondum episcopis) ex Gallia, cōmotis, aduersus eum, a Pelagianis, sub Catholico nomine, latentibus; aduersus quos, duos conscripsit libros, vnum de Prędestinatione sanctorum, alterum de Bono perseuerantię. Prosper quoque ipse certamen suscepit pro Augustino quem aduersarij Paganorum, & Manichæorum impietatis insimulabant, libris scriptis de lib. arbit.

De Prædestinat. sanctorum.
De bono perseuerantiæ.

Patroclus Arelatensis episcopus, a Tribuno quodam barbaro, vulneribus laniatus occiditur: quod facinus ad occultam iussionem Felicis Magistri militum referebatur, cuius impulsu traditur etiam Titus Diaconus vir sanctus, Romæ, pecunias distribuēs, E interfectus. Prosper in Chronico. At Titus sanctus, inter sanctos Martyres asc riptus est 15. August. Patroclus autem suorum scelerum, ultore numine, pœnas dedit. ei successit S. Honoratus Abbas Lerinensis Cœnobij, quem S. Eucherius primo Insularū, inde verò Magistrum ecclesiarum appellat, ad Salonium. Eius res gestas scripsit Hilarius, eius successor, quæ interierunt, nec enim quæ extant eius esse videntur Hilarij.

Prosp. scri. de lib. arbit. pro S. Aug.

A

Christi Ann. 427. *Cælestini Papæ* 4. *Theodosij* 20. *Valentiniani* 3. *Impp.* *Hierio*, & *Ardaburio* *Coss.*

Proditio in Bonifaciũ Com.

BOnifacius Comes cum exercitu agens in Africa, proditus a Felice Magistro militum (vt ait Prosper.) vel ab Aetio, (vt Miscella hist. quæ Paulo Diacono inscribitur) Imperatori, quasi rebellionem meditaretur, & ab eodem admonitus, quasi amicus, ne euocanti se Imperatori, ad necem, pareret; euocatus, & accedere differens, suspicionem rebellionis probabiliorem, imo certam effecit, bellum itaque contra eum decretum, ducibus Mauortio, Galbione, & Sinoce, cuius proditione, cum Bonifacium obsiderent, illi interempti sunt; moxque ipse a Bonifacio, dolo detecto, occisus est. Porro ansa Bonifacium accusandi, & in suspicionem adducendi apud Imperatorem, ea æmulis tributa est, quod cum iussu ipsius nauigasset in Hispaniam, ibi affinem, Vuandalorum Regibus, vxorem duxerat, eosdemque barbaros sibi fœdere nuptiarum obstrinxerat. Vnde facile fuit Imperatori persuadere, aliquid ipsum in Romanum Imperium machinari, quare prædictos duces aduersus eum in Africam misit, de quorum aduentu, & euentibus extant laconicæ litteræ mutuæ Bonifacij, & Augustini a 12. vsque ad 16. in appendice, consultò, & breuius, & mutato stylo, ob periculum, cum hostis publicus declaratus esset. Interim Romanis exercitibus inter se confligentibus, barbari Africani in finitimos populos Romano Imperio subiectos grassantur. B

Quę mala miseratus Augustinus, ad ipsum Bonifacium in deterius prolabentem, ut eum ad meliorem frugem reuocaret, epistolam scripsit, a plane dignissimam, quæ legatur. *Nunc ergo fili*, ait, *audi me saltem per litteras tibi sermocinantem, quas in periculis tuis nunquam tibi mittere potui periculum cogitans perlatoris, & cauens, ne ad eos ad quos nollem, mea epistola perueniret.* C

a nu. est 70.

Reuocat illi in mentem propositum sanctum continentiæ, & deserendi sæculi, & agendi vitam Monasticam: commemorat illi multiplices errores: quod concupiscentia victus, vxorem duxerit, (quam tamen prius voluit fieri Catholicam) quod ab Arianis permiserit filiam suam baptizari: quod in domo eius ancillæ Deo dicatæ rebaptizari permissæ: quòd concubinarum nescio quarum commixtione pollutus sit.

Excusationes eius euacuat, Barbaricas clades ingerit, Dilemmate constringit, *Aut*, inquit, *bona recepisti, ab Imp. Romano, & noli reddere mala*; aut mala *recepisti, noli reddere mala pro malis*, denique monet, ut seruet pudicitiam coniugalem, *& roga Deum*, inquit, *qui te de necessitatibus eruit, ut quod non potes modo* (continentiam scilicet seruare) *possis aliquando. Veruntamen ut Deum diligas, non diligas mundum; ut in ipsis bellis, (si adhuc in eis te versari opus est) fidem teneas, pacem quæras: ut ex mundi huius bonis, facias opera bona, & propter mundi bona, non facias opera mala*, &c. D

Cura igitur totius belli Sigisuulto, aduersus Bonifacium, commissa, proprijs diffidens viribus Bonifacius, transgressus in Hispaniam, ad Vuandalos & Alanos partiti sunt Hispaniam, & Libyam in tres partes, Qui, inquit Diaconus, polliciti sunt vnicuique parti se vnà cum ipso principaturos; in communi tamen in quemlibet hostem vlturos. Traijciens igitur Vuandalos in Africam infelix, (nolens licet,) effecit, vt in eorum deueniens manus, captiua, ad centum annorum spatium sub barbarico iugo, permanserit. Qui inter ceteras gentes, Arianæ fuere perfidiæ tenaciores, & acerbissimi Catholicorum, etiam in Hispania, persecutores, vt de nobilissima, & opulentissima Virgine, post multos cruciatus obtruncata, quod rebaptizari non pateretur, narrat Greg. Turon. [b] vt & de alijs. E

b hist. Frāc. lib. 2. c. 11.
c in Chro.
d 7. c. 28.

S. Io. Chrysostomi memoria ritu solemni in Ecclesia anniuersaria die celebrari incipit, hoc anno, 6. Kal. Octobr. Marcellinus.[c]

Nono kal. Ian. moritur Sisinnius episcopus CP.[nus] Socrates.[d]

Salutare Crucis fi

Cum Christiana pietas propensiori cultu sanctissimam Domini crucem, vt par est, coleret, & passim vbique, eandem pingeret, vel sculperet, ad eiusdem cultus reuerentiā

Impp.

A Impp. ita sanxerunt. *Cum sit nobis cura diligens, per omnia superni numinis religionem tueri: signum Saluatoris Christi nemini licere vel in solo, vel in silice, vel in marmoribus humi positis insculpere, uel pingere, sed quodcũque reperitur, tolli, grauissima pœna multando eos, qui contrarium statutis nostris tentauerint, specialiter imperamus.* [a]

Concilij hoc anno celebrati, (quo loco, incertum,) aduersus Massalianos hæreticos, aliàs sæpe damnatos, cui subscripsere Sisinnius CP.nus, & Theodotus Antiochiæ episcopi, extat tantum Canõ, apud Photium in Bibliotheca. *Si quis, post anathematismum: aliquando fuerit deprehensus, vel verbo, vel opere in suspicionem huius morbi lapsus, nunquam amplius in posterum locum habeat, neque si decies millies polliceatur se*

B *esse paratum ad ea omnia, quæ ad pœnitentes pertinent.*

Theodoretus exorsus historiam suam ab exitu Licinij Anno Domini 323. desinit in hunc annum, 428. decurso spatio centum quinque annorum, quo mortuum tradit Theodotum Antiochenum episcopum, anno Sedis 16. in cuius locum subrogatus est Ioannes, ex schola, vt exitus demonstrauit, Theodori Mopsuesteni, nefandissimi hęretici, sicut Nestorius, Theodoretus, & alij complures, in Syria sacerdotes, ex quibus clades orta est Orientalis ecclesiæ. eius Theodori immodicis laudibus historiam suam claudit Theodoretus, & infamat, quem hoc anno mortem obijsse tradit, hoc quoque nomine sugillat S. Gregorius Papa, [b] Sozomen. eiusque historiam, vt nimij eiusdem Theodori laudatoris, quas laudes extitisse oportet in ea parte, quæ desideratur histo-

C riæ vinginti propè ann. fatetur. n. se eam producere vsq; ad 17. Theodosij Consulatũ.

gnũ humi imprimi, vlla in materia, interdictum.

a L. 1. Cod. nem. lic. sig.

b lib. 6. ep. 75.

Christi Annus 428.	*Cœlestini Papæ* 5.	*Theodosii* 21. *Valentin.* 4. } *Impp.*	*Tauro, atque Felice* } *Coss.*

VNiuersa Vuandalorum natio ex Hispania, Genserico Duce, octoginta millia, omnis sexus, ætatis, conditionis, transiens in Africam, nullo obsistente, omnia incẽdijs, vastationibus, direptionibus, cœdibus complet: ex Victore.

Cur autem tradita sit vna simul duplici clade vastanda prouincia, altera ex barbaris Africanis, ex Vuandalis altera, Ariana perfidia crudelius sæuiente, quantum fas est homini, ex causis, occulta Dei perscrutari iudicia immensitas

D vitiorum, Donatistarum, Manichæorum, & Arianorum perfidia, paganicæ impietatis reliquiæ, videntur effecisse. *Compulsus est criminibus nostris Deus, vt hostiles plagas de loco in locum, de orbe in orbem spargeret, & excitatas, pene ab vltimis terræ finibus, gentes etiam trans mare mitteret, quæ Afrorum scelera punirent*, ait Saluianus episcopus Massiliensis lib. de vero Iudicio Dei, septimo, in quo mirum, quæ, & quanta dicat de colluuie vitiorum, & criminum Africanorum; præ quibus barbari iusti videri potuerint illorum certè prædicat castitatem, qui non modo abominati sunt virorum impuritates, sed etiam feminarum, horruerunt lustra, ac lupanaria, meretrices ad matrimonia compulerunt; addiderunt, ad libidinem comprimendam, seueras pudicitiæ sanctiones, decretorum gladio impudicitiam coercentes, & demum multa locutus Saluianus in detestationem fornicationem probantium, ista ad finem addit. *Erubescamus quæso, & confundamur. Iam apud Gothos impudici non sunt, nisi Roma-*

E *ni; iam apud Vuandalos nec Romani; tantum apud illos profecit studium castimoniæ, tantum seueritas disciplinæ, non solùm quod ipsi casti sint, (sed, vt rem dicamus nouam, rem incredibilem, rem penè etiam inauditam) castos etiam Romanos esse fecerunt: si infirmitas id humana patteretur exclamare super vires meas cuperem, ut toto orbe resanarem. Pudeat nos Romanis vbiq; populi, pudeat uitæ vestræ: nullæ pene vrbes lustris, nullæ omnino impuritatibus uacant, nisi illa tantum, in quibus Barbari esse cœperunt. Et miramur, si miseri, qui tam impuri sumus; miramus si ab hoste uiribus uincimur, qui honestate superamur; miramur, si bona nostra possident, qui mala nostra execrantur: nec illos naturale robur corporum facit uincere, nec nos naturæ infirmitas uinci: nemo sibi aliud persuadeat, nemo aliud arbitretur: sola nos morum nostrorũ uitia uicerunt*: hactenus ex Saluiano, res sui temporis scribente.

Hæreses & vitia Africã tradidere barbaris & hæret. deuastandam.

Barbari cõtinentiores Romanis.

Proditio Aetij detecta.

A Fraude Aetij detecta, & cognito, Bonifacium aliena culpa errasse, gratia illi Imperatoris offertur, si ab incepto desistat. Ille facti illico pœnitens, & initam societatem detestans, Vuandalos magna vi pecuniæ frustra tentatos, vt loco decederent, bello aggreditur; quo victus, Hipponem Regium, ciuitatem Numidiæ maritimam, ac munitissimam, se recipit. ex Procopio.[a]

a li. 1. de bello Vuand.

Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci possidendam acceperant, Ætij Comitis armis recepta est, Prosp. Cassiod. in Chron.

b ep. 1.

Cœlestinus mense Iulij, huius anni, scribit litteras,[b] ad Narbonensem, & Viennensem Ecclesiam, reprehendens Nouatores quosdam, qui nouum inducerent habitum clericorum, redarguit etiam negantes pęnitentiam petentibus in fine vitæ, item quod laicos, & criminosos prouexerint ad episcopalem dignitatem, exprobrans, factam ab illis Danielis cuiusdam, vsque ab Oriente, apud Sedem Apostolicam, ab omni, quod tenuerat, Virginum Monasterio, de pluribus flagitijs, accusati, ad episcopatum, contra ius, fasque promotionem. Ad extremum verò subdit, *Massiliensis uerò ecclesiæ Sacerdotem, qui dicitur, (quod dictu nefas est) in necem fratris sui taliter gratulatus, ut huic, qui eius sanguine cruentatus aduenerat, portionem cum eo habiturus occurreret, uestro eum audiendum Collegio delegamus.* B

Nestorius creatur ex Mon. eps CP.nus

c 7. c. 24. & 25.

d de Incar. lib. 7.

Nestorius presbyter Antiochenus, ex Monacho, impulsu maximè Theodosij, quòd voce sonora, & lingua diserta, putaretur, ad docendum populum, quasi alter Ioannes, accommodatus, ordinatur episcopus CP.nus Socrates,[c] & Cassianus,[d] orationem habens apud imperatorem, hanc vocem protulit, *Mihi ò Imperator terram hæreticis tu purgatam tribue, & ego tibi cœlum tribuam. Tu mihi in profligandis hæreticis subueni, & ego tibi in profligandis Persis subueniam.* C

Quinto die postquam erat episcopus designatus, Arianorum Ecclesiam, in qua clā orare solebant, demoliri aggrediens, illis ipsis Arianis incendium inferentibus, plures vicinæ ædes consumptæ. Nouatianos etiam diuexare aggreditur, & Quartadecimanos vbique per Asiam, & alias prouincias; quæ narrans Socrat. carpit, quod male illum haberet suos Nouatianos vexatos. Theodosius igitur sua sponte currens ad insequendos hæreticos, a Nestorio etiam magis incitatur, edita amplissima sanctione, qua varijs pęnis, varia hæreticorum genera afficit.[e] Sed quid est, quod in catalogo tot hæreticorũ nulla mentio Pelagianorum tum maximè vigentium, & paulò ante CP.li ab Attico damnatorum, nisi quod Nestorius fauebat Pelagianis? confirmatur, quod Papa ipse Cœlestinus de ipso quæritur, epistola post sequentem annum data, quod Pelagianos hæreticos a se Roma expulsos receperit CP.li

e L. 65. de hæret.

D Antonius Germæ, in Hellesponto, episcopus, prætexens Patriarchæ CP.ni mandatum, dum impotentius vexat Macedonianos, ab illis occiditur, ex quo ablatæ illis ecclesiæ, & nonnulli ad Ecclesiam Catholicam redierunt, ex Socr. & Marcellino.

Nestoriana hæresis exoritur.

Nestorius CP.lis episcopus, nouum ecclesijs molitur errorem inducere, prędicans Christum ex Maria hominem tantum, & non Deum natum, eique diuinitatem collatam esse pro merito. Huic impietati præcipue Cyrilli Alexandrini episcopi industria, & Papæ Cœlestini repugnat auctoritas. Prosper, Liberatusque Diaconus,[f] sub his Coss. ponunt ortum huius hæresis. Vnde autem Nestorius hanc hæresim hauserit, variant auctores. Cassianus[g] ab Ebionęis: alij a Paulo Samosateno (cuius & nepos fuit) & Photino, vt est apud Socratem, *Qui neque hos eum imitatum esse dicit, neque denique,* inquit, *Dominum hominem solum esse dicit; Sed vocem duntaxat Deiparam, tanquam laruam reformidans declinat, hocque illi, præ insigni inscitia, & ignoratione contigit;* sic Socr.[h] In eo tamen deceptus, quod negat de Paulo Samosateno, cum S. Cyrillus episcopus Alexandrinus demonstrarit eum in quindecim capitibus, cum Samosateno hæresiarcha consentire. E

f In Breu. c. 2.

Nestor. hæresim vnde hauserit.

g L. 2. de Incarn. Verb.

h 7. c. 32.

Sed omnium sententia constat, Nestorium discipulum fuisse Theodori Mopsueste-

ni,

ni, & Diodori item Tarsensis, episcoporum: dequibus Leontius de sectis, Actione 4. *Extiterunt ijsdem temporibus magni quidam duo viri, Diodorus episcopus Tarsi, & Theodorus Mopsuestiæ, qui aduersus Arianos, & Macedonium, & Apollinarem pugnabant, vniuersasque litteras sacras commentarijs illustrabant, & in pretio habiti, mortem oppetierunt, nec ipsis viuis quisquam dictum aliquod eorum reprehendebat, imò quam plures scriptis encomijs eos celebrarunt, nam & Basilius, & Ioannes Chrysostomus eos prædicant. Verùm, post hæc, exorto dogmate Nestoriano coactus est Cyrillus, qui & ipse pridem eos laudasset, aduersus eorum opera scribere, quod dogma suum Nestorius ex eis confirmaret.*

Vsus est præconibus ad hanc hæresim promulgandam Anastasio quodam presbytero Iudaizante, ait Euagrius [a] & Dorotheo Episcopo, cum tamen ipse Nestorius iam totius impietatis præcentionem occinuisset, vt ex epistola Cyrilli ad Cœlestinum apparet. extat inter epistolas Cœlestini Papæ. Quibus autem ipse Nestorius progressibus ad hæc adeò execranda deuenerit, dignum est legere apud eum, qui fuit illi amicitia intimè iunctus, Theodoretum, epistola ad Sporadium. Quomodo autem Nestorij prædicatio nefaria magna fuerit tentatio in Ecclesia, ostendit Vincentius Lerinensis, de hæresibus. [b]

a 1. c. 2.

b c. 16.

Christi Annus	Cœlestini Pap.	Theodosii 22. Valentin. 5.	Impp.	Florentio, & Dionysio	Coss.
429.	6.				

Legatio in Britann. cōtra Pelagia.

COElestinus Papa Palladium S. R. E. Diaconum (qui Dialogum de Vita S. Io. Chrysostomi inter Palladium Episcopum Helenopolis, & Theodorum item R. E. Diaconum, & alia plura, vt est apud Trithemium, scripsit) mittit in Britanniam, ad Pelagianos Insulam corrumpentes, depellendos. Ex Prosp. [c] & Beda, [d] in tempore tamen ex Prospero corrigendus est Beda. Quod illum perfecisse, idem Prosp. docet aduersus Collatorem in fine. Sed non nisi opitulante S. Germano Episcopo Antisiodorensi, quem Palladius Legatum mitti in Britanniam procurauit, cui additus collega vir sanctissimus Lupus Episcopus Trecensis, cuius legationis Acta legitima à Constantio presbytero, (aliàs Episcopo, sed vtrumque fuit,) scripta ad S. Patientem Episcopum Lugdunensem, & Censurium Antisiodorensem extant.

c In Chroni. & aduersus Collat. in fine.

d Hist. Anglic. lib. 1. c. 14. & de sex ætat. in Theod. Iun.

Quod verò Prosper S. Germanum Episcopum in Britanniam a Cœlestino missum esse Legatum dicat: Constantius verò, & Beda a Synodo Galliarum, vtrumque fieri potuit.

S. Germanus præscius futurorum, in itinere, apud Parisios, S. Virginem, Genouefam vocatam, Deo despondit, nummumque casu repertum cruce impressum, eidem in memoriam, gestandum dedit. Maris tempestatem, vi Dæmonum concitatam eximij illi viri diuina virtute in preces effusi, & oleo benedicto in nomine Trinitatis aspersis fluctibus, superant, & littore Britannico potiuntur, excepti a conueniente, ex diuersis partibus, multitudine; quos venturos etiam vaticinatio aduersa (Dæmonum scilicet) prędixerat. Vi diuini verbi, & virtute miraculorum Insulam peragrantes, alios corrigebant, alios confirmabant. Aduersarios ipsos, ausos cum illis inire conflictum, vi veritatis, & luce, puellæ, per orationem Germani; & applicationem sacrarum reliquiarum, coram ingenti multitudine, restituta, ita confutant, vt populi vix manus ab eis continerent. Progressus S. Germanus ad templum S. Martyris Albani, plurimorum sanctorum, ex diuersis locis, collectas reliquias sub altari piè condidit, & de ipso loco, vbi B. Martyris effusus fuerat sanguis, massam pulueris secum portaturus abstulit. Nunc in Britannia eruuntur, & disperguntur manibus hæreticorum.

Miracula plura eduntur per S. Germanū.

In reditu, Dæmonis insidijs, pede læditur Germanus, & iacens in lectulo, dum circum circa locum excitatum desæuit incendium, eius incolume apparuit tugurium. referri nequeunt, quot, quantasque, virtutes Deus operaretur in famulo suo infirmo. Et cum sibi nihil remedij adhiberi pateretur, candidatum sibi noctu adesse videt, qui manu extensa iacentem videretur attollere, eumque consistere firmum vestigijs im-

perare, qui statim recepta sanitate, die reddito, itineris laborem suscepit intrepidus. A

Interea Saxones, Pictique bellum, aduersus Britones, iunctis viribus, susceperant, qui trepidi in castris sacros aduocant Antistites. At illi, maturato ad eos aduentu, sacris Quadragesimæ diebus, prædicationi instantes, plurimos ad sacrum baptisma adduxerunt, & Paschate in campestribus, Ecclesia de frondibus contexta, celebrarunt. Germanus se Ducem professus, ducit in hostes, & in valle componit exercitum, monitum, vt sacerdotibus Alleluia tertiò inclamantibus, ipse clamore item subsequatur; quod cum aduentantibus hostibus factum esset, repercusso aere montium inclusa, voces multiplicant, hostile agmen terrore prosternitur, & in fugam, proiectis etiam armis, conuertitur. Itaque parta, sine sanguine, victoria, superatis Pelagianis, & Saxonibus, cum totius Britanniæ mœrore, sed cum Galliæ exultatione, reuertuntur.

Tributaria functione, præter solitum, grauatis ciuibus suis, dum abest, legatione suscepta, adit Præfectum Galliarum, rogaturus pro ciuibus suis. Ex Constantio. B

Episcopis docẽdus est pop. non sequendus.

Cœlestinus Episcopos Appulos, & Calabros monitos, ne ex laicis assumerentur Episcopi, sed ex Clero, ad excusationem afferentes studia, & conatus populi, admonet his verbis in Epistola sua. *Docendus est populus, non sequendus, nosque (si nesciunt) eos quid liceat, quiduè non liceat, commonere; non his consensum præbere debemus. Quisquis verò conatus fuerit tentare prohibita, sentiet censuram Apostolicæ Sedis minimè defuturam: quæ enim sola admonitionis auctoritate non corrigimus, necesse est, per seueritatem congruentem regulis, vindicemus.*

Nestorius, quo hæresim CP.[li] euulgatam, per totum orbem dilataret, sua scripta ad diuersos misit; & inter alios, ad Ægypti Monachos, professus, ad eos incautius decipiendos, se non nisi quæ Nicæno tradita essent Concilio, tenere; ex quo factum est, vt ex ijsdem Monachis, nonnulli ipsius erroribus consenserint; quorum causa, magnæ inter Monachos illos excitatæ sint turbæ; ad quas sedandas, Cyrillus epistolam primam ad eos dedit. qua monet eos abstinere a contentionibus, & docet ex PP. sententia, qui Nicæno interfuerunt Concilio, & ex ipso inprimis S. Athanasio sanctissimam Virginem Deiparam appellatam. in qua abstinet a nomine Nestorij, vel quod ille nondum palam se horrendæ blasphemiæ auctorem proderet, vel quod nollet credere, quæ, eius nomen præferrent blasphemiæ, eius esse, quod innuit epistola 2. ne videretur contra hominem, non contra hæresim certamen inire, quo eodem forte consilio in libro de eodem argumento ad Regem & Reginas abstinet Nestorij nomine, ne Theodosium offenderet, quod suum consilium ipse declarat epistola ad Theodosium, quam post Concilium Ephesinum ad eum dedit, tom. 1. c. 2. Concil. Ephesini, editionis Peltanę, quam sequimur, ex quo colligi potest eodem fere tempore fuisse conscriptos, quasi antidotum, vt a veneno hæresis ipsos Impp. & aulam præseruaret. C D

Impijs Nestorij scriptis ad Ægypti Monachos missis, ab incerto homine, Romam ad Cœlestinum perlatis, & in Coepiscoporum consessu, cum omnium horrore, lectis, idem Cœlestinus ad Cyrillum Alexandrinum Episcopum scripsit, vt diligenter perquireret, num verè illa Nestorij essent, de quo nuper Orientalium Episcoporum litteris, tot pręconia accepisset. Quod ipsum perscripsit Cyrillus ad Nestorium, perhumaniter, & peramanter monens, & suadens ad rectè sentiendum de Christo, & de Deipara, idque duabus epistolis, extant totidem Nestorij ad Cyrillum epistolæ 3. & 9. apud Cyrillum, ambęque refertę arrogantia summa, atque tumore, eo in verba mordacia erumpente, fastuque se super omnes Antistites efferente. Cyrillus epistola, quæ extat inter epistolas Cœlestini, ad eum anno sequenti data, recenset, qui Nestorium auersarentur, & ab eius communione abstinerent, plebem CP.[nam] (leuibus paucis exceptis) omnia penè monasteria, eorumque Archimandritas, maiorem quoque partem Senatus &c. addit, *sciat hoc quoque Sanctitas tua, nempe commenta illius Orientales Episcopos non probare, sed offendi eos, atque dolere, & præcipue Macedoniæ Episcopos.* Cantam Nestorij arrogantiam fouebat fauor Theodosij, non quidem quod eius patrocinaretur impietati, sed donec controuersia illa a Sancta Ecclesia dilucidata foret, ipse hominem, vt opus suum, fouendum sibi putauit. Imperatoris ergo fauore incalescens bestia illa, quàm violenta in sibi aduersantes prosilierit, libellus Basilij Archi- E

Nestorius non patitur se moneri.

A mandritæ declarat. extat inter Acta Concilij Ephesini. Rursum quàm mitis Cyrillus in Nestorium fuerit, indicat epistola ad Cœlestinum (inter eius alias epistolas) qua dicit se noluisse cogere aduersus eum Concilium, absque nutu Rom. Pont. & in altera (quæ extat cap. 8. tom. 1. edition. Peltanę) quid, inquit, vetabat, & nos quoq; vocibus illius contraria scribere, & sentire. Anathema, si quis Mariam Deiparam esse negauerit. Verùm id hactenus, propter illum facere nolui, ne sint, qui Episcopum Alexandrinum, Ægyptiorumuè Synodum anathematis sententiam in Nestorium tulisse dicant. Sunt alia eius mansuetudinis, & pacifici animi indicia, vt epist. 7. ad eius amicum, & alia ad Clerū Constantinopolit. At contra Nestorius calumnias, & contumelias in Cyrillum spargere non destitit, propria vtraque symbola illa Catholici, hæc hæretici. Cyrill⁹ mitissime agit cum Nestorio.

B Praylio Ierosolymorum Episcopo vita functo, subrogatur Iuuenalis, ad quem extant Cyrilli litteræ, anno sequenti datæ, ex quo corrigendus Nicephorus in Chro. tribuens ei viginti annos, cum non nisi tredecim in Episcopatu transegerit.

Haud multò post Iuuenalis Petrum Ducem Sarracenorum à S. Euthymio ad fidē conuersum, illorum ordinat Episcopum, qui post sequentem annum interfuit Ephesino Concilio. Cyrill. (non ille Alexandrinus) in V. S. Euthymij.

Christi Annus	*Cœlestini Pap.*	*Theodosii 23. / Valentinia. 6.* Impp.	*Theodos. 13. / Valentin. 3.* Coss.
430.	7.		

C NEstorius, qui iam fere biennium tacuisset, vt Cœlestinum suæ adiutorem impietatis sibi adiungeret, quam a Cyrillo, & Orientalibus videbat impugnari, ad eum (vt est apud Cyrillum epist. 16.) scribit, de Pelagianis ex Occidente Constantinopolim profugis, & quærentibus se calumniam passis; primum petens doceri, deinde ingerens suam peruersam doctrinam, sub pietatis specie, Mariam vocandā Christotocon, non Theotocon, ne naturas miscere, inquit, videamur, cum quibus litteris etiam commentarios suos, nefariam hæresim confirmantes, per Antiochum, virum illustrem, mittit: quo ipso tempore superuenit Possidonius Diaconus cum litteris Cyrilli, & commentarijs, quibus impietas Nestorij confutabatur, in ea porro epistola ad finem (quæ prima est ad Cœlestinum sic ait: *Quamuis res ita habeat* (scilicet Nestorij sententiam esse omni execratione dignam) *non tamen prius illius communionem audeter deserere ausi fuimus, quàm hæc ipsa pietati tuæ indicaremus. Digneris proinde, quid* D *hic sentias, declarare.* &c. Quibus cognitis, Cœlestinus, habita quam primum Synodo, omnium sententia tantam blasphemiam condemnat, auctori verò ipsius, decem dierum ad resipiscendum concessum est spatium. eadem damnatione feriendus & ipse, si in asserto errore persisteret. de qua Synodo tum Cyrillus epist. ad Nestor. meminit, tum quæ in ea definita sunt, in Cœlestini epist. sunt expressa, in qua respondet primum de Pelagianis, quos ait, ab Occidente, Orienteque damnatos, mirum esse, quomodo ab eo de illis quæratur, quasi nescius sit ab Attico CP.no damnatos, indeque eiectos, quos, inquit, illic (idest CP.li) inuenisse requiem non esse mirandum, cum subdit, eum participasse de illorum erroribus, post de ipsius perfidia, differit, exhortans ad resipiscentiam, quam nisi intra decem dierum spatium præstet, sit anathemate feriendus, cuius sententiæ executorem se ait constituisse, uice sua, Cyrillum primæ E post Rom. Alexandrinæ Sedis Antistitem, id quod ipsum scribit, Cœlestinus ad Cyrillum epistola 3. cuius vicis suæ legatione commissa, tradit Balsamo, ad eundem ab ipso Cœlestino missum Phrygium, ipsum nempè pallium, quo significatur plena potestas, eoque Cyrillum esse vsum in Ephesino Concilio, & in sacris solennijs, more Rom. Pont. quod priuilegium posteà affirmat propagatum ad Alexandrinos Episcopos successores, cuius tamen fortè exemplum non extat. Quæ eadem Cœlestinus scripsisse se ait ad Io. Antiochenum, quæ est eius 6. ad Rufum Thessalon. Iuuenalem Ierosolym. & Flauianum Philippensem Episcopos; scripsit quoque Cœlestinus, per Possidonium, ad Clerum Constantinopolit. quæ est epist. eius 4.

Nestorius tētat Rom. Pōt. sibi adiungere.

Synodo Rom. hæresis Nestorij damnatur, decem illi dies ad resipiscendum pscribunt.

Cyrillum Vicarium suum constituit Cœlestinus in causa Nestorij.

Cum Cyrillus epist. ad Cœlestinum data hoc anno dicat, se hactenus de his quæ ad Nestorium spectant, ad nullum scripsisse Episcopum, præterquam ad ipsum Cœlestinum, affirmandum est diuersas eius ad diuersos Episcopos datas litteras, omnes post hanc fuisse conscriptas, & reliqua denique omnia eius aduersus Nestorium scripta, præter litteras ad Ægyptios Monachos, & ipsum Nestorium datas. A

Prima igitur Cyrilli epistola ea censenda est, quæ ad Acacium Berrhoensem inscribitur, num. 14. magnæ æstimationis episcopum, ob doctrinam & longam ætatem in se de transactam, sed inueteratum dierum malorum, qui Theophilo aduersus Ioannem inhæsit, ac demum fauit Nestorio, qui tamen hac Cyrilli epistola accepta videri voluit adgauisus esse de suscepto ab eo patrocinio Catholicæ fidei, scripta ad eum epistola, quæ num. est 15. apud Cyrillum. Secunda ea, quam ad Ioannem Antiochenum, in qua de Synodo Romæ habita, num. censetur 13. eodem quoque argumento ad Iuuenalem Ierosolym. num. est 16. in qua inter alia, *Necessarium antè erit*, inquit, *ut Christo amanti, & religiosissimo Regi, & vniuersis Magistratibus scribamus, consulamusq; ne pietati hominem præponant, sed largiantur orbi terræ firmitatem, ac greges Domini cos malo pastore liberent, nisi vniuersorum consilijs obtemperauerit.* scripserit ne Cyrillus hoc tempore ad Theodosium, haud certum est. B

Ioannes Antiochenus, acceptis Cœlestini, & Cyrilli litteris, de damnatione Nestorij, quàm celerrime eas misit CP.[lim] ad Nestorium, adijciés suas, quibus ex sententia quoque plurium Syriæ episcoporum, pluribus eum hortatus est, ad palinodiam recantandam, & Deiparæ nomen vsurpandum, cuius notionem retinere animo dicebat, & a nullo vnquam ecclesiasticorum Doctorum fuisse repudiatum, [a] extat epistola de qua & Liberatus in Breuiario. [b] Qui tamen omnes nonnihil suspecti redduntur non recto pede incessisse in Euangelium, dum Nestorium, non vt hæreticum arguũt, sed vt qui rectè sentiat, tamen minus cautè, atque prudenter voce illa vti detrectet, & Virginem vocare Deiparam, cum ea vtendo voce, nihil detrimenti ipsi de fide doctrinæ inferre possit, quam sequitur rectam, quæ fraus maxime patet in epistola Theodoreti ad Irenæum, quæ est 16. in Vatic. Cod. eius epistolarum. C

a li. 1. Cõc. Ephes. c. 31 edit. Pelt.
b cap. 4.

Cyrillus acceptis Cœlestini litteris, in quibus inter alia, vicem suam illi in prosequenda causa Nestorij delegauerat, statim cogit Synodum, in qua quatuor decernuntur Legati, Theopentus, & Daniel episcopi, Potamon, atque Macarius ecclesiæ Alexandrinæ ministri, quibus data Synodalis epistola ad Nestorium, cum confessione, orthodoxæ fidei & duodecim anathematismis. [c] Porro in cõfessione fidei, illa nõ omittenda de Eucharistia, quam habent veram, sinceràque doctrinam. *Quin illud quoque non possumus*, inquiunt, *hoc loco non adijcere; nempe, dum Vnigeniti filij Dei, hoc est Iesu Christi mortem, & ex mortuis resurrectionem annunciamus : eiusdemque in cœlum assumptionem profitemur, incruentum in ecclesia Dei cultum nos obire, mysticasque benedictiones adire, eaque ratione sanctificari, vt potè sacræ carnis, & pretiosi sanguinis Christi, omnium nostrum Saluatoris, participes effecti; neque enim illam, vt carnem cõmunem suscipimus (absit hoc) neque rursum tanquam viri cuiuspiam sanctificati, aut dignitatis tantum æqualitate Verbo consociati, aut diuinam inhabitationem sortiti, sed tanquam vere viuificam, ipsiusque Verbi propriam. Nam cum vita sit, & Deus, secundum naturam, simulatque vnum quoddam cum ipsa sua carne effectum est, mox viuificam diuinitatem illi contulit. Quamuis ergo ad nos dicat, Amen, Amen, dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, &c. neutiquam tamen illam communem, hoc est, hominis cuiuspiam nostræ conditionis carnem esse existimare debemus (quomodo enim hominis caro secundum suam ipsius naturam viuifica esse queat?) sed verè illius propriam, qui nostri causa filius hominis & factus, & appellatus est*, &c. D E

c cap. 16. to. 1. Concil. Ephes. edit. Pelt.
De veritate carnis Christi in Eucharistia, attestatio Synodi Alexandrinæ.

Adiecerunt his litteris ijdem Patres Synodalem aliam epistolam ad Clerum Constantinop. [d] & aliam ad Patres Monasteriorum, [e] apud Acta Concilij Ephesini. [f]

d num. 11. apud Cyril.
e nu. apud Cyrill. 19.
f to. 1. c. 15.

Nestorius,

Legatos Alexandria ad se missos Nestorius, & Rom. Pont. litteras, pro nihilo habens, & in docendis peruersis dogmatibus perseuerans, pro more hæreticorum, ad declinandum iudicium ecclesiasticum, sententiamque ab eo illatam eludendam, Theodo

A sium Imp. interpellat, & commouet aduersus Cyrillum, velut dirum persecutorem, & aduocatis amicis Io. Antiocheno, & illi subiectis Syriæ episcopis, Cyrilli anathematismos cauillatur, & in crimen adducit, quasi in Apollinaris sectam declinaret: mandat itaque Ioannes Theodoreto, & Andreæ episcopis, vt scribant contra ipsa duodecim capitula, tanquam Apollinaris dogmata instaurantia, hæc ferè ex Liberati Breuiario.[a]

pro more hæreticorũ, appellat ab ecclesiastico iudicio, ad sęculare.

At hoc Cyrillus intelligens, antequam Theodoretus, & Andreas suas conscriberent in se antitheses, omnem ansam arreptam ab aduersarijs eripiens declarationem edidit duodecim illorum capitum, qua longius se abhorrere ab Apollinaris dogmate docuit, extat apud Cyrill. b hoc initio. Conspicua sunt, &c. Hinc factum est, & quidem astute nimis, vt sententia in Nestorium lata haud valuerit executioni mandari, B cum qui eius executor a Cœlestino Rom. Pont. cum amplissima potestate, præpositus erat, ipse hæresis accusaretur. Quamobrem Theodosius Imperator rem eo progressam ratus, vt opus esset Vniuersali Concilio, apud Cœlestinum Rom. Pont. agit de eo cõuocando Ephesi, in annum sequentem. Factum id quidem, Cœlestini Rom. Pont. auctoritate, requirẽte Theodosio, per uirum illustrem Petronium, postea creatum Bononiensis Ecclesiæ episcopum, eius vitæ Acta testantur, quam Sigonius restituit, & edidit.

Nestoriani Cyrillũ tanquã Apollinaristam accusant.
a cap.4.
b Tom.5.
Purgat se Cyrillus Apollinarismi.

Epistola Theodosij, qua ex auctoritate Cœlestini Rom. Pont. Ephesum indicit Cõcilium, mense Nouembr. data, extat in Concil. Ephesino c & apud Cyrill. epist. 17. & in edit. Contij 18. qua euocat Metropolitanos tam Occidentales, quam Orientales, cum alijs insignioribus episcopis, & in his, peculiaribus litteris S. Augustinum per Ebagnium Magistrianum, qui veniens Carthaginem audiuit eum migrasse ad Do- C minum,[d] Liberatus.

c Tom. 1. ca. 31. edit. Pelt.

Aliam postea scripsit epistolam ad Cyrillum peculiarem, illi, succensens, de rebus ab eo rite, legitimeque gestis. ex quo colligitur, quanto periculo immisceant se Reges in his, quæ sacerdotum sunt, quantoque maiori discrimine aures præstent querelis hæreticorum, cum tam pius Imperator a recto mentis sensu a Nestorio deiectus sit, ita vt illi aduersus vnanimem fere vniuersam ecclesiam fauerit, succẽsuerit verò in Cyrillum Catholicæ fidei propugnatorem.[e]

d cap.5.
Quãto cum periculo Prĩcipes immisceãt se reb. ecclesiasticis.

Cum Vuandali, mixtis Alanis Gothis, & alijs Barbaris nationibus Africam vastarent, eoque statu res Africanæ essent, ut exceptis tribus ciuitatibus, Carthagine, Cirtha, & Hippone, reliquæ omnes captæ essent, ingenti hominum strage, ecclesiarum clade, & diuini numinis contumelia, vt est apud Possid.[f] & propterea S. Augustinus in D magno esset luctu, verbum Dei vsque ad ipsam extremam ægritudinem, imprætermisse, alacriter, & fortiter, sana mente, sanoque consilio in ecclesia prædicans, ut ait idem Possid. conciones habebat perbreues, dolore plenas & lachrymis, quarum una tantum nobis reliqua est de Temp. Ser. 3. Fer. 5. post Dom. Passion. nouissima omnium, quæ extent, ideoque maxime legenda. Cum igitur iam tertio mense Hippon obsideretur, S. Augustinus lecto, vltima ægritudine, decubuit; qui sæpius ægrotare solebat, quod colligitur ex eius epist. 138. 217. 149. & alijs. Ad quem sic ægrotantem, inquit Possid. quidam cum suo ægroto uenit rogans, vt eidem manum imponeret, quo sanus esse posset. eumque respondisse, si aliquid in his posset, sibi hoc vtique primitus præstitisset, & illum dixisse, uisitatum se fuisse, sibique per somnium dictum esse, Vade ad Augustinum episcopum, vt ei manum imponat, & saluus erit. Quod cum E comperisset, facere non distulit, & illum continuo sanum ab eo discedere fecit. Quo veluti signo, tum res ab eo sanctè, pieque gestas, tum pia doctaque eius scripta consignata Deus voluit relinquere. In recitandis igitur psalmis, qui de pœnitentia sunt, & orando intentus, membris omnibus sui corporis incolumis, integro aspectu, atque auditu, & nobis astantibus, & uidentibus, ac cum eo pariter orantibus, obdormiuit in pace, anno ætatis 76. episcopatus verò 36. 5. kal. Sept. qui anniuersaria memoria recolitur. De quo Prosp. g *Augustinus episcopus per omnia excellentissimus moritur 5. Kal. Sept. libris Iuliani, inter impetũ obsidentiũ Vuandalorũ, in ipso dierũ suorũ fine, respondens, & gloriose in confessione Christiana gratia perseuerans.* *Testamentum,* inquit Possid.

e Extat apud acta Cõcilij Ephes. Tom. 1. c. 7.
f cap. 28.
Decumbit Aug. vltima ægritudine.
Aegrotum per uisum ad se missũ sanat.
S. August. obitus.
g in Chron.

nullum fecit, quia vnde faceret, pauper Christi non habuit. Ecclesiæ bibliothecam, & omnes codices diligenter posteris custodiendos semper iubebat. A
Innumerabilium propè eius scriptorum idem Possidius ad finem vitæ Indiculum addidit. At planè miraculo factum esse videtur, ut concremata anno sequenti Hipponési ciuitate a furentibus Vuandalis, iisdemque Arianis, quorum obsidionem per quattuordecim menses sustinuerat, ut ait Possid. ipsa illæsa permanserit, Angelica quidē, si non humana uallata custodia; sed qui non ualuit per Barbaros penitus perdere sancti viri scripta, tentauit variè per hæreticos, & calumniosos homines. Primum enim Galliarum quidam presbyteri, quod iam certamen ipso uiuente aggressi fuerant, eo mortuo acrius instaurarunt, quindecim obiectiones scribentes aduersus ea, quæ ipse in Pelagianos scripserat. Rursum verò Vincentius quidam sexdecim opposuit obiectiones. Insuper Camillus, & Theodorus presbyteri Genuenses, decem dubia obiecere. Cassianus quoque Massiliensis presbyter aduersus Augustini doctrinam aliqua intulit. Porrò contra hos omnes steterunt Hilarius Arelatensis, & Prosper, qui quidem (nam de altero non constat, quid scripserit) aduersus Gallos edidit libros responsionum. Volumen etiam contra Vincentianos; librum contra Genuenses illos presbyteros, ac demum contra Collatorem, quem, vt ex ipso apparet, sub Sixto Roman. Pont. edidit. B

S. Aug. bibliotheca diuinitus cōseruata, in direptione Vrbis Hipponis. Eius doctrina cōtra Pelagian. frustra p multos impugnata.

Ioannes Cassianus hoc anno, monitu Leonis E.R. Archidiaconi, aduersus Nestorium, de Incarnatione Verbi, septem libros luculentissimos edit. Leonis consilium hac in re, cum ipse eruditissimus, quam felicissime id præstare posset, Annalium auctor accuratè colligit. De quo Gennadius, [a] *In his scribendis.* (scilicet de Incarnation. libris,) *& scribendi, & viuendi finem fecit, Theodosio, & Valentiniano regnantibus,* In cuius libri præfatione testatur, dudum se collationum spiritualium libros absoluisse. C

Io. Cassianus scrib. de Incarn. collat. lōge ante. Moritur. a cap. 61.

Christi Annus	*Cœlestini Pap.*	*Theod.* 24. *Valentin.* 7. *Impp.*	*Anicio Basso, & Flauio Antiocho Coss.*
431.	8.		

HIc ille Antiochus patricius, ex Eunucho, qui postea delatus apud ipsum Theod. Imp. priuatus bonis, & redactus in ordinem, inter clericos professus est, teste Suida. est Theodoreti ad eum epist. [b] factum illud, nō quasi ex necessitate, adornantis, cuius occasione editam sanctionem a Theodosio Suid. addit, ne amplius Eunuchi, inter patricios militarent, clara quoque Antiochi huius memoria est in Collectione Cod. Theod. [c] *Longum est, memorare,* inquit Theodos. *quid in huius consummatione negotij contulerit uigilijs suis Antiochus, cuncta sublimis ex Præfecto, & Consul.* D

b 95. ex C. Vatic. Antiochus Patricius exautoratus, & Clericus factus. c l. 1. Cod. Theodos. aut Nouell. tit. 1.

Accidit, vt serui quidam, feritatem heri non ferentes, ad altare strictis gladijs prosilirent, nec moniti vt discederent, quod sacris ministerijs essent impedimento, abire vellent, vno clerico interfecto, altero vulnerato, ad extremum sibi ipsis necem inferrent. ex Socr. [d] quod hoc ipso anno Marcellinus contigisse, paulo diuersè narrat.

Ob tritici penuriam Theodosius, hoc tempore, lapidibus appetitus est. Marcellin. Eius ecclesiæ profanationis causa, Theodosius consulturus in posterum, 23. Mart. ad Antiochum P.P. & Conf. ordinarium edit sanctionem, qua ecclesiasticam immunitatem latius dilatat, vsque ad extremas fores ecclesiæ, & post loca publica, & ianuas primas ecclesiæ, quidquid fuerit interiacens, siue in cellulis, domibus, hortulis balneis, areis, atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. Ad quæ loca, arma cuiuscunque generis inferri vetat, & illata mādat deponi, data eis fiducia, quod religionis melius, quàm armorum præsidio muniantur. quod si deponere recusarint, immissis armatis vi extrahantur, extat mutila in C. Theod. [e] sed integra in Conc. [f] Ephesino, ubi inter alia, notatu digna, de se ipso, cum primum omnium ei se Imperatorem reddere voluit obsequentem, hæc ait: *Nos, qui legitimi Imperij armis nunquam non circundamur, quosque sine armatis stipatoribus esse non conuenit, Dei templum ingressuri, foris arma relinquimus, & ipsum etiam diadema Regiæ Maiestatis insigne hu-* E

d li. 7. c. 33. Ecclesiasticā immuni. Theodos. dilatat. e l. 4. de his, qui ad eccl. conf. & 3. C. Iust. eod. tit. f tom. 5. c. 21. edit. Pelt.

A *militer deponimus, & sacra altaria munerum tantum offerendorum causa accedimus. quibus quoque oblatis ad extimum, communeque atrium mox nos recipimus, nec quidquam ex propinqua Diuinitate nobis arrogamus.*

Cœlestinus Romæ Occidentalium coacta Synodo episcoporum, ex vniuersorum sententia: tres legatos Arcadium, atque Proiectum Episcopos (illum fortè Proiectum Forocorneliensem episcopum, de quo Petrus Chrysolog.[a] honorifice meminit, & Philippum S.R.E. presbyterum, Ephesum ad Concilium destinat, qui eum, & totum Occidentem ibi repræsentent, & totius Occidentis de fide sententiam litteris eius exponant. Quod ipsum Patres Ephesini in relatione ad Theodosium significarunt.[b] a Ser. 165. b Tom. 2. cap. 17. edi. Pelt.

Ex ea verò Cœlestini epistola ad Synodum exploratum redditur, sic ab eo, Romanaque Synodo missos esse tres Legatos in Orientem, non vt redditis irritis, quæ anno

B superiori aduersus Nestorium, ab eodem Pont. decreta essent, causa eiusdem nouo subiaceret examini; sed potius vt sententiæ in Nestorium latę ijdem Legati essent executores; vt non aliud quidquam, præter sententiam Cœlestini, sibi arrogasse Oecumenicum tantum Concilium constet, extat ea epist. in collect. Cresconiana MS. præ ceteris minime deprauata: extant & aliæ duæ, vna ad Theodos. altera ad Cyrill. atque hæ omnes mense Maio datæ.

Quo minus solennis ex more legatio mitteretur ab Africanis Episcopis, Vuandalica grassatio fuit impedimento; non defuit tamen officio Capreolus Carthagin. Episcopus, qui Quoduultdeo successerat, quin Bassulam Diaconum suum, cum litteris expurgationis oratorem suum mitteret.

Orientales porro Episcopi, (qui sic dicuntur, non tam ex situ orbis, quam ex Imperij

C partitione) Ephesi ad diem præstitutam adesse maturarunt; in quibus, Cyrillus primæ, post Romanam, Sedis Episcopus, & ipsius primæ Sedis præfectura, alios omnes antecellens, Acacius Melitinæ ex Armenia Episcopus, magni illius Euthymij Archimandritæ institutor: Cyrus Aphrodisiæ Carię Antistes, de quo in constitutione Theodosij,[c] præclarum extat elogium: Petrus item Sarracenorum Episcopus, omnes magni nominis Episcopi, præter alios, de quibus non constat. c L. vlt. de ann. & trib.

Cyrillus ante præstitutam diem Ephesum cum peruenisset, inuenit ibi impium Nestorium, cum Irenęo Comite, eius sectario, circumcursantem, & pertentātem, si quos posset Episcopos ad suas partes attrahere. Cyrill.[d] & Acta Ephes.[e] Socrat.[f] d epist. 33. e tom. 1. cap. 27. f 7. c. 32.

Ioannes porro Antiochenus Episcopus moras nectens cum suis Episcopis, illud sedulò cauebat, ne in tempore Concilio adesset: & vel defendendo Nestorium, eandem damnationis pœnam subiret; vel eum damnare cogeretur, quod nolebat. Cyrill.

D Apolog. ad Theodos. extat Ioan. epistola ad Cyrill. excusatoria, sed perfrigida.[g] g T. 1. Act. Conc. Eph. cap. 21.

Numerus Episcoporum, qui conuenerant ad Concilium fuit supra ducentos, & ferè plus minus, quam trecentorum, vt est in epist. Cyrilli ad Clerū Alexandr.[h] & in Synodicis ad Clerum Constantinop. & Impp. necnon in Act. Ephes. edit. Contij.[i] h ep. 20. i cap. 32. & 34.

Præter Ireneum Comitem, quem sibi amicissimum Nestorius secum duxit, Candidianus Comes Domesticorum, idemque Nestorianus, missus est a Theodosio, qui Synodò interesset, curaretque vt omnia summa agerentur tranquillitate. Dedit idem Theodos. litteras, ad Synodum, quibus probè expressit, quę sint Legatorum sæcularium partes in Concilio, non quidem, qui sanctissimorum Episcoporum catalogo ascriptus non est, illum Ecclesiasticis negotijs, & consultationibus se immiscere, sed tantum turbam submouere, & tumultus reprimere. Acta Ephesina.[k] K tom. 1. c. 32.

E Decima quinta die post elapsum terminum, Concilio præfinitum, 21. Iunij pridie eius diei, quam Synodus haberi cœpta est, missi quattuor Episcopi, qui Nestorium citarent ad Concilium; superbum ab eo responsum retulerunt: *Considerabo, & videbo.*

Collecta itaque Synodus ipsa, est in Ecclesia Sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, dispositisque sedibus, & pro personarum dignitate singulis distributis, præsidere Christum, eo, pro more, significauere mysterio, dum sacrosanctum Dei Euangelium in conspicua sede posuere, in medio collocata, ex Cyrillo[l] inde, ipsum Cyrillum vices agentem Rom. Pont. primum obtinuisse locum, inde verò Arcadium Legatum, l in Apol. et in Syno. ad Theod.

missum

missum a Cœlestino; postea Iuuenalem Episcopum Ierosolym. atque Theodorum Ancyræ Episcopum, agentes patronos Synodi, subinde verò duos alios Sedis Apostolicæ Legatos, Proiectum Episcopum, ac Philippum presbyterum, ac reliquos demum Episcopos; ex Cresconiana collectione, vbi ponitur subscriptio omnium Episcoporum, colligi posse videtur. A

Nestorio, tertio citato, non coparête, PP. Synodum celebrant.

Die itaque 22. Iun. prima sessio haberi cœpta, in qua lectis gestis per Cœlestinũ, & Cyrillum contra Nestorium, & litteris Indictionis Theodosij, & ad ipsam Synodum datis, & relato arroganti Nestorij responso, rursus alij Episcopi missi, ac demum tertia legatione peremptoria citatus, omni aditu ad se intercluso, ad Synodum celebrandam conuertunt animum, recitato igitur Sacrosancto Nicæno fidei Symbolo, & lecta Cyrilli ad Nestorium epistola, & Nestorij ad Cyrillum; & epistola Cœlestini de damnatione Nestorij, & epistola Cyrilli ex Synodo Alexandrina, & audita relatione Nestorij blasphemiarum, & ex diuina primum scriptura testimonijs prolatis, B quibus demonstraretur, Verbi incarnationem indiuise, & inconfuse in vtero Virgines factam, duarumque naturarum coniunctione, vnam tantum redditam esse personam, Christum Iesum, Deum, & hominem: additis quoque SS. antiqq. PP. de eiusmodi veritate, solidis, inconcussisque sententijs, quas continet Cresconiana Collectio, a quibus omnibus quantum abhorrerent scripta Nestorij, quæ legi iussa sunt, palam factum est omnibus; sententia damnationis in eum lata est eiusmodi. *Cum inter cetera*, &c. *Igitur Dominus Noster Iesus Christus, quem suis ille blasphemijs, vocibusque impetiuit, per sacram hanc Synodum eundem Nestorium omni prorsus Episcopali dignitate priuatum, & ab vniuerso nihilominus Sacerdotum consortio, & cætu alienum esse decreuit.* Subscripsere omnes Episcopi, vt habent Acta, plusquam ducenti, [a] quam, ut est ibi, [b] ad Nestorium miserunt cum litteris, & hac inscriptione, Sancta Synodus &c. Nestorio, nouo Iudæ. C

a to. 2. c. 10.
b c. 11.

Post hac Catholicæ fidei decretum firmatum est, repetito namque Nicæno symbolo, sub anathemate præceptum est, ne quis aliquid, præter id, quod per id definitum esset, ad fidem adijcere vllo modo tentaret. Vt autem audierunt (Ephesini) infelicem illum esse depositum, cœperunt omnes vna voce sanctam prædicare Synodum, & Deũ glorificare, quod cecidisset fidei inimicus; egredientes verò nos ab Ecclesia (ait Cyrill.) [c] deduxerunt cum lampadibus, vsque ad diuersorium (erat enim iam vespera) & facta est multa lætitia, & luminaria in ciuitate posita, ita vt & mulieres quoque addẽtes thymiamata cum thuribulis nos præcederent, &c. Porro per publicos præcones damnationem Nestorij Ephesi promulgatam, & proclamatam fuisse, Candidianus Comes in Conciliabulo postea testatus est. D

c ep. 34.

Sequenti 23. Iun. Cyrillus, cum in vnum conuenissent Episcopi, habuit ad pop. homiliam, cuius est exordium, Alacrem uideo Congregationem SS. omnium &c. vbi complura in laudem Sanctissimæ Dei genitricis locutus, in Nestorium acerrimè (vt par erat) inuectus est. Post hæc verò scriptæ sunt a Synodo litteræ ad Theodos. Imp. in quibus, *Vestram*, inquit, *Maiestatem iterum, atque iterum rogatam cupimus, vt vniuersam illam doctrinam* (Nestorij) *è sanctis ecclesijs submoueri, eiusdemque libros vbique locorum repertos iubeat flammis absumi* &c. Item ad Clerum CP.[num] Cyrillus. Synodica prima & Acta Ephes. [d] & aliæ ad eundem clerum. Aliæ quoque priuatæ Cyrilli ibidem cap. 24.

d tom. 2. c. 12. edi. Pel.

Hactenus omnia recte. deinceps lugubrem, & detestabilem ingredimur narrationem. Candidianus Comes, qui ab Imp. datus erat, quasi patronus Concilij, studens Nestorio, eiusque patronus effectus, omnes aditus obsidet, quibus emanare aliquid de gestis in Synodo ad Imp. vel alios posset, ipse verò plurima impudenter mentitus, ad eum scribit, per summam calumniam, Cyrillum, & reliquos Episcopos noluisse Ioannem Antiochenum expectare: non omnes, qui Ephesi adessent Episcopi, conuocatos, nec omnes affuisse; qui conuenissent, inter se non consensisse: constant hæc ex Cyrilli epist. 20. cuius initium. Expectauimus quidem &c. Quibus Candidiani litteris suas adiungit Nestorius, pluribus etiam mendacijs, & calumnijs refertas, in quarum fine. *Quod si id*, inquit, *fieri non potest, saltem curetur, vt tuto nobis ad propria redire liceat,* E

nam

A *nam hanc ipsam vitam se nobis erepturos esse comminantur*, vafrè quidem ista, vt qui depositus esset, in suam sedem reuocaretur CP.[lim] sicuti & astute ad nouam, infelix, Synodum a legitima, condemnatus, prouocat, cui, post ipsum, epistolæ subscripse-runt, ad maiorem illi fidem conciliandam, nouem, qui cum eo erant episcopi, Nestorianæ fœces.

Die quinto a Nestorij damnatione (vt Euagr. auctor est [a]) Ioannes episcopus Antiochen. vna cum suis Ephesum venit 27. mensis Iun. vt Acta Ephes. c Acta, & Cyrillus [b] testantur, cui cum obuiam officij causa sancta Synodus aliquot episcopos misisset, contempsit, per milites submouit, nec siuit se videri, ad extremum male mul tatos, & plagis affectos dimisit, qui sic affecti, in Concilio comparentes, illud ad indignationem meritò prouocauerunt, quæ est Actio 3. ex epistola Memnonis Ephesini B episcopi ad Clerum Constantinop.[d]

a 1. ca. 4.
b to. 4. c. 1.
c in apolog.
d T. 4. Act. c. 13.

At Ioannes adueniens, ante excussum puluerem, & pallium depositum, collectis quibusdam Nestorij sectarijs, alijs, a suis Metropolitanis, depositis, Pelagianis quoque, & Cœlestianis, circiter triginta, rem ausus est detestabilem, & antea inauditam, in ipso diuersorio, Candidiano Comite cuncta procurante, & de Synodo multa mentiente, de Nestorio, quasi Catholico, nulla métione facta, calumnias intendit in Memnonem, & Cyrillum, & alios, qui legitimæ Synodo interfuerant, episcopos, & nominatim Memnoné, & Cyrillũ, vt hæreticos condemnat, & sede deponit, cuius damnationis libellus scriptus, quasi ad Synodum œcumenicam missus, nec tamen missus, sed quidem cum litteris, ad Imp. & ad Clerum Constantinop. sicq; factum est, ut in remotiorib. Ciuitatibus ex eorũ litteris Synodus ęcumenica magnopere infamaretur, C cũ ipsi episcopi, qui erant Ephesi in Synodo congregati, nihil pęnitus horũ sciret. Nec his contẽti, addentes præuaricationé, in gratiam Pelagianorum, qui aderant, episcoporum, restituunt confirmantque Pelagianam hæresim sæpius antè damnatam, sed accidit siue dolo malo, siue librariorũ incuria, vt hæc ipsa Acta pseudosy. Ephesinæ admixta fuerint, cum legitima œcumenica ibidem celebrata. sensit, atque damnauit eiusmodi imposturam S. Greg. Papa [e] collatione facta cum antiquo Codice Rom. Ecclesię, in quo nihil tale repertum est.

Cyrillus & Memnõ, vt hæretici dãnati; detestabili imprudentia Io. Antiocheni & Nestorianorum.

Eadem impudentia restituunt Pelagianã hæresim sæpius damnatam.

Pseudosyn. Ephe. Acta, legitima admixta.

Duodecim post diebus elapsis, nimirum decima Iul. Legati a Cęlestino Pont. missi, tempestate diu detenti, appellunt Ephesum, quibus licèt non præsentibus, satis tamen Synodo visum est rem aggredi, quod loco ipsorum Cyrillus adesset, qui ex Cœlestini Papæ decreto vices eius gerebat. Qui, ipsa die, qua venerant, in Synodum introducti (quæ 4. Actio est) obtulerunt litteras Cœlestini, quæ primò latinè recitatæ sunt, D ob dignitatem Sedis Apostolicæ, Latinè scribentis, inde Græcè redditæ, iterum lectæ sunt, atque omnium sententia Catholicæ prædicatæ, & acclamationibus faustis acceptæ. Postulantibus ijsdem Sedis Apostolicæ legatis, lecta sunt Acta Synodi, *quo*, inquit Philippus presbyter vnus è Legatis, *iuxta Sanctissimi Papæ nostri, præsentisque huius cœtus sententiam, & nos quoque illa nostro suffragio confirmemus, nostroque calculo approbemus*.

e li. 5. ep. 14 lib. 6. ep. 31 7. ep. 47.

Damnatio Nestorij p Synodũ cõfirmatur a Legatis Papæ.

Vndecima Iulij, 5. Actione, conuenientes PP. Legati Sedis Apostolicę in damnationem Nestorij suum calculum adiecere, quorum primo loco Philippus Presby. sententiam dixit, aliqua prælocutus, de Primatu Apostolicæ Sedis, sancto approbante Concilio. Post Philippum, Legati duo reliqui, dictis, & pronunciatis sententijs, sub-E scripsere, primoque loco Philippus presbyt. S. R. E. ante reliquos duos Legatos episcopos, quod & si præstant dignitate presbyteris episcopi, qui tamen proxima connexione capitis, Cardinales presbyteri nominantur, aliquid habent, quo interdum præferantur episcopis. Actis igitur iam contra Nestorium a Synodo œcumenica Legatorũ subscriptione munitis, scripta est epistola Synodalis ad Theodos. Imp. de confirmata damnatione Nestorij, per Legatos, Apostolicam vicem agentes non solùm Cœlestini Rom. Pont. sed totius orbis occidentalis episcoporum, [f] in quarum neutra, cum non extet memoria rerum gestarum per aduersariorum Conciliabulum, euidens est argumentum, omnia ab eis clanculum sub silentio actitata.

Primatum eccl. Rom. probat Cõcil. Ephes.

f tom. 2. c. 3 & ad Cler. CP. nũ. c. 13

Nihil intentatum reliquerunt, quo Cyrillum infamarent, quem cum scirent in Æ-

gyptum

gyptum scripsisse de damnatione Nestorij, occurrentes his, in Ægyptum dedere litteras, quibus significarunt Cyrillum eodem animo, quo Theophilus insectatus est Io. Chrysostomum, commotum contra Nestorium, eundem, absque Perendina dilatione, excommunicasse, quæ quidem res commouit animos etiam sanctissimorum virorum, & inter alios, Isidori Pelusiotæ, qui ad Cyrillum eiusdem argumenti duas dedit epistolas, [a] & tertiam numero apud eum 323. [b] quod Cyrillum calumniarentur affirmare vnam tantum in Christo esse naturam, in qua epistola significauit ex plurimis, S. Athanasij sententijs liquido apparere ex duabus Christum constare naturis, Ceterum veritatem tandem edoctus, alia epistola, [c] illum hortatur, vt perstet in sententia.

a 310. & 370. lib. 1. b eiusdē. 1. lib. c quæ est 324.

Victorem quoque sanctissimum solitarium infamarunt, quod Cyrilli hostis, cum Nestorio sentiret, ex quo aduenientem Ephesum, nonnulli ex Synodo, vt vnum impiorum auersarentur, indeque coactus fuerit sacrosancto iuramento, sanctis episcopis circumstantibus, contestari se nullius horum scelerum conscium esse Cyrill.[d] B

d in Apolog.

Cognitis interim, quæ Nestoriani impudenter clanculo egissent contra Cyrillum, & Memnonem, & omnes reliquos Oecumenicæ Synodi Antistites, quinque diebus ab hac vltima Sessione, conueniunt, consulturi, quid in re tanta agendum foret. Vbi primum oblatus est querelarum libellus a Cyrillo, & Memnone, aduersus Ioannem Antiochenum, quo recitato, interlocutus magnus ille Acacius Melitenus episcopus, nullius esse penitus iuris asseruit, quæ a communicantibus cum Nestorio contra Patres Oecumenicæ Synodi, omnibus legibus repugnantibus, acta essent, tamen adhuc, benignitate Synodi, dari locum petijt, vt Ioannes auctor omnium audiretur, eumque iudiciali ordine, ob eam causam esse citandum. Quod cum per tres episcopos bis factum esset, vix tandē eiusmodi a Io. per milites, elicuere respōsum: episcopus Ioannes, ait: *Nos homines, per nos gradu motos, & excōmunicationis vinculis innodatos, responso non dignamur*, & confestim chartas publicè affigi iussit, quibus declararetur Cyrillus episcopus Alexandrinus esse sectæ Apollinaris hæreticus, iamque omnia de Cyrilli hæresi nunciata esse Imperatori. C

Io. Antiochē. à Synodo citatus negligit.

Peracta sexta Actione sequenti die 17. Iul. collectis in vnum episcopis, Cyrillus questus de irrogata iniuria, in Apollinarem, & omnes hæreticos, anathema, intorsit. Citatus tertio Ioannes per tres alios episcopos (qui ab eius clericis male multandi, vix per milites erepti sunt) respondit per suum Archidiaconum. *Neque vos ad nos mittatis, neque nos in posterū quidquā ad uos mittemus: expectātes, quid ab Imperatore statuatur.* Audita obstinatione Ioannis, Oecumenica Catholicorum Synodus, haud diutius dissimulandum rata, in ipsum, & qui cum eo erant, episcopos, anathematis sententiam tulit, nisi quàmprimum ab eo recessferint: nomina autem singulorū expressit, inter quos Theodoretus reperitur, erant omnes, num. 36. Insuper cuncta ab eis acta contra Cyrillum, & Memnonem irrita esse duxit, & Synodalem de his omnibus ad Imp. scripsit, apud Cyr. epist. Synodica 5. Insuper & Encyclicam ad vniuersos Christi fideles, quibus omnium episcoporum nomina qui damnati, omnium consensu, fuerāt, voluit innotescere, apud Cyrill. Synodica 6. cui adiecere sex canones. hactenus septima Actio. Post hæc verò cessatum per dies quinque a sacris comitijs, quo tempore Cyrillum probabile est habuisse ad pop. homiliam, quæ numero est 3. cuius initium. Quæ dilectissimis in Christum sit virtus, &c. in qua insignis est ad Io. Apostrophe digna lectū, habuit tunc & homiliam illam, quæ numero est 5. qua Sabellianismi se purgauit, quo ab eis erat insimulatus, & Pelagianos, quibus, ipsi fauebant, insectatus est. D

Synod. Io. & reliq. contumaces dānat.

Octaua Sessio 22. Iul. habita, ea nimirum ex causa, quod Nestoriani decipere solerent simplices, exhibentes illis a se scriptam nouam fidei confessionem, ueluti Nicænum symbolum, qua oblata Synodo, atque damnata, canonem addiderunt, ut nemo subscribendam offerret aliam fidei confessionem, quam Nicænam, absque ullo additamento, grauibus aduersus secus facientes statutis pœnis. Acta Conc. Ephes. [e] E

e tom. 2. ca. 28.

Nona Sessione 23. Iul. ex Actis Romæ conscriptis sub Cœlestino, damnata Pelagiana hæresis, & ibi nominatorum hæreticorum. Ex Synodica, ad Cœlestinum, apud Cyrill. 12. De qua damnatione Prosper. in Chron. *Congregata apud Ephesum plus ducentorum Synodo Sacerdotum, Nestorius cum omni hæresi nominis sui, & cum multis*

Rursum dānati Pelagiani.

Pelagianis,

A *Pelagianis, qui cognatũ sibi dogma iuuabant, damnatur.* Damnata iam in Synodo hæresi Pelagiana, Ciues Ephesij ardore fidei Catholicæ æstuantes, eosdem Pelagianos episcopos, populari vi, atque tumultu, protinus extra Vrbem expulerunt. Prosp. [a] — a de Ingratis.

Absolutis quæ ad hæresim, & hæreticos, simulque cum eis schismaticos condemnandos, spectare uidebantur, contigit episcopos, emergentibus nouis rebus, nouis semper conuentibus, illis consulere, ut Actionum certus numerus definiri nequeat. Inter alia tractata fuit causa suggesta a Iuuenale episcopo Ierosolymitan. qua tentabat sibi, & successoribus subripere Primatum totius Palestinæ; ex traditione, & ex Decreto Concilij Nicæni Ecclesiæ Cæsariensi debito, plerisque episcopis in suam sententiam traductis; Cyrillus Apostolicæ Sedis locũ tenens, restitit, ex Canonum B præscripto, cuique ecclesiæ sua Iura conseruans, cuius rei non extat quidem mentio vlla in Act. Ephes. Concil. sed habetur in epistola S. Leonis Papæ numero 62. ad Maximum Antiochenum. His autem omnibus, ac potissimum, quę ad Nestorij causam spectare videbantur, penitus absolutis, S. Synodus per litteras petijt ab Imp. vt episcopis abire liceret, extant litteræ: sed & hæ, & aliæ omnes Catholicorũ ad Imp. & ad alios, opera, & fraude Candidiani interceptæ fuerant, Nestorianorum solum redditis, ipso Imperatore mirante, & tantum eorum silentium suspectũ habente, scribit igitur Imp. per Palladium Magistrianum 3. kal. Aug. ne quis omnino episcoporum Ephesio recedere audeat, qui Palladius traductus in partes Nestorianorum, ne sustinuit quidem Synodi litteras de fraudibus, & arrogantia Io. & collegarum, & intoleranda Comitum tyrannide, ad episcopis subscribi, extant apud Cyrilli Synodi 4. & Act. Ephes. [b] — Iuuenalis Hierosol. tẽtat usurpare Primatũ Palæstinæ, Cæsariẽsi eccl. debitum. — b Tom. 4. c. 10. edit. Pelt.

Cum igitur per Palladium mittere litteras non potuissent, nec haberent per quem C tuto possent, commentum excogitarunt, vt tum has, tum aliarum omnium exemplaria in arundinem inserta, per fidem hominem, specie mendici, mitterent, quod successit. Suas scripserant Nestoriani, plenas, de more, mendaciorum, & calumniarum, tum ad Imp. tum ad alios. [c] — c Tom. 3. Act. Ephes. c. 9. 10. 18.

Cum autem S. Cyrill. SS. episcopos mœrentes Ephesi detineri uideret, ad eos erigendos, egregiam illam habuit concionem B. Propheta, Dauid &c. [d] Cognitis igitur fraudibus, & Tyrannide, qua Orthodoxi Ephesi premerentur, per litteras in arundine inclusas, zelo ęstuantes plerique, maximè Monachorum greges, & in primis Archimandritæ, quorum præcipui erant, Comarius, Potamon, & Dalmatius, eo fiduciæ prouenere, vt absque metu in aulam irrumperent, omniaque Imperatori palam facerent, vniuersamque ciuitatem ad fidei Catholicæ defensionem commouerent. [e] — d Tom. 6. Act. Ephes. c. 12.

D Dalmatius dat litteras ad Concilium de rebus C P. [li] cum Imperatore, populoque tractatis. Apud acta Ephes. [f] Iam inde ab ineunte ætate, &c. Contigit autem paulò post, & litteris Isidori Pelusiotæ celeberrimi, doctrina, & sanctitate Monachi, moneri Imperatorem quanto periculo res sacræ sæcularibus Magistratibus crederentur, & ut ipsemet Ephesum proficisceretur. [g] — e Tom. 2. c. 19. & 20. & Cyrill. ep. 20. — f Tom. 2. c. 24.

Theodosius igitur his persuasus, decretis Synodi Oecumenicæ acquiescit, & ad sedandas controuersias alias obortas, secundum petitionem Orthodoxorum, permittit Oecumenicæ Synodi episcopis, ut quos velint C P. [lim] mittant. Mox decreta Legatio est ad Imp. Tunc & schismatici Ireneum Comitem cum litteris legant; cuius litteris postea ad eos redditis, quid vtrinque actum sit cognoscitur, licet non appareant omnino Synceræ, sed calumnijs & mendacijs deprauatæ. [h] — g num. est 311. lib. 1.

E Sed quid tandem decretum est? Deceptus Theodosius, secundum Acacij Beroensis, deliri senis, persuasionem, (qui quidem propter ingrauescentem ætatem non affuerat Concilio, sed Paulum Emesenum suo loco miserat, qui Ioanni aduersus Orthodoxos adhæsit) sententias, aduersum se inuicem datas, statuit esse seruandas, quousque res ipsi inter se componerent, studens ita conciliare episcopos dissidentes, mittensque sequestrem pacis Ephesum Ioannem Comitem sacrarum largitionum, ad vtrũque conuentum, easdem litteras dedit, & una misit dictam Acacij epistolam. — h Tom. 3. Act. Eph. c. 14. — Theodosi[9] varie deceptus, uexat innocentes Catholicos.

Prima igitur die aduentus sui Ephesum, patefactis Imperatoris litteris, declarauit Nestorium, Cyrillum, atque Memnonem iure depositos, quos omnes ne dissidia maiora concitarentur, carceri quemque suo voluit mancipatos, Nestorium quidem tra-

dens

dens Candidiano Comiti, Cyrillum verò & Memnonem Iacobo itidem Comiti, quæ omnia Theodosio statim significat.[a] A

a ex tom. 3. Act. Ephes.

Dolentes episcopi Orthodoxi, defensores Catholicæ fidei, peruersa relatione scelestorum, ab Imperatore pessime habitos, scribunt ad Theodosium, queruntur illum deceptum, cum illi nunciatum esset, non Nestorium tantùm, sed Cyrillum, & Memnonem a Synodo Oecumenica esse depositos. petunt sibi reddi Cyrillum & Memnonē, se nunquam cum Schismaticis communicaturos, scripserūt item ad Clerum CP.num Cyrillus quoque ad Archimandritas.[b]

b to. 4. Act. Eph. c. 14.

Schismatici sibi non desunt, sed calumnijs, & mendacijs laborant, vt Nestorius damnatione irritata, restituatur, vt qui a Cyrillo hæretico damnatus sit. Sed quod Catholicos peiùs habuit, id fuit, quod Ioannes Comes mentitus est Imperatori, vniuersam Oecumenicam Synodū assensam fuisse in damnationem Cyrilli, adeò vt iam de loco, in quem deportandus esset, consuleretur. Ex Cyrillo.[c] B

c epi. 22. ad cler. & pop. CP.num

Ioannes Comes reuersurus, venditaturus se Imperatori de rebus ritè gestis, ne per Episcopos redargui posset, obseruari diligenter iussit, ne quis, quid scriberet: & scriptum est tamen clanculum ad Clerum CP.num & breue commonitorium missum de aduersis, quæ paterentur obsessi, quibus cognitis, CP.li plures, ad Synodi patres litteræ consolatoriæ commearunt, eorum, qui strenuè pro Synodo, precibus & lacrymis apud Deum, & apud Imperatorem agebant, quæ extat in Actis Ephes.[d] Interea Acacius ille magnus Melitensis Episcopus, his angustijs consternatam sanctam Synodū Ephesinam conspiciens, diuino afflatus spiritu, plenam coram Patribus habuit concionem, in qua breui pacem affore vaticinatus, omnes reuiuiscere, sumere animos, erigereque languentes vires hortatur.[e] Prid. kal. Sept. celebrata illa est Actio, in qua oblato libello a Regino Episcopo Constantiæ Cypri, conquerente de Ioanne Antioch. tentante vindicare sibi alienas Ecclesias, statutum est, vt pristinus seruetur vsus: nec Io. inuadat alienas ecclesias.[f] Interim autem dum barbarico more, Catholica fides, cum suis defensoribus, Ephesi a Comitibus Imperatoris dirè exagitatur, non sine aliqua ipsius quoque culpa; Romanus exercitus in Africa, Deo vltore, iustè agente, a barbaris vincitur, trucidatur, paucis fuga lapsis, reliquis captiuis ductis. porro rem gestam, grandi volumine dignam, Procopius his paucis absoluit. Interea CP.li Romęque exercitu adueniente cum Aspare Duce, spiritum assumentes, acriter resistere cœperunt: verum, non melior priore, fortuna successit. Victi ad vnum omnes, alius, alio, fugam arripuere, Aspar CP.lim vnde venerat: Bonifacius Romam profectus, se se Placidiæ, ex his, quorum culpa vacabat, reconciliauit, eadem ferè Prosp. & Diacon.[g] C

d tom. 4. c. 16. 20. 21. 26.

e tom. 6. c. 11. edi. Pel.

f tom. 2. c. 4

g Miscell. lib. 14.

Tunc illud accidit, quod narrat Procopius de Marciano Domesticorum Comite, (qui postea Theodosio successit) quod dormienti forte inter alios captiuos, aquilam passis alis supta eius caput cum Gensericus conspexisset, portentum tacitè notans, vocatum ad se iureiurandoque obligatum, sibi amicum fore, neque vllo modo contra Vuandalos venturum, dimisisse redire CP.im D

Imperator igitur acerrimo illo Orthodoxorum libello expergefactus, & amissi in Africa exercitus nuncio perterrefactus, meliora tandem consilia inijt, vt septem ab vtraque parte CP.lim mitterentur[h] commonitorium illis datum extat.[i]

h tom. 4. c. 22.

i to. 4. c. 19.

Vbi autem Legati Epheso recessissent, mandato Theodosij iussus est Nestorius recedere Epheso, & quo vellet, pergere, nulla amplius spe reuertendi ad Sedem CP.nam è qua iustè depositus fuit; Legatos quidem Catholicorum CP.lim adire, & extra Vrbem manere iussit: Schismaticorum verò Chalcedone subsistere, magnopere illis frementibus, & quiritantibus. Cyrillus merito quęstus est, quod profectis CP.lim qui eius scripta, vt hæretica essent impugnaturi, (& in primis Io. Antiocheno, schismaticorum coriphęo,) ipse interim Ephesi, sub custodia detineretur, nec ociosè tamē egit, nam, ad illa sua 12. capitula, explanationem adiecit, licèt illa iam antè a Rom. Ecclesia & ab Oecumenica Ephesina Synodo comprobata fuissent. Sed & tunc temporis Theodorus Episcopus Ancyræ, vt testatur Gennad.[k] cum itidem Ephesi moraretur, scripsit aduersus Nestorium librum redargutionis, & confutationis, vt ait, Dialectica quidem arte ordinatum, sed auctoritate sacrarum scripturarum detextum; multis e- E

k c. 55.

A nim assertionibus vsus est, antequam scripturarum testimonia poneret.

Theodosius tandem studio & opera Pulcheriæ sororis Augustæ, vt colligitur ex epistolis B. Papæ Leonis, [a] euigilauit, & de seruitute Nestorianorum Comitum ereptus, serio cœpit fauere Catholicis, Legatis Oecumenicæ Synodi intra Vrbem euocatis, aduersarijs ad propria redire, præceptis, & Actis ab eis aduersus Cyrillum, & Memnonem, vniuersamque Synodum, vt vanis penitus aboleri iussis. Qui tamen supplicibus libellis identidem repetitis, & querelis ingeminatis, obtinent, ut CP.lim accedentes cum legatis Synodi Oecumenicæ conflictarentur de duodecim Cyrilli capitibus, quæ ipsi esse hæretica adeò proclamarent. Quinto demum congressu coram se habito, Imperator, cum amplius impij detegerentur, & impietatis defensores, eos dimisit, & reuerti iussit ad propria, cum illi ad suos desperatione victi, sed semper obstinatiores in perfidia, postremas illas dedere litteras, quæ extant apud Acta. [b] Habentur, & litteræ Theodoreti, eodem ferme tempore Chalcedone datæ, ad Alexandrũ Hierapolit. Episcopum, quibus se aperit coniuratissimum Cyrilli hostem, & Nestorij patronum, qui etiam periculo lapidationis proposito non est veritus Chalcedone cōcionari, & CP.li Nestorianos ad se pertrahere, cuius vna earum, homilia, apud Cyrilli apolog. asseruata, fidem facit, dum in ea sic ait. *Terribiles Propontidis fluctus transire ausi estis, vt nostram audiretis vocem, quam vestri Pastoris vocis effigiem putatis, nēpe Nestorij*, &c. vbi palam in Orthodoxos inuehitur, & Nestorianismũ prædicat, dũ illis obijcit, quod vnam ponant tantum naturam in Christo, & ipse ponit apertè in eo duas personas. Vide eorum calumnias apud Acta Ephes. [c]

[a] 39. & 45.

B [b] tom. 3. c. 10. ĩ appēd. & in apol. Cyrilli.

[c] tom. 3. e. 13. edi. Pel.

Dimissi tandem ab Imp. Legati Schismaticæ, & hæreticæ factionis, abire iussi sunt ad Ecclesias, Nestorij quidem damnatione vim obtinente, non ita tamen Ioannis, &
C collegarum, ne cum illo totius Syriæ Episcopi à Catholica Ecclesia alienarentur, spe pacis redintegrandæ, quæ anno sequenti confecta est. Atque hunc tandem finem accepit hæreticorum, & schismaticorum factiosa rebellio, quæ ad quinque ferè mensium spatium vehementissimè contrarijs fluctibus exagitauit Ecclesiam.

Quarto mense post Nestorij damnatione n. 8. die Nouembr. mandato Theodosij, Legati Oecumenicæ Synodi ordinarũt Episcopum Ecclesiæ CP.næ Maximianum, vita quidem Monachum, ordine verò presbyterum. Socr. [d] Liberat. Diac. [e] Acta quædam Ephesina, nam editio Pelt. in hoc quidem minus probatur. [f] De cuius creatione extant litteræ Cyrilli ad Legatos, & ipsius Maximiani ad Cyrillum, & Cyrilli ad ipsum [g] & apud Cyril. [h] De tanta victoria per Cœlestinum, & Cyrillum aduersus impietatem obtenta, sic Prosper. [i] *Per Cœlestinum omnes Orientales Ecclesiæ gemi-*
D *na peste purgatæ sunt, quando Cyrillo Alexandrinæ Vrbis Antistiti, gloriosissimo Catholicæ fidei defensori, ad execrandam Nestorianam impietatem, Apostolico auxiliatus est gladio: quo etiam Pelagiani, dum cognatis confœderantur erroribus, iterum prosternerentur.* Quæ minimè ignorantes ipsi PP. qui Ephesi conuenerant, necnon Maximianus recens creatus Episcopus, atque etiam Theodos. Imp. legationem ad ipsum miserunt eidem gratulantes de prostrata cum auctore, hæresi Nestoriana. Tunc & additamentum illud accepisse creditur Angelica salutatio, SANCTA MARIA MATER DEI ORA PRO NOBIS &c. Sed & Pulcheria Augusta Virgo sanctissima excitauit amplissimum tantæ victoriæ monumentum, veluti triumphalem fornicem, erigens, nimirum, sub nomine Dei Genitricis Mariæ, augustissimum templum, in Blachernis, iuxta mare. Atque factum est diuino afflante spiritu, vt quã-
E uis frequens vbique esset cultus Sanctissimæ Dei Matris, posteà tamen frequentior, & celebrior esset, vixque reperiretur, qui absque titulo Dei genitricis nominaret eandem Mariam. Adiecit autem ad hæc omnia Theodosius, vt Irenæum Comitem, ob studium ergà Nestorium impensum aduersus Catholicam fidem, exauctoraret, & parem quoque irrogatam pœnam in Candidianum, Palladium, & Ioannem, qui adeò de Ephesinis Episcopis malè meriti essent, & mendacijs ludificassent Imperatorem, credibile est.

[d] lib. 7. c. 36
[e] Breu. c. 7.
[f] tom. 5. c. 11.
[g] tom. 4. c. 24. & 25.
[h] 24. ep. & post apolo.
[i] cõtra Collat.

Quando additum salutationi Angelicę.

Sed quid interea filij tenebrarum? Nestorius quidem tempus sibi ad pœnitentiã concessum impendit confutandæ Catholicæ doctrinæ, ab Oecumenica Synodo com-

probatæ. Theodoretus impugnandis duodecim capitibus Cyrilli, & commouendis, A
per litteras, Italię, magni nominis Episcopis, Mediolanense, Aquileiense, Rauennate
a 112. Vat. Cod. intendit, vt constat ex eiusmet epistola a ad Domnum Antiochenum, a quibus credibile est, se dignum tulisse responsum: nam si quid ij in Cyrillum rescripsissent, quātopere se de eo iactasset?

b epist. 24. & 142. c epist. apud ipsum 30. d to. 4. apud Cyrill.

Andreas quoque (qui a Ioanne Antiocheno pro mercede impietatis, ex Monacho Cp.no factus est Episcopus Samosatenus, & a Theodoreto plurimum laudatur) b nomine Orientalium, quo maioris ponderis haberetur, in eadem capitula contra Cyrillum scripsit. De utroque Cyrillus meminit in admonitione ad Eulogium data c quorum omnium molitiones contrarijs scriptis disiecit; contra Orientales scribens Apologeticum, Contra Theodoretum verò Commentarinm ad Euoptium. d

Transeuntes ad Occidentem, ne ipsum quidem ab hæreticis quietum, cum Galliæ B quidam presbyteri, de quibus supra dictum est, vt & de obiectis a S. Prospero aduersus eos scriptis libris, doctrinam S. Augustini calumniare non desisterent, ipse cū collega Hilario Arelatensi ad Pont. Rom. Cœlestinum proficiscuntur, vt eiusmodi nugatoribus ora, quod par erat, obstruerent. Cœlestinus igitur, qui haud pridem ad dubitationes aliquas, litteris Tuentij episcopi consultus, plenissime scripserat, putans illa sufficere potuisse, cum modo rursus presbyteros obstepere, relatione Prosperi, & Hilarij, percepisset; ad episcopos, in quorum illi ecclesijs presbyterio fungebantur, scripsit epistolam, e redarguens in primis eos, quod sinant, ipsis tacentibus, in ecclesia loqui presbyteros; cum, absque episcopo, nihil illis concessum sit de doctrina præsumere, & post multa, de S. Augustino, cuius doctrina ab illis in suspicionem hæresis temere adducebatur, hæc ait. *Augustinum sanctæ recordationis virum pro vita sua, atque meritis in nostra communione semper habuimus, neque vnquam hunc falsæ suspicionis saltem rumor aspersit, quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, vt inter magistros optimos, etiam ante, a meis decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, vtpote, qui vbique cunctis, & amori fuerit, & honori, Vnde resistatur talibus, quos male crescere videmus. Nefas est hæc pati religiosas animas, quarum afflictione (quia membra nostra sunt) nos quoque conuenit macerari; quamuis maneat hos beatitudo promissa, quicunque probantur propter iustitiam persecutionem sustinere*, &c. Iunguntur epistolæ capita quædam aduersus Pelagianos errores, ab Apostolica Sede olim, & ab Africanis decreta Concilijs, quibus deberent insistere, qui sub Catholico nomine, licet Pelagium, atque Cœlestium anathemate condemnarent, eorum tamen defendere conarentur errores, a Prospero, vt profiteri videtur, collecta. D

e Cœlest. 8. Presbyteris nihil cōcessum, absq; episcopis, de doctrina p̄sumere. C
Cœlest celebrat S. August.

Sed & illa notanda sunt, inculcata ab eodem auctore, Pelagianas hæreses traditionibus Apostolicis confutari. De eadem Cœlestini epistola meminit Prosp. f & post recitatum Cœlestini de S. Augustino elogium, subdit. *Contra istam clarissimam laudatoris tubam, contra istam sacratissimi testimonij dignitatem, audet quisquam malignæ interpretationis murmur emittere?* &c. Quam Cœlestini epistolam laudat etiam Vincentius Lerinensis, alius omnino ab eo Vincentio presbytero, qui B. Augustini scripta carpebat, de quo Gennad. g & de Lerinensi, item alibi. h

f adu. coll.

g capit. 80. h cap. 64.

Inter alios verò Aquitaniæ Episcopos presbyteros Pelagij fuligine denigratos, quos Cœlestinus sua epistola insectatus est, fuit Seuerus Sulpicius, ille discipulus, & scriptor Vitæ S. Martini, & S. Paulino Nolano episcopo amicitia coniunctissimus; de E quo hæc Gennad. eius æqualis. i *Seuerus presbyter, cognomento Sulpicius vir genere, & litteris nobilis, & paupertatis, & humilitatis amore conspicuus*, & in fine, post enumeratas eius lucubrationes, ista addit. *Hic in senectute sua a Pelagianis deceptus, & agnoscens loquacitatis culpam, silentium, vsque ad mortem tenuit, vt peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret*: quem credibile est hoc resipuisse tempore, quo percelebris ista, de qua est sermo, Cœlestini epistola aduersus Pelagianos, ad eiusdem Prouinciæ episcopos, ipsi innotuit, ex qua deuium se sentiens ab ecclesia Catholica, in viam redijt.

i cap. 19. Seuerus Sulpicius deceptus a Pelagianis, resipiscit.

Hunc cum Gennadius illius Gentilis & æqualis, non nisi presbyterum nominet,

& in

A & in eo ordine pœnitentem dicat esse defunctum, & Honorius item retexens catalogum clarorum virorum, presbyterum tantum vocet, & nullus antiquorum episcopũ vocet, oportet diuersum esse ab eo, quem dicunt episcopum Bituricensem. In martyrologio tamen extant duo Sulpitij episcopi Bituricenses, quorum alter cognomento Pius, alter Seuerus dictus, qui hic non videtur esse posse.

Qui hoc sæculo illustrauit Sedem Bituricensem, fuit S. Simplicius, arbitrio Sidonij Apollinaris creatus episcopus, de quo ad Euphronium, & Perpetuum sanctos episcopos, [a] extant Sydonij epistolę. a ep. 8. & 9. lib. 7.

Palladius, Græcus genere, is, qui Diaconus S. R. E. scripsisse reperitur sub Zosimo Papa res gestas S. Io. Chrysostomi, in dialogo, alterius Palladij episcopi Helenopolis, cum Theodoro, itidem Diacono R. E. quique a Trithemio inter scriptores ecclesiasticos numeratur; cui, præter Dialogum illum, librum contra Pelagianos, & homiliarũ
B librum vnum, & ad Cœlestium epistolarum librum vnum, & alia, Græco sermone cõposita, tribuit, is, inquam, Palladius esse creditur, qui ante biennium in Britanniam Legatus a Cœlestino missus, Scotos ad fidem conuertit, & hoc anno eorum primus episcopus a Cœlestino ordinatus, & ad eos remissus, ex munere Apostolico illi iniuncto, consecutus est, vt Apostolus Scotorum fuerit nuncupatus. Prosper. Antiquiorem tamen sibi vendicant Scotorum Christianitatem, qui hoc sęculo res eorum sunt prosecuti, nempe a tempore Victoris Papæ, quod ita intelligendum videtur, ita tum ad Christum adductos, vt plurimi superessent infideles, barbarico eo modo viuentes, de quo S. Hieronym.[b] Certè quidem Christianitatem aliquam in Scotia, tempore ipsius Hieronymi oportuit extitisse, ex qua, & qui Pelagium sectati fuerint libr. 1. præfat. in Hieremiam, & lib. 3. Antiquitati eorum Christianitatis videtur fauere Tertullianus
C aduers. Iud.[c] dum ait. *Britanorum inaccessa Romanis loca, Christo vero subdita.* Ea verò loca Romanis inaccessa, Scoti fuisse videntur. Nauigasse quoque ad Hibernos, & illic Euangelium prædicasse mandato eiusdem Cœlestini Rom. Pont. sed cito morte subductum, Probus scribit, qui res gestas S. Patricij, qui illi in prædicationis munere successit, conscripsit.

Palladius Scotorum Apostolus.

b 2. contra Iouin.

c cap. 7.

Porro S. Patricius Scotus genere, natus ex S. Martini Turonensis episcopi sorore, ab eo clericus ordinatus, quadriennium sub eius institutione transegit; Inde a S. Germano Antisiodorensi episcopo sacris literis imbutus. Vocatus vero a Deo ad Hibernorum conuersionem non prius illuc se contulit, quàm Romam ad Cœlestinum Papã accesserit, accepturus ab Apostolica Sede, ad eius gentis conuersionem, Apostolatũ, vt ait Sigebertus; nam Probus, ait, eum ab Amatore episcopo ordinatum Scotorum
D episcopum. Quæ cum sub Cœlestino acciderint, oportet dicere hoc extremo anno, vel initio sequentis contigisse, cum mense Martio defunctus sit.

S. Patritius Hibernorũ Apostolus.

S. PAVLINVS NOLANVS EPISCOPVS nobilitate, doctrina, eloquentia, amicitia clarissimorum, & sanctissimorum virorum suæ ætatis clarissimus, vt qui ab omnibus, elogijs fuerit ornatus a S. Hieronymo quidem in Oriente, a S. Ambrosio in Italia, a S. Augustino in Africa, a Prospero, & Eucherio in Gallijs; sed in primis contemptu mundi, & Monastica exercitatione, & omnis generis sanctitate illustratus, migrat in cœlum 10. Kal. Iul. anno ętatis duo deoctogesimo. Vranius in eius vita.[d]

S. Paulini Nolani obitus.

d apud Sur. 22. Iun.

Quomodo autem conuenire possit, S. Paulinum sese obsidem dedisse pro filio Viduæ Regi Vuandalorum in Africa, & post eius obitum remeasse Nolam, ac deinde
E defunctum; cum cõstet, qui in Africa regnauit primum, Gensericum, propagasse vitam, capta Carthagine, annis 37. ex Victore, & sic peruenisse vsq; ad annum Domini 476. vt oportuerit Paulinum adhuc vltra 45. annos vixisse, dicendum est non esse intelligendũ de Genserico, qui in regno consenuit, sed de Gunthario fratre ipsius, Godigisch filio, quem cum fratre Genserico, atque Vuandalis trãsisse in Africam, Procopius Paul. Diac. & alij affirmant, eumque dolo Genserici, è medio, morte sublatum, huius enim interitum repentinum obuenturum potuit prædixisse S. Paulinus, captiuos autem illos ex Campaniæ oris in Africã abductos, non bello aliquo, sed Vuandalicæ classis inuasione, qua potentem fuisse Gensericũ, & ea plures regiones infestasse, tradit Vict.

Quę extant ipsius epistolæ, & carmina, amicorum studio conseruata sunt, nam cum se totum Christo addixit, professione Monastica, nihil amplius scripsit, vt ederet. A

Christi Annus 432. *Cælestini Pap.* 9. *Theodosij* 25. *Valentiniani* 8. *Impp.* *Aetio, & Valerio Coss.*

ACceptis Cœlestinus litteris a S. Synodo, de impij Nestorij deiectione, Maximiani verò promotione; necnon a Theodosio Imperatore, & Maximiano episcopo CP.no ad Natalem Domini per Ioannem presbyterum, & Epictetum Diaconum, Legatos; magno perfusus gaudio, ad Resurrectionem Domini Mense Martij, eos remisit, cum litteris Encyclicis quidem ad episcopos, qui Ephesi ad Synodum conuenerant, alijs ad Theodosium Imp. ad Maximianum recens ordinatum, ad Clerum, & pop. CP.num quibus gratulatur de impietate Nestorij prostrata; monet de Nestorio longius ablegando, docet, hortatur, omne denique præstat boni munus Pastoris; nec diu post, tanti zeli, solicitudinis & laborum, pro Catholica fide tuenda, præmia percepturus, 8. Id. Aprilis migrat ex hac vita; cum sedisset annos octo, menses quinque, & dies tres. Recensetur a Gennadio inter ecclesiasticos scriptores, [a] de quo ait. *Cælestinus Vrbis Romæ episcopus decreta Synodi aduersus supradictum Nestorium dictauit, habitum volumē describens, ad Orientis, & Occidentis ecclesias dedit, confirmans, duabus in Christo manentibus perfecte naturis, unam filij Dei credendam esse personā.* In lib. de Ro. Pōt. *Hic multa constituta fecit, & cōstuuit, ut psalmi Dauid 150. ante sacrificium psallerentur, antiphonatim ex omnibus; quod antea non fiebat, sed tantum epistolæ Pauli recitabantur, & S. Euangelium. Hic fecit basilicam Iulij*, &c. B C

Cœlestini Papæ obit.

a cap. 54.

De tertio S. Concilio S. Cœlestinus Papa proprium suum Cœmeterium picturis decorauit. Hadr. Papa. [b] eius tempore Ecclesiam S. Sabinæ extructa in Auentino a Petro Illyrico, vetus Inscriptio, Sixti P. ann. 1.

b ep. ad Car. M. Imp.

Sixtus Romanus Sexto kal. Maij, cum vacasset episcopatus dies 20. an. 21. creatur Rom. Pont. Prosp. Marcellin.

Sixti Papæ I.

DEcreta in Ephesina Synodo statim decreto firmat: Nestorium ad pœnitentiam, hortatur, & prouocat: Ioannem Antiochenum Episcopum ad damnandos Nestorij errores & nouitates, & tenendam Patrum fidei vetustatem inuitat, Ex Cyrillo ad Acacium Melitenum episcopum. Gennad. [c] c. 54. & Lerinensis. [d] D

c cap. 54.
d adu. hær. c. vlt.

Theodosius quoque, de consilio Maximiani C P.ni episcopi, & aliorum orthodoxorum episcoporum, viuente adhuc Cęlestino, grauissimis litteris hortatus est Io. Antiochi episcopum ad reconciliationem cum Cyrillo Alexandrino episcopo, euocās vtrūque Nicomediam, vnde non sint ante discedere permittendi, quam inter se ferio conuenerint: & priuatim alijs litteris Ioāni suadens, vt damnet Nestorium. Legatio commissa est Aristolao viro integro, & prudenti, Tribuno, & Notario, adhibiti quoque ab Imp. sequestres pacis apud Io. Acacius Berrhoænsis, & Simeū Stilites Anachoreta, ad quos & alios aliarum prouinciarū episcopos, & solitarios litteras dedit. [e] In qua Theodosij epistola, illa verba maximè obseruanda. *Vosque probatas Rom. religionis sacerdotes esse, manifesto argumento declarate*, quo certius vera distinguitur religio a falsa, quam nomine, Catholica, quam singuli ferè hæretici ad se trahunt. E

e to. 5. Cōc. Ephes. c. 3. & 10. Cyr. ep. ad Dynatum.

Simeon porro, licet super columnam, in solitudine, vitam parem cęlitibus in terra duceret, tamen curam Ecclesiæ Dei minime abiecit. Theodoretus enim, qui testis oculatus esse potuit, [f] *Hæc quidem*, inquit, *omnia faciebat, neque SS. Scripturarum curam abijcit, & prouidentiam: aliquando quidem pugnans aduersus Gentilium impietatem, aliquando frangens Iudæorum audaciam, aliquando autem fugans, & profligans turbas hæreticorum, aliquando de his scribens ad Imp. aliquando Præsides & Magistratus*

f Vit. SS. PP. c. 26.
Stylitæ in solitudine cura eccl.

A *ad diuinum incitans zelum, aliquando etiam ipsis ecclesiarum Pastoribus, maiorem gregis curam gerere præcipiens.* hæc, & alia Theodoret. qui in eo, quod dicit de Iudæis, videtur ob oculos habuisse, quod scribit Euagr.[a] *Virtus porro diuinæ gratiæ,* inquit, *tam penitus in istius insedit animo, ut ad Imp. Theodos. per legem, iubentem, ut Iudæis Antiochiam incolentibus ipsorum Synagogæ; quas ante Christiani illis abstulissent, redderentur, adeò liberè scripserit, adeoque acriter, propterea eum increparit (solum namque suum Imp. Deum ueritus est) ut Imp. Theod. quo Christianorum satisfaceret uoluntati, sua mandata reuocaret; Præfectumque qui ipsum de Iudæorum Synagogis reddendis, docuerat, abdicaret magistratu, utque Sanctissimum atq; cœlestem oraret martyrem, ut nominatim pro ipso Deum obsecraret, obtestaretur que atque sua ipsum impartiret benedictione.* — a lib. 1. c. 13

Porro magni huius Simeonis nomen ob eius mirificas virtutes, ingentiaque mira-
B cula non in Oriente solum, vbi degebat, sed in Occidente quoque fuisse percelebre, & ad eum ab extremis vsque orbis oris homines confluxisse, & Romæ in officinarum omnium vestibulis, & porticibus ei positas fuisse imagines, vt inde sibi præsidium, & tutelam pararent, testatur idem Theodoretus. — Ingens fama S. Symeonis Stylitæ.

Redeuntes ad Io. episcopum Antiochen. Is, vt accepit legationem cum Imperatoris litteris, vocatis episcopis, quibus ante vsus fuerat comministris aduersus Cyrillum, & Acacio Berrhoensi, in commune statuunt, præcauendū, ne Io. Nicomediam ad dicendam causam conueniat. Ratam habendam esse damnationem hæresis Nestorianæ, cum ipso Nestorio, sicque redintegrandam esse communionem cum Rom. Pont. atque Cyrillo Alexandrino omnique simul ecclesia Catholica. Quæ omnia rata habēs Aristolaus Legatus, nullum amplius de proficiscendo Nicomediam Io. negotium facessiuit. Io. igitur, ex Synodo tunc Antiochiæ habita, de damnatione Nestorij, & eius hæresi dedit epistolam ad Sixtum Rom. Pont.[b] — b extat Act. Ephes. to. 5. c. 17.

C Ad Cyrillum porro pertentandum, de damnandis capitulis suis, Paulum Emesenū episcopum Legatum mittunt, qui cum id nullo modo impetrare posset, dat litteras Ioannis, *in quibus mandauimus,* inquiunt illi, *vt personam nostram sustinens, pro nobis ea tractet, unaque vobiscum constituat, quæ ad pacem faciunt; id quod huius Legationis caput est; simulque pietati tuæ exhibeat expositionem de Domini Nostri Iesu Christi incarnatione concorditer a nobis editam,* &c. qua confessione edita, subiuncta est probatio damnationis Nestorij, & electionis Maximiani. Rem autem totam, vt gesta est, exposuit Cyrillus, epistola sua,[c] & ex eiusdem Pauli scriptis apparet, quæ extant in Actis Ephes.[d] Sic igitur, absque capitulorum suorum damnatione, cuncta arbitrio Cyrilli gesta sunt, quantumuis qui fauerant Nestorio, multa mendacia spargerent in
D vulgus, quorum Nestorianorum Strophas, qui videre vult, legat epistolam, quæ fertur Ibæ ad Marim Persam apud Concil. Chalcedon.[e] — c ad Dyna. quæ est 38. d to. 5. ca. 4. edit. Pelt. e Act. 10.

At in litteris vltrò citroque datis, vt in re maximi momenti consultanda, integer annus esse videtur insumptus, antequam Paulus Legatus Orientalium; firmata concordia ad communicationem integram in ecclesia admitteretur. Quod verò non consueuissent, more maiorum publice excommunicati, admitti ad communionem absque relatione ad populum facta, retulisse videtur Cyrillus perbreui illa concione, in Natiuitate S. Io. Baptistæ habita, in qua sic ait. *Quæ autem scripsit ad me, Deo amantissimus, & Reuerendissimus episcopus Antiochiæ Ioannes, quæ uerò ad eum rescripserim, Deo fauente, audietis.* Admisso tandem Paulo Emeseno episcopo a Cyrillo in ecclesiā ad Synaxim, datum est etiam ei habere sermonem ad populum, ad cuius verba illa,
E PEPERIT ITAQVE DEIPARA EMMANVELEM, populus acclamauit: *Ecce fides eadem est, donum Dei, Cyrille Orthodoxe: hoc audire cupiebamus. Qui non ita loquitur anathema sit.* cumque, & idem Paulus, paulo inferius, duas perfectas naturas in Christo vno professus esset, vnam scilicet personam affirmans, rursum pop. acclamauit: *Recte uenisti Orthodoxe episcope, dignus ad dignum: Christiani dicunt, donum Dei, Cyrille Orthodoxe,* & perstans in eodem argumento, ex magno populi concursu coactus est abrumpere sermonem, quem ad vesperam repetiuit, atque demum finem imponens, populum ad audiendum Cyrillum inuitauit, qui post Paulum, suggestum — Publicè excom. nō admittebātur ad commu. absque relatione ad popul. facta. Pop. Alex. acclamat Paulo Deiparam prædicanti.

conſcendens, perbreuem, eodem argumento, habuit orationem, qua ea, quæ a Paulo fuiſſent dicta, probauit. Sic igitur, ingenti cum lætitia, ſtabilita pace eccleſiæ, Paulus rediens attulit ſecum litteras ad ipſum Io. Antioch. Epiſcopum. [a] A

a tom. 5. c. 6. & Cyril. epiſt. 28.
b extat in v. Synod. Act. 5.
c 122.

Quod ad Theodoretum attinet, etſi ſubſcripſerit fidei formulæ a Cyrillo præſcriptæ, coluit tamen etiam aliquamdiu Neſtorij amicitiam, quod indicat epiſtola, poſt vnionem conſcripta. [b] perſeueraſſe etiam in ſimultate cum Cyrillo, epiſtola ad Domnum Antiochenum, [c] indicat. Victus tandem humanitate Cyrilli, qui ſua deinceps ſcripta ad Io. Antiochenum, & alios Syriæ Epiſcopos examinanda miſit, illi reconciliatus eſt, vt apparet ex epiſtola ad Dioſcorum nu. 83. in qua dicit ſe ab eo litteras accepiſſe, & dediſſe, & de libris eius contra Iulianum ſcriptis, ait, *quos cum legiſſemus hominem ſumus admirati, & ſcripſimus ad Cyrillum bo. mem. qui iterum nobis reſcripſit, & nos diligentes, ac beneuolos, ſuo teſtimonio, declarauit, quæ litteræ apud nos ſeruantur.* B

Iudæi veteratoris factum.

Eodem ferè tempore Iudæus quidam veterator in Creta, (niſi Dæmon hominis ſpecie) Moyſem ſe ſimulans, Iudæis perſuaſit, omnia ſua, vt dimitterent, velle ſe eos in terram promiſſionis, per mare, ſicco veſtigio, perducere, dicta die conueniunt ad Promontorium, ex eo ſe in mare præcipitare iubet, quod cum aliqui feciſſent, niſi piſcatorum, qui forte aderant auxilio ſeruati fuiſſent, plane eſſent ſuffocati, fraude cognita, veteratore non inuento, reſipiſcunt, & plurimi ad fidem adducuntur. Socr. [d] alij.

d lib. 7. cap. 36.

Gallicani Epiſcopi frequenter appellãt ad Sedẽ Apoſtolicam.
e lib. 2. c. 1. & lib. 10. c. 31.
f ep. 89. ad epiſc. Vien. Prou.

Hoc ipſo anno S. Brictius, Turonenſis Epiſcopus, oppreſſus aduerſariorum calumnijs (quas paſſurum deceſſor ſuus S. Martinus illi prædixerat) ad Rom. Sedis Pont. Sede pulſus, appellat, a quo tandem, poſt ſeptennium, reſtituitur, duobus interim intruſis Epiſcopis extinctis. Turon. de Geſt. Francorum. [e] Gallicanos quidem Epiſcopos ſolitos frequentiſſime appellare ad Apoſtolicam Sedem, docet S. Leo. [f] C

Bonifacij Com. obit⁹

His item Conſulibus (inquit Proſper) totius orbis pace, & conſenſione mirabili, Bonifacius Comes ab Africa ad Italiam peruenit, & ad Vrbem, accepta Magiſtri militum dignitate; qui cum reſiſtentem Aetium prælio ſuperaſſet, paucos poſt dies, morbo extinctus eſt. Aetius verò, cum depoſita poteſtate in agro ſuo degeret, ibi eum quidam inimicus eius opprimere cum tentaſſet, profugus ad Vrbem, & illinc ad Dalmatiam, deinde ad Hunnos in Pannoniam peruenit, quorum amicitia, auxilioque vſus, pacem Principum interpellatæ poteſtatis obtinuit. Longè aliter Marcellin. & Diacon.

Hoc item Domini anno ex hac vita migraſſe ponitur S. Io. Rauennæ Epiſcopus cuius præclara eſt memoria inter SS. Rauennates Antiſtites. Quod verò fertur ad hunc ipſum datum Valentiniani Reſcriptum, quo illi Eccleſiæ conceditur, vt ſit Archiepiſcopatus, & vt ipſius Eccleſiæ Antiſtites vtantur pallio, tam eſt manifeſtè ineptum, & falſum, ut refutatione non ſit opus, non enim hæc Imperatorum ſunt, ſed vnius Rom. Pont. D

Christi Ann.	*Sixti Pap.*	*Theodosij 26. / Valẽtiniani 9.* Impp.	*Theodoſ. 14.[m] & / Anicio Maximo* Coſ.
433.	2.		

g in Breu. c. 7.
Fraudes hæreticorum.
h ei⁹ eſt 29. tom. 5. cap. 9. Act. Eph.

Stabilita pace inter Io. Antiochenum, & Cyrillum Alexandrinum, rurſum hoſtis pacis eam turbare aggreditur, calumniantibus quidem aliquibus de parte Ioannis, non recipiendum fuiſſe Cyrillum abſque damnatione capitulorum. Ex parte uerò Cyrilli aliquibus in eum commotis, quod iniquis conditionibus communicaſſet cum Orientalibus. Liber. Diac. [g] Sed & deteſtabilis audacia Neſtorianorum vulgauit, confictas epiſtolas, Cyrilli quidem nomine, cantantis palinodiam eorum quæ Epheſi geſta eſſent: Philippi verò vnius Legatorum Sedis Apoſtolicæ, ſignificantis, Sixtum Rom. Pont. ægro animo tuliſſe damnationem Neſtorij, quibus temerè creditis, magna commotio, & perturbatio orta eſt, quam vt ſedaret Cyrillus, ad diuerſos ſcribit epiſtolas, illatas diluens calumnias; ad Acacium Melitenum [h] ad ſucceſſum E

Dio-

A Diocæsareæ, in Isauria, Episcopum, (in fine lib. Cyrilli de Incarn. Vnigen.) ad Valerianum Iconij, Inter Acta Concil. Ephes. [a] Sed & ad Dynatum Episcopum Nicopolis Epiri, & ad Eulogium Apocrisarium suum, quæ est epist. 30. denique euulgat Sixti Papæ epistolam ad se scriptam, maximè probantis Nestorij damnationem, quibus omnibus & se, & Io. & Orientales ab impositis calumnijs purgauit; & quæ caue re deberent, admonuit. Qui verò per id tempus, nec Cyrillo adhærerent, nec cum Ioã ne conuenirent, Acephalos nouam sectam extitisse putauit Liberatus [b] tamen verisimilius est, eos non nisi post Concilium Chalcedonense extitisse, vt inter alios, ait Leontius de sectis. Aliam etiam dedit idem Sixtus, eodem tempore epistolam, de eadem re, ad Io. Antiochen. in qua, inter cetera, hæc præclara leguntur verba, *BEATVS PETRVS APOSTOLVS IN SVCCESSORIBVS SVIS,* B *quod accepit, hoc tradidit. Quis ab eius se velit separare doctrina, quem ipse inter Apostolos primum Magister edocuit? non hunc auditus per alterum, non sermo lectus instruxit: doctus est cum alijs ore doctoris: non scripturæ, non scriptorum passus est quæstionem, absolutam, & simplicem fidem, & quæ controuersiam non haberet, accepit; quam vtique meditari semper, & in qua manere debemus, vt sensu puro, sequentes Apostolos inter Apostolicos esse mereamur. Non parum nobis oneris, non laboris incumbit, ut Ecclesiæ Domini macula desit, & ruga.*

a to. 6. c. 17

b c. 9.

Tũc (ait Liberatus Diac.) [c] & Eutropius Ptolemaidis Pẽtapoleos regionis Episcopus, accipiens exemplar litterarum Theodoreti, qui scripserat contra duodecim capitula Cyrilli, direxit illud Cyrillo; qui gratissime illud accipiens, fecit expositionem capitulorum suorum, & ad interpretationem addens expositiones, quę uidentur plenam pro eis reddere rationem. Itaque Cyrillo suscipiente, & defendente fidem C Orientalium Episcoporum, & sua capitula exponente, pax, & vnitas Ecclesijs reddita est.

c cap. 9.

Quod verò damnato licet Nestorio, & in vnam sententiam Occidentalibus, Oriẽtalibusque conuenientibus, ipse permissus est in suo Monasterio libere agere, & quorum vellet habere consuetudinem, qui extra orbem Romanum fuerat amandandus, nec de eo monitus a Cœlestino Theodosius, eum audire voluit, diuinam in se iracundiam concitauit. Sicut enim cum huiusmodi hæresis defenderetur, luctuosissima illa clades in Africa accepta est; ita nunc cum finitur damnatus Nestorius liber inter Catholicos agere, CP.[na] Ciuitas portentosa affecta est clade, hoc ipso anno, cum triduano incendio magna est ex parte consumpta. Prosp. Marcellin. Socr. Ista porro mala pati meruisse Regiam Ciuitatem, dici posse videtur, quod aduersus Ephesinum Cõ D cil. qui erant rerum arbitri; Nestorio fauissent, & damnato licet, fauere non desinerent, siquidem ex litteris eiusdem Nestorij, Euagr. narrat, [d] toto quadriennio post damnationem in dicto S. Euprepij Monasterio, varijs ipsum esse affectum honoribus, & muneribus.

Nestorius damnatus male pmissus ab Imp. agere in suo monasterio & cum hominibus cõuersari.

CP.[lis] portentoso incendio deformatur.

d lib. 1. c. 7.

Quod vero Socr. Basilicam Nouatianorum non conflagrasse, miraculo tribuit, suspectum est, vt Nouatiani hominis, & omnino certum est apud hæreticos miracula non esse.

Cum Rauennates Romam venissent ad Sixtum Rom. Pont. cum decreto electionis Rauennatis Episcopi, in locum Ioannis, nuper defuncti, subrogandi, Sixtus per visum admonitus à S. Petro Apostolo, & S. Apollinare eius discipulo, primo eius Ecclesiæ Episcopo, quem ordinare deberet, Petrum Diaconum S. Cornelij Forocorneliensis E Episcopi, qui ad eum visitandum per eos dies venerat, agnouit, & consecratum Episcopum dedit, quem non nisi a Deo electum, admiranda morum sanctitudo, & doctrina insignis mirifice commendarunt. Rubeus, in hist. Rauennate.

Petrus, dictus Chrysolog. diuinitus datur Rauennat. Episcopus.

S. Prosper hoc anno aduersus Io. Cassianum adhuc viuentem, nomine Collatoris, librum conscribit, & quidem eruditione insignem, quo & venena produntur; & aduersus ea, quæ de libero arbitrio, contra gratiam scripserat, antidotum præparatur. Cuius admonitione Cassiani scripta, potissimum verò Collationes ipsæ, a nonnullis emendata fuisse reperiuntur, primum quidem à S. Eucherio Ecclesiæ Lugdunen. tum presbytero, cum Cassiani opera in epitomem accurate redegit. Eundem Cassianum e-

S. Prosper scrib. cõtra Cassianum, sub nomine Collatoris.

Cassiani Collationes expurgantur. a instit. diuin. lect. c. 29.

gregie a Victore Episcopo Martyritano in Africa, purgatum, Cassiod. [a] expectare dicit sibi esse mittendum, qua spe fortè frustratus, idipsum, ipse facere aggressus est, vt habet Ado. in Chron. ann. 425. in fine. Non igitur ex Collationum libro, vt modo habetur in manibus, colligi potest, ipsum omni ex parte fuisse Catholicum. Gennadius quidem, & ipse Massiliensis presbyter, & Pelagianis nimium fauens, Cassianum nimium ornat, etiam titulo sanctitatis, & Prosperum damnat. A

Ad finem præsentis anni, nempe mense Decembris, euolutis iam anno vno, & mēsibus octo à creatione Sixti, Rom. Pont. (vt habent res gestæ Rom. Pont.) celebratum est Romæ Concilium in causa eiusdem Sixti Papæ, cum ab Anicio Basso, Ex consule turpi calumnia exagitatus est; cum ipse Pont. sponte uoluit suam iudicari in Synodo causam, a qua absolutus est, & condemnatus Bassus, ita tamen vt vltima die Viaticum ei non negaretur: Valentinianus, & Placidia eundem Bassum proscribunt, & omnia eius prædia addicunt Ecclesiæ Catholicæ. Qui Bassus nutu diuino intra tres menses moritur, cuius corpus Sixtus Episcopus cum linteaminibus, & aromatibus, manibus suis recondidit, & sepeliuit ad B. Petrum Apostolum, in cubicnlo parentū eius. Acta extant corruptissima. B

Acta quedā falsa.

Quæ post hæc habentur, de Actis inter eundem Sixtum Rom. Pont. & Polychronium quendam Ierosolymit. assertum Episcopum, nulla veritate subsistere videntur, licet vt legitima a Nicolao primo citata habeantur, ad Michaelem Imp. & a Petro Damiani in epist. ad Henricum Rauennatem, & alijs. Vt & illa, quæ ibi leguntur de obsessa Ierosolymorum ciuitate, hoc tempore, nullo modo consistunt.

Christi Ann. 434. *Sixti Pap.* 3. *Theodosij* 27. *Valentin.* 10. *Impp.* *Aspare, & Areobinda* *Coss.* C

MAximiano CP.[no] Episcopo, post duos annos, & menses sex sedis defuncto, Proclum Cyzicenæ Ecclesiæ olim creatum Episcopum (quam non est adeptus) cum ex litteris olim Cœlestini Papæ id non obsistere, quominus in aliam transferretur, Theodosius sciret, statim in Sede Episcopali, CP.[na] per Episcopos, qui ibi erant, collocandum curat, ex Socr. [b]

b lib. 7. cap. 39. Miraculū.

Siluanus Monachus ab Attico Philippopolis in Thracia creatus Episcopus, cum tenui admodum corpore, frigora illa ferre non posset, translatus Troadem, ibi, rogatus, onerariam planè maximam, quàm magna vis hominum in mare trahere non posset, precibus ad littus fusis, & funem trahens cum alijs, nullo negotio deducit, ex Socr. [c] D

c li. 7. c. 40.

Volusianus is, cuius conuersionis ad Christum causa, mater eius Christiana, S. Augustinum interpellarat; nec tamen datis ea de re vltro, citroque litteris, id perfectum erat, Melaniā Iuniorem neptim suam Ierosolymis euocat CP.[lim] cuius & Procli hortationibus, & precibus de Christi fide persuasus, baptismo expiatur, nec multo post moritur. Ipsa postea rediens Ierosolymam, ad diem Paschatis sequentis anni illuc peruenit. Ex Actis Melaniæ. [d]

d apud Sur. ult. Ian.

Theodosius sexcentas & vndecim auri libras emendo frumento ad inopum penuriam subleuandum, huic operi perpetuo inseruituras, addicit, pœna dupli apposita, si quid, quouis prætextu fuerit a Magistratibus imminutum, hoc liberalitate volens solari ex parte mærorem ex superioris anni incendij clade susceptum. E

S. Prosper narrat de quadam puella Araba, ancillæ Dei habitum gestante: quod cum in balneo lauans, simulacrum quoddam Veneris impudice respiceret, & se ipsam, ei consimilans, domicilium se Diabolo præbuisset, eius gutturis occupans, nullū cibum, nullumque potum deglutire permittens, per 70. ferme dies, totidemque noctes, nullo tamen inediæ signo apparente detinuit, quæ ad Sacerdotem producta, fatebatur auem quandam noctis medio apparere, quæ sibi ore nescio quid infunderet. deducta est puella in Monasterium puellarum, in quo reliquiæ S. Stephani sitæ sunt. illic prima, tantum die apparuisse, auem illam dicebat, & increpasse, ne illum locum acce

deret,

A deret, quo sibi accedere non liceret, Per duas hebdomadas nihil cibi, vel poculi sumpsit 15. porro dominico adueniente die, cum sacrificium offerendum esset, perducta ad altare, populo instante precibus, cum particulam Domini tinctam a Sacerdote perceptam, mandens per horam traijcere non valeret, calicem Domini eius gutturi Sacerdos applicuit, & statim, vt locum illum, quem Diabolus obsederat, Saluatoris imperio reliquit, sacramentum quod ore gestabat, cum laude redemptoris, transglutisse puella clamauit, Hinc lætitia, hinc voces in gloriam Dei de puella eruta de potestate inimici &c. ex Prosp. [a]

a de promiss. & prędic. dimid. temp. c. 6.

Vincentius Lerinensis presbyter Gallus, hoc ipso anno, triennio ferme post celebratum Concil. Ephesinum, aduersus omnes hæreses disertissimum elucubrat commentarium, qui, vt ipse testatur, epitome est, ex duobus commonitorijs, his temporibus nostris admodum accommodatis. Hic ille creditur esse Vincentius, Galliarum aliquando Prefectus, viuente S. Martino, (quem Seuerus Dial. 1. mirifice laudat) quod satis colligitur ex ijs, quæ ipse præfatur initio operis. *Cum aliquandiu*, inquit, *varijs, ac tristibus sæcularis militiæ turbinibus volueremur, tandem nos in portum religionis, cunctis semper fidissimum, Christo aspirante condidimus, ut ibi depositis uanitatibus, ac superbiæ flatibus, Christianæ humilitatis sacrificio placantes Deum, non solum præsentis uitæ naufragia, sed etiam futuri sæculi incendia uitare possemus.* De eo & Gennadius. [b]

B Vincent. Lerin. scrib. cōment. cōtra hęreses.

b cap. 64.

Christi Ann.	Sixti Papæ	Theodosij 28. Valentiniani 11.	Impp.	Theodos. 15.m & Valent. 4.m	Coss.
435.	4.				

C

Theodosius iam tandem Melaniæ, ut credibile est, zelo Catholicæ fidei æstuantis, incitatus, in Nestorium, eius libros edicto vetat haberi, & flammis addicit, pœna publicationis bonorum proposita. [c]

Nestorij libri tandem ignib. addicti.

At Nestoriani fraudulēti, libros Theodori Mopsuesteni, & Diodori Tarsensis, Vnde Nestorius suæ venenum hæresis hauserat, legendos exponunt, & in Syrorum, Armenorum, & Persarum linguam conuertunt, & ut Catholicos, vulgāt, qui contra Eunomium, & Apollinarem scripti erant. Qua re cognita, conueniunt in Synodum Armeniæ episcopi, & inuentis impijs illis libris, damnant & ne ipsi soli eos damnasse uiderentur, sed vniuersa ecclesia Orientalis, legationem ex Synodo dirigunt ad Proclum CP.num episcopum, qui re examinata, consensit cum Armenis, & eandem fidem D curauit subscribi per Io. Antiochen. & Episcopos, qui cum eo erant congregati, & scripsit ad Armenos epistolam, quæ adhuc extat. [d]

c L. vlt. de hæret. Cod. Theod. & tom. 5. Act. Ephe. c. 13. plenior extat ea sanctio.

Hereticorū fraus.

Hac occasione Cyrillus episcopus Alexandrinus, tres libros scripsit aduersus Diodorum Tarsensem, & Theodorum Mopsuestenum, & quartum de Incarnatione, in quibus continentur antiquorum Patrum incorrupta testimonia. Quod autem hac historia narranda Liberatus Diaconus eam ex aliquo Nestoriano mutuatus videtur, cautè legendus est c. 10. falsa enim illa esse apparet.

d tom. 1. Bib. SS. PP.

Gundicarium Burgundionum Regem intra Gallias habitantem, Aetius bello obtinuit, pacemque ei supplicanti dedit, qua non diu potitus est; si quidem Hunni eum cū populo suo, atque stirpe deleuerunt. Prosper.

Burgundiones deleti.

Cum ex Britannijs nunciaretur Pelagianam hæresim, iterato, paucis auctoribus, dilatari, & Germanus omnium votis expeteretur, ut causam Dei, quam prius obtinuerat, tutaretur, assumpto Seuero, qui tunc Treueris ordinatus episcopus, gentibus primæ Germanię, verbum Dei prædicabat, transfretat in Britanniam, populis ad occurrendum, diuino instinctu, impulsis, paucisque nouatoribus inuentis, & damnatis verbi diuini prædicatione, & miraculis, catholica fide confirmata, in Gallias reuertitur. Constantius in eius Vita. [e]

E Germanus 2. trāsmittit in Britāniā cōtra Pelagianos.

e li. 2. ca. 1. apud Sur. 30. Iulij.

Armorici ab Imperio Romano defecerant, eos Aetius Magister militię copijs Alemannorum, quibus pollebat, comprimendos curauit, & eis illam prouinciam crudeliter nimis concessit deuastandā, factumq; esset, nisi S. Germanus episcopus Antisio-

dori protinus obſtitiſſet, eorum legatione rogatus. Eocharich igitur Pagano ferociſſimo Alemannorum Regi iam cum exercitu in itinere conſtituto, ſenex ſanctus occurrit, diuina virtute verba comitante, ſiſtit, ad ſtationem quintam ſe recipit Rex, pacis ſecuritatem fideliſſimam pollicetur, ea conditione, ut uenia quam ipſe præſtiterat, ab Imperatore, vel ab Aetio peteretur. Interea per interceſſionem, & meritum ſacerdotis. Rex compreſſus eſt, exercitus reuocatus, prouinciæ a vaſtationibus abſolutæ. Conſtantius in Vita. A

Profecto Germano in Italiã Imperator occurrit. cap. 13. li. 1.

Legationem ſuſcipit in Italiam, ad conciliandos Armoricos cum Valentiniano Imperatore Rauennam aduenit expectatus, excipitur ab omnibus magna cum veneratione, abeunt Principes, qui ita fidem Catholicam diligebant, ut cum omnibus imperarent, Dei famulis, ſublimi humilitate, ſeruirent; occurrunt Proceres, Eccleſia cũ exultatione amplectitur. Ad diuerſorium ſacerdotis Regina venerabilis (Placidia) vas argenti ampliſſimum refectum cibis delicatioribus ſine vlla carnis admixtione, tranſmiſit, quod ſuſceptum, ea ratione diſtribuit, ut cibos miniſtris ſuis traderet, ipſe uerò uendicaret argentum, remittens loco muneris patinulam ligneam, panem ordeaceum continentem, quod illa vtrumque cum gaudio ingenti complexa eſt; quod argentum ſuum tranſmiſiſſet ad pauperes, & eſcam illam, beati viri, cum miniſterio abiecti vaſculi ſuſcepiſſet. nam & lignum poſtea auro ambijt, & panem multis remedijs, & virtutibus reſeruauit. B

Imperatricis pietas erga Germanum.

Miraculum ad pces Germani, reſeratis ſponte carceribus. Mortuus excitatus alij plures a morbis ſanati. cap. 18. li. 1. S. Germani obitus.

Quadam die, dum plateam latiſſimam, turbis anguſtiatus ingreditur, carcerem refertum vinctis, ſupplicia, & mortem expectantibus, præteribat. Qui, agnito tranſitu ſacerdotis clamorem tollunt, cuſtodibus ſubtractis, ad notum recurrit auxilium. cernuus in orationem membra proſternit, aperiũtur carceres, repagula ferrata diſſiliunt, procedit ad libertatem turba de vinculis, commemorat deinceps de Voluſiani filio è mortuis ad uitam itidem, Germani precibus, reuocato, & alio è morbo caduco liberato. Armoricanis ueniam, pro qua uenerat, ad proprium impetraſſet arbitrium, niſi perfidia mobiles, rurſum rebellaſſent, qui breui perfidę temeritatis pœnas exoluerunt. C

Cum adhuc Rauennæ moram traheret, per quietem de ſua migratione diuinitus admonitus eſt, ſeptimo, quam ægrotare cępit die ad cęlum anima felix, & beata transfertur. Hæreditas deinceps relicta diuiditur. partem præſumit Imperium, partem vendicant ſacerdotes. ſolius benedictionis hæres, capſulam cum reliquijs ſanctis, Regina ſuſcepit: cucullam cum interiori cilicio Petrus epiſcopus vſurpauit. Sex verò Antiſtites, vt aliquid monumenti, ex ſucceſſione ſanctitatis acciperent, diſrumpere quod ſupererat, maluerunt, vnus pallium, alter cingulum accepit, duo tunicam, duo ſagulum diuiſerunt. D

Defertur ſolenniter S. Corpus ad Gallias.

Acholius præpoſitus cubiculo Imperatoris Aromatibus condiuit, Regina veſtiuit, expenſis, & euectionibus iter inſtruit Imperator, ſacerdotes religionis obſequium, & in præſenti inſtruunt, & ordinatione præmittunt, unumque agmen reformatur ad Gallias, peculiariter enim ipſe id petierat, quod Regina inuita conceſſit, vt gleba corporis ſui patriæ redderetur. Placentiam dum præterit, paralytica mulier impetrat, ut ſub ſancti feretro corporis, noctu in eccleſia decumbat, mane ſurgit viuificata per mortuum, mirantibus populis, proprijs pedibus debitum reddit obſequium. Excipiunt Galliæ patronum proprium famulatu maiori &c. hæc, ex multis, a fideliſſimo Scriptore Conſtantio, qui ad calcem eiuſmodi, quaſi veritatis ſigillum imprimens, conteſtationem appoſuit. *Deum teſtor, conſcium Secretorum, me plura de Domini Germani factis agnita, & probata, tacuiſſe, ex quo reum me eſſe fateor, ſupprimendo, quod mirabiliter ad profectum omnium diuina uirtus operata eſt: & ideo in ſcribendo ſuccinctum magis me arbitror fuiſſe, quam nimium,* hæc ipſe de S. Germano Antiſiodorenſi epiſcopo, viro Apoſtolico, quem ſediſſe ait, annos 30. & dies 25. translatum uerò, ac ſepultum in ſua Eccleſia Kal. Octobr. E

Codex Theodoſianus, ex conſtitutionibus Chriſtianorum tantum Principum, a Conſtantino Magno incipiendo, hoc anno promulgatur 15. kalen. Mart. [a] Cum de reſponſis priſcorum Iureconſultorum antea ita ſanxiſſet; Papiniani, Pauli, Caij, Vlpiani, atque Modeſtini ſcripta vniuerſa firmamus, &c. [b] Dat. 7. Id. Nou. Rauennæ

a Nouell. Theod. ti. 1.
b l. 1. de reſp. prud. C. Theod.

A DD. NN. Theodosio 12. & Valentiniano 2. Coss. Præter autem Cod. Theodos. erant Gregorianus, & Hermogenianus, in quib. eiusmodi Iureconsultorũ sententię digestæ erant & Principum placita. Quibus omnibus non dedignatos esse Ro. Pōt. in his qui contra Christianam Religionum minime essent, S. Greg. Pap. declarauit exemplo, epistola ad Io. Defensorem 54. lib. 12.

Honoria filia Gallæ Placidiæ, Valentiniani Imp. soror, consuetudine Eugenij procuratoris infamata, C P.lim ad Theodosium mittitur, Marcellin.

Christi Annus 436. Sixti Pap. 5. Theodosii 29. Valentinia. 12. Impp. Isidoro, & Senatore Coss.

B Theodosius Imp. serò licet, Nestorium, malorum omnium, eius temporis auctorem, Petras in Oasenam Aegypti prouinciam deportationem, omnium famosissimam, ablegandum, rescripto decernit. Act. Ephes.[a] Theodoret.[b] Socr. Euagr. qui de eo plura habet ex eius epistolis collecta, vt de his, quæ passus est in exilio, & ex quodam scriptore, linguam eius vermibus fuisse exesam scribit. Theodorus in collectaneis; addit totum eius corpus putredine fuisse consumptum; id ipsum affirmat quoq; Cedren. cum lingua totum computruisse corpus. idem Niceph.[c] Quoto autem exilij anno, extremum diem clauserit, incertum.

Nestorius tandē in famosissimū exilij locū deportatur.
a edit. Pelt. tom. 5. c. 12.
b epist. 1.
c 14. c. 26.

Vulgatas quasdam Theodoreti, & Nestorij epistolas, quibus se mutuo recipiunt, Leontius fictitias affirmat. Liber Theodoreti de heresibus, & plures epistolę,[d] & alia eius opera, quid de eo tandem senserit post reconciliatam gratiam cum Cyrillo, & alijs orthodoxis, satis indicant.

d ut 1. 21. 53. 101. 109. 131. & 144.

C Ioannes Antiochenus, cum sedisset annos tredecim, extremum diem obit, cuius in locum subrogatur, eius ex sorore nepos, Domnus, ex Monacho, sed desertore Monasterij, in Laura Euthymij.[e] qui cum ipso Euthymio inuito Antiochiam uenire decreuisset, hoc cum vaticinio Euthymius futura prædicens admonuit, obtinebis quidem administrationem, sed eam rursus auferent tibi mali homines, &c.

e in Act. S. Euthymi. Ex Cyr. in Vit. Euthy.

Christi Annus 437. Sixti Pap. 6. Theod. 30. Valentin. 13. Impp. Aetio, & Sigesuulto Coss.

D Persecutio in Africa sub Genserico Vuandalorum Rege Ariano; qui volens Catholicam fidem Ariana impietate subuertere, quosdam nostrorum episcoporum, Basilicis priuatos, etiam ciuitatibus expulit. Prosper in Chron.

Persecutio Vuandalica in Africa.

Per idem tempus, (scribit idem Prosper) *quattuor Hispani viri, Arcadius, Probus, Paschasius, & Euthychius, dudum apud Gensericum, merito sapientiæ, & fidelis obsequij clari habebantur, quos Rex, ut copulatiores sibi faceret, in Arianam sectam trãsire præcepit. At illi facinus constantissime respuentes, excitato in rabidissimam iram barbaro, primum proscripti, deinde in exilium acti, tum atrocissimis cruciati supplicijs, ad postremum diuersis mortibus interempti, illustri martyrio mirabiliter occubuerũt. Puer autem Paulillus nomine, frater Paschasij, & Eutychij, pro elegantia formæ, atque ingenij admodum Regi acceptus, a professione, atque amore Catholicæ fidei cum nullis minis deturbari posset, diu fustibus cæsus, ad infamem seruitutem damnatus est, nec ideo, ut apparet, interfectus, ne de superata sæuitia impij Regis etiam illa ætas gloriaretur.*

E

Martyria aliqua illustriũ uirorũ

Fuerunt hi primitiæ martyrum, Persecutionis Vuandalicæ, quorum antesignanus Arcadius, affluens diuitijs, gloria sæculari conspicuus, & coniugatus erat. quæ omnia haud leuia uideri poterant fore ad martyrium impedimenta. Sed superauit hæc omnia, athleta Christi corroboratus ab amico charissimo sãctissimo Sacerdote Antonino (an Honorato, vt appellat Gennadius?) episcopo Constantinæ ciuitatis, qui scribens ad eum epistolam, ipsum hortatus est, ad omnia pro Christi fide fortiter ferenda. Digna est plane, quæ legatur. redolet enim antiquum illum Apostolicum chara-

A ctorem. Celebris horum est martyrum memoria in Ecclesia, Idib. Nouembr.

Prætermisit hos Victor, rebus tantum fere Ecclesiæ Carthaginensis, ubi agebat, intentus, post captam vrbem, quę ibi contigerunt, narrare aggrediens.

Valentinianus Augustus ad Theodosium CP. im profectus, eius filiam Eudoxiam in vxorem accipit, & in Italiam cum ea rediēs, Thessalonicæ hyemat, ac sequēti anno Rauennam ingreditur. Prosp. Marcellin. Socr.[a] qui anno vno ab illis discrepat.

a Lib. 7. cap. 43.

Christi Annus	Sixti Pap.	Theodosij 31. / Valentin. 14. Impp.	Theodos. A. 16. / & Fausto Coss.
438.	7.		

Corpus Chrysost. CP.lim refertur, non sine miraculo.

B Venerandum corpus S. Io. Chrysostomi Comanis celebri pompa translatum est CP.lim 16. Kal. Febr. 35. anno post abdicationem primam. Idque hac occasione factum; Proclo episcopo CP.no anniuersaria die transitus S. Chrysostomi, ex more panegyricam ad pop. orationem habente. ita vniuersi Io. amore incaluerūt, vt acclamationibus indesinentibus Proclum pulsare aggressi, petentes reddi sibi Io. sacrasque eius reliquias CP.lim transferendas, ipsum concionem perficere non siuerint: extat ea pars concionis in Annalibus descripta, recens inuenta. Persuasus ea de re Theodosius, selectos senatores legat Comanam in Pontum, cum mandatis, vt solemnissima pompa venerandum Ioannis corpus inde sublatum, choris psallentium comitantibus, accensis cereis, de loco in locum, quàm religiosissime, ac gloriosissime auehendum curarent. Accidit autem diuino nutu, vt loco corpus moueri non posset; C quo perscripto ad Theodosium adhibitis in consilium Proclo, & alijs sanctissimis viris, ipse quid sibi videretur, exposuit, nimirum vt ad Ioannem ipsum, tanquam viuentem litteras daret, supplicis instar libelli, quibus ab eo, de admissis in ipsum peccatis a parentibus veniam peteret, rogaretque humillimis precibus, vt CP.lim redire, suāque sedem pristinam capessere dignaretur. Sententia probata, litteræ perscriptæ (quæ adhuc extant) super sanctum corpus positæ, peruigilio acto in precibus, exoratus, siuit corpus suum transferri. Chalcedonem itaque delatum, Regia triremis illud excepit, toto eo mari nauibus constrato, cum summa esset tranquillitas, repentina exorta procella, naues omnes alias aliò dispersit, triremis verò Regia, magna vi abrepta, ad Viduæ agrum appulit, propter quam sponsa Christi Ecclesia pastore tanto viduata fuerat, & petram discidit, quod miraculum hodie quoque cernitur, ait Cosmas Vestiarius, totius narrationis auctor. Quo facto rursum serenitas aduenit, & naues omnes hinc inde collectæ, sacra pignora CP.lim deducunt, infertur curru Regio in ecclesiam SS. Apostolorum, vbi Imperator precatus, pro vtroque parente, & seorsum pro matre, vt tumuli eius motus, atque strepitus consisteret, qui per tot annos audiebatur; quod & impetrauit, motu non amplius exaudito, a collocato sacro corpore in throno, circumstantes. Proclus, & alij imprecatum de more, Pax vobis, se audisse testati sunt. Denique ad basim sacræ, diuinæque mensæ, magnus Antistes, episcoporum manibus, velut sacer, & inuiolabilis thesaurus conditus est 21. Ian. Tū, qui propter Ioannem conuentus seorsum faciebant, ad Ecclesiæ concordiā reconciliati sunt. Marcellin.[b] Socrat.[c] Theodorus. lect. in fine lib. 2. collectan. Theodoret.[d] Cosmas Vestiar. orat. dicta in eius translatione, MS. Nicephorus.[e] Quam autem subdit translationem factam hoc eodem tēpore S. Ignatij Roma Antiochiam, fallitur Nicephorus; hæc enim fuit alia secunda translatio è priori loco sepulturæ in alium, de qua Euagr.[f] De illa verò. S. Hierony.[g] meminit, repeti consueta 16. Kal. Ian. de qua extat S. Io. Chrysostomi nobilis oratio. D E

b In chron. c 7. c. 44. d 5. c. 26. e 14. c. 44. f Lib. 1. cap. 16. g In script.

Sub Proclo etiam CP.no (quoto eius anno nescitur) facta est reuelatio in suburbio CP.lis reliquiarum sanctorum 40. martyrum, sub Licinio Imp. in Sebaste Armeniæ passorū, quomodo verò eas S. Pulcheria, reuelante S. Thyrso martyre, inuenerint, Sozomen. narrat[h] cui se inuētioni interfuisse commemorat, locellumque tradit foramen in medio habuisse, per quod solerent ipsæ sacræ reliquiæ tāgi, quod quidem

h lib. 9. c. 2.

A moris etiam fuit in Occidente, quos martyres preciosissima theca honoratos, intra venerabilem Thysi Ecclesiam Pulcheria composuit, publica festiuitate celebrata.

Eudocia Imperatrix, cum peregrinationem Ierosolymam vouisset, si filiā in matrimonium collocatam cerneret, & cum eam peregrinationem etiam ei suasisset Melania, dum esset CP.li Theodosius Ierosolymam eam misit. Socr. [a] & Acta S. Melaniæ, quæ quidem quantum superuixerit, non constat, sed illud certum est, ipsam vita Monastica magna obseruatione perfunctam, & miraculis pluribus illustratā, die, quam prænouit. Decembr. vltima, ad Deum migrasse, & inter sanctas relatam, anniuersaria memoria in Ecclesia celebratam.

a 7. c. 47. Melaniæ obitus inter S. relatæ.

B | Christi Ann. 439. | Sixti Papæ. 8. | Theodosij 32. Valentin. 15. Impp. | Theodos. 17. & Festo. Coss.

EVdocia Theodosij vxor, beatissimi Stephani reliquias secum Ierosolymis defert, quas in basilica S. Laurentij positas fideles venerantur. Marcellin. [b] Theodorus lect. S. Agnetis quoque collocatas esse CP.li in Martyrio S. Laurentij sub Theodosio habet: Cedren. quoque de translatione reliquiarum S. Stephani CP.lim meminit, sed vigesimo Theodosij anno: Nicephorus verò sub Praylio episcopo Ierosolymit. [c] quod si verum est, diuersam illam oportet esse ab hac, quæ sub Iuuenale facta est. Ista quidem, sicut munificentia Imperatoria locis sanctis plurima contulit, & loca sancta erexit: ita a Iuuenale Ierosoly. episcopo, multis donata, recessit, vt beatissimis fascijs Saluatoris nostri Iesu Christi (ex Niceph. [d]) & duabus catenis illis, C quibus ab Herode S. Petrus Apostolus vinctus est: quarum alteram Romam ad Eudoxiam A. filiam misit, alteram verò CP.li in Ecclesia eiusdem Principis Apostolorum, asseruari voluit, in cuius rei memoriam, annua dies festa statuta est. 16. Ian. Menologium. Extat luculenta oratio de huiusmodi vinculis Petri, non quidem S. Ioan. Chrysost. (vt præsefert titulus) nondum enim catenæ illæ innotuerant, nec CP.lim delatæ erant, sed Procli potius, cuius tempore eiusmodi facta est translatio catenarū, subdit de eiusdem Petri gladio in eadem basilica custodito, & magno honore habito, ex quo plurima testatur scaturire solere miracula. extat oratio apud Sur. 1. Aug.

b In chron. c Lib. 14. cap. 9. Catenæ Petri Romam missæ. d 14. cap. 2.

Alteram illam catenam, a matre sibi missam, Eudoxia matri religione non impar, honorauit, in eius memoriam, & Petri Apostoli, qui ea vinctus fuit, erigens Deo basilicam Romæ, in Exquilino monte, augustam sanè, Augustæq; nomine dignam. Titu D lus enim Eudoxiæ nuncupata est, dicta etiam S. Petri ad Vincula. Cui catenæ diuino miraculo illa coniuncta dicitur, qua sub Nerone vinctus Petrus, in carcere Mamertini diu detentus est, a Romanis Pontificibus custodita. Habet Martyrolog. Roma. ambas has catenas simul collatas, eiusdem generis, & artis inuentas, sibi inuicem diuino miraculo copulatas, ex duabus vnam factas, quarum memoriæ Kalen. Aug. fuere a Rom. Pont. consacratæ, in earumq; nomen Deo dicta basilica dedicata. Quam autem solitæ fuerint catenę istę coruscare miraculis, S. Greg. Papa in suis epistolis testis est. Morem verò fuisse Rom. Pont. pro nobili munere aliquid ex limatura earundem catenarum, ad insigniores personas mittere, plurima exempla declarant.

Limatura de Catenis Petri mittebat a Rom. Pon. pro nobili munere, ad insignes personas.

Cum pluribus annis laboratum esset frugum inopia, intelligens Theodosius, id non nisi uiolatæ rectæ religionis causa, Dei vindicta fieri, in Iudæos, hæreticos, & Pa E ganos conuertit legum minas, & vltionem, Noua data constitutione prid. Kal. Febr. [e]

e Nouell. Theod. tit. 3. de Iudæis.

Cyrillus episcopus Alexandrinus, in præfat. lib. 1. in Iulianum, alludens ad Theodosij leges in Paganos, post nonnulla de Iuliani libris in christianā religionem prælocutus, hāc reddit rationem sui instituti eum refellendi, quod exprobrantibus Gentilibus eius in nos scripta, tanta grauitate edita, inquiunt, vt carpi nusquam valeant, nullumque adhuc inuentum esse ex nostris doctoribus, qui vel contradicere, vel subuertere dicta illius queat.

Cyrill. qua occasione scripser. cōtra Iulianū.

Theodoretus quoque impiorum Gentilium pulsatus blasphemijs, hoc item tempore, duodecim disertissimos libros aduersus eos, hoc titulo, Curatio Græcarum affe

Theodore. scrib. de Græcorum affectionib.

ctionum,uel Euangelicæ ueritatis ex Græcorum,& Gentium philosophia cognitio; A
a epist. 116. conscripsit,de quo opere ipsemet meminit. a

Christian9 orbis superstitionibus his temporib. laborat. Cæterum non Oriens tantum, sed & Occidens eiusmodi his ipsis temporibus Gentilium superstitionis morbo laborabat: hinc legimus sanctissimos eius temporis patres in huiusmodi impietates declamasse, vt Petrus Chrysologus Episcopus Rauennæ,qui multus est in redarguendis illis,qui Kal.Ian.personati incederent, Gẽtilium Deos repræsentantes.Et Maximus Taurinen.in serm.quem habuit Kal. Ian. & Saluianus de uero iud.[b] inuehitur in eos,qui se Circensia in Christi honoré exercere dicebant,& Prosp. (quod longe deterius est) refert de Littorio Præfecto auxiliaribus Hunnis,consulente Dæmones,per haruspices,in Chron.& Isidorus,dilucidius rem perstringens in Chron. Littorius inquit,dum priorum res prosperas aduersus Gothos,qui sub Rege Theodorico Arelatem obsederunt, gessisset,denuo responsis Dæmonum deceptus,in bello a Gothis,amisso exercitu,miserabiliter superatur; B & qui ante hostium millibus cœsis;gloriose uicerat,dum fallacia Dæmonum,oracula quærit,ignobiliter uictus interijt, quæ fusius deplorat Saluianus. Viguisse quidẽ in Occidente his temporibus Idololatriam,Saluianus pluribus tradit.Et quid mirũ, si & ipsi,amplissimi Magistratus,nescio qua incuria, cultoribus Dæmonum tradebantur? nam,vt uidimus,Littorius Romano præerat in Gallijs exercitui, & in Africa Cyrus,æque Ethnicus,militum ductor erat,qui amplioribus postea auctus est magistratibus,Præfectura Prætorij,& Consulatu.

b Lib. 6.

Cartago cur tradita barbaris. Sed quàm diris ista cladibus diuinitus uindicata fuerint, Oriens,& Occidẽs abũde testatur; dum Imperium Orientale dira diu afflictatum est fame: Occidentale uero hoc ipso anno in Gallia nobilissimi est passum iacturam exercitus. Sed longe lugubrius atq; funestius illud accessit,dum ad finem anni huius clarissima omnium ciuitas,& altera Roma. Carthago, inquam, in Africa a Vuandalis capta est, de qua ita C Prosper. *Aetio,rebus,quæ in Gallijs componebantur,intento, Gensericus, de cuius amicitia nihil metuebatur,* 14. *Kal. Nouembr. Carthaginem dolo pacis inuadit, omnesque opes eius,excruciatis,diuerso tormentorum genere, ciuibus,in ius suum uertit. Nec ab ecclesiarum expoliatione abstinens, quas & sacris uasis exinanitas, & sacerdotum administratione priuatas,non iam diuini cultus loca,sed suorum iussit esse habitacula. In uniuersum captiui populi ordinem sæuus,sed præcipue nobilitati,& religioni,infensus; vt non discerneretur,hominibus ne magis,an Deo bellum intulisset.* Et Isidor. his addit (historia Vuandalica.) *Gensericus sacramenti religione uiolata,Carthaginem peruadit; Siciliam deprædatur, Panormum obsidet, Arianam pestilentiam, per totam Africam intromittit,Sacerdotes Ecclesiæ expellit,martyres plurimos efficit.* Sic ipse, D summatim relegens omnia,a perfido barbaro,his temporibus,perpetrata.

Sed cur Deus dedi eã ciuitatẽ Vuãdalis permiserit, Saluianus uir sanctissimus qui tum uiuebat,copiose differit, cum post commemoratam amplitudinem, & dignitatẽ Vrbis,eius scelera describit, impudicitiam impudentissimam,& latè patentem,impietatem plurimorum,maximè nobilium.Paganitatem profitentium, odium in sanctos, & Monachos maximè, & seueriorem uitam profitentes,irrisiones,& execrationes; denique impœnitentiam; quod cum ante decennium Vuandali inuaserint Africam, omnibus munitis locis potiti fuerint,Romanorum exercitus cęciderint, sola Carthago vndique vallata hostibus,& obsessa periculis,non est exterrita, nec timore correpta ad pœnitentiam,atque hæc copiose ab eo recensita,hanc tantam,tamque atrocem uindictam de Dei manibus,ait,extorsisse. Legendus est,& Victor, de persecut. Vuandalica,qui expoliationem bonorum,ingenuam,ac nobilem illam libertatẽ E in seruitutem redactam,episcopos,& nobiles laicos de suis sedibus eiectos; Quodvultdeum Carthaginis episcopum, & maximam turbã Clericorum nauibus fractis impositos, nudos expulsos, (qui tamen prospera nauigatione Neapolim Campaniæ appulerunt) Ecclesias occupatas,& Arianis suis traditas,corpora defunctorum præcepta,sine solemnitate hymnorum,cum silentio perduci,hæc omnia, hoc anno facta, commemorat.

Sed quod mirandum est,vna ipsi ferme die præstiterunt Vuandali, quod tot Con-

cilia,

A cilia, tot Episcoporum studia, & hortationes, tot Imperatorũ Rescripta, vt reliquiæ Idololatriæ, & illius Cœlestis Idoli in Africa celeberrimi cessarét, & extinguerentur, perficere tamen, ob hominum peruicaciam, nõ potuerant. Vt opus fuerit iratum Deum, gentem barbaram, ex remotis terrę finibus ad hæc præstanda in Africam aduocare. Carthagineo dignam theatro, inquit Victor, ædem Memoriæ, & Viam, quam cœlestis uocabant, inquit Victor, funditus deleuerunt.

Obseruandum autem illud in primis est, persecutionem hanc in Ecclesiam Africanam a Vuandalis Arianis illatam, Catholicos tantummodo attigisse; Donatistas verò, vel ad eos turpiter defecisse, uel persequendo Catholicos, eisdem se coniunxisse, quod alias maiores suos fecisse scirent sub Cõstantio, ut fœdus inirent cum Arianis, contra Catholicos.

B Qui hoc anno ad auertenda ingruentia mala aduersus Iudæos, Hæreticos, & Paganos plenissimam edidit sanctionem, Theodosius; Idem contra rapacitatem potentum pauperes opprimẽtium nouum dedit ad Florentium PP. Rescriptum, quo vetuit, ne quis, sine Iudicis auctoritate alienis rebus regia vela suspenderet, vel titulum Imperatoris apponeret, sub nomine enim Imperatoris, quasi iusto titulo, potẽtioribus patebat uia, fortunas inuadendi alienas, diuersis prætensis causis.[a] a l. 2. Cod. vt nem. priuat.

Idem quoque aduersus calumniatores Episcoporum edidit sanctionem, qua & cõsultum uoluit Iuribus Ecclesiasticorum, & cohibuit licentiam Clericorum, ac Monachorum, qui absque litteris Episcopi, cui subiecti essent, CP.lim [b] accederét, ad eũdem Florentium, cuius incomparabilis probitas ab eodem Imperatore ad Cyrũ, hoc eodem anno, Rescripto, plurimum commendatur. Etenim cum Lenones sæpe vetiti, C pensitatione tamen quadam in ærarium conferenda CP.li turpe opus exercere permissi essent, ipse Florentius, vt eiusmodi turpitudinum fœce ciuitatem purgatam redderet, latifundium suum donauit, ex quo ijdem redditus Reip. soluerentur, quem quidem ita redemptum decorem Vrbis, vt conseruaret Theodosius Imp. ad Cyrum aduersus eos, Rescriptum dedit.[c] b l. 22. Cod. de episc. & cler. Florentius Patrici' Lenonum tributum supplet de suo, vt Lenocinium tollatur.

Elucebat hoc quoque tempore inter Magistratus uirtute præstantes Thalassius Præfectus Prætorio Illyrici, quem Proclus Episcopum Cæsareæ Cappadociæ ordinauit. Socr.[d] c Nouel. de Lenon. tit. 18. Theod. Cod.

Socrat. & Sozomen. suis hic finem imponunt historijs, Sozomenus.n. in præfat. ait, se ad 17. Theodosij Consulatum eam perducere, sed in eo deficiunt duo libri, in quibus illa de Theodoro Mopsuesteno, de quo illum arguit S. Greg. Papa. Qui licet Nouatiani essent, & plura de suis mentiti esse reperiantur, maioris tamen fidei apud D Gelasium Rom. Pont. fuisse videntur, quam Eusebius Cæsariensis, quod huius historiam reiecerit inter apocrypha, illorum verò nequaquam. Verum, non ob res gestas ab Eusebio narratas, sed ob sparsas in eis ab eo olim Arianismos, ea censura certum est eius historiam esse notatam. Si quis uerò calumniose agens, arguit esse reijcienda quæ ab hæreticis fuere narrata, audiat Gelasium in libro de uinculo anathematis, sic dicentem. *Nunquid nam in ipsorum hæreticorum libris, non multa, quæ ad ueritatem pertineant, leguntur? Nunquid iam veritas refutanda est, quia illorum libri, vbi prauitas est, refutantur? aut ideo praui libri suscipiendi sunt eorum, quia ueritas, quæ in illis inserta est, non negatur? Ait Apostolus, omnia probate, quod bonum est tenete* &c. Sed hæc probatio, & iudicium non est omnium, sed sapientum Ecclesiæ Pastorũ &c. d 7. c. vlt. In hunc annũ desinũt historiæ Socratis, & Sozomeni. Vera ab hæreticis narrata, non abijcięda, ex Gelasio Papa.

E Nec aduersatur Gelasio Gregorius.[e] dum ait Sozomeni historiam, Sedem Apostolicam non recipere, nimirum quantum ad illud, quod est Theodori Mopsuesteni in V. Synodo damnati. Cassiadorus primus, quod constet, Socratis, Sozomeni Theodoreti historias latinitate donari curauit ab Epiphanio uiro disertissimo, & ex tribus vnam compaginari, quæ tripartita dicta est. e Lib. 6. ep. 31.

CP.li CELEBRIS SYNODVS HABITA occasione Dioscori Ecclesiæ Alexandrinæ Diaconi, cum eius nomine ageret ibi Apocrisarium, dum veterem controuersiam exuscitans instaret Alexandrinum Antistitem, vt primũ post Rom. Põt. præsidere debere omnibus Ecclesijs Orientis. Causa quam exactissime uentilata, statutum, ut seruarentur, quæ in Concilijs Nicæno, & CP.no de Diœcesibus olim statuta Iura singulis Ecclesijs seruata.

tuta essent, vbi cum Theodoretus acerrime defendisset Iura Antiochenę Ecclesiæ, incurrit odium grauissimum Dioscori, ipse epistola ad Flauianum, nu. 86.

SYNODVS REGIENSIS in Gallia prouincia Narbonensi celebratur, de causa Episcopi Ebredunensis, perperam ordinati. Definitum quoque matura consultatione de Episcopis ex hęresi, uel schismate redeuntibus, adempta spe sedem recipiẽdi, hoc experimento probantes, qui verè pœniterent, uel ficte, egerũt, & de exequijs defunctorum episcoporum.

Hæc tempestate Iulianus Atellanensis (is est, qui antea dictus est Capuanus episcopus) *iactantissimus Pelagiani erroris assertor, quem dudum amissi Episcopatus, intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi, correctionis spem præseferẽs, molitus est in communionem Ecclesiæ irrepere: Sed ijs insidijs Sixtus Papa Diaconi Leonis hortatu uigilanter occurrens, nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit: & ita omnes Catholicos defectione fallacis bestiæ gaudere fecit, quasi tunc primum superbissimam hæresim Apostolicus gladius obtruncasset.* Prosper. in Chron.

Christi Annus 440. Sixti Pap. 8. Theod. 33. Valent. 16. Impp. Valent. 5. & Anatol. Coss.

Sixtus Rom. Pont. ex hac uita decedit v. Kal. April. cum sedisset ann. 8. minus d. 30. Prosp. lib. de Rom. Pont. refert fecisse, (an refecisse, sed & Adrianus Papa fecisse dicit) Basilicam S. Mariæ Matris Domini, quæ ab antiquis, Liberij cognominabatur, iuxta Macellum Libyæ, (an Liuiæ) vbi & obtulit hæc. Altare argenteum purissimũ pensans libras trecentas, numerantur ibi pluribus, alia collata dona, & redditus &c. Meminit autem eius, & Hadrianus Papa, ad Carolum M. *Magis autem, successor Cœlestini. Sixtus Papa fecit Basilicam S. Dei Genitricis Mariæ, cognomento Maiorem, quæ & ad Præsepe dicitur, simili modo & ipse in metallis aureis, in diuersis historijs, sacris decorauit imaginibus.* Huic, operi suppeditata uidetur esse Sixto occasio ex Concilio Ephesino, vindicata a Nestorij blasphemijs, Dei Genitrice Maria.

S. Marię Maioris basilica a Sixto facta an refecta.

Subdit Adrianus, *sed & per rogatum eius, Valentinianus Augustus fecit imaginẽ auream, cum duodecim portis, & Saluatore, gemmis preciosis ornatam, quam uoti gratia, & super confessione B. Petri Apostoli posuit, & a tunc usque hactenus, apud nos, ab omnibus fidelibus uenerantur.* ergo Vuandali anno Domini 455. Vrbem deprædantes, huic thesauro, ex reuerentia Apostolorum, pepercerũt. Rursum lib. de Rom. Põt. de Sixto. *Hic ornauit de argento Confessionem Beati Petri Apostoli, quæ habet libras quadringentas*, & paulò inferius de Valentiniano Augusto. *Fecit & Valentinianus Augustus, rogatu Sixti Episcopi, fastigium argenteum in Basilica Constantiniana, quod a barbaris sublatum fuerat, pensans libras sex mille sexcentas, & decem.*

Vuandali parcunt Ecclesiæ S. Petri.

Ex quo intelligitur non abstinuisse Gothos ab omnibus Basilicis, sed tantum Apostolorum Principum, ob eorum uenerationem, immunitatem tamen, ut ad eas confugientes, salui essent, omnibus seruarunt ecclesijs; pergit idẽ liber de alijs donis oblatis a Valentiniano, & ipso Sixto Ecclesijs S. Pauli, Laurentij, & Constantinianæ, & alijs, commemorare, ijsque maximè insignibus.

Dolendum est huius Sixti nomine, acerrimi hostis Pelagianorum, edita fuisse tria Volumina, primum de diuitijs, secundum de malis doctoribus, & operibus fidei, & iudicio futuro, tertium uerò de castitate; a Pelagiano quidem homine, vt Pelagianismis referta, & nostra hac ætate parum considerate typis excusa. Gennadius quidem horum temporum scriptorum Ecclesiasticorum exactè catalogum texens, & de Sixti Papæ Epistola ad Nestorium mentionem habẽs, nihil huiusmodi Sixto tribuit. haud enim ipsum præterijsse potuere, quæ a tanto auctore edita essent. Facessant igitur, ut catholico indigna nomine.

Tria volumina Pelagianismo ĩfecta, sub Sixti Papæ noĩe, male edita.

Leo Diaconus Tuscus 42. Vacationis die Pontifex eligitur 6. Idus Maij, ex Gallia, legatione publica, accitus; quo pacis redintegrandæ caussa inter Aetium, & Albinũ, Romanos duces, profectus fuerat, Prosp. Marcellin. in Chron. lib. Pont.

A

Leonis PP. I.

EIecti Africa plerique nobiles, & episcopi, alij aliò delati per orbem Rom. oberrantes, luculentum dant exemplum crudelitatis barbaricę, & instabilitatis humanæ. De nonnullis legendæ aliquot Theodoreti epistolæ, nunc primum ex bibliotheca Vaticana erutę, & latinè versæ. — Extorres ex Africa multi nobiles.

De captiuis Carthaginensibus, fuit Iulia, quæ pro sua sedulitate, & pietate, etiam apud Paganum Dominum, gratia inuenta, sed ab alio pagano rapta, & quod sacrificare nollet, in Corsica cruci suffixa, nobilis martyr effecta, diu post, ab uxore Desiderij Longobardorum Regis, Brixię honorificentissime condita est. Ado in Martyrolog. II. Kalend. Iun. — Iulia martyr Africana.

B

Gensericus, capta Carthagine, Africanas prouincias partitus, alias sibi reseruat, alias militibus diuidit, Valentiniano, ægrè aliquas defendente. Victor. [a]

Classe Siciliam, & Brutios frustra tentat, defendente Cassiodoro seniore. Prosp. Cassiod. [b]

Sebastianus Bonifacij Comitis gener, acer consilio, & strenuus in bello, Præfectis Romani exercitus inuisus, & perduellis existimatus Imperij, ad Gensericum in Africam transijt, à quo in honore habitus, & tentatus de Arianismo sectando, constanter recusauit, sed post nouo quæsito prætextu, ab eo occisus est. Victor.

a Lib. I.

b Var. I. epist. 4.

C

Christi Annus	*Leonis Papæ*	*Theodosii* 34. / *Valentin.* 17. *Impp.*	*Cyro Cons. in Oriente.*
441.	2.		

CYrus Panopolita Poeta, sub Theodosio iun. vixit, apud quem Præfectus Pratorio, & Vrbi, Consul, & Patricius, fuit, in admiratione ab Eudocia Augusta habitus, quæ poematum studiosa erat Suidas.

Theodosius Imperator bellum contra Vuandalos mouet, Areobindo & Anaxillo, atque Germano Ducibus, cum magna classe directis, qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliæ magis oneri, quam Africæ præsidio fuerunt. Prosp.

D

CONCILIVM ARAVSICANVM in Gallia Narbonensi, Cyro Cons. affuere quindecim ex Narbon. & Lugdun. Prouincia præstantissimi episcopi, sanciti canones vndetriginta, ad ecclesiasticam disciplinam, & iura spectātes. De Patribus Arausicani Concilij vnus fuit S. Eucherius Lugdun. episcopus, cuius extat elogium Claudiani de statu animæ lib. 2. huiusmodi. *Haudquaquam tamen Eucherium præterierim mihimet viuetem, doctrina, & præsentaneis coram disputationibus, cognitum, non porro nuncijs, aut lectione compertum: qui scilicet viridis æui, maturi animi, terra despuens, cœli appetens, humilis spiritu, arduus merito, ac proinde ingenio subtilissimus, scientia plenus, eloquij profluus, magnorum sui sæculi Pontificum, longè maximus, editis in rem fidei multiiugis, variorum operum, voluminibus, ad populum quoque his, super statu animæ, concionatus est,* &c. — S. Eucherij Lugd. Elogium.

E

Huius esse homilias, quæ falso nomine, Eusebio Emiseno, homini impio, vt Ariano, ipsæ pietatis plenæ, inscribuntur, & stylus, & latinitas ipsa, & Martyres Lugdun. & hom. ad Monachos, & tempora, quibus auctor vixit, & inuectiones in Nestorij, & Eutychetis hæreses, præter alias coniecturas, satis probant. Hic Eucherius ex legitimo coniugio genuit Veranum, & Salonium, quos Monasticis institutis in Lerinensi Insula imbutos, Ecclesia postea habuit episcopos. Ex Gennadio, & ipsomet Eucherio. De eodem Eucherio Martyrolog. 16. Nouembr. *Eucherius ex nobilissimo senatorum ordine ad religiosam vitam, habitumque conuersus, diu inter septa speluncæ sponte conclusus, in orationibus & ieiunijs Christo seruiuit; deinde apud Lugdunū in Pontificali cathedra, reuelante Angelo, solemniter collocatus est.* Ado. Hilar. in Vita Honorati. — S. Eucherij esse homilias probatur, quæ falso tribuūtur Eusebio Emiseno Ariano.

Per

Lerinensis Insf. celebris Monasticis institutis.

Per hæc tempora florebat Lerinensis Insula Monasticis institutis, in quibus celebres habentur, Honoratus fundator; Maximus successor, Lupus, Vincentius eius frater, Caprasius, Hilarius, Eucherius, Salonius, Prosper, Faustus, Cæsarius, alij, qui ferè omnes uiri sanctissimi, & doctissimi ad ecclesias regendas assumpti fuere. A

Christi Annus 442. *Leonis Pap.* 3. *Theodosii* 35. *Valentin.* 18. *Impp.* *Dioscoro, & Eudoxio* *Coss.*

PAx cum Genserico Rege confirmata, & Africa, certis spatijs inter eum, & Valentinianum diuisa. Prosp.

Gensericus ex Optimatum cōspirationibus detectis, suspiciosior redditus, tam multis necem attulit, ut hac sui cura, plus virium perderet, quàm si bello superaretur. Prosper. in Chron. B

Hunnis, Attila Rege, Thraciam, Illyricumque vastantibus, exercitus, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem reuocatur Orientalis Imperij. Prosp. Marcellin. Io. Diacon. qui falsò Paulus. Cogitur Theodosius sex millibus librarum auri recessum hostis redimere & mille librarum annua pentione. Io. Diac.

Sub his ferme diebus ingenti Roma terræmotu concussa, & ædes plurimæ deiectæ. Io. Diaconus.

CONCILIVM VASENSE, SEV VASSIONENSE, AC POTIVS VASATENSE, SECVNDVM, in Gallia Narbonensi, cuius canones, cum Canonibus primi, & tertij confusi sunt in tomis Concil. C

Christi Annus 443. *Leonis Papę* 4. *Theodosij* 36. *Valentin.* 19. *Impp.* *Maximo, & Paterno* *Coss.*

Manichæi Romæ deteguntur.

HOc tempore plurimos Manichæos intra Vrbem latere, diligentia Papæ Leonis, innotuit, qui eos de secretis suis erutos, & oculis totius Ecclesię publicatos, omnes dogmatis sui turpitudinem, & damnare fecit, & prodere, incensis eorum codicibus, quorum magnæ moles fuerunt interceptæ. quæ cura viro sancto diuinitus (vt apparuit) inspirata, non solum Romanæ Vrbi, sed etiam vniuerso orbi plurimum profuit; si quidem confessionibus in Vrbe captorum, qui Doctores eorum, qui episcopi, quiuè presbyteri; in quibus prouincijs, vel ciuitatibus degerent, patefactum est. multique Orientalium partium Sacerdotes industriam Rom. Apostolici Rectoris, imitati sunt. Prosp. S. Leo. [a] hi ex Africa a Vuandalis occupata, se in Italiam & alias prouincias infuderant. S. Leo. [b] D

S. Leo epist. scribit Decretalem, quam maiores Constitutum dixere, ad episcopos Campaniæ, Tusciæ, atque Piceni, aduersus ordinantes seruos, & bigamos, necnon & contra clericos fœneratores. [c]

Theodoretus Cyri in Oriente episcopus 12. anno a Concilio Ephesino, qui est hic 443. in suspicionem non optimæ fidei apud Theodosium adductus, Antiochia Cyrum redire iussus, nec inde vsquam discedere, pluribus, ad diuersos suam Catholicam fidem contestatur epistolis. [d] 82. ad Euseb. Ancyr. episcopum, in qua & catalogũ suorum operum texuit. E

a Serm. 4. de collect. 4. in Quadrag. & 4. in Epipha.
b Serm. 5. de ieiun. 10. Mens.
c epist. 1.
d 90. 91. 92.

Christi Annus 444. *Leonis Pap.* 5. *Theodosij* 37. *Valentin.* 20. *Impp.* *Theodosio* 18. *& Albino* *Coss.*

CONCILIVM ROM. aduersus Manichæos, in quo nefanda eorum flagitia ex ipsorum confessione propalata, pręsentibus non modo episcopis, & presbyteris,

sed

A sed & Senatoribus compluribus, atque alijs illustribus viris, & parte quoque plebis. S. Leo epist. ea de re, ad episcopos per Italiam. [a]

Pullulans sub Leone Papa hæresis Pelagiana sæpè recisa, opera S. Prosperi (post) extincta est. Photius in Biblioth.

S. Cyrillus Alexand. episcopus moritur, cum sedisset annos 32. Liberat. in Breuiario. Niceph. Acta Synod. subrogatur Dioscorus. Græci in Menolog. de Cyrillo sic, *Natalis S. Cyrilli Alexandrinæ Ciuitatis episcopi eruditissimi, & Catholicæ fidei propugnatoris egregij, quem summus Pōtifex Cœlestinus idoneum iudicauit, cui uices suas in Concilio Ephesino delegaret.* eius Paschales epistolæ 32. Grçcæ extant in Biblioth. Vaticana. Eum Cassiodorus numerat inter eos, qui vniuersam diuinam Scripturam explicarunt. [b]

B Quæ extat epistola nomine Theodoreti exultantis de Cyrilli morte, & ei insultantis, in quintæ Synodi Act. quinta, non Theodoreti, sed hominis est plane Nestoriani.

Cyrillo successit Dioscorus magnī nominis sanctitatis, ut est apud Theodoretum [c] At is eū statim calumniatur Nestorianismi apud Domnum Antiochenum de quo crimine se purgat. Theodoretus epistola ad eundem Dioscorum. [d] legationem de more, mittit ad Rom. Pont. qui ei rescribens de nonnullis in eius ecclesia corrigendis, eum monet, mandans, ea vt corrigat. [e] Hinc quoque colligas Primatum Roman. Pontificis.

Attila Rex Hunnorum Bledam fratrem, & consortem Imperij perimit, eiusque populos sibi parere compellit. Prosp. in Chron.

C Qui autem, & quales fuerint Hunni, qui, præ cæteris nationibus, vastitates intulerunt, describit Ammianus. [f]

Theodosius constitutionem edit de releuatis ab oneribus tributarijs possessionibus eorum, qui grauamen se esse passos a mensoribus, & reuisoribus agrorum prouincialium questi sunt. [g]

a ipsius 2. Ser. 5. de ieiun. 10. mēs. & ad Turib Asturicensē 4. in noua collectione, quam sequimur.

b præfat. lect. diuin. instit.

c ep. nu. 60.

d num. 83.

Dioscorus creatus eps statim.

e est eius in noua collect. septima.

f initio lib. 31.

g Nouell. Theod. tit. 33. de Releuat.

Christi Annus	*Leonis Pap.*	*Theodosij* 38.		*Valentin. A.* 6m.	
445.	6.	*Valentin.* 21.	*Impp.*	*& Nomo*	*Coss.*

D Dioscorus Alexandrinus, magna hypocrisi tegens improbitatem, Cyrilli affines Alexandriæ, & Constantinopoli, per Nomum Cons. acerbissime vexat. [h]

S. Leo, habito Romæ Concilio, de causa Arelatensi episcopi, alienos fines inuadentis, scilicet, Viennens. Prouinciæ; sententiam in eum tulit; & ad Viennensem ecclesiā epistolam dedit, hoc principio. Diuinæ cultum religionis, [i] in qua præter cetera, de Romanæ ecclesię prærogatiua, hæc habet. *HANC PETRAE ISTIVS SACRATISSIMAM FIRMITATEM, DEO,* (vt diximus) *ædificante constructam, nimis impia vult præsumptione violare, quisquis eius potestatem tentat infringere*, &c. Leone ipso expetente. Valentinianus Rescriptum dat perpetua memoria dignum, ad Aetium Magistrum militiæ in Gallia, in causa Hilarij Arelatensis episcopi, vbi, inter cætera, præclara de auctoritate Rom. Pont. hæc habet. *Et erat*, (inquit) *ipsa*

E *quidem sententia* (Rom. scilicet Pontificis:) PER GALLIAS, ETIAM SINE IMPERIALI SANCTIONE AVLITVRA. *Hoc, perenni sanctione decernimus, ne quid tam epi copis Gallicanis, quàm aliarum prouinciarum, contra con uetudinem veterem liceat, sine viri Venerabilis Papæ Vrbis æternæ auctoritate, tentare, sed (ILLIS, OMNIBVSQVE PRO LEGE SIT, QVIDQVID SANXIT, VEL SANXERIT APOSTOLICAE SEDIS AVCTORITAS.)* ita vt quisquis episcoporum ad iudicium Rom. Antistitis venire neglexerit, per moderatorem eiusdem prouinciæ adesse cogatur, &c. [k] De Hilario in summa hæc obseruanda, eum ad Eremum Lerinensis Insulę secutum Magistrum suum

h epist. Athan. Cyrilli, ex sorore, nepotis. Act. 3. Concil. Chalcedon.

i Quæ est 93. in noua editione epist. Rom. Pont. quam sequimur in VV. ca. 89. in T. Conc. 87.

De auctoritate Ro. Pō.

k Nouell. Valēt. inter Nouell. Theod. tit. 24. de episc. ordinat.

Hilar. Arelat. episcopus, iura suę Ecclesiæ acrius defendit.

a in Vit. S. Germani.
b de laudib. Eremi. & eius Vita, Honorati.
c in Chron.
d tit. 2. de Manichæi, lib. 2.
e c. 7. instit. diuin. lect.

Honoratum, eundem postea etiam secutum esse creatum episcopum Arelatensem; sed non diu post repetisse Eremum, ex qua euocatū ab Honorato, eius morti interfuisse, eumque laudasse, mox creatum Arelatensem Episcopum, dum Iura suæ ecclesię, ut putabat, acrius tueri insistit, indignationem S. Leonis Papæ incurrisse, insigni tamen nihilominus sanctitate claruisse: vt etiam in publicis Ecclesię Rom. tabulis meruerit ascribi. Vitam S. Honorati Episcopus scripsit; & eius, ab Honorato Massiliensi res gestę scriptæ fuerunt. Laudatur a Gennadio, vt doctus, vt pauperum studiosissimus, vt acer impugnator Pelagianorum. Laudatur etiam a Prospero & a Constantio. [a] ex Eucher. [b] Moritur sub Valentiniano & Marciano. Gennad.

Apud Byzantium (Marcellinus habet in Chron.) *populari orta in circo seditione, multi se inuicem trucidarunt, multaque extrinsecus, hominum, instar pecorum, corpora perierunt*, Magna fames CP.[1 i] pestisque illico subsecuta.

Templum Regiæ Ciuitatis igne crematum. [c]

Valentinianus subscribit contra Manichęos, anno superiori a S. Leone Romę detectos, ad Albinum PP. [d]

Ad hunc vsque annum peruenit S. Prosperi. Chronicon; quod ergo extat, est mutilum & decurtatum, si quidem sic de eo Cassiodorus. [e] *S. Prosper Chronica ab Adam ad Genserici tempora, & Vrbis deprædationem usque perduxit.*

Christi Ann.	*Leonis Papæ.*	*Theodosij 39. Valentin. 22.* } *Impp.*	*Aetio 3.[m] & Symmacho* } *Coss.*
446.	7.		

Vniuersalis ingens terræmotus.
f in Chron.
g 14. c. 47.

TErremotus, prioribus omnibus maior, magnitudine, celeritate, & temporis diuturnitate, per orbem fere vniuersum, cum ingentibus ædificiorum ruinis, Constantinopoli, Alexandriæ, Antiochię, & vbique ferè per Orientem, ita vt Constantinop. populus, cum Imperatore, sub dio habitare cogerentur. Marcellin. [f] Niceph. Callist. [g] Menologium.

In pauendo illo terręmotu Constantinopoli, intentis omnibus litanijs, & supplicationibus, puer sublime raptus, & mox terrę redditus, retulit uerba se hæc ab Angelis cani audiuisse, Sāctus Deus, Sāctus fortis, Sāctus, & immortalis, miserere nobis; quo hymno, iussu Procli Patriarchę a Populo usurpato, terręmot⁹ quiescit. puer statim moritur. Menolog. Felix Papa ad Petrum Episcopum Antiochen. & alij plures episcopi in suis epistolis ad eundem Petrum. [h] Io. Damascenus commentarium edidit de Trisagio. Niceph. [i]

h 2. tom. Concil.
i 14. c. 47.
K in Chro.
l 14. c. 47.

S. Proclus Constantinopolit. episcopus moritur, cum sed. ann. 12. mens. 3. Menolog. Niceph. [k] Succedit Flauianus presbyter uita cœlesti præclarus. Niceph. [l]

Cyrus Præfectus Vrbis, ex acclamatione populi. Constantinus condidit: Cyrus restaurauit, inuidia Theodosij, sed prætextu, quod idololatra esset, exautoratur, & ad Ecclesiam confugiens, Christianus efficitur, & mox episcopus. Niceph. [m] Acta Daniel. Stylitæ. [n]

m 14. c. 46.
n Apud Sur. 11. Deceb.
o 12. c. 47.

Chrysapius, gratiosus apud Imp. ex leui causa, Flauiano infensus, vel potius nulla, vt eum sede deturbet, aulica fraude, Pulcheriam sapientissimam, & religiosissimam, Theodosij sororem, cuius consilio regnum diu administrarat feliciter, ab administratione submouet, ex quo plurima incommoda extiterunt. Niceph. [o]

Attilas, occiso Magistro militiæ Theodosij, qui se illi obiecerat, eo illū adigit, vt pacem, auro redimat. Marcellin. Diaconus sex millia librarum auri dedisse ait, & mille annuas, pollicitum.

Britannia ob scelera pop. & Sacerdotum a Pictis, & Scotis dira strage uastatur. Gildas.

A

Christi Annus	*Leonis Pap.*	*Theod.* 40. *Valentin.* 23. *Impp.*	*Alypio siue Callypio & Ardaburio. Coss.*
447.	8.		

S. Turibius Ascuricensis Episcopus, lustratis Hispanijs, plura in illius ecclesijs emendanda notauit, de quibus referens ad Sedem Apostolicam, de singulis, quid facto opus, a B. Leone per litteras est admonitus. extat Epistola hoc exordio. Quam laudabiliter pro catholicæ fidei &c. [a] in qua & mandat fieri generale Consilium, Hispaniæ episcoporum, scriptis etiam litteris ad episcopos, Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque Gallicianos. Quod uerò Gallęci suberant Sueuorum Regi Rechilæ, & reliquæ Hispaniarum Prouinciæ Gothis parebant, Gallęci seorsum conuenientes in Municipio Celenensi, apud Lucensem Vrbem, ibi Concilium celebrarunt, reliqui vero, vt credibile est, Toleti, sub cuius Concilio 1. quæ postea, hoc duplici Concilio Celenensi, & Toletano, ex præscripto S. Leonis Papæ contra Priscillianistas statuta sunt, fuerint collocata, in quibus Concilijs professio fidei edita ad confutandos Priscillianistas, hoc habet ad memoriam insigne de Spiritusancto, A PATRE, FILIOQVE PROCEDIT, sumptum procul dubio ex epistola Leonis 93. cap. 1. vbi ait de Spiritusancto. Qui ab vtroque processit, quæ verba pertransierũt ad Visigothos catholicos, vt est apud Isidor. [b] & ad Franeos, vt apparet ex Symbolo in Arelatensi Synodo, sub Carolo recitato.

a Numeratur 4. ĩ vv. cc. 93. T. Cõc. 91.

B

Spiritusanctus a Patre & Filio, ex Leonis Papæ epist.

b Leg. Visigoth. lib. 12 cap. 14. pag. 236.

C

Obseruatione dignum Reges Barbaros, & Arianos tanti fecisse Rom. Pontificem, vt, ex eius præscripto, Concilia in suis ditionibus celebrari permiserint.

S. Leo epist. num. 3. ad Ianuarium, siue Iulianum Aquileiensem episcopum scribit de recipiendis hæreticis pœnitentibus absque spe ad superiorem gradum prouectionis: Item ad Episcopos Siciliæ, quæ est nume. 4. hoc initio. Diuinis præceptis &c. in noua collect. 5. de nonnullis ad ecclesiasticæ disciplinæ ritus spectantibus; & mãdat, vt terni semel in anno Romam se ad Synodum conferant.

Deponit Primatem totius Asiæ Bassianum episcopum Ephesinum, eo quod vacantem illam sedem inuasisset. Act. 11. Concil. Chalcedon. *Hodie quattuor anni sunt, & Romanus episcopus eum deposuit.*

D

Valentinianus edicit contra sepulchrorum effossores, siquidem Christiani nõ modo in Deorum simulacra, sed & in ipsa Gentilium sepulchra insurgebant, & demoliebantur, ad extinguendam omnis Idololatriæ memoriam, de quo Gentiles admodum querebantur.

Christi Annus	*Leonis Pap.*	*Theodosii* 41. *Valentinia.* 24. *Impp.*	*Posthumiano atq; Zenone. Coss.*
448.	9.		

THeodosius Imperator cum diuersis cladibus illatis a Barbaris atque fame, peste, terræmotibus exagitari iam diu videret Imperium offensi numinis caussas rimatus, tum Gentilitiæ impietatis homines, tum Nestorij sectatores (vt gratissimum Deo sacrificium, legibus coercendos putauit, vetuitque libros Porphyrij; & contra Cyrilli scripta editos Commentarios, insuper & eos, qui suspecti essent Nestorianæ hæresis, quod Nestorio ante fauissent, exagitauit, & inter alios Irenæum illum, qui in Concil. Ephesin. pro Nestorio acriter pugnauit, ex Comite ordinatum Tyri episcopum, deponi iussit, Edictum extat in Concil. Ephesino. [c] Hunc Irenæum ordinauit Theodoretus, eumque magnopere prædicat epistola sua 110. ad Domnum episcopum Antiochenum.)

E

c Tom. 5. ca. 29. edit. Pelt.

Theodoreti uitæ compẽdium, & præclaræ eius episcopales actiones habentur epistola scripta hoc anno eius episcopatus 25. ad Nomum Cons. vel potius Exconsulẽ. [d]

Theodoretus epistola ad Domnum Antioch. [e] conqueritur de Dioscoro Alexan-

d Quæ est nu. 81.

e nu. 104.

A drino, ius super ecclesiam Antiochenam vsurpare conante, cum tamen, ut ait, Patres in Constantinop. Concil. consona ijs, quæ in Nicæa statuta sunt a SS. PP. statuerint, & diœceses distinxerint, & vnicuique diœcesi, quæ ipsi conueniebant, tribuerint.

Eutychiana hæresis.

EVtyches Monachorum Pater, Constantinopoli, eorum, qui tempore Ephesini Concilij aduersus Nestorianos præstantius cæteris dimicarunt, cum in Nestorij hæresim summo odio ferretur: eò prosilijt, vt non duas tantum esse in Christo personas omnino, ex Christianæ fidei præscripto, negaret, sed nec duas in Christo naturas vellet asserere, eosque putaret Nestoriano laborare morbo, qui duas confiterentur in Christo distinctas, & inconfusè coniunctas esse naturas. Accusatus igitur ab Eusebio Dorylæi episcopo apud Flauianum, & apud Concilium, Constantinopoli tum fortè congregatum, ad id sæpius euocatus, & venire tergiuersatus, tandẽ palatino Comitatu suffultus, quasi uim & calumnias ueritus, pessimo exemplo, sed hæreticis usitato venit, & nolens resipiscere, condemnatur, hac sententia a Flauiano prolata. *Per omnia apparet Eutyches quondam presbyter & Archimandrita, & ex ijs quæ ante acta sunt, & ex proprijs eius confessionibus, Valentini & Apollinaris peruersitate ægrotare, & eorum blasphemias immobiliter sequens; qui, nec nostram reuerens persuasionem atque doctrinam, rectis voluit consentire dogmatibus. Vnde lacrymantes, & lugentes perfectam eius perditionem; decreuimus, per D. N. Iesum Christum, ab eo blasphematum, extraneum eum esse ab omni officio sacerdotali, & a nostra communione, & primatu Monasterij. Scientibus hoc omnibus qui postea colloquentur ei, & ad eũ conuenerint, quoniam rei erunt, & ipsi pœnæ excommunicationis, sicut non recedentes ab eius collocutione.* Subscripserunt ep. 32. & Archimandritę 23. Acta habetur Actione prima Concil. Chalced. & apud Liberatum. a B C

a cap. 11.

Flauianus de re tota, more maiorum, certiorem facit Rom. Pont. missis Actis Concilij. Flauiani epistola post epist. S. Leonis, hoc initio, Nulla res Diaboli venena &c.

Eutyches quoque subdolas, & mendaciorum plenas scribit litteras ad S. Leonem Papam, quas per Regios ministros, obtinet citius Romam deferri, detentis litteris Flauiani. Libellum item offert mendacem, & fraudulentum Theodosio Imp. deniq; se vim passum prædicat, & damnatum appellasse Rom. Pont. sed appellationi minime delatum, & blandis verbis correctionem, pollicetur. colliguntur hæc ex epistola S. Leonis ad Flauinianum. b & ad Theodos. c D

b Quæ est 12. In vv. cc. 10. c Quæ est 14. In vv. cc. 12 In vv. cc. 7.

Hoc eodem anno, & iisdem Coss. Concilia duo, Tyri vnum, Berythi, alterum, habentur in causa Ibæ episcopi Edesseni, qui aliquando senserat cum Nestorio, vel potius Iudicia Ecclesiastica; in quibus is absolutus est, & probatus Catholicus, non tamen eius epistola Catholica. d

S. Leo scribit ad Domnum Beneuẽtanum episcopum, quæ est eius epist. *6.* qua eum vehementer redarguit, quod quædam egerit contra Regulas Patrum.

Recciarius Sueuorũ in Hispania Rex, redditur Christianus Catholicus. Vas. e Isidorus. f Marianna. g

d Act. 9. & 10. Concil. Chalcedo. e Chron. Hisp. f His. Sueu. g Hist. Hisp. lib. 5.

Christi Ann.	*Leonis Pap.*	*Theodosij* 42. *Valentin.* 25. *Impp.*	*Asterio, & Protogene Coss.*
449.	10.		

E

DAmnato anno superiori Eutychete, Chrysaphius Eunuchus, Imperatorij cubiculi Præfectus, eius per baptismum filius, idem cum eo sentiens, omni conatu contendit, vt legitime a Flauiano in Synodo confecta acta, irrita prorsus reddat, & in ipsum Flauianum, cui erat infensissimus, damnationis, pœnam conuertat. Persuadet igitur Imp. vt pro Eutychete ad Leonem Papam scribat: & eidẽ, alioqui pijssimo, vt, indicendo prius Constantinopoli Cõcilio, & post Ephesi Oecumenico, & Præsides sta-

Aulici subdolę artes fauentis hæretico.

A des statuendo, ius sibi Romani Pont. Summa igitur festinatione congregatur CP.[li] auctoritate Imp. instante Chrysaphio, Concilium 30. Episcoporum, Præside Theodosio Cæsareæ Cappadociæ Episcopo. In quo plura indulta Eutycheti contra ius & fas, vt ageret per Procuratorem, & alia. Cum tamen nihil probaretur de falsitate Gestorum, Eutyches ad eludendum Flauiani Concilium, per Dioscorum Alexandrinum, Imperatori persuadet fieri & vniuersale Cõcilium, quod ab eo indicitur Ephesi ad Kal. Aug. destinato Præside Dioscoro Alex. ad quod inuitat ille quidem S. Leoné, sed ita angusto spatio, vt adesse non posset. de quo tamen Leo, quo minus interesset, se excusauit, epistola ad Pulcheriam, 15.[a] numero & ad Theodosium.[b] 11. & 21.[c] Hæc apud Liberatum cap. 12. & apud Nicephorum lib. 14. cap. 47.

a In vv. cc. 13.

Flauianus interim epistola ad S. Leonem, quæ est ante eius 11.[d] eum de re tota edocet, & hortatur ad confirmandam Eutychetis damnationem, & pacem reddendam. B *Deo cooperante*, inquit, *per vestras sanctissimas litteras. remouebitur autem & Concilium, quod fieri diuulgatur, ne vbique Sanctissimæ turbentur Ecclesiæ*, &c. Nota auctoritatem Roma. Pont. vt Concilio dicat Flauianus non indigere Oecumenico, id quod eiusdem Rom. Pont. litteris fuisset definitum.

b In vv. cc. 9.

c & 17.

d In vv. cc. 9.

S. Leo cum nec reprimere Theodosium valeret a studio cogendi Concilium, nec vt in Italia fieret (quod epistola 11. rogarat) persuadere; tandem ne fidei causa dispendium aliquod pateretur, è latere tres Legatos mittit Iulianum episcopum Puteolanum, Renatum Presbyt. Card. tituli S. Clementis, & Hilarum S.R.E. Diaconũ Card. vt est apud Marianum Scotum.[e] & Encyclicam epistolam continentem plenissimam fidei Catholicæ rationem, edit, nomine quidem ad Flauianum, sed re omnibus communem, Idibus Iunij, num. 12. de qua mira quædam referuntur a Sophronio.[f] Sed C nihil mirabilius, quàm excepta in Concil. Chalcedon. Act. 6. miris acclamationibus. Gelasius Papa in Conc. Rom. cap. Sancta Romana, eam ita probauit, vt anathema intorserit in eos, qui non eam in omnibus venerabiliter susceperint. Mos item fuit Romanæ, & omnium Occidentalium Ecclesiarum eam legere publice in Ecclesia sub Domini Natiuitatem, quod sub ea epistola Dominicæ Incarnationis doctrinam absolutissime contineret. Cum inter alios episcopos Occidentales, tres insigniores episcopi Galliarum eam describendam accepissent, ipsum exaratum exemplar ad ipsum S. Leonem mittẽdum putarunt, his verbis. *Deprecamur, vt opus, & præsentibus, & futuris temporibus profuturum, quod nos asseruandi studio, folijs mandare curauimus, sanctitas vestra percurrere, & si quid, librarij errore, defuerit, emendare dignetur*, &c. D Nota ecclesiæ Gallicanæ reuerentiam & deuotionem erga Pont. Roma. ob acceptam eam epistolam, 44. Episcopi Galliarum conuenientes in Gallia Narbonensi, Synodicam, cum gratiarum ratione eidem reddiderunt.

Legati ad Concil. In vv. cc. 9.

e In Chro. In vv. cc. 10

f Prat. spirit. c. 147. & 148.

Leonis epistola de Incarnatione quãti facta a Concilio Chalcedõ.

S. Leo epist. ad Synodum Ephesinam. *Theodosius*, ait, *hanc reuerentiam diuinis detulit institutis, vt ad sanctæ dispositionis effectũ auctoritatem Apostolicæ Sedis adhiberet*, &c. & mox ait se Legatos misisse, *qui vice mea*, inquit, *sancto conuentui vestræ fraternitatis intersint, & communi vobiscum sententia, quæ Domino sint placitura, constituant.*

Hoc est, ait, *vt primitus pestifero errore damnato, etiam de ipsius, qui imprudenter errauit, restitutione tractetur*, &c. vbi magnopere notãdum, primò, ex primis illis verbis, cũ legimus, vel audimus Imp. mãdatis esse sacra Concilia conuocata, nunquã ea absq; Rom. Pont. auctoritate executione fuisse mandata; deinde ex alijs; præscribere E Rom. Pont. legem œcumenicæ Synodo, quid decernẽdum sit, cum iubet Eutychetem debere sua hæresim condemnare, atq; ita de eius restitutione tractandum, quo quidẽ, magnum quid Synodo indulget. Nam auctores hæresum non recipiendos esse ad pristinum gradum, etiamsi mille offerant libellos pœnitentiæ, legibus Ecclesiasticis sancitum in Ecclesia iugiter obseruatum est.

Conuocato ab Imp. Cõcil. nunquã absq; Rom. Pont. auctoritate executioni mãdata.

Hæresiarchæ pœnitẽtes non recipiuntur ad pristinũ gradum.

Eutyches ad Occidentales magni nominis episcopos litteras dat, se purgans, & Flauianum accusans: a quibus, vt orthodoxis acriter redarguitur. Inter alios Petrus Chrysologus Eps Rauennas, in sua ad eum epist. (quæ in tomo 1. Conc. ante Conc. Chalcedon. extat) hæc, præcipuè notanda, habet. *In omnibus autem hortamur te, fra*

ter honorabilis, ut his, quæ a Beatissimo Papa Romanæ ciuitatis scripta sunt, obedienter attendas, quoniam B. Petrus, qui in propria sede viuit, & præsidet, præstat quærentibus fidei ueritatem. Et hæc. *Nos enim pro studio pacis, & fidei, extra consensum Romanæ ciuitatis episcopi, causas audire non possumus.* A

SYNODVS PRÆDATORIA, SEV LATROCINIVM EPHESINVM 128. Episcoporum Præside Dioscoro, in qua, repugnantibus, & reclamantibus Apostolicæ Sedis Legatis, per summam iniquitatem impius Eutyches absoluitur. S. Flauianus, & alij plures Catholici Episcopi condemnantur, plerisque episcopis, per minas, & uim, intentatis exilijs, cathenis, fustibus, & gladijs, ad subscribendum adactis. In Flauiani locum Dioscorus eligit Anatolium Apocritarium suũ Constantinopoli. In tam horrendo episcoporum naufragio sola Petri nauicula emergens incolumis, saluatur, in repugnantibus, & reclamantibus Apostolicæ tantum Sedis Legatis & contestantibus, quæ per uim, & metum extorquerentur, nullius roboris esse, quæ contestatio, cum non extet in Actis, vt a Dioscori notarijs, confectis, est tamen de illa expressa mentio in pluribns litteris S. Leonis, tum ad Theodosium, tum ad Pulcheriam 27. & 28. & in epist. Theodoreti 116. ad Renatum presbyt. Card. tit. S. Clementis, vnum Legatorum. At Hilarus Diaconus Card. fuga lapsus, diuina ope Romam perueniens, vota nuncupata persoluit, quo satis indicãtur insidiæ, & uiolentia Dioscori, & Legatorum constantia; extat adhuc facti memoria, Ædicula in Baptisterio Constantini ab eo erecta cum Pont. Rom. creatus esset, cum hac inscriptione. Liberatori suo B. Ioanni Euangelistæ, Hilarus episcopus, famulus Christi. S. Flauianus libello oblato Legatis, Sed. Apostolicam appellat, qua ex re impij furere cæperũt, & illum calcibus a Dioscoro male multatum, Barsuma Archimandrita clamante, occide, in exilium in Epipam Lydiæ extruserunt, quo triduo postquam peruenisset, mortuus est. Liberatus,[a] Marcellin. in Chron. Menolog. Euagrius.[b] Chalced. Cõc.[c] Oratoriũ S. Crucis Romæ ad dexteram Baptisterij Constantini ab Hilaro Papa constructum, & musicro opere, Martyrio. S. Flauiani expresso exornatum, sub Sixto V. solo æquatum est. Extat Theodoreti encomium Flauiani adhuc uiuentis, in exilio cum esset.[d] Theodosius in fraudem nimis stultè inductus ab Eutychianis, dat edictum pro Pseudosynodo Ephesina, nominatim damnans, vt Nestorium hæresiarcham, sic Flauianum Catholicum, & Theodoretum, & omnia eius scripta.[e] B C

a c. 12. b 2. c. 2. c Act. 3.

d ep. est 21.

e Edictũ extat Act. 3. Cõcil. Chalced.

Theodoretus, indicta causa damnatus, appellat Rom. Pont. missa ad eum legatione, & pluribus litteris ad ipsum quidem Rom. Pont. quę est nu. 113. ad Renatũ Card. qui fuerat Legatus in Cõcilio, quæ est 116. ad Florentiũ quẽdam episcopum, nu. 117. ad S. R. E. Archidiaconum nu. 118. Idem per Anatolium Patricium Constantinop. studet impetrare ab Imperatore facultatem accedendi in occidentem, quæ est epist. 121. Ibam secum damnatum consolatur, quæ est epist. nu. 133. eiectus in exilium permanet infractus, nec tacet, nec aulicis turpiter adulatur. Sed & Vranio Emesæ episcopo, ut taceret monenti, respondet epi. 122. & 123. & exul curam gerit exulum Episcoporum, colligitur ex epist. 100 ad Alexandram clarissimam feminã, sentiens se suspectum Nestorianismi, historica narratione missa contra Nestorium, ad Sporatium Comitẽ, eius patrocinium impetrat, de quo ei gratias agit epist. 97. Historica autem narratio illa merito primum locum obtinet inter eius Epistolas hoc exordio. Cum uniuersus orbis iam paulatim rueret, &c. D

In vv. cc. 21. & in T. Cõcil. 20.

S. Leo anxius de euentu Concilij Ephesini, quasi præsagiens Actorum malorum 3. Idus Aug. biduo post illa scelerata comitia, ad Flauianum scripsit epistolam, quæ est nu. 23. hoc exordio. Auget solicitudinem nostram taciturnitas tua &c. Mox euentu cognito, ex reditu Hilari. Legati, breui eum epistola ad Constantiam hortatur, quæ est nu. 29. In qua hac habet. Perlator sanè breuis huius epistolæ fideli sermone poterit enarrare, quidquid illud est, ad quod adiuuante Domino studio fidei & charitatis intendimus. Id autem, quod litteris minime committere uoluit, propter aduersarios, illud fuit, se in Concilio Occidentalium Episcoporũ omnia impia gesta Ephesini latrocinij rescidisse. Commodum autem accidit, vt de more singulis annis conueniendi Romam ad Concilium 3. Kal. Octob. (vt est in epist. 4. S. Leonis, cap. 7.) ple- E

In vv. cc. 27 in T. Conc. 25.

Leo Papa ĩ Cõcilio occidẽtalium rescinditimpia Acta latrocinij.

rique

A rique Italiæ Episcopi Romæ reperirentur. Porro habitum Concilium a Leone oportuit ipso initio Octob. cum post illud habitum litteræ datæ reperiantur, & a Synodo ad Theodosium, ad Pulcheriam, ad Clerum, & pop. Constantinop. & ad Archimandritas, & a Leone seorsum ad ipsum Imp. quæ est num. 24. illa communis cū Synodo 25. Aliæ 8. Id. Octobr. aliæ 3. Id. Alias etiam scripsit litteras ad Theodosium Valentinianus Imp. Galla Placidia mater, & Eudoxia uxor, cum fortè per eos dies Romam pietatis caussa uenissent.

Ephesini. In vv.cc.93 In T. Concil.91.

Theodosius quid responderit S. Leoni, & Synodo, non constat, nisi ex ijs, quæ respondit breuiter ad Valentinin. quæ extant, ante Concil. Chalced. nimirum, nihil de tractum de fide, homines tantum prauos & perfidos exautoratos.

Impius Dioscorus Alexādriam reuersus, Anathema ausus est intorquere in Rom. B Pont. adactis decem episcopis lacrymantibus, & gementibus ad subscribendum, facinus hactenus inauditum, Act. 1. Concil. Chalced. Liberat [a] Ægyptij, Thraces, Palæstini Episcopi (præterquam in anathemate Leonis Papæ) Dioscorum sequebātur. Episcopi, qui in Pseudosynodo ui, & minis subscripserant, proprium scelus quidem detestabantur, sed iacturam & uim timentes, mœrorem silentio deuorabant, nō audentes quod sentiebanr, profiteri. Lege epist. Theodoreti 123. ad Io. episcopum Germaniciæ.

Impius Dioscorus, facinus audens inauditum, excōmunicat Roma. Pont.

a c. 12.

Marina Arcadij filia, Theodosij soror, maioris natu Pulcheriæ sororis alumna, in Sanctæ Virginitatis professione educata, in eo uitæ instituto cū consenuisset, defuncta est, admirante plane orbe terrarum, quod ipsa Regia conuersa sit in Monasterium. Marcellinus. [b]

Marina virgo Regia moritur.

b In Chro.

C

Christi Ann. 450. *Leonis Papæ* 11. *Theodosij* 43. *Valentiniani* 26. *Impp.* *Valent.* 7.[m] *& Auieno* *Coss.*

Theodosius, quāuis in fraudem inductus, probat Flauiani damnationem, & anatolij in eius locum subrogationē, agnoscit tamen necessariū Rom. Pontificis assensum, quem & per litteras expetit, vt ex Epist. Leonis ad ipsum colligitur [c] qua respondet se non recepturum Anatolium in communionem, &c. neque electionem probaturum, nisi prius constaret de eius fide Catholica, cuius rei causa mittere se legatos Coepiscopos Abundium, & Asterium, Basilium, ac Senatorem, presbyteros: [d] D de eadem re ad Archimādritas [e] dicens se mittere legatos non unius Anatolij causa restitutionis, sed lapsorum omnium: & ad Pulcher. quæ est 35.

c nume. 35. In vv.cc.33

d nu. est 33. in vv. 31.

e Quæ est 36. i vv. 34. T. Cōc. 32.

At fraude iam cognita resipiscens Theodosius acriter Eudociam vxorem obiurgat ob simultates cum Pulcheria, Pulcheriam in aulam euocat, post septem annos, quam ab ea abfuerat, quasi monasticam uitam agens, ac demum furorem suum iustū, & legitimum in Chrysaphium malorū auctorem conuertit, quem dignitate, substantia, mox etiam vita priuat. Marcellin. Niceph. [f] Cedren.

Chrysaphius malorū auctor ex auctoratus, occiditur.

Theodosius a peregrinatione Ephesum suscepta (vbi de successore diuinitus admonitus est) cū redijsset, paulo post moritur, siue equo lapsus, inter uenādū, siue morbo, siue flumine abreptus (nam alij aliā causam mortis prodiderūt) anno ætatis vndequinquagesimo, Imperij, ab exitu parentis. Arcadij 43. per tres menses inchoato. Theodorus Lector. Niceph. Zonar. Cedrenus.

f Lib. 14. cap. 49. In vv.cc.33

E S. Leo litteris a Pulcheria acceptis, magna spe erectus, ad eam rescribit mense Martio, nu. est 35. Idem litteris Archimandritas hortatur, vt constanter agant pro Catholica fide. [g]

g nu. est 34. In vv.cc.32 In T. Concil.32.

A

Christi Annus 450. *Leonis Pap.* II. *Marciani Imp.* I.

Pulcheria Marcianum maritũ euehit in Imperium.

S. Pulcheria, Theodosio fratre Imp. defuncto, iam anno vno, quinquagenaria maior, & Virginitatis voto obligata, salubre illud inijt Consilium, vt coniugij titulo, salua sua Virginitate Marcianum uirum Tribunitium (de quo à fratre uiuente admonita fuerat) eueheret in Imperium, ætate maturum, consilio grauem, continentia probatum, atque militari uirtute vbique spectatum, sicque Imperio opportune cõsuleret, etiam de Senatusconsulto.

B

Idem Imperij sui exordio ad Leonem Papam litteras dat huiusmodi. *Ad hoc maximum Imp. uenimus, Dei prouidentia, et electione Senatus excellentissimi, cunctaque militiæ. Vnde pro reuerẽda, & Catholica religione Christianæ fidei, cuius auxilijs uirtutem nostræ potentiæ confidimus, gubernari, tuam sanctitatem, principatum in episcopatu diuinæ fidei possidentem sacris litteris in principio iustum credimus alloquendam: inuitantes, atque rogantes, vt pro firmitate, statusque nostri Imperij æternam Diuinitatẽ tua Sanctitas deprecetur, vt & tale propositum, atque desiderium habeamus, quatenus omni impio errore sublato, per celebrandam Synodum, te auctore, maxima pax circa omnes episcopos fidei Catholicæ fiat, ab omni scelere pura, & intemerata cõsistens.* Actum Constantinopoli Consulatu Valentin. perpetui Augusti. Ante Concil. Chalced. De Marciano lege Euagrium lib. 2. c. 1.

C

Exceptis honorificẽtissime Legatis Apostolicis, qui ad Theodos. directi fuerant, Marcianus rescribit ad B. Leonem de concilio Oecumenico, eius exquirẽs iussionẽ.

Ex litterarum S. Leonis præscripto, per legatos missos, Anatolij Constantinop. fidem explorat, quæ Catholica, & in omnibus consentiens S. Leonis Papæ scriptis, inuenta est.

Episcopos exulantes decreto Conciliabuli Ephesini ad propria reuocat, suas sedes, in proxime futuro Concilio recepturos.

S. Flauiani corpus ab Exilio solemniter transferri curat Constantinopolim, de quibus omnibus Pulcheria certiorem facit Rom. Pont. Leonem, & ipse postea gratias agit.[a]

a epist. 41.

In vv. cc. 39 In T. Concil. 36.

D

Hæc quomodo acta sint, & de collecta Synodo Constantinopoli ab Anatolio, extat fragmentum in rebus gestis S. Abundij Comensis episcopi, qui fuit unus de quattuor legatis a S. Leone missis.

In eo Concilio statutum ut episcopis lapsis in conuentu Sathanico Ephesino, qui communionem Apostolicæ Sedis optarent, communicatio suæ tantummodo concederetur Ecclesiæ, Catholica autem communio nondum eis impartiretur vt apparet ex epist. S. Leonis, anno sequenti ad Anatolium data, quæ est 42. qua pariter declaratur a Sedis Apostolicæ Legatis statutum esse ne in sacris recitarentur nomina Dioscori episcopi Alexandrini Iuuenalis Ierosolymit. & Eustathij Episcopi Berythi, quod impœnitentes essent, antesignani Schismaticorum, quod extremum seruandũ monet, sed episcopis plena satisfactione male gesta condemnantibus, permittit communionem dari sedis Apostolicæ.

In vv. cc. 40 In T. Concil. 36.

E

Theodoretus redux ab exilio ad abstergendam omnẽ plane suspicionem Nestorianismi, cõfessionem mittit fidei suæ & subscriptionem ad Epist. Leonis ad Flauianum ac suam, tum Ibæ & Aquilini Episcoporum, ad Abundium Episcopum Legatum Sedis Apostolicæ extat in rebus gestis S. Abundij. alijs pluribus litteris gratulatur, & exultat de Catholica fide reuocata, cohortans ad liberum Concil. Oecumenicum.[b] Euagrius.[c]

b ep. n. 138. 139. 140. 145.
c Lib. 1. cap. 20.

Reuocatis ab exilio Catholicis episcopis, & restituta cõmunione ijs, qui deliquerant, exacta ab eis confessione Catholica, quod reliquum erat, vt & illi Sedes reciperent, & qui Catholicam edere confessionem detrectarent, sedibus priuarentur, id quidem voluit S. Leo, œcumenicæ Synodo, honoris causa, & disciplinæ reseruatum. Ingens

A gens fames uexat Italiam,adeò vt parentes filios venderent. [a] Peste etiam laborasse Italiam Gelasius Papa testatur. a Cod.Theodos. Valent.nouell. tit.11.

Christi Annus 451. *Leonis Pap.* 12. *Valentin.* 27. *Marciani* 2. *Impp.* *Marciano,& Adelphio* *Coss.*

S.Leo accepta relatione Legatorum de rebus gestis, vna cum professione fidei Catholicę Anatolij Constantinop. episcopi, gratulatoriam, & pacificam ei reddit
B epistolam,quæ est num.42.Gaudemus in Domino, &c. In VV.CC. 40.

Idem epist.44.consentit de Concilio Oecumenico,Marciano id expetenti,sed monet,ne permittat reuocari in dubium, An Eutyches impie senserit, & vtrum inique Dioscorus iudicarit,&c.non cuiusmodi sit fides tractandum est, sed eorum precibus (qui scilicet in Conciliabulo Ephesino hęresi consenserant.)qualiter annuendum. In VV.CC. 42. in T. Conc. 40.

Paulò post alia epistola,numero 45. agit de differenda Synodo in tempus commodius,imminente Attila cum Hunnorum exercitu, ut scilicet,liberati episcopi ab hostilitate barbarica, liberius ad Synodum se conferant, si quidem Attila rediens, ab Oriente,in Occidentem pergebat.Legatos nominat,quos,reuocatis alijs,mittit, Paschasium Episcopum Lilybęi in Sicilia.Lucentium Episcopum Asculanum, Bonifa-
C cium & Basilium S.R.E.presbyt.Card. & Iulianum Coësem Episcopum.Marcianus paulo ante sanctionem edit de Synodo Nicęę celebranda. epist. ad Metropolitanos, Ante Concil.Chalcedon. In VV.CC. 43. In T. Con. 41.

S.Leo epist.46.ad Marcianum ipsis Idib.Iun.data, meminit de Legatorum reuersione,illi gratias agit,excusat impossibile esse ob ingruentia bella complures episcopos ex occidente,derelictis suis ecclesijs, ad Synodum proficisci, Item ad Pulcheriã, quæ est 47.in qua eam monet vt longius a Constantinopoli curet Eutychetem ablegãdum,& illius Monasterio,vt præficiatur Abbas idoneus,illam Congregationem, & a prauo dogmate liberare,& institutis veritatis imbuere. VV. CC. 44. T.Cõc.42. VV. CC. 45. T. Cõc.43.

Item ad Anatolium de lapsis episcopis recipiẽdis,quod ante admonuerat,instãtius ingerit,nimirum recipiendos omnes dignè pœnitentes, qui leuius deliquissent, qui autem alijs malorum auctores fuissent,non ita quidem,sed maturius de his Sedis A-
D postolicæ iudicium expectandum.est epist.48. VV. CC. 46.

CONCILIVM MEDIOLANENSE sub Eusebio episcopo. Acta extant in epistola data ab Eusebio episcopo ad S.Leonem, qui id Concilium conuocari mandarat, & epistolam suam ad Flauianum,a singulis subscribi curarat,extat ea epist. post 54.epi. S.Leonis interfuere insignes doctrina & sanctitate episcopi,præter Eusebium Mediolan.Abundius Comensis,Maximus Taurinensis,Crispinus Ticinensis,& alij.Colligitur ex serie subscribentium,non sedium prærogatiua,sed temporis,quo quisque episcoporum sedere cępit,haberi solitam rationem;vel hoc vno exemplo intelligitur;dũ in Concil.Aquileiensi,cui pariter S.Ambr.Mediolan.episcopus interfuit, ante Diogenem,episcopum Genuensem,Philaster, siue Philastrius ponitur episcopus Brixianus, in hac verò Synodo primò ponitur Paschalis Genuensis Antistes, & post alios subscriptus legitur Octauianus Brixianus episcopus, alia plura suppetunt exempla. In VV.CC. 52. T. Cõc.50.

E Concilio Oecumenico in Oriente indicto, cui cum Occidentales omnes interesse non possent,vt tamen & ipsi aliquo modo suum suffragium ferrent,vel Romam ad Cõcil.euocabantur, uel in suis quique Prouincijs Metropolitani, de mandato Romani Pont.Concilia Prouincialia indicebant, ex quibus litteras darent ad ipsum Roman. Pont.qui Legatos è latere dirigeret,nomine totius Occidentalis ecclesię, vt videmus factum a Metropolit.Mediolanensi. In VV.CC. 47.

S.Leo epist.quę est num.49.mittit ad Synodum, (quæ post fuit Chalcedone coacta,vt Imp.adesse posset,)de legatis a se missis,qui eius vice præsiderent. In T. Cõc. 45.

Publicata Synodo Nicææ conuentura,rursum exarserunt contentiones factionum: quibus reprimendis Marcianus dat edictum.[b] b l.5.cap de his qui ad ec.. confug. .. Theod.

Eædem,cum timerentur contentiones Nicææ,confluentibus turbis Clericorũ,Mo-

nacho-

nachorum, & Laicorum, Pulcheria mandat strategio Consulari Bithyniæ, vt qui euocati non essent, & quos nulla ratio ad Concil. vocat, aut proprij episcopi permittunt, de ciuitate, & ipsis locis expellat. Extat ante Concil. Chalced. A

Congregatis Nicęæ episcopis, & Imperatoris aduentum præstolantibus, & vrgentibus, Marcianus certior factus de incursionibus Barbarorum, non reputans tutum longius abire, Constantinopoli, litteris suis euocat eos ad se Chalcedonem. Extant ante Concil. Chalced.

Attila, vnde flagellū Dei.

Attila flagellum Dei, ex prædictione cuiusdam sanctissimi viri, cognominatus, hoc anno cum Gallias, innumerabili prope cum exercitu, inuasisset, plures urbes vastasset, ab Aetio demum, cum Gothis, & Francis coniuncto Romanorum Duce, in campis Catalaunicis profligatus, in Illyricum diuertit, vnde repulsus a Marciani exercitu, inter fines Veneticos consedit. Paul. Diac.[a] Greg. Turon.[b] Isidor. in Chron. Goth. B

a lib. 15.
b 2. c. 6.

Concilium Chalcedonense.

Conuenit Concilium sexcentorum circiter Patrum, Chalcedone in suburbio, in æde S. Martyris Euphemiæ 8. Id. Octob. indictione 4. cōseditq; in Secretario, (quod aliàs vocant sacrarium,) consistente & Marciano, & Pulcheria Augusta, vna cū Magistratibus, Senatoribus, ijsdemque delectis Iudicibus cognitoribus (ita enim nominare consueuit antiquitas Iudices sæculares, quorum arbitrio cuncta legitimo seruato ordine, tractarentur.)

Quod inter Apsidem & cancellos a leua sederent Apostolicæ Sedis Legati, & post eos Constantinopolitanus, Antiochenus, & alij episcopi, a dextris autem Dioscorus Alexandrinus & post eum Iuuenalis Ierosolym. licet iudicandi, sciendum est, sinistram secundum quādam rationem reputari digniorem, vel obserua, quod in Romano ordine legitur, sedere debere episcopos & presbyteros ea locali dispositione, ut quando Pont. sederit, & ad eos respexerit, episcopos ad dexteram, presbyteros contueatur ad sinistram, ex quibus intelligi potest, sic a sinistra parte Legatos Apostolicæ Sedis, & post eos episcopum Antiochen. a dextris verò Dioscorum Alexandrinum, & Iuuenalem Ierosolym. esse locatos, ut positus in medio Christus Dominus noster (cuius typum gerebat sacrosanctum Euāgelium, super thronum in medio collocatum) in eos respiciens a dextris haberet, qui sederent in sinistra & a sinistris, qui considerent in dextra. Duodecim diebus inter 8. Id. Octob. & Kal. Nouēb. habitas 12. Sessiones, quas ex loco, Liberatus, secretaria vocat, ipse affirmat c. 13. Actiones uerò in eis habitas 15. Sed acta Græca & Latina 16. ponunt. C D

In prima sessione Marcianus allocutus S. Synodum, post alia, illud magnopere commendauit, quod a S. Leone Papa admonitus fuerat Patribus significandum, ne de fide nouæ disputationes instituerentur, sed staretur decretis Concilij Nicæni, & litteris S. Leonis ad Flauianum, & illud addidit. NOS ENIM ait AD CONFIRMANDAM FIDEM, NON AD OSTENDENDAM VIRTVTEM, EXEMPLO IMP. CONSTANTINI, ADESSE SYNODO COGITAVIMVS, &c.

Romana Ecclesia caput omnium Ecclesiarum.

Deinde Paschasinus Legatus Sedis Apostolicæ hęc ad Synodum prolocutus est. *Beatissimi atque Apostolici Papæ Vrbis Romæ, quæ est caput omnium ecclesiarū, præcepta habemus præ manibus, quibus præcipere dignatus est, eius Apostolatus, ut Dioscorus Alexandrinus Archiepiscopus, non sedeat in Concilio, sed audiendus intromittatur. hoc ergo obseruare necesse est*, &c. quo facto, & ut reo, in medio constituto Dioscoro, accusatio est instituta. Theodoretus introductus est in Synodum. Lecta Acta Constātinop. Concilij de damnatione Eutychetis, & Ephesini Conciliabuli. Rogati Patres sententiam, acclamarunt, damnantes, qui tam iniquam sententiam tulissent contra Flauianū, maximè verò qui principem locum tenuerunt. Quòd verò Iulianus Coensis Apostolicæ Sedis Legatus, homo Græcus, loquatur per interpretem, notandum est, ob excellentiam Rom. Ecclesiæ, moris fuisse Legatorum Sedis Apost. Latinè semper loqui. E

Secunda sessione lecta sunt Symbola, Nicęnum, & Constantinopolit. duę Cyrilli

epistolæ, & S. Leonis epistola illa de Incarnatione Verbi ad Flauianum, quam miris laudibus Patres prosecuti sunt ita acclamantes, *Hæc Patrum fides, hæc Apostolorum fides, omnes ita credimus, Orthodoxi ita credimus. Anathema, qui ita non credit, Petrus per Leonem ita locutus est. Apostoli ita docuerunt*, &c.

Tertia sessione conueniunt episcopi tantummodo, absque Magistratibus sæcularibus, eò quod tractanda esset Dioscori damnatio, per episcopos tantummodo facienda. Citatus & recusans comparere, quod abessent Iudices sæculares, Cecropius episcopus Sebastenus, vnus ex ijs, qui ad ipsum vocandum missi fuerant, hæc dixit. *Quando quædam regularia,* (nempe ecclesiastica) *negotia examinantur, secundum canones, neque Iudices alios, vel laicos interesse oportet.* Nota œcumenicę synodi, imò totius ecclesię Catholicæ testimonium, quod in rebus ecclesiasticis non se immisceāt sæculares. Lecti libelli accusationum aduersus Dioscorum, & lata sententia damnationis, & depositionis ab episcopatu, & ab omni ecclesiastica functione, a Legatis Sedis Apostolicæ, contra eum non comparentem, cui singuli episcopi S. Synodi subscripserunt, & de re, Synodalis epistola missa est ad Impp. hoc exordio. Magnę ægritudines &c. alia ad Pulcheriam, quæ incipit. Multa tibi dona præstētur &c. Propositum quoque fuit publicè decretum Dioscori damnationis & depositionis ab episcopatu, & ab omni ecclesiastica functione, & ad ipsummet eiusmodi damnationis suæ significatio missa. Litteræ item datæ ad Ecclesiam Alexandrinam, & sic clausa est sess. 3.

In reb. Ecclesiasticis non se immisceant sęculares.

Dioscorus dānatus & depositus.

Sessione quarta, quinque episcopi, qui cum Dioscoro præfuerant impio Ephesi cōuentui, facta Catholicæ fidei professione, & cōtraria sentientibus damnatis, in Synodum sunt admissi, a qua ante repulsi erant. Episcopi Ægyptij impetrant, vt non prius cogantur dicere Anathema in Eutychetem, quam Alexandrinus episcopus eligeretur, quem subscribendo sequerentur. Intromissis post hæc Archimandritis hæreticis, contestati sunt se tantummodo Nicænam fidem amplecti, nullamque eius expositionem admittere, atque ita illi sub mentito pallio Nicænæ fidei, nouam fouebant hæresim. Libellus a Catholicis Archimandritis oblatus aduersus Eutychetem, & Eutychianos, ut pius a S. Synodo probatus est.

Quinta sessione continetur postulatio Eutychianorum Archimandrit. vt sibi liceret de fide cum Catholicis disputare, coram Imperatore, qui religiosissime, & sapientissimè eos remisit ad Concilium episcoporum, *quorum definitionibus*, inquit, *fidem habeo, eas sequor, his contentus sum.* Mox actum de Diœcesibus, alijs alias defendentibus, ex Iure Imperatorum; alijs, alias ex regulis ecclesiasticis. Iudices dixere, *sacratissimo Domino orbis placuit, non iuxta sacras Imperatoris litteras, & pragmaticos typos, res sanctissimorum episcoporum procedere, sed secundum canones a sanctis patribus datos.* SANCTA ITEM SYNODVS DIXIT. *Contra canones nihil Pragmaticum valebit, Regulæ Patrum teneant.* Dignum plane factum, quod imitari debeant omnes Christiani Principes, sequi etiam ipsorum Iudices, nimirum, vt, cū causam agi contingat, cui altera ex parte faueant sæculi leges, repugnet verò ex altera, Canon ecclesiasticus, quid tunc iuste, piè, sancteque decernant, cum tantum extet de tanto iudicio, non unius, sed plurium Iudicum, præclarum quod sectentur exemplum. Habent & sacræ Religionis Antistites Synodi eiusdemque, œcumenicæ, & amplius 600. PP. egregium factum, quod imitentur, nimirum non turpiter adulatione molliri, frangique potentia Imperatorum, sed aduersus ipsorum leges, pro defensione Sacrorum canonum, acerrimos insurgere uindices, & indefesso studio, pro sacris legibus, inire certamen.

Eutychianis expetentibus coram Imp. is sapientissime eos remittit ad Concilium.

Contra Canones nihil Prāgmaticum valeat, Regulę PP. teneant.

Discāt Epi non frangi, nec molliri potētia Principum.

Sexta sessione Definitio fidei Catholicæ Concilij Calcedon. continetur.

Septima in sessione ipso Festo S. Martyris Euphemiæ, ob diei celebritatem, adfuere Marcianus, & Pulcheria cum Magistratibus solitis interesse Comitijs, & Marcianus, latine primum, mox & Græcè perorauit ad Synodum. Lecta est fidei definitio, cui subscripserūt omnes episcopi, & post iteratas acclamationes, dictum Anathema, Nestorio, Eutycheti, atque Dioscoro. Pro custodia definitionis fidei, Imperator, uiuæ vocis oraculo; aduersus disputantes, vel turbas, & tumultus concitantes, pęnas apposuit. Act. 6. Conc. Chalcedon. Mox subiecit quædam Capitula (de Monachis, & cle-

Imp. pęnas statuit dispu tantib. contra definitiones fidei.

ricis)

ricis) quæ ait, ad honorem uestræ reuerentiæ nobis reseruauimus, decorum esse iudicantes a uobis hæc regulariter potius formari per Synodum, quam nostra lege sanciri. Eadē fidei definitio miraculo S. Martyris Euphemiæ firmata refertur variè apud varios auctores. Metaphr.[a] Zonar.[b] Nicephor.[c] Glicam.[d] A

a 11. Iul.
b to. 3. annal.
c 15. c. 5.
d Annal. par. 3.

Octauā sessio habuit tres Actiones. Prima habuit compositionem controuersiæ inter Antiochenum & Ierosolymit. episcopos, in qua ius Metropoleos Palęstinę, quod erat Ecclesiæ Cęsariensis, in Ierosolymit. est translatum. 2. Theodoreti causam actā, & ipsum anathematizantem Nestorium, susceptum esse a Synodo, ut ante a Leone, & suam illi ecclesiam restitutam 3. restitutionem Ibæ Edesseni in suam Ecclesiam.

Nona sessione Decretum, ut Ephesinum, sub Dioscoro, Concilium, Concilij nomen minimè obtineret, & Imperator ipse de hoc sanciret. Hac ipsa die, Domnus Antiochenus episcopus, iure a Dioscoro damnatus, & sede priuatus, probatur a Synodo, & annuit eadem Synodus Maximo eius successori, ut liceret illi, de suis redditibus, exauctorato alimenta præbere. B

Tribus sequentibus sessionibus actum de causis quorundam episcoporum. Atque demum prid. Kal. Nouembr. soluta sunt Comitia, abiereque Iudices, atque legati Sedis Apostolicæ, remansere verò callidè Orietales Episcopi canones sancientes num. 27. vel (vt Græcum habet exemplar) 30. clanculo scriptos. Verum a S. Leone Rom. Pont. haud recepti videntur, nam nihil, præter fidei definitionem, esse firmatum, ipse postea testatus est, in epist. data post sequentem annum, ad episcopos Synodi Chalced. nu. est 61. auctor fraudis Anatolius, qui sciens aduersaturos sibi Legatos Sedis Apostolicæ, Decretum conscriptum, in Synodo, illis absentibus recitauit, & a Patribus probari obtinuit, Vt Scil. Ecclesia CP.na primum, post Romanam, locum obtineret. Quo audito, Legati Sedis Apost. rursum conuenire PP. sequenti die iusserunt, atque 13. Sessio, & ultima celebrata est, in qua reclamarunt, & quod factum erat, improbarunt, prolato etiam hac de re mandato S. Leonis Papæ. *Sāctorum quoque Patrum*, ait, *constitutionem prolatam, nulla patiamini temeritate uiolari, seruantes omnimode personæ nostræ in uobis, quos uice nostra transmisimus, dignitatem. Ac si qui forte ciuitatum suarum splendore confisi aliquid sibi tentauerint vsurpare, hoc, qua dignū est, constantia retundatis.* Quod autem velle uiderentur nihil innouare, sed sequi canonē CP.ni Concilij scitè ad eos Lucentius Episcopus Legatus, si ergo his temporibus hoc beneficio usi sunt, quid nunc requirunt? si nunquam, usi sunt, quare requirunt? C

Canonē in Conc. Chalced. ab Oriētalib. absentibus legat. Apostolicis, improbat Leo PP. Ecclesiæ Cōstantinopolitanæ vsurpatio primi loci post Roma. refutatur.

His absolutis eadem S. Synodus, nouissimo loco, Synodalem epistolam scripsit ad S. Leonem, mittens Acta Concilij, & suppliciter rogans, probari, & confirmari illum a se editum canonem, *cui*, aiunt, *Legati uestri uehementer resistere tentauerunt, procul dubio a uestra prouidentia inchoari hoc bonum uolentes, vt sicut fidei, sic bonæ ordinationis deputetur effectus*, qua petitione satis indicant se agnoscere Primatum Rom. Pont. super uniuersalem Ecclesiam. Et cum S. Gregorius Papa ad Eulogium Alexandrinum[e] & ad Io. Constantinop.[f] & ad Mauritium Imp.[g] affirmet uniuersitatis ei nomen per Chalcedonen. Synodum Apost. Sedi oblatum, cum œcumenici nomen in epist. Synodali ad Leonem desideretur suspicari possumus ab aliquo per dolum esse subductum. Ipse certe Leo, vir sanctissimus, vsus est titulo Vniuersalis in epist. ad Marcianum, sub Consulatu Herculani, vt modo extat in Latino & Græco Codice. D

Cōc. Chalcedō. plane confitetur Primatum Rom. Pōt.

e Lib. 4. ep. 36. & 7. ep. 30.
f 4. lib. ep. 38.
g 4. lib. ep. 32.

Præter episcoporum sententiam, præter cōfirmationem Sedis Apostolicæ, accesserunt etiam ad corroborandam Synodum Chalcedon. sanctissimorum uirorum, qui his, temporibus illustrabant Orientalem ecclesiam, & miraculorum uirtute nitebāt, elogia, qui eandem se fidem tenere, & uerbis testati sunt, & crebra miraculorum editione firmarunt. Lege apud Sur. 20. Ian. & 14. Febr. de Euthymio & Auxentio sanctissimis Monachis. E

Dioscorus Gangram Paphlagoniæ relegatus, ibi finit vitam. Liberat.[h] Euagr.[i] Tanti beneficij memor Orientalis Ecclesia, ipsam Synodum Chalcedonen. perpetua anniuersaria coluit celebritate. Menolog. Celebritas sexcentorum triginta Patrū, Quartæ Synodi, Oecumenicæ, in vrbe Chalcedone, tpe Marciani Imp. & S. Leo[k] ad Theodoretum: *Secunda est*, inquit, *post aduentum Domini hæc orbi festiuitas*, &c.

h c. 14.
i 2. c. 5.
K ep. 67. In vv. Cod. 63. in tom. Conc. 63.

A

Christi Annus	*Leonis Pap.*	*Valentinia.* 28. *Marciani* 3.	*Impp.*	*Herculano, & Sporatio.*	*Coss.*
452.	13.				

MArcianus Imp.pro firmitate Chalcedon. Concilij solicitus,edit sanctionem, ne cui amplius liceret publice de fide disputare. *Nã,* inquit,*iniuriam facit iudicio religiosissimæ Synodi, si quis,semel iudicata,ac rectè disposita,reuoluere, et publicè disputare contendit,* &c. Apud Chalced. Concilium. [a]

Rursum aliam edit sanctionem de eadem re in fine Act.3. Conc. Chalced. sed nihil profecit, & plurimis exemplis satis est perspectum, nunquam profuisse fidei Catholicæ clementiam Principum in remittendis culpis, ab hæreticis perpetratis, ea
B enim abusi semper illi euasere deteriores.

Aduersus Eutychianam hæresim plures ijsdem temporibus, scripsere, præter S. Leonem,Mochinus Mesopotamius,presbyt. Antiochenus,Isaac presbyt.itidem Antiochen. Samuel presbyter Edessenus,& Theodoretus Episcopus Cyri.Gennad.

S.Leo circulares litteras mittit ad Ecclesias Occidentis, eis communicans gesta Synodalia Chalcedonensia.epist.51.b

Accepta legatione CP.[na] cum litteris Anatolij,Imp. atque Pulcheriæ, rescribit S.Leo redarguens ambitionem Anatolij (quæ est epist. 56.) affectantis Primatum, post Ecclesiam Rom.contra statuta Nicæni Concilij epist.ad Maricanum 57.eum rogat, vt insanam ambitionem Anatolij comprimat ad Pulcher. 58. epist. habet hæc verba. *Consensiones vero episcoporum,& sanctorum Canonum apud Nicæam condi-*
C *torum regulis repugnantes,vnita nobiscum uestræ fidei pietate,in irritum mittimus,& per auctoritatem B.Petri Apostoli generali prorsus definitione cassamus.*

Alexandriæ ordinatur episcopus Proterius.Liberatus. c

Ingens seditio & tumultus Alexandriæ,alijs Dioscorum reposcentibus, alijs Proterio firmiter adhærentibus.Euagrius [d] Eo vsque inualuit vulgi studium in improbissimum,& nequissimum Dioscorum,ut diuinos etiam honores ei Ægyptij detulerint,uel ad hoc vsque tempus,quo,anno 1594.ab Ecclesia Alexandrina, uniuersaque Ægypto solemnis missa est legatio Romam ad Clementem 8.Rom.Pont. qua se expetere Catholicam fidem,& Apost.Sedis communionem, damnato Dioscoro, professi sunt,& obtinuerunt. Marcianus & per milites seditionem compescere, & per Ioannem Decurionem, virum pium,& disertum, qui cum alijs magistratibus Synodo in-
D terfuerat,studuit de re tota,ut gesta erat,commonefacere, & denique per epist. suam ad mansuetudinem eos reuocare;extat in epis.Virorum Illustrium pro Cõcilio Chalced.Ep.5.Parum profectum per hanc Imperatoris operam indicant,quæ a Damasceno de Aegyptijs,ita nominatis hæreticis, dicuntur,lib.de Hæresibus.

Maximi quoque tumultus in Palæstina a Pseudomonachis sunt excitati, eiecto Iuuenale Episcopo Ierosolymit. & Theodosio Monacho,nefario homine, in episcopũ ascito,qui & alios sibi similes ordinauit episcopos, & Eudociã, quæ Theodosij Imp. fuerat vxor,in suas partes traxit,& in Catholicos professores Concilij Chalcedon.sibi communicare nolentes,cęde,& incendijs sęuijt,ita mẽses uiginti exitiosus Theodosius Tyrãnidem in Sedem Ierosolymit.exercuit,Euagr.[e] Niceph. [f] Euthymius magni nominis Monachus,& Anachoreta, cum sæpius tentatus a Theodosianis Euty-
E chianis,in interiorem eremum secedens, plures ibi Anachoretas a Theodosio deceptos,ad Ecclesiam Catholicam reuocauit,in hisque Gerasimum, eum, qui, Leone pro asino,vteretur,ab illo interfecto. Acta S.Euthymij apud Sur. 20.Ian.

Theodosius,& Pseudomonachi Pulcheriam decipere conantur,libello oblato, in quo se Nestorium, & Eutychetem damnare simulant, ad quos respondet Marcianus Imp.egregia epist.quæ est 2.inter epist. Vir.Illustrium pro Concilio Chalced.

Marcianus lege sancit Acta Concilij Chalcedonen. & abolet, quæ Theodosius Imp.fraude deceptus,sanxerat contra Flauianum episcopum CP.[num] Eusebiũ Dorilæi, & Theodoretum Cyri. [g] Idemque diuersis Eutychianos multat pœnis. [h]

Imp. vetat disputare de fide publicè. a Act.3. sed supposito titul.& l.4. C. de sum. tri. in C.Iustin. Clementia Principũ in hæreticos noxia Catholicę fidei. b In vv. cc. 49.in T. C. 47. In vv. cc. 53.in T. C. 51. In vv. cc. 54.in T.C. 52. In vv. cc. 55.in T.C. 53. c cap. 14. d Lib.2.c.5 Tumultus Alexandrię ob Dioscorũ dãnatũ. Legatio Aegypti Ecclesiæ, expetẽs communionẽ Roman. Pontif. quã p mille amplius annos caruerat.obtinet a Clemen. 8. Tumultus in Palæstina a Monachis Eutychianis excitati. e 2.c.5. f 15. c. 9. Euthymi⁹ ĩsignis Monach. g Actu. 3. Cõcil.Chalced.Cod.Iustin. l. quoniam. C. de episc. & cle. h Act.3.Cõcil. Chalce.

Valentinianus iniquam Romæ promulgat sanctionem, qua tollit episcoporum Iudiciale Tribunal, nisi in his, quæ ad Religionem pertinent, & nisi partes ex consensu episcopum Iudicem delegissent, qua eadem sanctione tollit clericis fori exceptionem, & uetat curiales clericos ordinari, uel Monachos fieri, similiter & originarios, inquilinos, colonos, & seruos [a] quod illi pessime uertit, omnibus illi deinceps infeliciter cedentibus, ac eo demum miserando cadente interitu. Interim autem dum ipse ecclesiasticum ius, & potestatem opprimit, Deus illum cōprimit, & super Reges Rom. Pont. extollit. Attila enim redintegratis uiribus, redeunte, & expugnatis, ac uastatis, Aquileia, Ticino, Mediolano, Romam tendente, Valentinianus consternatus legatum illi obuiam Leonem ire rogat, cuius diuina eloquentia persuasus pacē dat Romanis, & ultra Danubiū, non rediturus, abscedit. Marcellin. Cassiod. [b] Miscella hist. [c] id beneficio Apostolorū obtentū, exprobat ingrato populo S. Leo (serm. in Anniuersaria Apostolorū die) anniuersaria die huius cuius recepti beneficij Circensibus ludis occupato: quo confirmatur, quod in monumentis extat Rom. Ecclesiæ, Attilā respondisse quærētibus, cur se tam mitē unius loquētis sacerdotis uerbis præbuisset, astantē alium se uidisse sacerdotali habitu (vel duos, vt alius textus habet) gladio sibi minitantem, nisi Leonis mandatis paruisset. Cassiod. Miscella hist.

Valētiniani iniqua lex c. Clericos. a Nouell. Valent. tit. 12. de episc. iudic. 10. Dum Imperator Ecclesiasticos sanctionib. deprimit, De⁹ illos extollit. Leo Papa, sua diuina eloquentia Attillā auertit ultra Danubium. b In Chro. c Lib. 15.

VENETIARVM vrbis origo, per occasionem harum Attilæ uastationum, concurrentibus populis, Venetiæ maximè prouinciæ, in Insulas, inter æstuaria, Barbaris inaccessa.

Mutina, & Rauenna ab Attilæ excidio liberatæ feruntur; illa Geminiani Episcopi precibus, hæc Ioannis, qui Neoni successit.

Attilæ res gestæ a Prisco nobili Rhetore scriptæ, interciderunt. Euagr. [d]

Aquileiam non ita excisam, ut habitari desierit, indicat S. Leonis epistola ad Nicetam Aquileiensem episcopum, [e] post ann. sex data, sub Consulatu Maioriani, qua respondet, de feminis, quæ captis uiris, alijs nupsissent, interroganti, quid agēdum esset, inculpabile tum tantum esse cum crediti sunt uiri defuncti: reuersis uerò ad eosdem redire oportere, renuentes anathemate damnandas.

Theodoro Foroiuliensi episcopo rescribens S. Leo [f] de pœnitentia ijs, qui in extremo laborarent, impertienda, ait, non negandam quibuslibet pœnitentiam in exitu uitæ petentibus, illud manens. *Consuetudinis Ecclesiæ esse vt episcopi non prius consulant Rom. Pont. quàm suos Metropolitan. consuluerint.*

Carthagin. Ecclesia, quæ a capta Vrbe, per tredecim annos, absque episcopo fuisset, agente Valentiniano apud Gensericum, accepta facultate, Deo gratias creat episcopum, virum sanctissimum Victor. [g]

d 2. c. 17. e Quæ est. 85. in vv. cc. 79. in T. C. 77. f Quæ est epist. 69. vv. cc. 91. T. C. 89. Metropolitani prius q̃ Ro. Pontif. consulendi. g de persec. Vuād. lib. 1.

Christi Annus	Leonis Pap.	Valent. 29. Marciani 4. Impp.	Opilione, & Vincomalo Coss.
453.	14.		

ANatolius episcopus CP.[nus] detegit occultatum venenum, obtrectās Leoni Papæ, quasi non probaret Cōcilium Chalcedon. ordinatos a Flauiano persequēs, Eutychianismi suspectos promouens.

S. Leo a Marciano Imp. monitus, circularibus litteris ad omnes episcopos, se probare Chalcedon. Concilium, in ijs, quæ ad fidem pertinerent testatur. [h] & stare se decretis Concilij Nicæni, quæ & inuiolata esse vult, & epist. 63. [i] ad Marcianum, ei gratulatur, quod acquieuerit ijs, quæ ipse statuisset. *Et merito*, inquit, *geminatur gaudium meum, cum uobis religiosissime placere cognosco, ut & fides Nicæna suam teneat firmitatem, & priuilegia ecclesiarum illibata permaneant.*

Idem, epi. 61. [k] ad Marcianum, & 58. ad Pulcheriam, conqueritur de Anatolio, qđ Archidiaconum CP.[num] sub specie honoris, loco mouisset, & Eutychianistam substituisset, eumque illis commendat, & Anatolio excommunicationem minatur. Idem epistola sua 60. [l] ad Iulianum Coensem, eum delegat Vicarium suum in Oriēte, vt inuigilet,

h epist. est 65. In vv. cc. 61. In T. C. 59. i epist. 63. In vv. cc. 59. Tom. c. 57. In vv. cc. 57 In T. C. 55. K vv. cc. 58 In T. C. 56. l In vv. cc 56. In T. C. 54.

A uigilet, ne hæresis Nestoriana, & Eutychiana repullulet: & moneri se petit de tumultibus excitatis a Monachis in Palæstina.

Idem Marciano, & Pulcheriæ ep. 63. [a] & 64. gratulatur de officio per litteras præstito erga Monachos tumultuantes. a vv. cc. 59. 60.

Idem Eudociam Augustam rogat ep. 66. vt quantum ualeat suis admonitionibus curet deuios Monachos ad fidem reuocare, qua ratione, & eam seductam, in uiam reducere prudenter studet. In T.C. 57. 58. vv. cc. 62.

Idem Monachos, lenibus litteris excusans, docet de veritate rerum gestarum, & fidei, ut ab errore in uiam reducat. [b] Tom. Cōc. 60. b epist. 83.

B S. Pulcheria epistola ad Bassam Abbatissam Monasterij Ierosolymit. cum suis virginibus, falsis Theodosij pseudo Monachi relationibus seductam, de actorum, & fidei ueritate edocēs, reducit ad Catholicam fidem, ex qua colligitur laicos Ierosolymitan. litteris Marciani, supra recensitis, resipuisse. extat epist. in Appendice ad Acta Chalcedon. Græca. Pulcheriæ obitus. & elogium.

Pulcheria perpetua virgo Theodosij Iunioris soror, Marciani coniux, in Regia, Monastica uita acta, Imperio feliciter, per plures annos, summa cum prudentia, administrato, Religione Catholica, aduersus monstra hæresum, maximè Nestorij, & Eutychetis sustentata, pluribus Monasterijs, Basilicis, & Hospitalibus domibus erectis, cūctis denique bonis suis ad sustentationem pauperum relictis, quinquagesimo quarto ætatis anno moritur, semper in cęlo, & in ecclesia perpetua memoria uictura. Marcellin. [c] Theodor. Lector. [d] Niceph. Menolog. c in Chron. d collect. lib. 1.

C S. Leo epist. 73. ad Iulianum Coensem. *Cuius* (Pulcheriæ) inquit, *post Deum beneficijs hoc debetur, quod Ierosolymitan episcopus est receptus, & Monachos, quos perfidia hæretica falsitatis inuaserat, ad sanitatem Augusta auctoritas reuocauit.* In vv. cc. 68 In T.C. 66.

Idem ep. 60. ad eundem Iulianum Coensem petit edoceri de statu Ecclesiæ Alexandrinæ. In vv. cc. 56. In T.C. 54.

Proterius episcopus Alexandrinus Catholicæ fidei professionem Romam ad S. Leonem mittit, quo Catholicam ab ipso Pontifice communicationem mereatur accipere, eam quidem se accepisse testatur S. Leo epist. 73. ad Iulianum Coensem. Ian. mense sequentis anni scripta. In vv. cc. 68. In T.C. 66.

SYNODVS ALEXANDRINA Orthodoxorum a Proterio habita, ut ad Catholicam communicationē, qui hactenus ob hæresim Eutychianam, separati fuissent, Catholica oblata professione, redirent: sed cum illi penitus restitissent, irrogatum eis fuit ab Imperatore exilium. Extat eius Synodi mentio in epistola Catholica Episcoporum

D Aegypti ad Leonem. Inter epistolas Illustrium Virorum, pro Synod. Chalcedon.

Maximus Antiochen. episcopus, Legatione missa, S. Leonem Rom. Pont. de statu ecclesiarum Syriæ docet, & rogat pro conseruatione priuilegiorum Sedis Antiochenæ. S. Leo epist. 66. fauet eius rogationi de priuil. eccl. Et inter alia salubre illud admonet, vt sicut laicos, ita nec Monachos pop. docere permittat, Has ad Maximum litteras uoluit esse Encyclicas, ut testatur epist. sua ad Theodoret. S. Leo, quæ est 67. quem ad pugnam excitat contra hæreticos. In vv. cc. 62. In T.C. 60. Laici nec Monachi pop. doceāt.

S. Leo, quod eius muneris esset Catholicæ ecclesiæ indicare, sequentis anni Paschæ diem ab omnibus celebrandum, consulit peritos, epistola 64. ad Marcianum, & 65. ad Eudociam, & ad Proterium Alexandrinum, (cuius responsionis fragmentum citat Beda de ratione temporum) [e] & ad Paschasinum episcopum Lilybæi in Sicilia, virum doctissimum, cuius Paschasini responsio extat apud S. Leonem post epist. 72. qua non solum ex Theophili cyclo, sed & ex Hebræorum calculo, probatam reddidit ueritatem, eandemque miraculo consignatam; ostendens non esse absurdum, ut ad 8. Kalend. Maias Pascha Domini in Ecclesia celebraretur. Rescripsisse etiam Marcianum ad Sanctum Leonem, eam esse Orientalium sententiam, ut secundum Theophili cyclum 8. Kalend. Maias Pascha Domini celebraretur. testatur ipse Leo in litteris circularibus datis ea de re, anno sequenti ad Episcopos Galliarum, atque Hispaniarum. [f] In vv. cc. 63. In T.C. 61. Rom. Pont. munus iudicare Ecclesiæ Pascha quādo celebrandum. e ca. 42. In vv. cc. 67. In T. c. 65. f est. ep. 70.

E

CONCILIVM ARELATENSE (quod tertium ordine ponitur) Præside S. Cæsario eius ciuitatis Episcopo sanctissimo & doctissimo. Sed cum cōstet ex litteris S. Leonis In vv. cc 95. In T.C. 95.

nis Papæ, anno superiori datis eidem ecclesię, pręfuisse Rauenniū Hilarij successorem, & post eum Eonium; eundemque sedisse saltem triennio, vt discipulum S. Cæsarij, eiusdemque uitæ scriptor affirmare colligitur, quo tempore Cæsarius præfuit Abbas Monasterio Arelatensi, nil est, quod dici possit, nisi errorem illapsum esse in Consulatum, sicut & in notam Aeræ mendum irrepsit, dum ponitur 61. ex qua colligitur numerus ann. Domini 423. vnde longe absurdius redditur, ut eo tempore Cęsarius præfuerit dicto Concilio Arelatensi. Sed & cum nihil sit, in quo error emendari possit, vt suo loco Arelatense Concilium restituatur, hic ponendum fuit. A

Acta S. Cęsarij. Cæsarij res gestæ ab eius discipulo Cypriano ad S. Cæsariam eius sororem, id ipsa ab eo efflagitante, extant apud Sur. die 27. Aug.

S. Siluester Episcopus Cabilon. S. Siluester Cabilonensis episcopus, a quo S. Cæsarius in clericum attonsus est, & ecclesiasticis disciplinis imbutus, clarus habetur. Vita S. Cæsarij.

S. Porcarius Abb. S. Porcarius Abbas Monasterij Lerinensis, sub quo S. Cæsarius in Monasticis instituti tantum profecit, sancta conuersatione innotescit. Ex eiusdem S. Cæsarij Vita. B

Præclarum extat encomium Monasterij Lerinensis apud S. Cæsarium hom. 20. qđ summopere mirandum, inter tot in Gallias grassationes Barbarorum, Sueuorū, Vuandalorum, Alanorum, Gothorum, Burgundionum, Hunnorum, & Francorum, suam celebritatem retinuisse, & ipsis Barbaris, & Arianis fuisse venerandum.

Pomerius Afer p̄sbyter scriptor ecclesiast. Pomerius Afer, seu Maurus presbyter, insignis Rhetor, S. Cæsarij magister in Gallia floret. Gennad. qui & eius lucubrationes recenset, & mores sanctissimos laudat. Isidor. de Vir. Illust.[a] Honor.[b] Sigibert.[c]

a c. 12. b c. 12. c c. 54. & 56.

S. Cæsarij scriptorum non extant, nisi 46. Homiliæ diuersis temporibus dictæ.

Ab ep̄ali iudicio clerici ne recedant ad sęculare. ANDEGAVENSE CONCILIVM, sub Opilionis Consulatu, nunc primum in lucem editum, in quo illud primum statutum, vt contra episcopale iudicium clericis non liceat resilire, neque inconsultis sacerdotibus, sæcularium iudicia expetere &c. quo procul dubio aduersati sunt Patres constitutioni illi Valentiniani anni superioris, qua ecclesiasticum forum suis priuilegijs spoliauit. C

Christi Ann. 454. Leonis Papæ 15. Valentiniani 30. Marciani 5. Impp. Studio, & Aetio Coss.

In vv. cc. 69 In T. Concil. 67. SAncto Leo epistola 75. Marciano commendat magno discrimine laborantem Alexandrinam Ecclesiam, & Proterium recens eius creatum Antistitem, & rogat vt suam ad Flauianum epistolam ab hæreticis falsatam, in Græcam linguam fideliter uersam, & suo sigillo munitam, curet ad eam transferri, vna cum consentientibus sententijs episcoporum Alexandrinorum Athanasij videlicet, Theophili & Cyrilli. D

d l. 8. C. de hæret. Marianus dat edictum ad Alexandrinos in hæreticos Apollinaristas, vel Eutychianistas pœnas statuens.[d] quod verò legitur Cōstantio & Rufo, falsum est, & reponendum Studio, & Aetio.

In vv. cc. 70 & in T. Cōcil. 68. S. Leo epist. 76. ad Marcianum eum rogat, ut fastum Anatolij magis comprimat; & vt Eutychetem, adhuc venena spargentem longius ableget. Marcianus Pont. Rom. monitis acquiescit, edita sanctione nihil innouandum de priuilegijs antiquitus concessis ecclesijs.[e]

e l. 12. C. de sacrosf. eccl.

Solus Ro. Pontif. irritat, quod 600. PP. in Concil. statuerant. Anatolius tandem cedit monitis S. Leonis, dimisso studio primatus, epist. 71. ad Anatolium, in qua eminet summa auctoritas Pont. Rom. qui solus irritum reddit, quod Concilium sexcentorum Patrum comprobarat. E

S. Leo ad Iuuenalem episcopum Ierosolymit. proximo anno reuersum ad suā ecclesiam, quique legationem ad eum miserat, cum particula ligni sanctissimæ Christi crucis, rescribens, obiurgat de rebus præteritis male gestis, epist. est 78. hoc initio, Acceptis dilectionis tuæ litteris, quas ad me filij nostri &c.

In vv. cc. 72 in T. C. 70. Synodus Ierosolymit. a Iuuenale collecta, in qua ad expurgādam ab hæresi totam prouinciam, omnibus fidem Catholicam seruādam proposuit. Extat Synodalis epist.

ad Archi-

A ad Archimandritas, & Monachos Palæstinos, hoc exordio. Cum summus, & primus Apostolorum Princeps dixisset &c. Inter epist. Ill. Vir. pro Concil. Chalcedon.

Quod porro primo loco subscriptus legatur Iuuenalis, secundo vero Irenęus episcopus Cæsariensis, ecclesiæ Metropolis Palæstinæ, ex decreto Concilij Nicæni; id eo factum est, quod is, quem inuaserat Primatum, Iuuenalis, impudenter retinebat; in quo ei restitit S. Leo, primum quidem tempore Concilij Ephesini, cum esset Archidiaconus S. R. E. post verò cum esset summus Pont. qua de re S. Leo epist. ad Maximum Antiochenum. quæ est 60. [a]

Maximus Senator in vltionem stupri a Valentiniano pudicissimæ suæ vxori, per fraudem, illati, Aetium, magnum Imperij præsidium, affectati regni in suspicionem apud eũ adducit, qui ob id Aetium interimit, fera, sed digna diuina vltione. de cuius B morte sic Marcell. in Chron. Aetius Patritius, magna Occidẽtalis Imperij salus, & Regis quondam Attilæ terror, a Valentiniano Imp. cum Boetio amico in Palatio trucidatur, atq; cum ipso Hesperium cecidit regnum, nec hactenus valuit releuari. Procop. [b] Miscella hist. [c] Cassiod. [d]

Vandali ex Africa Pyraticam exercentes Siciliam deprædati sunt. Paschasin. epist. ad S. Leonem post eius epist. 67. Ado in Chron.

Attila, Aetij hortatu, noctu mulieris manu, cultro confoditur, quidam verò sanguinis reiectione eum necatum perhibent. Marcellin. in Chron.

Eugipius Abbas, ab Attilæ obitu, contexit historiam de vita, & rebus gestis S. Seuerini Noricorum Apostoli.

S. Seuerinus, genere clarissimus, suam semper originem, humilitatis studio obticuit: loquela tamen ipsius manifestabat hominem omnino latinum: quem constat C ad quandam Orientis solitudinem feruore perfectioris vitæ fuisse profectum: atque deinde post ad Norici Ripensis oppida, Pannoniæ superiori vicina, quæ barbarorum crebris premebantur incursibus, diuina cõpulsum reuelatione, venisse, sicut ipse clauso sermone, tãquam de alio aliquo referre solitus erat, &c. Eugip. epist. ad Paschasin. præfixa vitæ S. Seuerini, qui doctrina & operibus per hæc tpa mirabiliter effloruit.

Plures Orientales, Occidentales, & Boreales Prouinciæ, magna siccitate & penuria laborarunt, Euagr. [e] Gelasius in Andromachum, qua occasione Vienna Austriæ (quæ tum Fabiana appellabatur.) fame oppressa, euocato S. Seuerino, & adhortationibus eius ad pœnitentiam conuersa, diuinam opem experta est. Eugip.

a In vv. cc. 62. in T.C. 60.

b De bello Vuandal. lib. 1.

c Lib. 15.

d In Cron. In vv. cc. 63 in T.C. 61.

S. Seuerin⁹ Noricorũ Apostolus.

Paschasin⁹ eps Lilybęi doctrina clarus.

e Lib. 2. cap. 6.

Christi Annus	Leonis Pap.	Marciani 6. Maximi	Impp.	Valentin. 8m; & Anthemio.	Coss.
455.	16.				

D VAlentinianus, dum de Religione bene meretur ad 30. ferme annos, inter varia discrimina, vitam propagat, & Imperium; simulac iura perturbat ecclesiæ, finitur in scelus præceps ferri, dum incantamentis, & magijs (vt ait Procopius) matronarum castitatem expugnare nititur, 16. Kal. April. occiditur in campo Martio (ait Cassiod.) ab amicis Aetij, dolo Maximi (subdit Marcellin. Euagr. [f] & alij) cũ Imp. annos 30. minus mens. 7. d. sex.

Maximus Tyrannidem inuadit, Eudoxiam sibi vxorem iungit, cum fortè antea prima vxor decessisset. Procop. [g]

E Auitum, Præfectum Prætorio Galliarum, Magistrum equitum creat, & legatũ mittit ad paciscenda fœdera cum barbaris Regibus, quæ & obtinuit, Sidonius.

Maximus Eudoxiæ vxori falsus se virum interfecisse, vsque adeò eam irritauit, vt Gensericum ex Africa ad vltionem euocarit, qui statim ingenti classe in Italiam adnauigans, Romam, nullo aduersante, facilè ingreditur, & per quattuordecim dies diripit. Incensam a Genserico Vrbem Euagr. tradit, [h] spectacula tantum combusta, ait Niceph. [i] Miscella hist. [k] occursu S. Leonis liberatam vrbem a cæde, atque incendio, habet; omnibus tamen opibus ablatis, & multis captiuorum millibus, cum Augusta Eudoxia, & eius filiabus, Eudocia, & Placidia Carthaginem deuectis.

f Lib. 2. cap. 7.

g Lib. 1.

Eudoxia Gensericũ euocat ex Africa.

h lib. 2. c. 7.

i 15. c. 11.

K Lib. 15.

Eudociam Hunerico filio tradit, Placidiam, & Eudoxiam post, rogante Leone Imp. Constantinop. mittit, ibique Placidia Olybrio, cui fuerat desponsata, nubit. A

Coercitum pariter a S. Leone Gensericum fuisse ne thesauros trium præcipuarum basilicarum auferret, constat, ex his, quæ in S. Leone leguntur. lib. de Roman. Pontif. Procop. [a] *Gensericus Eudoxiam cum Eudocia, & Placidia eius ex Valentiniano filiabus cepit, gazamq; omnem Imperatoriam secum in Africam abstulit, ac si quæ Romæ erant decora, itemq; Iouis Capitolini tegularum ex ære auratarum partem dimidiam abripuit. Vnam verò ex his nauibus, vbi statuæ fuerant, tempestate periisse dicunt, cæteras incolumes in Africam delatas.*

a Lib. 1.

Deogratias episcopus Carthagin. mira charitate captiuos excipit, & fouet, in quẽ cum insurgerent Ariani, ex eorum manibus Deus eum exemit, ex hac uita eductum, cum gessisset episcopatum annis tribus. Vict. [b] Ariani, erepto sibi per mortem Deogratias episcopo, in eius ordinatorem Thomam iras conuertunt, & sauciant. Vict. B

b Lib. 1.

Gensericus, post Deogratias episcopum, vetuit vllum alium deinceps Carthagine ordinari, grauiorem innouans persecutionem.

Maximum Romani fugientem insectati, lapidibus obruunt, membratimque discerpunt, cũ imperasset menses duos, & dies aliquot. Procop. cuius occasione Sidon. [c] ad Serranum egregiè disserit, de miserrima, & vmbratili potentium felicitate.

c Lib. 2. ep. 2.

Eudocia Augusta in Eutychiana hæresi obstinatior, ex afflictione de captiuitate Eudoxiæ filiæ, & neptium, excitata, per hortationem, & doctrinam SS. Simeonis Stylitæ, & Euthymij Anachoretę, redditur orthodoxa, Cyrill. in Vit. S. Euthym. [d] quam secuti sunt aliqui Monachi, & Archimandritę, alijs in obstinatione manentibus. Bassa item Præfecta Monialium exemplo Eudociæ restituta est Ecclesiæ.

d apud Sur. 20. Ian.

Auitus Aruernus Magister militum, inuitus & reluctans acclamatur Imperator. Sidonius. C

Marcianus Imp. videns Valentinianum diuinam in se iram excitasse simulac sanctionem edidit aduersus ecclesiasticam immunitatem, vindicat clerum in pristinam libertatem, & ratas esse vult donationes factas clericis, abrogatis contrarijs sanctionibus. [e] probauit eadem Iustinianus, & suo Codici intexuit. [f]

Marcianus calamitate Valẽtiniani admonit' restituit clericis immunitatem.

S. Prosper suum perduxisse Chron. ad hunc vsque annũ, tradit Cassiod. in Chron. & Gennad. vt quod modò extat, decem annorum spatio decurtatum noscatur.

e Marc. Nouell. 11.

f l. generali. C. de episc. & cler.

Christi Annus 456. *Leonis Pap.* 17. *Marciani* 7. *Auiti* } *Impp.* *Io. atque Varare.* } *Coss.* D

Marcell. & Cassiod. Chron. Sidon. Auitum alterum ponit.

AVitus infensum sibi Senatum sentiens, ob odium in Maximum, a quo creatus fuerat Magister Militiæ, Placentiæ, deponit Imperium Cassiod. Chron. aliter Greg. Turon. [g] & Niceph. [h] Verisimile est cum Imperio abdicasse etiã se Consulatu.

Auitus alter floruit per hoc tempus, Sidonij æqualis, vt & propinquus, ad quem extat eius epist. 1. lib. 3.

g 2. Histor. Franc. c. 11.

h 15. c. 11.

Theodoricus Gothorum Rex Aquitanias ingrediens cum ingenti exercitu Sueuorum Regnum, Rectiario Rege interfecto, penè excindit. Isidor. in Chron. Gothorum Theodoricum hunc, licet secta Arianum, magnopere laudat. Sidon. [i] E

i Lib. 1. epist. 2.

Francis percommodè cessit, vt translato bello in Hispanias a Theodorico, & Romano exercitu Auitum in Italiam secuto, ipsi radices firmiores tandem in Gallijs agerent, postquam sæpius id tentassent, Childerico Rege (qui Meroueo per hos dies successerat) regnumque stabilirent Parisijs. Sigeb. in Chron. De Parisiorum longa obsidione per Francos, eorumque expugnatione, & ingenti veneratione, qua Rex, licet Ethnicus, sanctam Virginem Genoueuam prosequeretur, fama ingentium miraculorum, Acta eiusdem Virginis habent.

Franci coalescunt in Gallia.

Parisios expugnant.

A Ecclesiæ Carthagin. dempta facultas creandi episcopum, in alias quoque duas prouincias extensa est, quarũ erant episcopi 164. nunc inquit ad tres redacti & dira persecutio excitata est, per quam plures vtriusque sexus martyrio coronati sunt. Vict.

Insigne, inter alia, est martyrium aliquot germanorum fratrum ex nuper capta vrbe, in seruitutem abductorum, cum Maxima Virgine Deo dicata, quam cum eorũ Dominus vni eorum Martiniano matrimonio iungi vellet, quo illos fideliores haberet; ea illi castitatem colere persuasit, & ipse alijs concaptiuis, post aufugientes in Monasterium, illi virorum, ipsa Virginum recipiũtur. Vnde abstracti, acerbissimis pluribus sunt tormentis subiecti, ac tandem Maxima dimissa, mater multarum Virginum diu superuixit: illi in regionem Maurorum barbaram, & ethnicam relegati, Christi ibi fidẽ prædicant, quæ & coaluit, expetitis, & obtentis sacerdotibus ab Eccles. Rom. ex Vict. 16. Octob. Martyrolog.

Mauris per occasionem exilij Catholicorũ prædicatur Euãgelium.

B S. Leonis Papæ extat epist. nu. 91. ad Ecclesias Mauritaniæ Cæsariensis de ordinationibus episcoporum, hoc initio. Cum in ordinationibus sacerdotum &c.

vv. cc. 87. T. C. 85.

Victor Carthennæ, in Mauritania, episcopus, per hæc tempora floruit, qui scripsit aduersus Arianos librum vnum longum, quem Genserico Regi, per suos, audiendum obtulit, & alios plures. Gennad.

Victor eps illustris scriptor.

Illustrauit & per hoc tempus Mauritaniam Voconius, Castellani oppidi episcopus, qui scripsit aduersus Ecclesiæ inimicos Iudæos, & Arianos, & alios hæreticos. Composuit etiam sacramentorum egregium volumen. Gennad.

Voconius eps, illustris scriptor.

De Pomerio presbytero, item scientia celebri in Mauritania, qui illinc recedens, Romam primum, inde se in Gallias contulit, dictum est in fine anni 453. Horum Virorum illustrium, & piorum vocibus, & doctrina, quasi classico excitati Catholici, alacres acerbissima tormenta subibant, aliquot recenset Victor, Valerianum episcopum, Armogastem, alios, qui ipso paschali die trucidati sunt in ecclesia.

C Gensericus Eccl. Carthaginis claudi pręcepit, dissipatis, atque dispersis per diuersa exiliorum loca presbyteris, & ministris. Vict. Quæ autem in Hispania, Italia, Dalmatia, Calabria, Apulia, Sardinia, Brutijs, Epiro, vel Hellada, gesserit (dum scil. singulis ferè annis valida classe oras maritimas infestaret) melius ibi ipsi, quę passi sunt, miserabiliter lugenda narrabunt. Vict.

Maximus Antiochen. Episcopus moritur, cum sedisset ann. 7. succedit Basilius, fide Catholica præstans, quod litteræ Syrorum episcoporum ad Leonem Papam significant.

Philippus presbyter, optimus Auditor Hieronymi, commentariorum in Iob edidit sermone simplici, librum, & epist. valde salsas, & maxime ad paupertatis, & dolorum tolerantiam exhortatorias. Gennad.

D

Christi Annus	*Leonis Pap.*	*Leonis* 1. / *Maioriani* 1. *Impp.*	*Constantino, & Rufo.* *Coss.*
457.	18.		

MArcianus, pro Imperij Maiestate commotus, ob ea, quæ Vandali in Romanam Ciuitatem, & Imperatrices egerant, dum se ad bellum parat, egressus in campum ad supplicandum. 6. Ian. moritur, cum imperasset annos sex, menses sex, dies duos. Excelluit studio fidei Catholicæ, prudentia in administratione Imperij, largitate in pauperes, & corporis, atque animi castitate, vt vix, post Constantinum, sit vllus cum Marciano conferendus. Theodorus Lector. a Niceph. Marcellin. & Cassiod. in Chron. Leo Tribunitius, Thrax genere, communi Senatus sententia, salutatur Romanorum Imp. & ab Anatolio coronarur. Niceph. b

Marciani obitus, & elogium.

E

a Collectã. l. 1.

b 15. c. 15.

De admirandis quibusdam, quæ ante Imperium illi contigerunt, & de pręnunciatione Imp. Niceph. c S. Leo audito nuncio de nouo Imp. gratulatorias ei primo scribit litteras, quæ non extant, mox auditis turbis Alexandrinis, hortatur ad custodiam fidei Catholicæ, est ep. 79. officijs ait, quæ ad gratulationem Imperatoriam pertinent persolutis, etiam hanc paginam necessariæ supplicationis adieci, qua &c.

c Lib. 15. cap. 21.

In vv. cc. 73 in T. C. 71.

A

Leonis Imp. 1.

LEo Imp. a S. Leone Papa excitatus, sanctionem amplissimam edidit, qua confirmauit omnia a prędecessoribus Impp. aduersus hæreticos promulgata decreta, atque in primis, quæ pro firmitate Chalced. Concilij haud pridem a Marciano Aug. sancita fuissent edicta, exegit præterea a singulis Metropolitanis, & per eos a singulis episcopis, vt suam fidem sua subscriptione firmatam proferrent, ut qualis quisque esset, detegeretur. Cuius sanctioni, quæ non extat, fidem faciunt litteræ Alexandrinorum, & Aegyptiorum orthodoxorum ad Leonem Imp. post redditæ. Inter epistol. Ill. Vir. pro Concil. Chalced. hoc initio. A superna gratia modo diuinitus confortatus &c. B

Aegyptij hæretici exilio multati, morte Marciani, duce Timotheo olim ex Monacho, creato presbytero Alexandrino, ueniunt Alexandriam, consortes hæreseos in S. Episcopum Proterium concitant, eumque occidunt, trahunt, discerpunt, & Timotheum illum, cognominatum Ælurum, in eius locum subrogant Theod. Lect.[a] Liberat. in Breuar.[b] episcopi Ægyptij epist. supra citata ad Imp. Leonē. Ægyptij hæretici, tanta immanitate perpetrata, quasi nihil egissent, mittunt, legatos cum litteris ad Imp. imprudentissimis, nihil de cæde, nihil de tumultibus memorant, omnia pacifica esse, & tranquilla; suam porro fidem edunt, ut aiunt S. Concilio Nicęno, Synodisque Ephesinis (etiam prædatoriam amplectentes) Chalcedon. uero, Ecclesiā Alexandrinam non suscipere. Sed dolose, nō subscribunt, quod sugillat S. Leo epist. 81. Extat hæc hęreticorum fidei professio inter epist. Ill. Vir. pro Concil. Chalcedon. C Quibus acceptis litteris Imp. consulit Anatolium episcopum CP.[num] quem mandat cogere Synodum præsentium episcoporum, & clericorum, qui rescribit ad Imperatorem, seque, ait de re tota certiorem fecisse Leonem Rom. Pont. in primis, post etiā per circulares litteras, totius Orbis Ecclesias.[c]

S. Leo rescribens Anatolio laudat eius studium &c. sed obiurgat, quod non inuestiget, nec coerceat fautores hæreticorū, est epist. 82. & de eadē re ad Imp. quæ est 81.

Leo Imp. sub spe pacis illectus, nimis faciles præbet aures hæreticis, Concilia ex Concilijs serentibus, ut interim quiete agant, & ultionem effugiant, & quasi necessaria esset præsentia Rom. Pontificis, eum ad Concilium inuitat, Sed. S. Leo indignitate rei exposita, ut hæreticos ulciscatur, hortatur, epist. 81. litteras clementię tuæ &c.

Metropolit. ab Imp. de sua fide interrogati, rescribunt Chalcedonen. Synodum usque ad sanguinem vindicandam, & quod non fidem alteram teneret, quàm Synodus Nicæna constituit. Timotheum uerò non solùm inter episcopos non haberi, sed etiā Christiana appellatione priuari, & hæ epist. 37. Prouinciarum, vocantur encyclicæ Liberat.[d] Euagr.[e] D

Immanitas hæreticorū & impudentia.
a In collec. lib. 1.
b cap. 15.
In vv.cc.75 In Cōc.73.
c ext. litt. inter epis. pro Conc. Chalcedon.
In vv.cc.76 in T.C.74.
Hæretici videtur expetere Concilia, q̄ oderunt, vt interim quiete agant.
vv. cc. 75. in T.C.73.
d cap. 15.
e 2.c.19.

Maioriani Imp. 1.

MAiorianus Rauēnæ, consentiētibus Senatu, exercitu, & collega Leone, creatur Imperatot Occidentis ex Magistro militiæ. Profligat ipso Imperij initio Vandalos inuectos classe ad Campanum littus. Sidon. Panegyr. Maioriani. E

Iuuenalis Ierosolymit. Episcopus moritur anno suo 14. aliàs 28. fertur ex maiorū traditione libellum scripsisse de trāsitu Virginis. Cyrill. in uita S. Sabæ, & Niceph.[f]

f 2. c.23. & 15. c.14.

Pluribus Monachis in hæresi Eutychiana persistentibus in Palestina, & a Monachatu deficientibus, prouidit Deus alios Monachos eminentissimæ perfectionis in eadem Palæstina, Euthymium, Sabam, Io. Silentianum, Cyriacum, Gerasymum, Theodosium, & alios plures, quorum res gestas scripsit Cyrillus.

A

Christi Annus	Leonis Papæ	Leonis 2. Maioriani 2. Impp.	iisdẽ Augg. Coss.
458.	19.		

Maiorianus Rauennæ scribit ad Senatum de sua creatione. a Idem publicæ indulgentiæ edit sanctionem, qua multiplicia tributa in præsentem usque annũ non soluta, penitus relaxat. b

Edicit, suadente Leone Papa, aduersus cogentes inuitas filias sacrum velum accipere, quas uetat sacrari ante 40. annum, & aduersus uiduas, ob liberiorem uitam, nubere recusantes. c

S. Leo sancit ne Monacha accipiat sacrum uelamen, nisi probarit Virginitatem an-
B nis 40. lib. Pontif. Idem spontaneas Virgines proposito, atque habitu, si postea nubant, præuaricari affirmat, etiam si consecratio non accessit, ad Rusticum Narbon. d

S. Leo Scribit ad Leonem Imp. de legatione mittenda, & de semel de fide definitis in dubium non reuocandis. egregia est epistola Principibus obseruanda. e

Legati directi, Geminianus, & Domitianus, forte ille Geminianus Mutinæ episcopus, sanctitate clarus, qui floruit sub Attila, & Domitianus Catalaun. de quo in Concil. Turon. & apud Fortunatum ex S. Leonis epist. ad Gennad. Constantinop. f

Leo Imp. ad hortationem S. Leonis dimittit cogitationem noui Cõcilij, & legatos ab eo petit ad componendas res Orientales. Ex epist. S. Leonis 84.

Idem legatione missa cum litteris ad sanctissimos Anachoretas, miraculis fulgentes, Simeonem Stylitam, Baradatum, Iacobum Syrium, & alios, ad simplicium corda
C potissimum confirmanda, exquirit sententiam de Synodo Chalced. Euagr. g

S. Leo scribit ad Leonem Imp. epist. de Incarnat. Verbi cũ appendice sententiarum SS. PP. nu. est 97.

Idem ad Anatolium, de ratione recipiendi lapsos, quod cum sit iuris solius Sed. Apostol. eidem Pontifex suas uices delegauerat, sed ille potestate abusus fuerat, nume. est 83.

Simeonis Stylitæ extat epist. ad Basilium Episcopũ Antiochenum, in qua facit mẽtionem de ea, quam rescripsit ad Encyclicam Leonis Imp. pro Conc. Chalcedon.

Baradati item præclara extat epistola ad eundem Imp. de eadem re 2. tom. Concil. Basilius episcopus Antiochen. moritur an. suo 2. cui subrogatur Acacius. Terremo-
D tus ingens Antiochiæ, cum ingenti ruina, & clade, hæresi contaminatissimæ ciuitatis, ea tempestate Thracia, Hellespontus, Ionia, Cyclades concussę. Marcellin. in Chron. Euagr. h Nicomedia quoque quassata. Marcellin. Gennad.

Anatolius item CP.nus Episcopus moritur, cum sedisset annos 8. mens. 8. Succedit Gennadius, ex presbytero illius ecclesiæ. Theodor. Lect. i

Iuuenali anno proximè elapso uita functo, sufficitur, non sine præcedentibus prophetijs, (apud Cyrill. in reb. gestis Euthym.) k Anastasius ex presbytero Vasorum custode. Ex cuius Cyrilli narratione habetur Patriarcham Ierosolymit. ex memoria primi eius Ecclesiæ episcopi S. Iacobi, qui Sindone tantum simplici induebatur, cõsueuisse albis quidem, sed uilibus indui uestibus, cum alioqui eius clerici splendidis & sericis vterentur.

Translatio Reliquiarum S. Anastasiæ Martyris in nobilem Basilicam a Marciano
E œconomo erectam, super ædiculam Anastasiæ, sic dictam, quod ibi primum hospitatus S. Greg. Nazianzen. prostratam fidem erexit, reuelante ei spiritu, fore, vt ædicula illa in ingentem Basilicam consurgeret. Theod. Lect. l Niceph. m & Cedren. in compend.

a Maiorian. Nou. tit. 3.
b Maiorian. Nou. tit. 4. Sãcit Imp. cõtra cogẽtes filias sacrari.
c Maiorian. Nou. tit. 8. Virgines ꝓposito, si nubant præuaricantur.
d epist. 92. cap. 14.
e nu. 84. In vv. cc. 78. in T. C. 76.
f est nu. 100 In vv. cc. 78 in T. C. 76.
g 2. c. 9. In vv. cc. itẽ 97. in T. C. 95.
In vv. c. 77. In T. C. 75.
Antiochia hæresib. cõtaminatissima terremotu uastatur.
h 2. c. 12.
i Collect. lib. 1.
k apud Sur. 20. Ian. Notandum de singulari veste episcopi Ierosolymit.
l Lib. 2.
m 14. c. 10.

A

Christi Ann.	Leonis Pap.	Leonis 3. Maioriani 3. Impp.	Ricimere, atque Patricio Coss.
459.	20.		

SYNODVS CONSTANTINOPOLITANA, septuaginta triũ episcoporum, adnitente Gennadio episcopo CP.no pręsentibus Apostolicę Sedis Legatis, de confirmando fidei Decreto in Conc. Chalced. edito, & abolenda penitus Eutychiana hæresi, & reformandis ecclesiæ CP.næ moribus, & disciplina. Eius Actorũ extat unus tantum Canon, ex epistola Encyclica eius Synodi, de Simoniacis, renouante canonem de eadẽ re editum a Conc. Chalced. Apud Balsamon. post Nomocanonẽ.[a]

a tom. 1. biblioth. SS. PP.

B Gennadius ad conseruandam Ecclesiasticam disciplinam etiam sanctos habet adiutores, dum interpellatus S. Martyr Eleutherius, de ecclesiæ eius clerico nequam, nec verbis, nec flagellis a sceleribus se reuocante, his verbis, *Emẽda eum, aut præcide eũ*, si quidem is sequenti die mortuus est inuentus. Theodor. Lector.[b] Niceph.[c] Pratum spirit.[d]

b Lib. 1.
c 15. c. 23.
d cap. 45.
e 15. c. 23.

Gennadius neminem ordinat sacerdotem; qui non frequentem habeat usum in Psalmis. Niceph.[e]

Dedicatur ecclesia Anastasia ab Episcopis, qui Synodo interfuerunt, præsentibus Imperatore, & Imperatrice, tumque accidit illud miraculũ, ut cum Marcianus Oeconomus unicam gestare tunicam solitus, eam petenti mendico dedisset, & in ueste tantum sacerdotali remansisset, inter celebrandũ uisus est Patriarchæ in veste aurea, & fulgẽti celebrasse, Deo sic pietatem eius munerãte. Marciani Acta apud Sur. 10. Ian.

C Studitarum Monachorum erigitur Monasterium a Studio uiro clarissimo, ex Acoemetarum, idest insomnium, Monasterio assumptis Monachis, qui in tres cœtus diuisi perpetuis carminibus Deum laudant. Niceph.[f] De Acœmetis. Vide apud Sur. 29. Decembr. Acta Marcelli. Acacius episcopus Antiochen. moritur anno suo primo, sufficitur Martyrius.

Studitarum Monasterium erigitur.
f 15. c. 23.

S. Leo scribit ad episcopos Campaniæ &c. de ratione celebrandi Baptismatis, & retinenda secreta Confessione, quam quidam prætextu magis fructuosę pœnitentiæ, in publicam conuertebant, epist. est nu. 86. vbi nota secretam confessionem eum appellare Apostolicam Regulam.

In vv. cc. 80 in T. C. 78. Secreta Cõfessio, Apostolica regula.

D

Christi Annus	Leonis Pap.	Leonis 4. Marciani 4. Impp.	Magno, & Apollonio. Coss.
460.	21.		

TImotheus inuasor ecclesiæ Alexandrinæ a Leone Imp. inde eiectus, permittitur venire Constantinopolim, vt abiecta hæresi, & recepto Concilio Chalced. reciperet ecclesiam Alexandrinam, sed agente Leone Papa litteris ad Gennadium (quæ est epist. 100.) & ad Leonem Imp. (quæ est 99.) longe in exilium relegatur, suffecto in eius locum Timotheo Solofaciolo. Liberat.

g cap. 15.

E Timotheus episcopus Alexandrin. Catholicus pro more, fidem Catholicã profitetur, apud Rom. Pont. missa legatione. epist. S. Leonis ad eum, quę est nu. 101. & ad ordinatores eius, quę est 103. & ad Clerum Alex. quæ est 102.

Simeon stylita, magnum orbis miraculum, postquam egisset uitam in colũna octoginta & unum annos, & uixisset ultra centum, clarus miraculis, migrat in cœlum, solemni cœlitum pompa comitatus, ut uisum Danieli Stylitæ, & Auxentio celeberrimo Monacho, quod Acta indicant, apud Sur. 4. Febr.

S. Simeon Stylita moritur plusq̃ cẽtenarius.

Daniel, Stylita, post dictus, iam ueteranus Monachus, cognito per diuinam reuelationem Simeonis stylitæ decessu, diuino instinctus spiritu, & ipse columnam ascendit ad ostia Ponti, reluctante quidem Gennadio, sed mox, signis diuinitus editis, admonito, concedente. Acta apud Sur. 11. Decembr.

Eudocia Augusta Theodosij vxor, anno ætat. 67. cum egisset Ierosolym. ann. 11.

A quattuot quidem in hæresi Eutychiana, quattuor uerò in fide Cathol. Concil. Chalcedon. per Euthymium, & Simeonem Stylitam ad ueram fidem traducta, moritur, cũ plures Basilicas, Nosocomia, & alias pias domos extruxisset, & redditibus auxisset Cyrill. in Act. S. Euthym.[a] Niceph.[b]

a 20. Ian. apud Iur.
b 14. c. 50.

Christi Ann.	Hilari Papæ.	Leonis 5. Seueri 1.	Impp.	Seuerino, & Dagalaipho.	Coß.
461.	1.				

B S. Leo Papa, qui ob excellentem uirtutem, doctrinam, & in cura Pastorali uigilantissimum studium, magnus meruit appellari, mense April. moritur, cum sedisset annos 21. minus dies 32. sublegitur ex Diac. Card. Hilarus Sardus, prid. Id. Nouemb. Marianus Scot. præter alios priores Chronogr.

Alia plura scripta extant de S. Leone in Pontificali, apud S. Greg.[c] & Sophroniũ prato spirit.[d] quæ ad nullum certum annum referri possunt, sed digna sunt, quæ legantur.

c 3. lib. ep. 30.
d cap. 149.

Maiorianus Imp. apud Derthonam Hispaniæ Ciuit. fraude Seueri, & immissione Ricimeris Magistri Militum, Gothi hominis, & Ariani, occiditur, cuius etiam ope Seuerus occupat Imperium, Marcellin. & Cassiod. in Chron.

C Hilarus statim ut Papa creatus fuit, encyclicam per Orientem sparsit epis. de fide Catholica, confirmans tres Synodos, Nicænam, Ephesinam, & Chalcedon. tomum S. Leonis, & damnans Eutychem, & Nestorium, confirmans item dominationem, & principatum sanctæ Sedis Catholicæ, & Apostolicæ. Pontificale.

S. Daniel Stylita celebratur miraculis, & eius precibus Leo Imp. ex Verina coniuge, obtinet masculam prolem.

Christi Annus	Hilari Pap.	Leonis 6. Seueri 2.	Impp.	Augg.	Coss.
462.	2.				

D Constantinopoli pictori cuidam aggresso Christum forma Iouis pingere, manus exaruit; eum, facinus cõfessum, Genadius episcopus CP.nus sanauit. Theodor. Lector.[e] Niceph.[f] Cedren.

e Lib. 2.
f 15. c. 23.

Christi Annus	Hilari Pap.	Leonis 7. Seueri 3.	Impp.	Cæcina Decio Basilio, & Vibiano.	Coss.
463.	3.				

Hilarus Papa Cyclum nouum Paschalem curat faciendum, per Victorinum Aquitanum, eius tum facultatis facile principem: Marianus Scot. Gennad.[g]

g cap. 38.

CONCILIVM ARAVSICANVM posterius, Præside Cæsario Arelatensi in quo subscripsit S. Eucherius Lugdunen. S. item Principius Suessionen. S. Remigij episcopi Rhemensis grandior frater, & alij plures. In eo producta pauca capitu-

E la, ab Apostolica Sede olim transmissa, de gratia, & libero arbitrio, contra aliquos minus cautè, & non secundum Regulam fidei Catholicæ sentientes, & quasi ex obliquo, hæresi Pelagianæ fauentes.

CONCILIVM CARPETORACTENSE, cui cum desit nota temporis, & eidem subscripti habeantur episcopi, qui & Arausicano, eidem subijcere uisum est.

CONCILIVM VASENSE, SEV VASATENSE, cui idem Cæsarius Arelat. interfuit, & præfuit.

Elisæi Prophetæ ossa, è Palæstina Alexandriam transferuntur. Cedren. in Annalibus.

A

Christi Ann.	*Hilarij Papæ.*	*Leonis* 8. *Seueri* 4.	*Impp.*	*Rustico, & Olybrio.*	*Coss.*
464.	4.				

LEo Imp. cum Gennadio Patriarcha admirandum inuisit Danielem Stylitam: qui a Patriarcha, licet diu reluctans, presbyter ordinatur, & eis prædicit incendiū Vrbis, monens, illud ut anteuertat precibus, & ieiunijs. Acta Danielis Stylitæ. a

a apud Sur. 11. Deceb.

Euaricus Rex Gothorum, mortuo Theodorico, tum Galliam, tum Hispaniam bello uexat. Isidor. in Chron. Gothorum.

B

Christi Ann.	*Hilari Papæ*	*Leonis* 9. *Seueri* 5.	*Impp.*	*Basilisco, & Hermenerico, hæreticis.*	*Coss.*
465.	5.				

INgens in cendium, quattuor, aut sex dierum, ut alij, totam ferè depastum est, & deformauit CP.lim siue casu, siue a Dæmone immissum, Deo sic ulciscente in primis Eutychianos, & Arianos, quibus abundabat ciuitas. in tanta calamitate concurritur ad S. Danielem, qui arguens eos, quod mala, pœnitentia anteuertere non curassent, & orans pro eis, his verbis dimisit. *Post septem dies cessabunt minæ ignis*, sicut ille dixit, & res consecuta est. Marcellin. in Chron. Euagr. b Acta Stylitæ.

b 2. c. 13.

S. Marcianus, ab æde sacra, quam nuper dedicarat, precibus, uastum auertit circunstans incendium. Acta Stylitæ.

Hac occasione Leo Imperator constitutionem edit de priuatis ędificijs, singulis in Insulæ formam redigendis, quæ undique pedibus duodecim a uicini æde distarent. Meminit de ea Zeno. c C

c l. 12. C. de priu. ędific.

Incendium consecuti sunt imbres immensi, hyems asperrima, & uetorum uis horribilis. Acta Stylitæ, Niceph. d

d 15. c. 20.

Leo Imp. uisitans S. Danielem, ingenti periculo eripitur, & Comes stabuli, qui ob periculum Imp. ad eum accurrerat, eius monitis, & hortatu, ab Arianismo auellitur. Acta Stylitæ.

Lazorum Rex, qui fœderis causa ad Imp. venerat, ad S. Danielem adductus, tanto est stupore defixus, ut non modo sanctum, sed & columnam ipsam cum lacrymis adorarit. Acta eiusdem Stylitæ.

CONCILIVM ROMANVM 48. Episcoporum, qui conuenerant ad Natalem Hilari Papæ, cuius occasione conuentus, contulit cum illis causas quasdam ecclesiasticas, ex Hispania, & Gallia ad se delatas, extat 2. tom. Concil. Ex quo colligitur, causas episcoporum ad Sedem Rom. deferendas, & eius esse solius episcopi dispensare in ijs, quę contra Canones præsumpta essent. Inter eius Concilij acclamationes illa est, VT SERVETVR ANTIQVITAS ROGAMVS. D

Causas episcoporū solius est Roman. Pont. definire.

Primo loco ponitur Maximus Taurin. post Ro. Pont. nō ex Sedis prærogatiua, sed ex prærogatiua ætatis in episcopatu agentis. Gennadius claruisse ait sub Honorio, & Theodosio Iuniore. e

e ca. 40. de Vir. ill.

Maximus alter vixit hoc tempore sanctitate clarus episcopus Tolosanus, qui ex Palatino, inuitus, renitens, nolensque cogitur a populo fieri episcopus, de quo Sidon. f

f li. 4. Ep. 24

Seuerus Imp. dolo Ricimeris veneno tollitur. eius res obscuræ, Marcellin. Cassiod. in Chron. duæ eius extant Constitutiones, posterior hoc anno data, septima Kalen. Octobr. E

Gensericus quotannis valida classe incursat, & vexat oras Italiæ, Insulas, Peloponessum, & hoc anno Alexandriam vsque, de cuius expeditionis exitu interrogatus ab Imper. S. Daniel Stylita, respondit, Alexandriam non esse occupaturum, & in alijs omnibus, re infecta, domum esse reuersurum. Procop. g Acta Stylitæ.

g lib. 1.

Leo Imperator, rogante Daniele, reliquias magni illius Simeonis Stylitæ, ex Syria, transfert in Thraciam. sed quo anno, non constat. Act. S. Danielis.

A

Christi Annu 466. *Hilari Pap.* 6. *Leonis Imp.* 10. *Eodem Aug.* 3.[m] *Conf.*

LEo Imperator de immunitate confugientium ad ecclesiam amplissimam edit sanctionem: cum nouo casu diuinitus ostensum esset, magno periculo Asylum ecclesiæ violari.[a] Acta Marcelli Acoemetarum Archimandritę apud Sur. ex Metaphr. 29. Decembr. ex qua colligitur abrogatam legem illam, qua iubebantur episcopi, uel religiosi oeconomi exigi, quæ a debitoribus in ecclesijs seruatis, deberentur, de qua S. Augustinus, ut alibi supra visum est. — Immunit. confugientiũ ad ecclesiam. — a l. 6. C. de his, qui con fug. ad eccl.

B S. Prosper Regiensis in Aquitania episcopus migrat è vita, cum sedisset ann. saltem 24. qui interfuit Concilio Vasensi sub Cõsulatu Dioscori ann. 442. succedit Maximus Abb. Lerinen. & post eum Faustus ex Abb. eiusdem Cœnobij. — S. Prosperi obitus.

Prosperi meminit Marcellin. ante duos ann. Gennadius [b] male illud de Prospero, quod, vt ait, libro suo infamarit Cassiani opuscula, quę Ecclesia ut salutaria probat, cum contra, Gelasius opuscula Cassiani presbyt. Galliarum dicat apocrypha. — b c. 84.

Mortuo Crispino Ticinensi episcopo sanctissimo, substituitur in eius locum Epiphanius, sanctitate non impar, doctrina etiam superior. Ennod. Diacon.

Claret etiam hoc sęculo Epiphanius alter, quo Cassiodorus usus, Græcorum scriptorum interprete, curauit transferri in latinum sermonem historias Eusebij, Sozomenis, Socratis, atque Theodoreti. Didymum in Prouerb. Salomon. Epiphanij Salaminæ in Cypro, in Cantica Canticorum, quem & amicum, & disertissimum virum appellat. — Crispin⁹ & Epiphanius Ticinẽs. epi doctr. & sanctit. clari.

C Euaricus Gothorum Rex secundo suo anno, Hispanijs incursione vastatis, descendens in Gallias, Aruernum obsidet: cum uir clarissimus Ecdicius, Dei virtute confisus, magno miraculo, ingentem hostium numerum, longe dispari militum paucitate superat. Sidon. [c] ad eundem Ecdicium, Auiti Imp. filium. S. Gregor. Turon. de Mirac. S. Martini. — c li. 3. epi. 3.

Christi Ann. 467. *Hilari Papæ* 7. *Leonis* 11. *Anthemij* 1. } *Impp.* *Flauijs, Pusęo, atque Ioanne* } *Coss.*

D RIcimere, & Senatu conspirantibus, missa legatione ad Leonem Imp. postulatus est Anthemius Iunior Imp. Occidentis, Anthemij Senioris nepos, cuius filiam duxit Ricimer. Euagr. [d] Niceph. [e] — d 2. c. 18. — e 15. c. 11.

Peste ingenti laboratum est. Gelasius in Andronicum. *Quando Anthemius Imp. Romam uenit, Lupercalia utique gerebantur, & tamen pestilentia tanta subrepsit, ut tolleranda uix fuerit.* contra illos, qui Lupercalia restituenda pugnabant.

Papa Hilarus Anthemium Imp. cum Philotheus Macedonianus, eius familiaritate suffultus, diuersarum Conciliabula noua sectarum in Vrbem vellet inducere, apud B. Petrum Apost. palam, ne id fieret, clara voce constrinxit, in tantum, ut non ea faciẽda, cum interpositione iuramenti idem promitteret Imperator. Gelasius. [f] — f ep. 11. ad Dardanos.

E Hilarus Papa moritur 4. Id. Sept. cum sedisset annos 6. menses decẽ, minus dies 2. [g] de cuius mirifica munificentia erga diuinum cultum, narrat Anastasius in eius Vita. Ei post dies decem succedit Simplicius Tiburtinus. — g Antiquo Martyrolog.

Simplicius, legato misso, Probo, Canusino episcopo, CP.[lim] Leonem Imp. petẽtem rata haberi decreta ab episcopis Concilij Chalced. de priuil. Eccles. CP.[n] docuit nõ esse tentandum, se enim non esse assensurum. Gelas. epist. ad Dardan. nu. 11.

Christi Ann. 468. | Simplicij Papæ 1. | Leonis 12. Anthemij 2. Impp. | Anthemio iterum Cons.

ARuandus Galliarum præfectus, querelis pulsatus, plurium virorum illustrium, iussus venire Romam ad dicẽdam causam, damnatus Maiestatis, dum laqueum expectat, in exilium mittitur. Cassiod. in Chron. extat Sidon. epistola de ei⁹ iudicio. [a]

Seronatus alius Præfectus Galliarum sceleratus, & rapax, per hoc tempus describitur a Sidonio. [b] qui prodens Gothis Gallias, Maiestatis postulatus, scelus capite luit, Sidon. [c]

Intolerabilis Præfectorum, & potentum in Galliæ populos sæuitia, & auaritia, Gallias Barbaris tradiderunt. Saluian. [d]

Leo Imp. sancit, ne qui Christianus non esset, causas agere in iudicijs pręsumeret. [e] Item aliam edit sanctionem aduersus Paganos. [f]

Leo Imp. ingentem classem nauium, (vt habet Niceph. [g]) mille centum, Duce Basilisco uxoris fratre, aduersus Gensericum mittit, cuius (vt hæretici Eutychiani, gratificantis etiam Aspare, & Ardaburio Patricijs, Arianis) ignauia, & proditione, apparatus irritus fuit, fugæ initio facto a Prætoria, quæ post etiam incustodita, a Vuandalis incensa fuit. Heraclius Vuandalis ad Tripolim victis, & terrestri exercitu ad Carthaginem progressus, cum videt se a classis pręsidio destitutum, recedit, Procop. Nicephor. [h]

Marcellianus Paganus, de Republica alioqui benemeritus, Sardinia a Vuandalis liberata, dum pro Romanis ad Carthag. pugnat, ab ijsdem, pro quibus aderat, dolo occiditur. Marcellin. in Chron. Procopius.

Basiliscus CP.[lim] reuersus, & proditionis reus ab omnibus conclamatus, ad Asylum Catholicæ ecclesiæ, quam sæpius violarat, confugiens, a Verina sorore liberatus, Plerinthum Thracię amandatur. Nicepho. Longe igitur Principes hæreticos ablegẽt, ab aula, ne illos sentiant proditores.

Denticis Hunnorum Regis Attilę filij caput, profligato eius exercitu CP.[lim] defertur. Marcellin.

a li. 1. ep. 7. — b li. 2. ep. 1. — c 7. ep. 7. — d li. 5. de uero Iudicio. — e l. 15. C. de epis. audie. — f l. 8. C. de Pagan. — g 15. c. 27. — h 15. c. 27. — Hæretic. lõge ablegandi: nec in aulis tolerãdi.

Christi Ann. 469. | Simplicij Papæ 2. | Leonis 13. Anthemij 3. Impp. | Zenone & Marciano Coss.

LEo Imp. meditans proditores Asparem, & Ardaburium de medio tollere, quo securiores eos, & incautiores redderet, artem arte fallẽs, & proditionem proditione, Patricium, seu Patriciolum Asparis filium Cęsarem creat, despõsa ei filia, de quo, quod esset Arianus, magnę turbæ excitatę, cum recusarent accipere Arianum Imper. ex Actis Marcelli Abb. Acoemetarum [i] licet nonnulli scribant Catholicum se professum, ne Ariana perfidia ei ad Imperium impedimento esset. Niceph. Cedren.

Idem sancit de sanctificandis festis diebus, prohibendisque in eisdem Circensibus, scenicisque spectaculis. [k]

i 29. Decẽbr. apud Sur. — Cupiditate regnãdi Arianus se Catholicũ profitetur. — K l. vlt. C. de fer.

Christi Ann. 470. | Simplicij Papæ 3. | Leonis 14. Anthemij 4. Impp. | Seuero, vel Seueriano & Jordano Coss.

ASpar primus Patriciorum, cum Ardabure, & Patricilo filijs, illo quidem olim patricio, hoc autem Cæsare, generoque Leonis appellato, Arianus cum Ariana prole, spadonum ensibus in Palatio occiditur, Marcellin. in Chron. Niceph. [l] paulò aliter, & plenius.

l 15. c. 27.

A Ariadna, Leonis Imp. filia, Zenoni proditorum interfectori, in matrimonium data. Niceph.

Christi Ann.	*Simplicij Pap.*	*Leonis* 15. *Anthemij* 5. *Impp.*	*Leone Aug.* 4[m] *& Probiano Coss.*
471.	4.		

GEnnadius Episcopus CP.[nus] moritur, cum sedisset annos 13. Niceph. chron. Inter sanctos relatum habent Græci in Menolog. Inter scriptores ecclesiasticos numeratur a Gennad. quem ait Danielem commentario exposuisse, & plures homilias scripsisse; subrogatur Acacius ex Præfecto orphanorum. Euagr.

B Petrus Gnaphæus, cognomento etiam Fullo dictus, Monachus, sed ob hæresim Eutychianam Acœmetarum Monasterio expulsus, per assentationem in multorum gratiã insinuatus, Zenonẽ Comitem Oriẽtis prosecutus Antiochiã, cum consortibus hæresis, per multas calũnias tentat deturbare Sede Patriarchã, sed eius malitia nihil proficit sub Orthodoxo Imp. Leone. Alexãder. serm. de S. Barnaba, a Theodor. lect. b

Martyrius Episcopus Antiochenus, cum ciues tumultibus, & seditionibus delectari videret, & Zenonem illos fouere, episcopatui renunciat, altiori voce ista præfatus in Ecclesia. *CLERO IMMORIGERO, ET POPVLO REBELLI, ET ECCLESIAE CONTAMINATAE RENVNCIO, SERVATA INTERIM MIHI SACERDOTII DIGNITATE.* Theodor. Lector. Liberat. c paulò diuersè.

a apud Sur. tom. 3.
b lib. 1.

C Leo Imp. sancit de Monachis, ne, præter Procuratores, euagentur. d

Interfectis in Oriente Arianæ hæresis consortibus, Ricimer in Occidentem, in Anthemium Socerum meditatur insidias, quibus detectis, Mediolanum profugit cũ robore militum, sed vt occultiori eum consilio perderet, per Ticinensem Episcopum Epiphanium, pacem poscit, & impetrat. Ennod. Diacon. e

c Cap. 18.
d l. 29. C. de episc. & cle.

Iunior Eudocia Valentiniani, & Eudoxiæ filia a Genserico capta, & Hunerico filio desponsata, cui & Hildericum genuit, Ariani thori pertæsa, decimosexto demum anno ab eo Ierosolymam profugit, ac non diu superuiuens in eodem cum Auia Eudocia monumento est collocata, bonis suis omnibus pauperibus, & sanctæ Christi resurrectioni consecratis. Niceph. f

e apud Sur. 2 . Ian.

Vesuuius mons Campaniæ torridus, intestinis ignibus æstuans, & exusta euomens viscera, nocturnis in diem tenebris, omnem Europæ faciem minuto contegit puluere. Marcellin. Procop. de bello Goth. simile quid narrat Cassiod. g

f 15. c. 12.

D Duobus Episcopis concertantibus, vno Ariano, altero Catholico; Catholicus Arianum prouocat ad testimonium per ignem, & eo recusante, illæsus ignem pertransit, atque adeò ex igne disputat, Niceph.[h] alia huiusmodi exempla testatissima, huic astruunt fidem.

g 4. Var. ep. 59.

Archisynagogus quidam Iudæus, cum duobus filijs, ex falso crimine tortus, ac in rogum coniectus, dum inclamat, O Deus Sancti Sergij adiuua me (cuius frequentissima, & celeberrima per id tempus erant miracula) a duobus candidis equitibus, intactus, per plures horas, conseruatus, liberatur. Nicephor.

h lib. 15. c. 23.

E Remigius, magnus ille Rhemensis Episcopus, Francorum Apostolus, defuncto eiusdem ciuitatis Episcopo Gennadio, populi voce, comprouincialium Episcoporum consensu, diuino cooperante suffragio, ætatis anno 22. eligitur. Sigeber. Hincmar. die 13. Ian. apud Sur. De eius eloquentia Sidon. lib. 9. epist. 7.

Remigius eligitur Eps Rhemens ann. 22.

Christi Annus	*Simplicij Pap.*	*Leonis* 16. *Anthemij* 6. *Impp.*	*Festo, ac Marciano Coss.*
472.	5.		

ACacius ambitiosè tentat obtinere, vt Ecclesia CP.[na] primum locum obtineat, post Romanam, fraudulenter impellens Leonem Imp. ad edendam sanctionẽ

quam

(quam ipsummet Acacium credibile est dictasse) qua cunctis concessa ecclesijs priuilegia iam perdita restitueret.[a] At restitit Papa Simplicius, ex Gelas. epist. 11. ad Dardanos. A

Magnus Euthymius Archimandr. in Palæstina migrat in cœlum, cuius res gestas Cyrill. Monachus eius discipulus, optima fide scripsit [b] illustratum tum viuentem, tum mortuum innumeris plane miraculis, Anastasius Ierosolymit. Antistes honorificentissime tumulauit, & Natalis eius a Saba Abb. sanctissimo, inter alios, solemni ritu celebratur.

Patricius Ricimer, Anthemium Romæ, facto Imp. Olybrio, contra reuerentiam Principis, & ius affinitatis, cum graui clade ciuitatis extinguit. Qui non diutius, peracto scelere gloriatus, post 40. dies defunctus est. Olybrius autem septimo mense vitam peregit. Cassiod. in Chron. Marcellin. & alij. B

Sollius Sidonius, cognomento Apollinaris (ab Auo, qui suæ primus familiæ Christianam amplexus est religionem) Patriciatus dignitate insignis, Præfectura ab Anthemio honestatus, statua ob summam eruditionem, & facundiam ex Senatus Consulto donatus, gener Auiti Imp. viuente adhuc coniuge Papianilla, & filia Roscia, vitæ sanctitate clarus, creatur Episcopus Aruernensis. Greg. Turon. [c] Sidon. [d]

a l. 16 C. de sacros. eccl.
b apud Sur. 20. Ian.
Sidonius uiuēte uxore creatur Episcopus.
c 2. c. 21.
d 6. ep. 1.

Christi Annus	Simplicij Pap.	Leonis 17. & Olybrij Impp.	Leone Aug. 6.m Cons.
473.	6.		

OLybrio occiso; Gundebado Burgundionum Rege hortante, Glycerius Rauennæ sumit Imperium, & tenet vix annum vnum. Cassiod. in Chron. C

Ostrogothi, Duce Vindemiro, inuadunt Italiam, & ex altera parte Theodomirus inuadit Imperium Oriētale. Sed mortuo Patre, Vindemirus Iunior, muneribus datis, a Glycerio conuertitur ad Gallias, in quibus Visigothi regnarent. Iordan. de reb. Geticis.

Ostrogothi inuadūt Ital. & Oriētal. imp.

Leo Imp. nepotem Leonem ex Zenone, & Ariadna filia infantem, vocat Augustum, qui vix decem menses fuit superstes. Marcellin. Cassiod. in Chron. Lector. lib. 1.

Per hęc tempora Rugorum Rex Flacitheus, & filij Felitheus, licet Ariani, S. Seuerinū colunt, eius sapientia & miraculis permoti, Regina contemnens, punitur. Eugipp. in vit. S. Seuerini.

Christi Annus	Simplicij Pap.	Leonis 18. Glycerij 1. Impp.	Leone Iuniore Aug. Cons.
474.	7.		

D

LEo Imp. moritur, cum imperasset annos 17. mens. 6. qui inter laudatissimos numerari potuit Imperatores, si ipse Catholicus magis cauisset hæreticos, quibus cum indulgentius egit, cum Basilisco, inquam, vxoris fratre, & Zenone genero, & strauit vtrique ad Imp. viam. Extant sanctiones, præter supradictas, nulla certa nota temporis, pro Clericis, & Monachis, ne ad sæcularia iudicia traherentur, & aliæ ad eorū bona spectantes, aliæ etiam de priuileg. Sanctarum Ecclesiarum, & domorum hospitalium CP.[næ] ciuit.[e] Basilicas duas B. Virgini erexit magnificentissimas, alteram ad fontem dictam, mirificis ornatam miraculis, de quibus Niceph. [f] librum se scripsisse testatur. In altera collocauit uestem B. Virginis. Ierosolymis allatam, de qua Niceph.[g] & Metaphr. [h] Procopius, eam, quæ ad Fontes, reliqua templa superasse ait. E

Leone nepote ex filia, Aug. per quattuor menses superstite, Zeno Pater, vt administrator, & tutor filij, mox eo defuncto, vt Imperator, capessit Imperium.

Verina Leonis Coniux Augusta, vt femina valde pia, laudatur in actis Matronæ Pergensis, de qua apud Metaphr. [i]

Zenonem describit Euagr. [k] vt contaminatissimis moribus, ita religione profanum, qui initio Imperij hæreticorum partes fonendas suscepit, Deo interim per Bar-

Clerici ne ad sæculares Iudices trahantur.
e l. 33. de episc. & cler. C. Iustin. & l. 36. de cle. C. Iustin.
f 15. c. 25. et 26.
g 15. c. 24.
h 15. Aug.
i 8. Noueb.
K li. 2. c. 16.

A baros, scenitas quidem in Oriente, Imperium deuastante. Euagr. [a] sed cur ipse malorum auctor Augustus, non tam citò pœnas dederit, responsum ferunt diuinitus feminæ vltionem expetenti, eleemosynas remoratas esse: erat enim valde misericors. Sophron. prat. spirit. [b] a lib.3.c.2. b c.75.

Antiocheni, mortuo Leone, vrgente Petro Fullone, a Zenone iam ab exilio reuocato, & aulicis auro corruptis, impetrant, vt Martyrio deposito, qui in Sedem Antiochenam reuocatus erat, Fullonem sibi det episcopum, qui vt est ordinatus, Synodū Chalcedon. damnat, & Theopaschitis gratificans, addit in Trisagio, Qui crucifixus est pro nobis, miserere nobis. Alexand. Monach.

Idem impius Aug. Zeno sacrilegum inuasorem ecclesiæ Alexandrinæ a Leone Imp. relegatum, ab exilio, cum honore, reuocat, Timotheum Aelurum.

B Iulius nepos Glycerium exautoratum Imperio, attondet in clericum, & Salonitanū curat creari episcopum, (vt Euagr. [c] scribit) vel portus Romani (vt Iordan. de Reb. Getic.) & ipse inuadit Imp. Cassiodor. in Chron. c 3. c.1.

Iulius nepos Imp. per Epiphanium Ticinensem Episcopum Legatum, ab Euarico Gothorum in Gallia Rege, pacem impetrat. Ennod. Diacon.

Leo Consiliorum Euarici Principis, & Moderator, & Arbiter, & interpres floret, Ennod. & Sidon. [d] qui quidem ab eo rogatus, vt suorum temporum historiam scriberet, in ipsum refudit opus, pluribus docens, non esse hominis clericalis professionis historias suarum temporum scribere. d li.4.ep.22

Christi Ann.	Simplicij Papæ	Zenonis 2. Augustulus	Impp.	Zenone Aug. Cons.
475.	8.			

C Orestes Magister vtriusque militię creatus a Nepote Imp. Rauennæ Momilium Augustum, filium, Imperatorem appellat, Augustulum postea dictum, per contemptum. Nepos in Dalmatiam fugit, vbi Glycerius iam fuerat ordinatus episcopus. Iordan. ex Cassiodoro.

Nepotiani in vltionem vsurpati Imperij ab Oreste, Odoacrem Herulorum Regem formidabili procinctu paratum, & aliud nihil quàm Italiam meditantem, per legatos, euocant.

Odoacer fama motus miraculorum sancti Seuerini, mouens in Italiam, illum adit, a quo, & illud prophetice audit. *Vade ad Italiam vilissimis pellibus coopertus, sed multa*

D *cito pluribus largiturus.* Eugipp. in Vit. S. Seuerini.

Famem per Retios, Noricos, & alios Boreales populos finitimos, sęuientem, Sanctus Seuerinus propulsat, hortando populum ad persoluendas pauperibus decimas. Eugipp. S. Seuerin⁹ cōsulit egestati per solutione decimarum.

Odoacer, quid egerit, inuadens Italiam, inopia historicorum, non constat. ex Ennod. in Act. S. Epiphan. illud constat, Ticinum, vbi se Orestes incluserat, obsessum, expugnatum, direptum, incensum.

Euaricus Rex Gothorum, Aruernum frustra sæpius tentatum, rursum obsidet: Sidon. episcopus, frequentibus rogationibus, & litteris ad S. Mametum Lugdun. episcopum, qui earum vsum restituerat, preces implorantibus, propugnat. Sidon. [e] e li.3.ep.1.

E Euaricus Gallias armis atterit, episcopis spoliat, studio Arianæ perfidiæ prolatandæ. Sidon. [f] De eius persecutione S. Gregor. Turon. [g] f 7.ep.6. g li.2 c.25.

Ingens fames in Gallijs, in qua effusa erga pauperes largitas. S. Patientes Lugdun. episcopi laudatur a Sydon. [h] Aruern. V. E. Greg. Turon. [i] h 6.ep.12. i 2.c.24.

Timotheus Aelurus, occupato throno Alexandrino, deiecto catholico, omnē exercet immanitatem in Catholicos Dioscorum execrantes, & CP.lim profectus, exceptus a sectarij cum triumpho, (magna cum Zenonis inuidia, Eutychiani, sed Catholici nomen affectantis) sed vndique ab Orthodoxis exclusus, latibula ad agendas synaxes captat, e pist. Simplicij ad Zenonem & Acacium.

Presbyteri, & Archimandritę legatione missa ad Pont. Roman. per Epiphan. de

re tota eum admonent, & opem eius implorant.

Simplicius Papa, Gaudentio episcopo Aufiniensis ecclesiæ, ob illicitas ordinationes ab eo habitas, ius ordinandi penitus abrogat, proximo illud episcopo delegans, & malè diuidentem redditus ecclesiasticos, administratione penitus interdicit, eius est epist. 2.

Magni ille nominis Anachoreta, Gerasimias, migrat è vita. Cyrill. in Vit. S. Euthymij.[a]

a 20. Ian. apud Sur.

Christi Ann. 476.	Simplicij Papæ. 9.	Zenonis Imp. 3. Odoacr. Reg. 1.	Basilio 2.^m & Armato Coss.

ODoacer, Oreste, & Paulo fratre, interfectis, Augustulo in Lucullanum Cāpaniæ relegato, Occidentali Imperio extincto, Rex tenet Italiam, abstinés nomine Imperatoris, purpura, & regalibus indumentis. Marcellin. Cassiod.

Odoacer S. Seuerini prædictionum memor, rerum potitus, per litteras rogauit, ut quidquid vellet, ab eo peteret. Is Ambrosium quendam exilio damnatum iussit absolui. Eugipp.

Odoacer, licèt Arianus, Orthodoxis episcopis multa petentibus, indulget, & quidem Epiphanio Ticinensi episcopo in quinquennium indulgentiam tributorum, quę Orestes Tyrannica imposuerat potestate. Ennod.

Miserabilis facies Ecclesiæ sub Zenone Imp.

Miserabilis ecclesiæ conditio hoc tempore, Italiam tenente Rege Ariano, Gallias, Burgundionibus, & Gothis Arianis, & Francis adhuc gentilibus, Hispanias Gothis item Arianis, Africa Genserico Ariano, Vniuersum verò Orientale Imperium Zenone Imp. Eutychiano hæretico, quis non plane extinguendam putaret Catholicam ecclesiam, nisi diuina promissione niteretur?

Simplicius Papa, turbis Orientalibus cognitis, scribit ad Zenonem, pudenter dissimulans adscribere ipsi culpam, quem pœnitentem vult perpetrati sceleris fieri destructorem, est 3. epist. tom. 1. ep. Rom. Pont. 4. & 5. est ad Acaciū episcopum CP.[num] 6. ad presbyt. & Monach.

Zeno Imp. (Deo vlciscente religionis iniurias ab eo neglectas) Verinæ socrus suæ, & Basilisci fratris illius insidijs, Deo permittente appetitus, & in angustijs positus, adit S. Anachoretam Danielem Stylitam, a quo ordine audit, quæ illi deinceps omnia contigerunt, fore vt pelleretur Imperio, vt prę cibi inopia, herbis vesceretur, vt reuocaretur in Imperium, & in eo finem uitę acciperet. Acta S. Danielis, apud Metaph. 11. Decembr. Cum Ariadna igitur vxore profugit in Isauriam patriam, ibique latet. Basiliscus interim Imperium occupat, & filium Marcum, Cæsarem, & Zenonidem Augustam appellat. Marcellin. in Chron. Theodor. collect. lib. 1.

Zeno pellitur Imperio a Basilisco.

Basiliscus occupato Imperio, mox fidem subuertere incipit, Zenonide Augusta coniuge ipsum maxime contra fidem Catholicā impellente. Theodor. in Collect.[b] A quo Timotheus impetrat ut sibi Catholicorum pateat Ecclesia, ad quam dum magna pompa progreditur, Asino vectus, grauiter prolapsus, fractoque crure, domum reuerti cogitur. Theodor. in Collectan.[c]

b lib. 1.

c lib. 1.

Idem sæuit in eos, qui Timotheo restiterūt, & inter alios, Petrus cubicularius igne crematur: hæretici omnes pulsi, reuocantur, & intruduntur in locum expulsorum Catholicorum, & Petrus Gnaphæus Antiochiam tenet, Theodor. Euagr. Liberat.[d]

d c. 18.

Idem Imp. Encyclicā, impulsore Timotheo Aeluro, ad ipsum scribit epistolā, Concilium Chalcedon. damnantem, cui Aelurus; Gnaphæus, & alij circiter quingenti, subscribunt. Euagr.

Deus semper, & vbique propugnator Ecclesiæ suæ, hoc quidem tempore per admiranda signa Danielis Stylitæ, astruxit veram fidem esse in parte Orthodoxorum.

Acacius Constantinopolit. Episcopus ad resistendum Basilisco excitatus litteris Simplicij Papæ, multos conuocat solitarios, & eximios quosque Episcopos, per quos & magnum illum Stylitam summis precibus, & supplicationibus euocat. quo comperto,

A perto, etiam Basiliscus eum ad se attrahere conatur, totam turbarum culpam retorquens in Acacium. At sanctissimus Daniel acerrimas litteras ad eum rescribit, in quibus illud prophetice dixit, Disrumpet, Disrumpet Deus regnum tuum, & nouum appellat Diocletianum. At Basiliscus perterritus, nec sustinere valens eius aspectum, per speciem exercitationis excedit vrbe, & Daniel illum insequens, vectus, cum incedere non posset, maxima in itinere edit miracula, nec admissus ad Basiliscum, excusso puluere pedum, reuertitur; nec, a Basilisco reuocatus, consentit redire, sed minas intentans, & casum ab Imperio, & æternas pœnas prædicens, CP.lim regreditur, solita illum vi miraculorum comitante. Imperator non impetrans, vt ad se veniret, ipse ad eum accedit, & pedes amplexus, veniam rogat. At Daniel illum probris insequitur, & simulatam eius pœnitentiam detegit, & validam Dei manum, quæ etiam potentes deijcit, prædicit. Quibus peractis, reuertitur ad columnam. Acta Danielis B c.41. [a] Nicephor. [b] Theodorus [c] Basiliscus igitur Danielis virtute, & miraculis permotus, & motum plebis vrbanæ veritus, ad incendendam vrbem paratæ (vt Theodo. Collectan. lib. 1. quam & adeo Cedren. affirmat, in inuidiam Basilisci, magnum incendium conflasse, quo florentissima pars urbis absumpta sit) Senatui indixit, ne molestiam Acacio exhiberet; at is non contentus non lacessiri, consulens omnibus ecclesijs Orientis, extorquet ab Imperatore abrogationem sancitæ legis aduersus Chalcedon. Concil. & anathema dicendum ab omnibus Nestorio, & Eutycheti, nec Concilium cogi, nec inquisitionem fieri de fide, quæ abrogatio extat.

Mira viri Sancti in Hypocritã Imperatorem.

a apud Sur. 11. Dec.
b lib. 16. c. 6.
c lib. 1.

Quantum potest infra ctus vigor Ecclesiæ potestatis.

De huiusmodi autem edicto sic Theodor. Lector. *Basiliscus cognito Zenonis motu, quem Isauria concitauerat, Zenonidem coniugem suam sumit, & Acacio se, & Clero & Monachis in ecclesia purgat, sedisque illi iura sua restituit, & alio edicto priora abrogat.* C Ceterum acta hæc esse ab Acacio vigore litterarum Simplicij Rom. Pont. apparet ex epist. Gelasij PP. ad Dardanos, *Basiliscus*, inquit, *Tyrannus, vt hæreticus, scriptis Apostolicæ Sedis uehementer infractus est, & a plurimis reuocatus excessibus.* Ecce quantam in Principibus ius regnandi pariat inconstantiam.

Iudæorum præcipui, Rabbi Asse, & Rabbi Hammai confarcinant Thalmud Babylonicum, blasphemijs scatens, tertia hæc fuit collectio.

Thalmud Babylonicum.

Gensericus anno Regni sui 37. a capta Carthagine, moritur, Vict. de persec. Vandal. [d]

d lib. 1.

Hunericus succedit in Regnum, initio moderatè agens cum Catholicis, & aspere cum Manichæis, quos plerosque reperit Arianos, & partim incendit, partim distraxit nauibus transmarinis. Idem calumnijs & indictionibus prouincias onerat. Vi- D ctor. [e]

e lib. 2.

Christi Ann.	Simplicij Pap.	Basilisci Impp. 2. Odoacris Reg. 2.	Post Consul. Basilisci, atque Armati.
477.	10.		

Basiliscus Deo, & hominibus inuisus, Armati Exconsulis, quem cum exercitu aduersus Zenonem miserat, defectione, Imperio cadit, quod tenuerat an. 1. & men. 6. & in templum confugiens, ab Acacio Episcopo CP.no capitur, & ob impietatem Zenoni traditur, qui eum in exilium relegat, vbi cum vxore, & filijs fame contabuit, E Marcellin. Procop. Euagr. [f]

f 3. c. 8.

Simplicius rescribens Zenoni in Imp. restituto epist. quæ est nu. 7. gratulans de recuperato Imperio, ad restaurandam Catholicam Ecclesiam hortatur, & hæreticos expellendos, quod is eatenus præstitit, ut intrusos a Basilisco hæreticos eijceret, Petrum Fullonem Antiochia, Paulum Epheso, &c. Euagr.

Timotheus Ælurus incubator ecclesiæ Alexandrinæ, sibi ipse mortem, hausto veneno attulit. Liberat. c. 10.

Ab hoc Timotheani hæretici, aduersus quos eruditè scripsit Samuel Syrus. Gennad. [g] pro illis Syrus Alexandrinus, cuius librum cauendum Gennad. Latine transtulit.

g c. 80.

Ter-

Terræmotus ingens CP.li — Terribilis terræmotus CP.li an. 4. Zenonis, 25. Septemb. quo multa ædificia corruerunt, & hominum immensa multitudo est oppressa, Cedren. A

Libellus supplex Episc. Oriental. oblatus Acacio, pro Simplicio Papa, Vicario, damnantium propriam subscriptionem Basilisci abrogationis Synodi. Chalcedon.

Zeno in Imp. restitutus, Sanctissimo Danieli Stylitæ gratias agit, ad Simplicium Papam de suæ sinceritate fidei scribit. Ex epist. Simplicij ad ipsum, quæ est num. 7. tom. 1. epist. Decret. Act. Daniel. [a]

Anastasius Ierosolym. Episcopus migrat è vita, anno vndeuigesimo suæ sedis, subrogatur Martyrius Monachus Cappadox, ex prædictione S. Euthymij, qui ad sarciendam discissam Ecclesiam suam legationem dirigit ad Zenonem Imp. quæ magno miraculo impeditur. Vide apud Cyrillum in Vita S. Euthym. [b]

Mira conuersio hæreticorum. — Marcianus Archimandrita hæreticorum Princeps, & ipse hæreticus, Monachos omnes ad se uocatos in Bethlehem, diuino quodam instinctu, per sortes trahit ad fidé Catholicam, & pax fit in Ecclesia Ierosolymit. Gerontio solo, & Romano exceptis, qui non assenserunt. Cyrillus in Vita S. Euthymij. B

Extincto Occidentali Imp. res Occidentales in obscuro mansere, obtinentibus omnia Barbaris.

Ambrosius Aurelianus assumpta purpura, at non vsurpato nomine Imperatoris, in Britannia aggreditur Britannos, liberare ab Anglosaxonibns, qui euocati in auxilium contra Pictos, & Scotos, in ipsos Britannos arma conuerterant. Gildas de excidio Britann.

[a] c. 47. apud Sur. 11. Decemb.

[b] apud Sur. 29. Ian.

Christi Annus	Simplicij Pap.	Zenon. Imp. 5. / Odoacr. Reg. 3.	Illo Cons. sine collega.
478.	11.		

C

ACacius Simplicium Rom. Pont. certiorem facit de rebus Alexandrinis, ut ipse per litteras exegerat, pro sua uniuersorum solicitudine. De Timothei Æluri morte; de Petri Mogi fuga ab Ecclesia Alexandrina, quam inuaserat: & de Timothei Catholici restitutione, extat epist. tom. 1. epist. Decret. post x. epist. Simplicij ex quo magno gaudio affectus Simplicius, optima quæque sperare poterat de integra fide in Oriente restituenda, nisi Zeno, & Acacius in deterrimos mutati essent.

Timotheus in Sedem restitutus, legationem ex more, mittit ad Rom. Pont. primum rogans ueniam, quod Eutychianorum timore perterritus Dioscorum ad Altare nominasset: deinde monens Petrum Mogum in Ciuitate latentem seducere multos, quibus auditis simplicius per binas litteras mandat Acacio, ut urgeat apud Imp. relegationé Mogi. Simplicius Papa probat libellum pœnitentiæ eorum, qui abduci se fiuerant a fide Catholica, sibi a Timotheo missum. Ex quo colligitur, ut alijs pluribus exemplis, absolutionem ab hæresi solitam reseruari Summo Rom. Pont. quod si id nõ licuit, primæ, post Rom. Pont. Sedis episcopo, qui nam inferiorum Sediũ id præsumere audeat? D

Timotheus aliam legationem mittit ad Zenonem, pro gratiarum actione, de restitutione; quorum legatorum alter Gennadius restitit CP.li Timothei Apocrisarius. Liberat. [c]

[c] cap. 16.

Christi Annus	Simplicij Pap.	Zenonis Imp. 6. / Odoacr. Reg. 4.	Zenone 3.m Cons.
479.	12.		

E

STephano Antiocheno episcopo in ecclesia cum suis sacram Synaxim celebrante, irrumpentes armati Eutychiani, sacerdotes trucidant, episcopũ calamis acutis cõficiunt, & in fluuium Orontem præcipitant, 3. suæ sedis anno, Euagr. [d]

[d] Lib. 3.

Zeno, immissis militibus, sacrilegos punit, & ne turbæ, gladio compresśæ, in electione noui Antistitis reuirescerét, primus statuit, ut Antiochenus episcopus eligeretur, & ordinaretur CP.li quod quidem, ut præter regulas ecclesiasticas a Romano Pont.

A petijt ratum haberi. Simplicius epist. nu. 13. rescribens ad Zenonem, ait, turbas, & cędes Antiochen. potuisse caueri, si hortationibus suis fuisset assensum, hæreticorũ Principes in ultimas terras extrudendo, & creationem Antiocheni episcopi faciendam CP.[li] ita probat, vt non trahatur in vsum posteritatis, & Patrum statuta violentur, quod ipsum scribit ad Acacium, quæ est epist. 15. Stephanus igitur Iunior ab Acacio ordinatur Episcopus Antiochenus.

Lupus Trecensis Ecclesiæ episcopus, Gallicanæ ecclesiæ decus, migrat è uita, quinquagesimosecundo anno suæ Sedis. Cameliano ei succedente, relictis pluribus discipulis, insigni miraculorum gloria illustribus. Polychronio Virdun. Ecclesię episcopo, Seuero Treuer. & Albino Catalaun.[a] S. Lupi Trecẽs. obitus. a apud Sur. 19. Aug.

B | *Christi Ann.* 480. | *Simplicij Pap.* 13. | *Zenon. Imp.* 7. *Odoacr. Reg.* 5. | *Basilio Iun.* | *Cons.*

ROgante Zenone, & Placidia relicta Olybrij; Hunericus Rex Vvandalorum in Africa permittit ordinari in Ecclesia Carthaginen. Episcopum, ea cõditione, vt Arianis liceat per omnes suas Ecclesias Orientis, & CP.[li] quibus voluerint linguis tractare cum pop. alioquin episcopus cum clericis Africanis inter Mauros deportentur. Vigesimo igitur quarto anno cessationis. Eugenius uir sanctissimus ordinatur episcopus.

C Aruernum, quod Euaricus sępius frustra tentarat, in eius, per hęc tempora, uenit potestatem, non quidem deditione ciuium, uerum legatorum ignaua promissione, hoc modo redimentium pacem reliquorum Galliæ, proxime degentium, populorum. Deplorat factum Sidoni epist. ad Agricium Massiliensem episcopum, quod, dilabẽtibus ciuibus ad alias Vrbes, irati Gothi incendio deformant, & post restaurant. Lib. 7. c. 7.

Floruere per hæc tempora sanctitatis laude, Aruernis, Amabilis presbyter, de quo Greg. Turon. de glor. Confess.[b] & Abraham Abb. de quo Sidon. ad Volusianum[c] in cuius funere scripsit carmen, & Turon. lib. 2. c. 21. b cap. 33. c epist. 12. lib. 7.

Celebratur a Greg. Turon. de glor. Confess. c. 32. par Coniugum Aruernensium, qui in uno stratu quiescentes, perpetuam retinuere Virginitatem, & Georgia Virgo, ad cuius funus grex conuolans Columbarũ illud deduxit, & ea sepulta, visus euolare ad cœlum. c. 34. Pars coniugum miræ cõtinentię. Georgia, & Frontina Virgines florent.

D Celebrat & Sidon.[d] Frontinam Virginem. d Lib. 4. epist. 21.

Christi Annus 481. | *Simplicij Pap.* 14. | *Zenon. Imp.* 8. *Odoacr. Reg.* 6. | *Platidio* | *Cons.*

THeodoricus, Rex Gothorum, cum exercitu progressus prope CP.[lim] suorum insidijs deterritus, regreditur, & paulò post moritur. Euagr. lib. 3. c. 25. Marcellin. in Chron. quibus redarguitur Iornandes, qui Valemirum nominat.

Anno 5. Hunerici Regis, Deus (sicut olim factum temporibus Cypriani episcopi) multis signis futuram persecutionem, quæ post biennium, dira excitata est, pluribus E demonstrauit, quo se cuncti præpararent ad pugnam. Victor.[e] Hunericus Rex Gothos suos, Catholicæ ecclesiæ insertos, mares, & feminas atrociter insectatur, idemque dominandi cupidine ebrius, tyrannicè carnificinam exercet in suos consanguineos, fratres, nepotes, & in Iocundum suæ sectæ Patriarcham, atque in plures presbyteros, & Diaconos. Victor. e Lib. 2.

Christi Annus	Simplicij Pap.	Zenonis Imp. 9. Odoacr. Reg. 7.	Seuerino	Cons.
482.	15.			

STephanus Iunior, Antiochenus episcopus moritur, tertio suæ Sedis anno, in eius locũ eligitur Calendion, & ipse Catholicus, cuius ut electioné ratam habeat Rom. Pont. collecta ibi Synodus dirigit Romam, de more, Anastasium. Simplicij probatio extat in eius epist. 14. quæ est ad Acacium.

Calédion. episcopus Antiochenus reliquias S. Eustathij episcopi Antiocheni (qui interfuerat Concil. Nicæno, & in Exilio, propter fidem, vitam finierat) impetratas a Zenone a Philippis Macedon. Antiochiam, magna cum celebritate, transfert. Theodorus Lector. [a] Is, prætextu criminis Maiestatis, quasi rebellantibus Zenoni fauisset relegatur in deterrimum exilium ab hæreticis, Acacio id machinante, quod ab eo nõ fuisset electus episcopus, vt Gelasius multiplicibus querelis exaggerat. in eius locum reuocato Petro Fullone Eutychiano, qui ut thronum conscendit, Theopaschitarum hæresim promulgat. Euagr. [b]

a Collect. lib. 2.

b 3. c. 16.

Marcianus, Leontius, Marcus, Pamprepes aduersus Zenonem insurgentes, illi negotium facessunt, ut Theodoricum Gothum cum exercitu aduersus eos mittere cogatur. Euagr. [c] Theodor. Lect. in fine primi collect. paulò diuerse.

c Lib. 3. cap. 26.

Mortuo Timotheo Solofaciolo episcopo Alexandrino, Catholico, anno uigesimo tertio suæ, sed interpolatæ Sedis, episcopi Aegypti, eligunt Ioannem Talaidam, ex Oeconomo, orthodoxum, quem Zeno improbat, quasi sacrilegum, instigante Acacio quod aliquando iurasset, se non passurum, ut in episcopum Alexandrinum eligeretur, & in eius locum substituit Petrum Mogum, ob hæresim antea pulsum. Simplicius ep. ad Acacium. [d] Liberat. in Breuiar. [e] Ex ea porro Simplicij epist. plane colligitur Rom. Pont. esse confirmare Patriarchas.

Ro. Pont. est confirmare Patriarchas.
d nu. 17.
e cap. 16.

Zeno impellente Acacio, publicat edictum Enoticon, idest Vnitiuum, per cuius professionem & subscriptionem unirentur hæretici in specie quidem, cum Catholicis, sed re vera omnes hæretici, damnata Synodo Chalcedon. efficerentur. Extat apud Euagr. [f] Ex quo Catholicis tumultuãtibus in Imperatorem, ipse, quasi Proteus, fingit se uindicem Concilij Chalced. cuius causa simulat se Io. Catholico episcopo Alexandrino infensum esse, quod Synod. Chalcedon. non reciperet. Liberat. [g]

f 3. c. 14.

g cap. 18.

Petrus Mogus uersutus, & temporibus inseruiens, cum hæreticis damnat Synodũ Chalcedon, cum Catholicis probat, ut ab utrisque gratiam ineat, Monachos interim fraudé agnoscentes, & prodẽtes, discordiæ & seditionum accusat, litteris ad Acacium, quibus artibus, nec acquirit Catholicos, & quamplurimos ex suis hæreticis perdit, qui quod seorsum, fine capite, conuenirent, Acephali dicuntur. Euagr. [h] & Liberat. [i]

h 3. c. 17.
i cap. 18.

Simplicius scribit ad Io. Rauennatem Antistitem, increpans de vi adhibita Greg. dum eum ad presbyteratum promouet, non vt honoret, sed vt, inuidia, de loco pristino dimoueat, ex qua colligitur priuilegia Rauẽnatis Ecclesię a Romana manasse, dum si illis abutatur, ablaturum se ea fore minatur. est ep. nu. 16. Idem Zenonem Hispalensem episcopum, Vicarium in Hispania suum cõstituit, epistola sua, quæ prima est to. 1. epist. Decretalium. Sed cum careat Consulibus, nec constet de tempore, huc ad finem Actorum Simplicij relata est.

CONCILIVM TVRONENSE, Præside S. Perpetuo, tertio a S. Martino, sexto in numero Turonen. episcoporum, sanciũtur in eo tredecim Canones, ad ecclesiasticam disciplinam pertinentes.

S. Seuerinus, non quidem episcopus, sed tamen Apostolus Noricorum, & vicinarum gentium, miraculis viuens, & post mortem clarissimus, quiescit in Domino. Eugipp. in eius Vita.

S. Seuerini obitus.

A

Christi Ann. 483. *Simplicij Pap.* 16. *Zenon. Imp.* 10. *Odoacr. Reg.* 8. *Anicio Fausto. Cons.*

S. Simplicius Papa initio mensis Martij moritur, cum sedisset annos 15. men. 5. dies 10. Sede Vacãte, Basilius Præfectus Prætorio ingerere se molitur electioni Rom. Pont. & edicit, de non alienandis bonis ecclesiæ. Vide in Conc. 3. Symmachi, cap. 12. Vacationis Sedis die 6. 8. Martij creatur Papa Felix Rom. presbyter, in tit. Fasciolæ. Anastas. de Rom. Pontific.

Io. Eps Alexandrinus Ro. Pont. appellat, & ad eum se confert.

Ioannes episcopus Alexandrinus, Sede pulsus, Antiochiam primum ad Calendionem episcopum, inde verò Romam ad Simplicium, quem vt legitimum Iudicem appellarat, se contulit, sed mortuum inuenit. Liberat. [a]

B

a cap. 16.

Concilium Rom. contra Acacium. CP.num Episcopum.

Cõc. Rom. in Acacium CP.

FElix Papa, maiorum vestigijs insistens, in grauissima causa Acaciana, in qua agebatur de prodita Chalcedon. Synodo, Concilium ex Italiæ episcopis conuocat; in eo grauissimæ dicuntur sententiæ: in hoc omnium conspirãt suffragia, Legatio vt mittatur CP.lim ad Zenonem Imp. cum robustissimis litteris, de proditione Catholicæ fidei, eiusque proditoribus: expostulet Papa cum Acacio de non defensa fide Catholica, & de conniuentia, cum hæreticis. Addatur libellus accusationis a Ioan. episcopo Alexandrino ipsi Papæ oblatus, aduersus eum: citetur ad respondendum in Iudicio Sedis Apostolicæ: alius libellus, ea de re mittatur ad Zenonem, vt cogat Acacium experiri iudicio cum accusatore. Constant hæc ex litteris Felicis Papæ ad Acacium, & ad ipsum Imp. nunc primum in lucem proditis. Datę sunt hæ litteræ Legatis delectis a S. Synodo, Vitali Truentino, & Miseno Cumano episcopis, & Felici ecclesiæ Romanæ defensori, quibus & alia multa verbis exponenda commissa fuisse affirmat Felix Papa in fine ad Acacium epistolæ, & eius, quę est ad Imp. scripsit præterea per eosdem Legatos epistolas ad clericos, Monachos, atque laicos, orthodoxos, quæ non extant. Liberat. cap. 18. Euagr.[b] In eadem Synodo Romana post legitimas admonitiones damnatur Petrus, episcopus intrusus, Antiochen. non modo, vt Eutychianus, sed & Apolinarista, & Sabellianus, & Arianus, qui in Trisagio impiè adiecerat: Qui crucifixus est pro nobis, Theopaschitarum impiam, iam ante damnatam, hæresim renouans. Aduersus quem & Acacius coegerat CP.li Synodum, in qua error eius damnatus fuerat. Extant plures grauissimæ epistolæ tum Orientis, tum Occidentis episcoporum ad eum redarguendum. [c] Extat & sententia Rom. Pont. dãnationis in ipsum.[d] de qua sua damnationis sententia scribit Felix ad Zenonem, monens, vt caueat a communione Petri iam damnati, & longe ab Antiochia eum releget. est epistol. num. 3. Felicis, Liberatus. [e]

C

D

b 3. c. 18. 19. 20.

c 2. to. Cõcil.

d 2. to. Concil. & to. 1. ep. Decret.

e cap. 18.

Persecutio VVandalica sub Hunerico.

Immanis Persecutio VVandalica in Africa.

E

DIra, & immanis persecutio ab Hunerico Vandalorum Rege in Africa mouetur, in qua, præter alias immanitates, quater mille nongentos sexaginta sex Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & alios Ecclesiæ Clericos in exilium eremi raptari iussit, Victor. [f]

f Lib. 2.

A

Christi Ann.	Felicis Pap.	Zenonis Imp. 11. Odoacr. Reg. 9.	Theodorico Gothorũ Rege, & Venantio. Coss.
484.	2.		

Legati Sedis Apostolicæ Vitalis, & Misenus contra ius gentium, & omnem pietatem a Zenone tractantur, litteris ereptis, in carcerem coniecti, & mox ab Acacio deliniti, è carcere educti, illi cõmunicant, & se præsentibus, sustinent recitari in sacris Diptychys nomẽ nefandissimi Petri hæretici Alexãdrinæ sedis inuasoris. Liberat. a

a cap. 18.

Cõc. Rom. de præuaricatorib. Sedis Ap. Legatis.

Præuaricationis legatorum fama Romam perlata, & Monachis Acæmetis nuncian tibus, Felix Papa conuocat Concilium, in quo septuaginta septem episcopi conuenere. In eo primum legati, prçuaricationis conuicti, damnati & episcopatus honore deiecti; mox, Acacij causa cognita, iudicatus est hæreticus, hçreticorum participatione pollutus, & monitus est ut resipisceret, alioqui excommunicatione feriendus. at non cessans cõicare cum Petro Mogo, & Petro Fullone, confirmato in Sede Antiochena; demum ex sententia Concilij damnatur, & deponitur, quæ damnationis sẽtẽtia, & missa est CP.lim & cum ab Acacio, non reciperetur, fulto præsidio Imp. suspensa est per quendam ignotum Monachum acœmetensem eius pallio, dum ad celebranda sacra procederet, qua ex causa prędicti Monachi dira ab Acacianis passi sunt. Felix epist. 4. & 5. Liberat. c. 18. Niceph. b Præstat adscribere finem epistolę, & sententiæ Felicis Papæ. *Habe ergo, cum his, quos libentur amplecteris, portionem, ex sententia præsenti, quã per tua tibi direximus Ecclesiæ defensorem, sacerdotali honore, & communione Catholica, necnon etiam a fidelium numero segregatus, sublatum tibi nomen, & munus ministerij sacerdotalis agnosce, sancti spiritus iudicio, & apostolica auctoritate damnatus, nunquamque anathematis uinculis exuendus*. Cælius Felix episcopus Sanctæ Catholicæ Vrbis Romæ subscripsi, Data v. Kal. Aug. Venantio V. C. Cõs. simul 67. episcopi, absq; Papa, subscripserunt. Subscriptiones porro episcoporum ad epistolã Synodi, ad presbyt. & Archimandrit. &c. eiusmodi sunt.

B

b Lib. 17. cap. 17.

Sen tentia dãnationis in Acaciũ.

C

Episcopalis subscriptio in dãnationem episcopi Constãntinopolitani.

Candidus Tiburtinæ, Ciuitatis episcopus Petro ecclesiæ Alexandrinæ peruasori, & Acacio quondam Ecclesiæ CP.næ necnõ etiã Petro Antiocheno ab Episcopatus & Christianorum numero olim merito, & iure segregatis, omnibus sequacibus eorum, sequens auctoritatem Sedis Apostolicæ, secũdũ desideriũ nostrũ, iuxta Ecclesiæ statũ, Catholica de liberatione prolatã, anathema dicens, subscripsi & 42. episcopi similiter subscripserũt.

Acacius audet nomen, Rom. Põt. tollere è diptychis.

At Acacius ira & furore ebrius, eo insaniæ prorupit, vt Felicis nomen è sacris Diptychis, quod Dioscorus S. Leoni fecit, tolleret, episcopos Catholicos, hæreticis & infamibus subrogatis, exterminaret. Petro Mogo Alexandriæ paria faciente, Catholici CP.lim confugientes, persecutionem grauissimam pertulerunt. Liberat. c Atque ita totus ferè Oriens turbis, seditionibus, Exilijs, agitabatur. Euagr. d

D

c cap. 18.

d 3. c. 90.

Io. Talaidam, cum videret Felix non posse restitui ad suum Alexandrinum episcopatum, creat Nolanum episcopum.

Gloria Eccl. Africanę de tot gloriosis, martyr. in persecutione Vuand.

Persecutio Vandalica in Africa inchoata, indies sæuit, & atrocior continuat, cum magna gloria Catholicæ Ecclesiæ, cuius plures alumni episcopi, omnis ordinis clerici laici quoque, mares, feminæ, senes, pueri, illustres confessores, & martyres extitere. Vide Vict. lib. 3. & scio lacrymas non tenebis.

Cœcus ab epo Carth. illuminat.

Eugenius Carthagin. episcopus Felicem quendam cęcum, ciuitati notissimum, per uisum ad se diuinitus missum, per signum crucis illuminat, Deo, per hoc signum, testimonium dante fidei Catholicæ.

E

Idem libellũ de Catholica fide Arianis offert, extat integer in bibliotheca SS. PP.

Hunericus omnes Leges a Catholicis Impp. contra hæreticos latas, conuertit in Catholicos per suum edictum sæuissimum.

Arianus episcopus, videntem, cęcũ reddit, q a Cath. recipit visum.

Cyrola episcopus Arianorum, quendam de suis, se cęcum eius suasu, simulantem, & eũ inclamantem, in testimoniũ suę perfidiæ, Deo operante, dum illuminare fingit, verè cœcum reddit, qui post, uera S. Trinitatis confessione edita, obsignante S. Eugenio signo S. Crucis, recipit uisum.

A S. Eugenius proiectus in exilium, plures commonitorias ad fideles scribit epistolas. Vnam recitat Greg. Turon. [a] Gennad. de eo agit [b] Plura de Vandalica persecutione recenset Greg. Turon. a Vict. omissa, ut certe deperdita.

a Hist. Fr. 2. c. 3.
b cap. 97.

Quibusdam Catholicis Hunericus præcepit linguas & manus dexteras abscindi, qui nihilominus spiritusancto præstante, ita locuti sunt, & loquuntur, quomodo antea loquebantur. Sed si quis incredulus esse uoluerit, pergat nunc CP.lim ait Victor, & ibi reperiet unum de illis Subdiaconum Reparatum, sermones politos, sine ulla offensione loquentem, ob quam causam uenerabilis nimium in palatio Zenonis Imp. habetur, & præcipuè Regina mira eum reuerentia ueneratur. Ad cuius rei contestationē omni exceptione maiorem. Instinianus Imp. in Constit. a se edita, de offic. Præf. Præt. Africæ, ita ait, VIDIMVS VENERABILES VIROS, QVI ABSCISSIS RADICITVS LINGVIS, POENAS SVAS MISERABILES B LOQVEBANTVR. Idem miraculum a se uisum testificantur, Aeneas Gazæus, in oratione de animarum immortalitate, & corporum resurrectione. [c] Marcellin. Comes in Chron. & Procop. Greg. quoque Papa [d] affirmat se audiuisse idem CP.li a seniore episcopo, qui miraculum uiderat, & addit, narrasse, Vnū ex illis in luxuriam lapsum, mox priuatum dono miraculi, quod idem de duobus est apud Procopium.

Abscissis radicitus linguis nōnullos expedite loquutos testatissimū est.

c to. 9. bibl. SS. PP.
d Dial. 2. cap. 32.

Dira fames vexat atrociter Africam.

Hunericus denique Tyrannus, & Arianus, cum prostrata fide Catholica, amens putaret sibi agendum triumphum, diuinam cogitur experiri vindictam, ebullientibus toto corpore vermibus, extinctus, anno Regni 7. m. 10. Vict. Greg. Turon. [e] aliter, Isidorus etiam aliter in Hist. Vuand. anno regni succedit Gundabundus etiam Godagisus dictus fratris Gentonis, vel Genzonis filius, quem imitatione maiorum persecutum fuisse ecclesiam Procopius tradit, secus uerò Isid. pacem statim Ecclesijs donasse, & C Catholicos protinus ab exilio reuocasse, regnasse verò annos 12.

e hist. 2. c. 3.

Euaricus item alter Princeps barbarus, Gothorum in Gallia Rex, Arianus, & Ecclesiæ persecutor, moritur, vltione diuina percussus, vt scribit Turon. in hist. Franc. [f] succedit Alaricus filius.

f 2. c. 25.

Orentius Tarraconensis, poetica facultate clarus laudatur a Sidonio [g] Sigibert. [h] *Commonitorium*, inquit, *fidelibus scripsit, metro heroico, vt mulceat legentem suaui breuiloquio.* Is forte est, qui post Eliberitanus episcopus, interfuit Concilio Tarraconēsi, sub nomine Oruntij, vel Orontij.

g li. 9. ep. 12
h ca. 34. de Vir. Ill.

Sidonium Apollinarem verisimile est per hęc tempora decessisse, quem Gēnadius, D scribens sub Anastasio, ait, claruisse sub Leone, & Zenone; *Scripsit*, ait, *ad diuersos, diuerso metro, uel prosa compositum insigne uolumen, in quo quid in literis possit, ostendit.* [i] Præter alia plura, quæ de eo scribit Greg. Turon. [k] hoc habet. *Conquerentibus populis ad eius obitum, respondit, Nolite timere, ò populi, Ecce frater meus Aprūculus uiuit, & ipse erit Sacerdos uester.* Qui non intelligentes, putabant eum loqui aliquid in extasi. Eo mortuo, & alio presbyrero, Sidonij ęmulo, & episcopatum ambiente, item mortuo, ecce Aprūculus Lingonicæ ciuitatis episcopus, a Burgundionibus se suspectū ad necem quæri intelligens, fuga sibi consulit, & Aruernos uenit, ubi iuxta prędictionem Sidonij fit episcopus.

Sidonij obitus.

i c. 92.
K 2. histor. Fran. c. 23.

Clodoueus, seu Hludouicus, mortuo Childerico patre, Francorum apud Parisios in Gallijs Rege, succedit in Regnum. Turon. Sigebert. Is gentilis adhuc, veneratione prosecutus est S. Remigium Rhemensem episcopum, cui etiam amplissimas villas dono E dedit, quas tamen ille erogandas curauit in pauperes. Remig. in suo testamen. [l]

Clodoueus adhuc Gētilis obseruat S. Remigiū
l apud Brisson. de formul. lib. 2.

Christi Annus	Felicis Pap.	Zenon. Imp. 12 / Odoacr. Reg. 10.	Symmacho Cons.
485.	3.		

FElix Papa Acacium damnatum studet per se, & alios reuocare ad ecclesiam. testatur Gelas. Papa in commonitorio ad Faustum.

Longinus Zenonis frater, decēnalem custodiam ab illo in Isauria passus, ad Germa

num CP.⁽ⁱᵐ⁾ venit. Marcellin. in Chron. Suidas eum describit monstrum impuritatum, & rapinarum. A

Sebastianus in Aula Zenonis potentissimus, impudentissime omnia venalia habet. Suidas.

Zenonis filius, quem designabat pater, relinquere Imperij successorem, pessime educatus, immatura ætate, bono publico, moritur. Suidas.

S. Barnabę corpus, cum Euangelio S. Matthei super ipsius pectus, eius manu descriptum, ipsomet se reuelante, reperitur in Cypro, sacræ reliquiæ, exædificato templo, ubi inuentæ fuerant, conduntur. Euangelium allatum Constantinopolim ibi asseruatur. Alexander Monachus. eadem breuiter Theodor. lect. Suid. Niceph. alij.

Xenaias inuentor hæresis Iconomachorũ.

Xenaias quidam, qui & Philoxenus, genere Persa, fortuna seruus, necdum baptizatus, se fingens clericum, & a Calendione eiectus ab ecclesia, a Petro Fullone receptus, B & ordinatus episcopus Hierapolis, dicente, pro baptismo sufficere ei consecrationem, inuentor hæresis, venerandas Christi imagines, & sanctorum, damnantis. recitantur hæc per Anastasium Diaconum in posteriori Nicęno Concilio, ex Theod. Lectore cũ eius historia integra habebatur.

Martyrius Ierosolymit. episcopus moritur, cum sedisset annos octo. Niceph. in Chron. & Cyrillus in Vita S. Sabæ, cui malè ab Euagrio crimen communicationis cũ hæreticis adscribitur, de quo honorificentissima est mentio apud Cyrillum in Vita S. Euthym.[a] Ei succedit episcopus Sallustius, & ipse Catholicus, Cyrill. in S. Saba. honorifice de eo meminit.[b]

a apud Sur. 20. Ian.
b apud Sur. 5. Decemb.

Christi Annus	*Felicis Pap.*	*Zenon. Imp.* 13. *Odoacr. Reg.* 10.	*Longino, atque Decio.* *Coss.*
486.	4.			C

IOannes, ex Grammatico, presbyter, scribit contra Eutychianos, verùm Nestorianismi suspectus redditur impugnans aliquas S. Cyrilli sentẽtias. Marcel. in Chron. Gennad.

Eutychiana hæresis Alexandriæ, & Antiochiæ, per ipsarum ecclesiarum episcopos inualescit.

Eutychianis aduersus Catholicos decertantibus; Nestoriani; nemine illis repugnãte, in Syria, & Perside propagantur. Theodorus lect.[c]

c lib. 2.

Petrus Fullo Antiochenæ ecclesiæ inuasor, pestis Oriẽtalis ecclesiæ, ex hac vita, ad tremendum Dei iudicium, sera licet morte, vocatur; Hęreticorum factione, & fauore D Zenonis Imp. Palladius, & ipse Eutychianus subrogatur.

Christi Ann.	*Felicis Papæ*	*Zenon. Imp.* 14. *Odoacr. Reg.* 12.	*Boetio Conf.*
487.	5.		

Cõcil. Ro. de lapsis restituendis.

ROMAE HABETVR CONCILIVM trigintaocto episcoporum, de lapsis ad ecclesiam recipiendis, qui ex Africa, sedata persecutione, Romanam Ectlesiam interpellarant, 3. Id. Mart. Boetio V. C. Cons. Epistola tamen Felicis num. 6. in Synodo lecta, missa subscribitur Idibus Martij, Dinamio & Sifidio Coss. 1. anno sequenti. E

Theodoricus infestat Thraciam.

Theodoricus Rex Gothorum, Zenonis beneficijs satiatus, cum magna suorum manu, vsque ad Regiam Ciuitatem, & Meléthiadem oppidum infestus accedit, pluribusque locis igne crematis, ad Nouensem Mysiæ ciuitatem, vnde aduenerat, remeat. Marcellin. in Chron. Aliter de Theodorico Iordanus, ex Cassiodoro, sed vterque illi maxime addictus, fortasse illum nota ingratitudinis erga Zenonem liberare uoluerunt, cũ ex concessione Zenonis illum uenisse dixerunt, ad occupandam Italiam.

Odoacer Rugis deuictis, Friderico filio fugato: Pheletheo, seu Pheba Patre, cum Gisa vxore, capto, redit in Italiam. Cassiod. Eugippius in V. S. Seuerini. His prosperis

suc-

A succeßibus Odoacris,atque adeo poßeßione Italiæ incitatus Theodoricus,cogitat de ea inuadenda.

Fridericus filius Phelethei euadens,ad Theodoricum se confert,agétem in Mœsia, & eius ope regnum recuperat,ad quem debellandum Odoacer fratrem Onoulphum cum exercitu mittit,& mandat, ut gentem illam in Italiam transferat,quod anno sequenti factum est.Eugipp.

Christi Ann. 488. *Felicis Papæ.* 6. *Zenon. Imp.* 15. *Odoacr. Reg.* 13. *Dinamio, atque Sisidio* *Coß.*

B ACacius Constantinop.episcopus in anathemate perseuerans, homo ambitiosissimus,& arrogantissimus qui & suas ipsius uiuentis imagines in ecclesia dedicare paßus est,ut est apud Suidam moritur,cum sedisset ann. 17.mes.9.Nicep.in Chron. In eius locum succedit Flauitas,seu Fauianus,per summam improbitatem & fraudé; hæreticus,& hæreticorum communione pollutus,qui tamen uideri volens Catholicus,non prius sedere voluit,qnàm communionem a Rom,Pont. acciperet,ad quem legationem misit, cum professione Catholicæ fidei simulata, qua simulatione detecta, per litteras eius communicatorias cum Petro Mogo hæretico Alexandrino ad Rom. Pont.latas,repulsam paßus est,& post non integros quattuor menses, morte repentina tollitur.Liberat.[a] Euagr.[b] Niceph.[c] Acacij obitus.

Corpus S.Seuerini,iuxta iussum eius,ante sexennium defuncti,discipuli in Italiam transferunt,gratia miraculorum id ubique comitante.Eugipp.

a c.18. b 3.c.23. c 16.c.18.

C Sanctus Antonius,Sancti Seuerini discipulus, sanctißimi viri Constantij Laureacensis episcopi nepos,post actam cum sodalibus uitam eremiticam in Lerinensi Monast.sancto fine quieuit.Ennod.Ticinens.

Apparatus Theodorici Amali ad inuadendam Italiam.Marcellin.in Chron.

Christi Ann. 489. *Felicis Pap.* 7. *Zenon. Imp.* 16. *Odoacr. Reg.* 14. *Probino, & Eusebio* *Coß.*

FLauitę in Ecclesia CP.na succedit Episcopus Euphemius, qui Synodum Chalced.probauit,Petri Alexandrini communioni renunciauit,eius nomen è Diptychis expunxit,Felicis PP.ab Acacio expuncti,restituit,Synod.epistolas,de more, Romam misit,quia tamen Acacij nomen non expunxit,communicatorias litteras a Romano Pontif. non obtinuit, sed tantum commonitorias. Liberat. Euagr.[d] Niceph.[e]

d 3.c.23. e 16. c. 19. & 20.

S.Daniel Stylita octogenarius migrat è vita,& in morte miraculis clarus, mandauit discipulis,recusari,si quæ ab Imp.vltima munera soluerentur, vt ab homine communione hæreticorum inquinato.Cyrill.in Vita.[f]

f 11.Decébr.apud Surium.

Theodoricus Rex inuadens Italiam obuium ad Isontium Odoacrem cum exercitu profligat,& iterum ad Veronam. Caßiod.in Chron.

Epiphanius Ticinensis Episcopus,vtrique Regi pergratus, Theodorico Mediolanum,quod iam Theodoricus expugnarat, occurrit in Vrbis eius direptione.

E Laurentius Episcopus Mediolanensis multa patitur.Ennod.in Vita S.Epiphan.

Episcopi,quibus facultas suppeteret,ne paterentur greges, quibus præerant, frequentibus Barbarorum incursibus, castella munita ædificare cæperunt. Ennod. de Honorato Episcopo Nouariensi.

Ennodius hoc tempore se annorum fuisse fermè sexdecim, inopem re, & consilio destitutum,affirmat,& post Dei ope,ex coniugio nobilis, ac prædiuitis puellæ in meliorem statum collocatum,ac demum mutuo consensu illam cœlibem,sanctamque vitam professam,ipsum fuisse Diaconum ordinatum, ac post cum incidisset in mortalé ægritudinem,ope S.Victoris curatum. Ennodius Ticin. cum uxore cœlibatum profitetur.

A Ticinium vastatur a Gothis, & Rugis trucioribus traditur, quorum feritas Epiphanij lenitate paulatim molliebatur.

Clodoueus Rex Francorum Syagrium Romanum, qui Suessionensem tenebat Ciuitatem, vincit, & redditum ab Alarico Gothorum Rege, ad quem profugerat, occidit. Greg. Turon.

Francorum incursiones, magnum damnum inferebant Ecclesijs cum quibus tamẽ satis liberaliter se gerebat Clodoueus adhuc gentilis, sed post factus Christianus, omnia sarcienda curauit. Greg. [a] & Remig.

a li. 2. c. 27.

Christi Annus 490. *Felicis Papę* 8. *Zenon. Imp.* 17. *Odoacr. Reg.* 15. *Fausto Jun. & Longino* 2.^m *Coss.* B

Vandalica aduersus Catholicos in Africa persecutio recrudescit, non quidem aduersus omnes, sed in illos duntaxat Sacerdotes, qui lapsos in errorem reconciliarent, pœnitentes, ex Act. S. Fulgentij Ruspensis apud Sur. 1. Ian.

Rebus in ecclesia Africana turbatis, Fulgentius ex Senatorio, Carthagine, ordine, progenitus, & Monachus factus, cum Felice Abbate ad loca tutiora profugiens, a presbytero Ariano tormentis, & ignominia afficitur. Acta.

S. Theodulus presbyter, & celebris in Cœlesyria scriptor contra hęreticos, moritur. Gennad. c. 91. Martyrolog. Rom.

Cæsarij Arel. liber d gr. & lib. Arb.

C S. Cæsarius Arelatensis Episcopus sanctitate, & doctrina illustris, inter alia plura opera scripsit librum de gratia, & de libero arbitrio ad Felicem Papam, quem ille sua addita epistola probauit, & propagari curauit, quasi in Antidotum libri de gratia a Fausto conscripti, in quo, sub specioso titulo, Pelagium damnans, Pelagianizat. contra cuius errores Auitus etiam Viennens. Episcopus, & Ioannes presbyter Antiochenus scripserunt. Gennad. c. 85. Ado in Chron. Ann. Domini 492. Gelasius opuscula Fausti inter Apocrypha retulit.

Faustus Pelagianizat, Pelagium damnans.

Hic Faustus epistolam verè Catholicam ad Lucidum, magni nominis presbyterum, reuocans eum ab erroribus circa gratiam Dei, & liberum arbitrium, miserat, quam sibi oblatam Arelatensis Synodus subscribendo probauit; qua, eadem auctoritate, subiecta operi suo vitioso, probare illud, & roborare voluit. Sed propterea a fine in principium bono consilio reuocata fuit, ne incauti deciperentur.

D Huius Fausti extat libellus de creaturis, in quo mira calliditate, & nequitia S. Hieronymi abutens testimonio asserere conatur animas esse corporeas, quem errorem confutauit luculenter Claudianus presbyter, S. Mameici Vienn. Episcopi frater tribus disertissimis libris ad Sidonium, qui eos luculenta epistola laudauit. Sidon. [b] & in præfat. Claudiani operis, qualis porro, quantusque vir fuerit Claudianus, prætérquã quod libri hi eius satis probant, Sidonius etiã testatur li. 4. [c] Gennad. [d] & Ado.

b lib. 4. ep. 3
c ep. 2. uet. edit. & 11.
d cap. 83.

S. Honoratus Massiliensis Episcopus, per hæc tempora, eloquentissime scripsit; cuius opera Gelasius Papa comprobauit. Gennad. c. 99.

E Gennadius presbyter Massiliensis plura scripsit, aliqua ex parte, fuligine Pelagianorum tincta. quod opus extat de ecclesiasticis dogmatibus, sub nomine Augustini, certum est esse Gennadij, quem ad Gelasium Papam misit, & eius opera, vel quomodocunque id acciderit, correctum fuit, maxime, quæ a cap. 21. ad 52. interiacent; sed plene Catholicum redditum, & vita laudabilem, assumptum postea ad eiusdem ecclesiæ Massiliensis Episcopatum, indicat elogium Hadriani Papæ de eodem Gennadio in epistola ad Carolum Magnum, extat tom. 3. epist. Rom. Pont. Gennad. de se ipso in script. ecclesi.

Zeno Imp. interficit Pelagium Patricium, virum præclarum, & carminum scriptione insignem, quod is pro sua prudentia, & iustitia, libertatem dicendi, sibi sumens, eius nefanda facinora palam incessebat, quo audito, magnus mœror bonos inuasit. Interficit etiam Zosimum Rhetorem Gazęum, & Arcadium Præfectum, & alios illustres viros. Marcellin. Cedrenus.

Leon-

A Leontius Monachus sacras profitens literas, occulta scripturæ loca, prophetica gratia declarat, qui & Zenonem argutè carpsit. Suidas.

Theodoricus ad Duram fluuium Odoacrem Regem tertio certamine superat, qui Rauennam fugiens, obsidetur inclusus. Cassiod. in Chron.

Christi Annus 491. *Felicis Pap.* 9. *Zenon. Imp.* 18. *Odoacr. Reg.* 16. *Olybrio Cons.*

Zeno Imp. 17. anno confecto, & mensibus quinque, vt habet Marcellin. comitiali morbo extinguitur, Euagr. a plures, mortuum creditum, sepultum viuum fuisse aiunt. Cedren. Zonar. Ariadna Zenonis vxor, reiecto Zenonis fratre Longino, Anastasio ex schola silentiariorum defert Imperium, non sine suspicione turpis consuetudinis inter ipsos. Euagr. b (a 3. cap. 29.) (b 3. c. 29.)

B Petrus Mogus vastator, & prædo ecclesiæ Alexandrinæ, moritur anno 13. occupati Episcopatus, & a morte Timothei orthodoxi, sufficitur illi ab hæreticis Athanasius ea sede, & nomine plane indignus, cognomento Herniosus, communione cum Palladio Antiocheno iunctus, qui cum Petrum Mogum reciperet, habuit a se dissidẽtes Acephalos. de eo Euagr. Niceph. Liberat. Leontius scholasticus.

Euphemius Episcopus C P.nus restitit Anastasio, vocans eum hereticum, nec prius eum coronari passus est, quàm probaret Synodum Chalcedon. & Catholicæ fidei professionem apud eum ederet, quam & edidit. Theodor. lect. (Episcopus C P.nus nõ prius coronat Imp. q̃ se Catholicũ profiteatur.)

C Felix litteras de Imperio gratulatorias ei mittit, quem putaret Catholicum maxime edita professione fidei apud Euphemium. Gelasius in commonitorio ad Faustum.

Anastasius in priuata vita sic se gessisse visus est, vt magnam de se optimi Imperatoris spem dederit, cui etiam in Circo sedenti pop. acclamauit, sicut vixisti, ita etiam impera, Domine. Cedren. Gelas. epist. 10. Anastas. epist. ad eum prima. Delatores funditus ex vrbe sustulit, aboleuit immodicum, & impurum tributum Chrysargyrum dictum, Magistratus, qui venales fuerant, gratis contulit. Cedren. Theod. Lector. (Imp. initia bona progressus pessimi.)

Sed statim mutatus in deterius, stabilito iam Imperio, vniuersum Imperium Aristocratiam fecit, Magistratibus omnibus uendendis, & delinquentibus ignoscendo, inexplebili pecuniæ auiditate incensus. Suidas hæc, & plura alia.

Bellum plebeium inter Byzantios ortum, parsque Vrbis plurima atque Circi igne cõbusta. Marcellin. in Chron. causa non dicitur, sed verisimile est excitatum a studiosis (Seditio C P.li.)

D Longini Zenonis fratris, incenso etiam nobilissimo Sophiæ templo. Procop. de ædifi. Iust. Imp. (S. Sophiæ Tẽplũ Cõcrematur.)

Ioannes Coloniæ in Armenia episcopus, postquam decem annos episcopatum administrasset, & precaretur a Deo indicari sibi locum quietum, & aptum ad salutem consequendam, diuinitus mittitur in Lauram Palæstinæ ad S. Sabam, cum iam 38. esset annorum, qui post, eximia sanctitate illustris, silentiarius est cognominatus. Cyrill. in Vit. S. Sabæ. c (c c. 26. apud Sur. tom. 6.)

Odoacer Rauenna noctu egressus cum exercitu, ad Pontem Candidum a Theodorico iam quarto, memorabili certamine, superatur; & Vuandali pace suppliciter postulata, a Siciliæ solita deprædatione cessant Cassiod.

E S. Patricius primus Hiberniæ episcopus, cum esset annorum octoginta duorum, obijt. Qui, cum esset annorum sexdecim, venditus est; sex annos uixit in seruitute, in Romanis partibus, sexaginta annis in Hibernia prædicauit. Marianus Scot. sed Probus, qui vitam eius scripsit. aliter supputat annos eius, qui centum & triginta duobus annis eum vixisse tradit. ad quam ætatem planè peruenisse oportuit, si 30. annorum S. Martini discipulus fuit. (De S. Patricio Hibern. Apostolo.)

Christi

Christi Ann. 492. *Gelasij Papæ.* 1. *Anastas. Imp.* 2. *Odoacr. Reg.* 17. *Anastasio Aug. & Rufino Coss.*

FElix III. Papa moritur 5. Kal. Mart. cū sedisset ann. 9. minus d. 12. hic atauus S. Gregor. Papæ fuit. Martyrolog. Rom. S. Gregor. Papa hom. 38. in Euang. & 4. Dialog. c. 16. 2. d. Martij subrogatur Gelasius Afer lib. de Rom. Pont.

Euphemio episcopo petenti per litteras communicationem cum Sede Apostolica negat Gelasius, & hortatur ad tollendum de Diptychis nomen Acacij, epist. Gelas. 9. in qua, præter alia, pulchrè docet quatenus errantibus condescendendum. (*Quaten⁹ errantib. cōdescēdēdū docet Gelas.*)

Gelasius epist. ad Laurentium Lignidi episcopum, sed circulari ad omnes alios Macedon. episcopos, studet eos retinere in officio Catholicę, & Apostolicæ communionis, cum Metropolit. episcopus Thessalonicenses cum Acacianis sentiret, aut saltem eum eum non damnaret. epist. Gelas. prima (secunda est ad Dardaniæ episcopos) qua nunciat se Pontificem electum, Catholicæ fidei libellum transmittit, hortaturque ut cum Eutychianistis non communicent, & muneri Pastorali inuigilent. B

Sallustius Ierosolymit. episcopus octauo suę sedis anno è uita decedit; succedit Elias Arabs laudatissimus discipulorum S. Euthymij, de cuius Sede iam Sāctus prędixerat. Cyrill. in Vit. S. Sabæ hic Monachi uitam, ut anteà degens, plures apud se collegit Monachos. Sophron. prat. Spirit. c. 35. (*5. Decēbr. apud Sur. c. 38. & 69.*)

Bellum Isauricum inchoatur, quod sex annis, ut Marcellin. quinque, ut Theodor. Lector durat, quo, initio prospere succedente, insolentior factus Anastasius, pœnitens facti, professionem suæ fidei episcopo traditam, extorquet. Theodor. Lector. C

Anastasium alij putauere Manichæum, quòd matre Manichęa natus esset. Alij acephalum, ut Acta Theodosij Cœnobiarchæ, alij, ut Leontius, ex numero illorum hæreticorum, qui cum neutri aduersantium parti inhærerent, hæsitantes dicti sunt, qui ijdem quod capite carerent, Acephali quoque dicti sunt, quam sectam probauit, quasi hac ratione conciliaturus utrosque, & pacem Ecclesiæ redditurus. Vide Leontium de sectis. (*Hæsitantes hæretici, vtramque diuersam sectā probantes.*)

Christi Annus 493. *Gelasij Pap.* 2. *Anastas. Imp.* 3. *Theodor. Reg.* 1. *Cons. Albino Iun. Cassiodorus cum collega Eusebio, Marcellinus.* D

TErtio anno obsessę Rauennæ, sequestre episcopo, conuenitur, ut vterque Theodoricus & Odoacer pariter regnent; certis conditionibus, quibus aliquādiu vtrinque seruatis; Theodoricus, per causam quod insidias in se machinatus esset, Odoacré ad epulas fraudulenter vocatum occidit, & gentem eius sibi conciliat, tenetque Gothorum, & Italicensium regnum nomine Regis, Imperatoris nomine & insignibus abstinens. Procop. Cassiodor. vt qui in gratiam Theodorici, cui erat ab epistolis, & Iordanus, quia suorum Gothorum scribebat historiam, proditionem omisere. (*Theodoricus, Odoacre occiso, solus ī Ital. regnat.*)

Theodoricus missa legatione, pacem ab Anastasio petit, & impetrat, Cassiod. ep. 1. pacem quoque cum omnibus Regibus conciliat. Audeflendam Clodouei filiam in uxorem impetrat: Filiarum, ex concubina, alteram Alarico Gothorum, alteram Burgundionum Regi elocat. Zordan. Marcellin. E

Iulianus Magister Militiæ, uocturno prelio, Getico ferro in Thracia confossus, interijt. Marcellin.

Tumultus CP.li in quo statua Regis deiecta, & raptata a plebe, fauente ut proditur Longino Zenonis fratre ab Imperio excluso, ob eius profusiones. Marcellin.

Gelasius Papa, alteri Regiorum Legatorum, Fausto, Magistro officiorum commendat, ut Euphemium CP.num studeat ad obsequium Ecclesiæ Roman. adducere; qui cū Gelasium admonuisset de obstinata Euphemij voluntate, & pluribus eius querelis; re-

scribit

A scribit ad eum commonitorium, quo docet, quomodo omnes querelas retundat, & caussam Eccl. Rom. iustissimam esse ostendat.

Gelasius epist. 3. ad Honorium in Dalmatia episcopum, monet de Pelagiana hæresi, quam audisse se ait, in Dalmatia pullulare. at Honorius dolens se negligētiæ, & proditionis Catholicæ fidei accusari, rescribit: ad quē rursum Gelas. epist. 4. docet, quàm expediat, in his peruestigandis studiosiorem esse quàm remissiorem.

Idem epist. 5. ad Episcopos per Picenum, significat audisse se de sene quodam deliro Pelagij dogmata, disseminante Episcopis conniuentibus, atque ferè probantibus, de quo eos magnopere redarguit, & legatum ad ea, & alia corrigenda mittere se ait Romulum S. R. E. Diaconum Cardinalem. Vbi notandum, Theodoricum Regem Arianum occupata Italia nullum impedimentum attulisse Rom. Pont. quominus legationibus, & litteris munus suum exequeretur, quod iam vix, ac ne vix quidem, aliquando licet, sub orthodoxis Principibus. Sub Ariano Rege Rom. Pōt. legationib. & litteris munus suū libere obit.

B Inuentio Cryptæ Gargani montis in Apulia, quæ ex apparitione S. Michaelis Archangeli reddita celeberrima, pio cultui est mancipata. Sigebert. Sed & alia apparitione erat prius Romæ illustris memoria S. Michaelis Archangeli, in cuius venerationem festa dies peragi consueuit, & in eius laudem Drepanius Florus, celebris suæ ætatis, poeta, cecinit sacrum hymnum, extat tom. 8. Biblioth. SS. PP. Apparitio S. Michaelis Archāg.

Christi Ann.	Gelasij Papæ.	Anastas. Imp. 4. Theodor. Reg. 2	Asterio, atq; Præsidio Coss.
494.	3.		

C Gelasius, auditis à Legatis CP.[li] reuersis, quæ ab Imperatore Anastasio accepissent, apologeticam ad eum scribit epistolam, extat in capitulari Francorum, [a] & in tom. 1. epist. R. P. a lib. 5. cap. 167.

Euphemius in dies obstinatior, studet alios etiam reuocare ab Apostolicæ Sedis cōmunione; & ad se attrahere, at Episcopi Dardaniæ & Illyrici, inter alios, fortes permansere; quos, missa legatione, & litteris Gelasius, etiam atque etiam confirmat. epist. 8.

Idem Gelasius CONCILIO ROMÆ HABITO septuaginta Episcoporum, plura statuit ad auctoritatem, dignitatem, & puritatem fidei ecclesiæ Rom. & decretū edit de sanctis scripturis, Concilijs generalibus, & scriptoribus ecclesiasticis, alios

D probans, alios damnans, alios in apocryphis censens. De Primatu quoque Ecclesiæ Rom. super omnes Ecclesias, & Prærogatiua sedium Patriarchalium breuiter agit, addens anathema in omnes hæresiarchas, & Schismaticos.

Idem epist. ad Episcopos Lucaniæ, Brutij, & Siciliæ plura statuit, ad ecclesiæ disciplinam; quæ, ob bella, iacturam passa erant, restituenda, & rursum alia data ad Episcopos Siciliæ sexta & septima num. In qua 7. ad Episcopos Sicilię, illud notandum manet, præter illam partem, quæ erogari debet in pauperes, suæ cuiusque diœcesis, vt de sua Episcopus debeat alere peregrinos atque captiuos.

Clodoueus Rex Francorum in Gallijs Clotildem Christianam feminam Burgundionū Regis Gundebaldi neptim, vxorem accipit. Gregor. Turon. [b] Aimoinus [c] Hincmar. in Vit. S. Remigij. [d] b lib. 2. cap. 28. 29. c 1. c. 13. d apud Sur.

Laurentius Episcopus Mediolan. & Epiphan. Ticinens. legationem obeunt ad Theodoricum, ad leuandas Liguriæ, & Æmiliæ calamitates, quibus, præ ceteris eæ

E prouinciæ premebātur, vt quæ fortius pro Erulis steterant. Ennod. Idem Epiphanius a Theodorico missus est Legatus vna cum Victore Taurinensi Episcopo ad Gundebaldum Burgundionum Regem pro captiuis Italicis redimendis. Cassiod. lib. 12. Var. ep. 29. Ennod.

Gundebaldus Burgundionum Rex sciens veritatem fidei esse apud Catholicos, clā chrismari petijt a S. Auito Episcopo Viennen. qui exigens ab eo confessionem fidei Catholicæ necessariæ ad salutem, non impetrauit, atque ille in hac insania mortuus est.

Alci-

Alcimus Auitus Viennens. Episcopus sanctitate, eloquentia, doctrina, libris pluribus, contra hæreticos, scriptis, & alijs, clarus, floret: fratrem habuit Apollinarem Valentiæ Episcopum, miraculis insignem. Pater fuit Isicius, Senator, & post Viennens. Episcopus. Ado in chron. Greg. Turon. [a] A

a 2. c. 34.

Theodoricus quamuis Arianus, Catholicos tamen gratos habebat, & cuidam Catholico apud illum gratiosissimo, in eius gratiam ad Arianos transeunti, caput resecuit, dicens, si Deo fidem synceram non seruasti, quomodo mihi, qui homo sum, conscientiam sanam præstabis. Theodor. lect. Nicephor. [b] Zonar. Cedren.

b 16. c. 35.

De alio quodam Ariano Olympio nomine per hoc tempus, blasphemante Sanctissimam Trinitatem, admirandum quiddam narrat S. Io. Damascenus ex Theodoreto historico (Iuniore nimirũ, de quo Theodorus Lector meminit in lib. Collectanorum posteriori: vbi Theodoretus, pro Theodoro legatur, illo Lectore, quẽ Suidas historiã scripsisse a Constantino ad Iustinianum tradit) in balneo dirissimo mortis genere extincto quod miraculum Anastasius Imp. iussit coloribus exprimi, & ad Nerophorum collocari. opportune Deus, Regibus Arianis vbique fere regnantibus, per hæc admiranda ostendere voluit non esse illic Deum, vbi vi armorum Reges impij dominantur. B

Magnus ille Monachorum Patriarcha, Occidentalis decus ecclesiæ Benedictus, Nursinus, patria; Romę literis dans operam, ab Vrbe recedens, profectus in solitudinem, sublimioris vitæ Monasticæ prima iacit feliciter fundamenta. Vetus hist. Cassinensis.

Britanniæ ecclesia ab hostibus Insulæ inuasoribus liberatur, qui Badonicum montem obsidentes, dirè ab Incolis trucidati sunt. Beda de gest. Angl. [c] C

c lib. 1. c. 15 & 16.

Christi Ann.	Gelasij Pap.	Anastas. Impp. 5. Theodor. Reg. 3.	Viatore Cons.
495.	4.		

Sedes Apostolica supra Cõcilia

Gelasius cognito studio Euphemij alienandi Orientales Episcopos a Sede Apostolica, scribit epistolam ad Dardanos Episcopos, quam tamen, omnibus, vult esse communem, Catholicis, & contraria sapientibus, vt ipse in fine ait, quod & sanis necessaria firmitas, & malè sanis competens medicina præbeatur. In ea ostendit auctoritatem Sedis Apostolicæ supra Concilia, est epist. 11.

Idem in Concilio quinquaginta quinque Episcoporum, Misenum, olim sub Felice Legatum & prępuaricatorem depositum, supplicem, sui erroris veniam petentem, & hęreses omnes detestantem, absoluit, & Ecclesiæ suæ restituit. Anastas. Bibliothecarius. Extat recens inuentum in vetustis codicibus Vaticano, & Virdunensi, in Annalibus quidem integrum, in tom. 1. epist. Rom. Pont. mutilum. D

Euphemius episcopus CP.^{nus} ab Anastasio Imp. in exilium eijcitur, quasi sensisset cum Isauris aduersus Imp. (Marcellin. & Theodor. Lector.) sed re vera, quod vt Suidas ait, comminatus illi Euphemius fuisset, se illum in ordinem redacturum, si perseueraret hæreticus. Macedonius illi subrogatur ex presbytero, & custode ecclesiæ, populo improbante. Quod vero Theodorus ait Macedonium consensisse Enotico Zenonis, falsum apparet ex Cyrillo in Vita S. Sabæ cap. 69. qui affirmat eum rectam fidem amplexum, illique communicasse Heliam Ierosolym. non tamen ijs, qui Euphemium expulissent. E

Gundabundus Rex Vandalorum in Africa, anno suo decimo inchoato, instaurata persecutione, & Eugenio Carthag. Episcopo in Gallias relegato, moritur. Turon. hist. Franc. [d] Gelas. [e] Gennad. [f]

d 2. c. 3.
e ep. 11.
f c. 97.

De Eugenio mortuo in Albigensi Ciuitate, & miraculis ibi editis. Turon. lib. 1. de mirac. cap. 58.

Trasamundus frater succedit Gundabundo, quem Procopius sapientię nomine, & magnitudinis animi laudat, & Christianos præmijs, & honoribus ad Arianismum inuitasse, & criminibus obnoxios premijs ad meliorem mentem adduxisse, ait, & Ana

A stasio Principi amicissimum fuisse. Ad eum Fulgentius libros scripsit, in quorum tertio, cum Patre meliorem appellat. Et Theodoricus Rex Italiæ sororem suam Amalafridam matrimonio iungit, apud Cassiod. Var. lib. 5. epist. 44.

Christi Annus 496. Gelasij Pap. 5. Anastas. Imp. 6. Theodor. Reg. 4. Paulo Cons.

GElasius migrat è uita 11. Kal. Decembr. cum sedisset ann. 4. mens. 8. dies 19. & post 7. dies sublegitur Anastasius Romanus. Indices Vatic. & Anastas. in lib. de Rom. Pont.

B Scripsit Gelasius aduersus Eutychetem, & Nestorium grande, & præclarum volumen (Gennad.) in quinque libros partitum (Anast. de Rom. Pont.) quale & quantum non est, quod perbreue extat, & alterius Gelasij esse probatur, quem Photius ait scripsisse historiam de rebus gestis in Synodo Nicæna, in cuius præfatione se exagitatum ab Eutychianis tradit tempore Basilisci Imp. & disputando eos confutasse, & in exordio libri de duabus naturis contra Eutychetem, atque Nestorium affirmat, se ob recentem obortam ea de re controuersiam opus illud esse aggressum, vt de auctore amplius dubitari non debeat: eoque minus, quod in vtroque opere sui persimilis sit, in hist. Cõcil. Nicæni plurimum laudando Euseb. Cæsariensem, & in altero libello, eius, tanquã Catholici Magistri, afferendo testimonium (post Athanas. ante Gregor. Nazianz.) quem constat fuisse Arianum, locus est apud hunc Gelasium aduersus Eutych. & Nestorium, qui specie aduersari videtur doctrinæ Catholicæ de Eucharistia, sed re vera C non aduersatur, vide in Annalibus, & alibi per commodam interpretationem. Opus quod extat quasi Gelasij contra Eutychem, non est Gelas. PP.

Alia quoque scripsit de quibus Gennad. & Anastasius. Extat nobilis scriptio eius aduersus Andromachum Senatorem ceterosque Rom. qui Lupercalia secundum morem pristinum colenda pugnabant. quæ ille Decreto abrogauerat. De alijs eius rebus gestis. Anastas.

S. Gelasij Sed. Rom. Pontificis auctoritate, & Neapolitano pop. exequijs reuerenter occurrente, corpus S. Seuerini, iam antè in Italiam relatum, in Castello Lucullano, per manus S. Victoris episcopi, Mausoleo, quod illustris femina Barbaria cõdidit, collocatum est, qua celebritate, multi, languoribus diuersis afflicti, quos recensere lõgum est, recepere protinus sanitatem. Eugip. Translatio corp. S. Seuerini ornata miraculis.

D Floret per hæc tempora Paschasius Rom. Ecclesiæ Diaconus, ad quem Eugipp. Habes egregie Christi minister commemoratorium, de quo opus efficias, cum Magisterio, fructuosum. Et Paschasius ad eum rescribit, quæ epist. extat. Hic est Paschasius, cuius S. Gregorius in Dialogis, miraculum recitat, cuius item extant libri duo de spiritu sancto, quos ait S. Greg. rectissimos, & luculentos. a Paschasius S.E.R. Diacon.

a 4. c. 40.

Palladio Antiocheno episcopo Eutychiano mortuo, decimo Sedis anno, succedit Flauianus Iunior orthodoxus.

Epiphanius Ticinensis episcopus pro Liguribus, de releuatione tributorum, Legatus ad Theodoricum missus, impetrat vt tertia tantum pars soluatur. Ennod. Reuersus in patriam, decedit anno ætatis quinquagesimo octauo, Sedis trigesimo, succedit Maximus. Ennod. Epiph. Epi Ticin. obitus.

E *Christi Ann. 497. Anastas. Papæ 1. Anastas. Imp. 7. Theodor. Reg. 5. Anastas. A. iterum Cons.*

ANastasius Legatos mittit Germanum Capuanum, & Cresconium Tudertinum, episcopos, cum litteris ad Anastas. Imp. de abolendo Acacij nomine, & ecclesiæ vnione procuranda. Ext. litt. tom. 1. epist. R.P.

Apocrysarij ecclesiæ Alexandrinæ, libello oblato, Legatis Sedis apostolicæ CP. de sua fide, quam videri volebant Catholicam, nulla tamen mentione probationis

Synodi Calced. communionem subripere Ecclesiæ Romanæ tentant. Extat libellus, in quo apparet, & corruptam ab hęreticis fuisse epistolam S. Leonis, de fide; & legationem Alexandria antea missam, Romæ non fuisse receptam. A

Athanasius hæreticus, episcopus Alexandrinus, anno septimo moritur, illi succedit Io. cognomento Mela hæreticus & ipse. Leontius de Sectis.

Festus Senator, propter quasdam ciuiles necessitates Legatus missus CP.lim cum videret memoriam SS. Apostolorum Petri, & Pauli minus celebrari, impetrauit vt splendidius, & honorificentius celebraretur.

Christi Ann.	Anastas. Papæ	Anastas. Imp. 8. Theodor. Reg. 6.	Paulino, & Ioanne Scytha Coss.
498.	2.		

B

ANastasius Papa moritur 16. kal. Decemb. cum sedisset annos duos, minus diebus septem, de quo falsa quędam habet liber de Rom. Pont. sparsa a schismaticis Laurentianis. Quarto post die, nempe 10. kal. Decembr. creatur ex Diacono Pontifex Symmachus, natione Sardus; quo item die, in schismate ex episcopo, præter morem, creatur Laurentius Romanus, id agente Festo Patricio, in gratiam Anastasij Imp. quod sciret ab eo fore subscribendum Zenonis Enoticon, quod illi promiserat se persuasurum Anastasio, quem rediens ex legatione reperit mortuum.

Schisma Laurentianum.

C

DIuiso Clero, & Senatu, cædes, & alia plurima mala consecuta. Cui contentioni cum longum esset per Concilium prouidere, conuenere partes, vt ambo Rauennam pergentes iudicio starent Regis, qui prius ordinatum, & a pluribus, Symmachum probauit, Theod. lect. & Bibliothecarius.

Paschasius S.R.E. Diaconus doctrina & sancitate præstans, Laurentio fauit, de quo iam defuncto, miraculum narrat S. Greg.[a]

Longinus Isaurus Zenonis frater, captus, Anastasio oblatus, ludibrio est, & variè cruciatus, interficitur, homo nequissimus. Marcellin. in Chron.

Magnus ille Anachoreta Ioannes Silentiarius cognomento, S. Sabę discipulus agnoscitur, qui cum cogeretur a S. Saba initiari presbyteratu, ne in sacerdotij iteratione sacrilegium patraretur, se iam olim episcopum fuisse ordinatū, Eliæ Ierosolymitano coactus fuit propalare, qui seorsum agere, & silere permissus, Silentiarij cognomen inuenit. Cyrill. eius discipulus in Vit. S. Sabæ. D

[a] Dialog. 4. c. 40.

Io. Silentiarius agnoscitur, ex episcopo, Anachoreta.

Christi Ann.	Symmachi Papæ	Anastas. Imp. 9. Theodor. Reg. 7.	Io. Gibbo Cons.
499.	1.		

aliàs post Paulini Consul. antequā innotuisset Occidenti Consul Orientalis.

E

SYmmachus, conuocato Concilio Italiæ episcoporum ab omnibus cognitus, & probatus est episcopus Rom. qui & Laurentium, ex intuitu, inquit, Anastasius, misericordiæ, Nucerinum episcopum fecit, & Decretum statuit de comprimendo ambitu in electione Rom. Pontificis, ex cuius Concilij Actis corrigas, quę Theodor. Lector. falsò Theodorico adscribit de conuocata ab eo Synodo.

Primum Conc. Symmachi.

Frustra expectatis litteris ab Imp. Anastasio ad recens creatum Pontificem mitti solitis, Symmachus eum grauiter admonet, vt a communione, & patrocinio hæreticorum desistat.

Bulgari in vltionē rebellis populi, & Principis, diuinitus immissi, vastāt Thracias,

Roma-

A Romanum exercitum profligant. Anastasius ferro victus, auro grassationem illam redimit. Marcellin. in Chron.

Pontica Regio terræmotu concussa. Marcell. sub terrẹmotum audita vox, Domum, in qua theca est Gregorij Thaumaturgi, seruate, quæ & seruata est, magna parte ciuitatis prolapsa. Theodor. lector. a

Clodoueus periclitans cum toto exercitu in prẹlio cum Alemannis, Christo inuocato, & conuersione promissa, victor euadit, & mox exequitur quod promiserat, S. Remigio Rhemensi episcopo, eum præeuntibus, & subsequentibus miraculis, baptizante. Turonens. de gestis Franc. b Hincmar. in Vit. S. Remig. c extat Theodorici epistola apud Cassiod. d Victoriam Clodoueo gratulantis, & ad moderationem hortantis.

B Licet plurimi in conuersione gentis Francorum laborarint; S. Vedastus Atrebatensis episcopus, qui primus Regem instruxisse fertur, in eius vita ab Albino Flaceo conscripta: S. Remigius; S. Solemnis Carnutensis episcopus; prima tamen laus ab Hormisda Papa tribuitur S. Remigio, extat in vita eius apud Sur. 13. Ian. epist. Hormisdæ Papæ ad ipsum.

Admirandum, & Apostolorum temporibus dignum miraculum, vt ait Hormisda Papa, inter cetera, ampulla fuit chrismatis, columbæ ore cœlitus allata, qua tum fons ipse, more solito, tum etiam Rex Clodoueus sacratus est, cuius exemplo, & reliqui omnes successores Francorum Reges consueuerunt inungi. Aimoinus, Hincmarus.

Clodoueus etiam ante baptismum plura donauit B. Remigio, & diuersis ecclesijs, in gratiam S. Genouefẹ, sanctissimæ Virginis Parisiensis, quam plurimum reueritus est, & post baptismum cuncta, quẹ fuerant ecclesijs ablata, restituenda curauit, & alia plurima contulit. Vita S. Genouefæ e S. Remig. in suo testam. Hincmar. in Vita.

C Schismatici occultè reuocato Laurentio episcopo Nucerino, facto per calumniam, deferunt Symmachum ad Regem Theodoricum, & Visitatorem Ecclesiẹ Romanẹ dari petunt, qui de criminibus illi impositis inquirat, quem & contra Canones dat Petrũ Altinẹ ciuitatis episcopum, Bibliothecarius.

> a lib.2. propè finem.
> Clodoueus fit Christianus.
> b li.2.c.30. 31.
> c apud Sur. 13. Ian.
> d Var.2.ep. 41.
> e apud Sur. 3. Ian.

Christi Ann.	Symmachi Pap.	Anastas. Imp. 10. / Theodor. Reg. 8.	Patritio atq; / Hippatio Coss.
500.	2.		

D Catholici legitimi Eccl. Rom. Pontificis causam defendentes, reique indignitatem, cum iniquitate, coniunctam, exhorrescentes, aduersus missum, nempè contra Symmachum a Rege Visitatorem, eundemque parti schismaticorum addictum, absentem Regem interpellant, vt sineret res Romanẹ ecclesiẹ, more maiorum absq; ignominiæ nota tractari. quibus annuens Rex, ad maiorem securitatem, & libertatem Concilij, præsentiam suam dilatam hactenus, opportuno tempore vrbi, ciuili bello periclitanti, exhibere dignum, necessariumque putauit. quàm gloriosè exceptus fuerit a Senatu, populoque Rom. habetur in vita S. Fulgentij, qui per hoc tempus Romam veniens ad limina Apostolorum, id spectauit & ipsum Theodoricũ, in loco, qui Palma aurea dicitur concionantem, ingenti plausu Romanorum, audiuit. De hac tota re legendus apologeticus Ennodij pro Symmacho.

Petrus datus a Rege Visitator, cum Schismatico Laurentio, CONCILIO (quod secundum est) 115. episcoporum, condemnatur. Anastas. in Symmacho.

E Symmachus, litteris ad Liberium Patricium, prẹbet assensum electioni Aquileiensis episcopi, est 1. epist. tom. 1. epist. Decret. & tom. 1. Conc.

> Visitatorẽ Ro. Ecclesiæ dari a Rege, abnuunt Romani.
> Secundum Conc. Symmachi.

Christi Ann.	Symmachi Pap.	Anast. Imp. 11. Theod. Reg. 9.	Auieno, & Põpeio Coss.	Marcellin. & Cassiod.
501.	3.			

Sextum Sæculum.

Tertium Conc. Symmachi.

REgis præsentiam reueriti, furore æstuantes Schismatici, hoc anno quiescũt. Quod vero ab aduersarijs plura horrẽda crimina Symmacho obijcerentur, mãdat cogi CONCILIVM, ipso Symmacho per litteras, præstante consensum. Acta Concilij sub Symmacho.

Anastasius Imp. per Festum Senatorem Romæ, auctor Schismatis CP.num populum Catholicum, sibi, ob Conc. Chalced. aduersantem, clausum in theatro, & inermem, im missis militibus cum gladijs, trucidat. Marcellin. in Chron. Felices plane, & inter Martyres recensendi, nisi Acacij communione polluti essent. Idem seditionẽ timens, Eparchum ciuitatis mandat cum armatis militibus insequi populum litanias obeuntem, quod in consuetudinem abijt. Theodor. Lector. Collect. 2.

Macedonius episcopus CP.nus sicarium sibi ab aduersarijs immissum, & deprehensum, donatum dimittit, quod & in sacrilegos quosdam fecit. Idem Lector.

Christi Annus	Symmachi Pap.	Anastas. Imp. 12. Theodor. Reg. 10.	Auieno Iun. Marcellino, & Probo Cassiod.	Coss.
502.	4.			

Pro quo male in Actis Synodi Rufus inscribitur.

Quartũ Cõcil. sub Symmacho.

SYNODVS QVARTA SVB SYMMACHO, PALMARIS DICTA, fortè a loco idest a porticu Palmaria dicta in Basilica Sancti Petri, ut est apud Bibliothec. in Honorio.

Symmachus de obiectis criminibus, iuri suo cedens, se iudicio minorum iudicandum permittit. Acta Synodi quartæ ante quàm aliæ duæ hoc anno habitæ uidentur Actiones, prior in Basilica Iulij, posterior in ea, quæ dicta est Ierusalem, potius quàm Synodi, quorum Actorum mentio duntaxat reperitur in Actis Palmaris Synodi.

Prodiens ad Synodum Symmachus, magno piorum virorum, atque mulierum comitatu, lapidibus ab aduersarijs est appetitus, & cædes factæ.

Notẽt Principes in Ariano Rege, nihil ad se, pter reuerentiam, de ecclesiasticis negotijs, pertinere.

Interpellatus Rex a Symmacho, hæc præclarè respondit, à Principibus in Ariano homine imitanda. *In Synodali esse arbitrio, in tanto negotio, sequenda præscribere, NEC ALIQVID AD SE, PRAETER REVERENTIAM, DE ECCLESIASTICIS NEGOTIIS PERTINERE: committens etiam potestati Pontificum, ut siuè propositum vellent audire negotium, siuè nollent, quod magis putarent utile, deliberarent dummodo uenerandi prouisione Cõcilij, pax in ciuitate Romana Christianis omnibus redderetur.*

Symmach9

Symmachus in Synodo, quoad homines, absoluitur, quoad Deum, eius iudicio reseruatur; Schismaticis indulgetur, ut satisfacientes episcopo suo, misericordiam consequantur, & officijs ecclesiasticis restituantur. Abrogatur constitutio, auctoritate Regia, a Basilio Præfecto, bona illa quidem, sed non bene, statuta, & sancitur Decretũ de Bonis Ecclesiæ non alienandis.

In eadem Synodo, communi episcoporum consensu, Anastasium impium Imp. excõmunicat, ex Symmachi litteris ad ipsum Imp.

Sancitum præterea, ut presbyteri, & Diaconi habeant contubernales, quos uocant concellaneos, seu cellulanos, quasi præsentes testes: ut hinc conijci possit pulsatũ Symmachum enormis crimine adulterij.

Symma-

A Symmachus respondet hoc anno ad consultationes Cæsarij, vt creditur, Arelatẽsis episcopi, quem per hęc tempora uixisse constat. epist. Symmachi 3. tom. primo epist. Rom. Pont.

In his Synodis, sub Symmacho, insignes, præ ceteris habentur, Laurentius Mediolan. Petrus Rauennas, Eulalius Syracusanus, episcopi.

Bulgari rursum Thracias deprædantur nullo resistente, quos, persoluta pecunia, Anastasius auertit in Occidentem. Marcellin. in Chron.

Iacobus Syrus, non procul Amida, in Mesopotamia, pietatis causa inclusus, floret fama sanctitatis. Hunc Persæ sagittis petere cũ tentassent, diuino portento, manus, arcusq; immobiles uisi sunt consistere. Qua fama, Cabades Rex Persarũ commotus, illũ adijt, & horrore, cum Persis, qui aderant, captus, barbarorum noxam deprecari cępit. B ille uerò tantum uerbo malum hoc depulit. Tum Cabades pro meritis, ei, quod vellet, optionem dedit: tantum postulauit, vt homines, qui hoc bello ad eum visendum secederent, saluos esse vellet, quod Cabades facile concessit, & syngrapham pignoris loco, ac tutelæ dedit. nemore peruagato, plurimi ad eum confugientes seruabantur. Procop. de bello Persic. lib. 1. — Mira vis hominis Dei.

Amida validum Rom. præsidium in Mesopotamia a Cabade Persarum Rege, Monachorum proditione, & Marcellini, ignauia, vt Procopius tradit, post sex mensium obsidionem, capitur.

Christi Annus	*Symmachi Pap.*	*Anastas. Imp.* 13.	*Dexecrato,*	
503.	5.	*Theodos. Reg.* 11.	*& Volusiano*	*Coss.*

C

QVINTA ROMANA SYNOD. sub Symmacho. Rursum conueniunt episcopi aduersus Schismaticos calumniantes Synodi quartæ Symmachi absolutionem. Apologeticus eius Synodi liber ab Ennodio, mandato Patrum, confectus, lectus, probatus, & inter Synodalia, & Apostolica decreta relatus est, qui legendus est ad huius totius historiæ cognitionem.

Petentibus Patribus, vt omnes accusatores Symmachi damnarentur, & qui contra Synodum obloqui præsumpsissent, impetrauit Symmachus, ut omnibus ignosceretur.

Post vetera ecclesiastica Iura restituenda, proposuit, ne pop. in episcopum, in pastorem, oues, ipsum accusando insurgerent, fidei tantummodo causa excepta.

D Restituendos prius in integrum episcopos spoliatos, quàm dicere causam coram alijs episcopis cogerentur, & alia. Subscriptiones plurimorum Orientalium episcoporum huic Synodo affixæ videntur, per errorem, cum essent alicuius alterius Synodi: nam plures in illis reperiuntur subscripti in Concilio Chalcedon. ante quinquaginta duos annos. — Epi spoliati, nõ prius causam dicãt apud episcopos, q̃ in integrũ restituti.

Symmachus Apologeticam epistolam mittit ad Anastasium, aduersus eius calumnias, & maledicta, reuocans eum a communione hæreticorum, quo nomine omnino infamatum, omnes Græci testantur historici. Quò uerò ad Manichæos, quorum hæresi Anastasius calumniose infamauerat Symmachum. sic lib. de Rom. Pont. B. Symmachus, Inuenit Manichæos in Vrbe Roma, quorum omnium simulacra, uel Codices, E ante fores Basilicæ Constantinianæ incendio concremauit, & eos ipsos exilio relegauit.

Tres Rom. ductores, cum exercitu, a Persis cæduntur, & profligantur, a quibus pacem, & Amidam expoliatam auro redimit. Marcellin.

Initio fędere cum Persis, Barri populi Pontum inuadunt. Anastas. bellis occupatus, ab infestatione Orthodoxorum desistit, ut autem modicum a bellis quiescit, rursum contra ecclesiam, & Macedonium armatur. Theodor. a

a 2. Collec.

A

Christi Ann. 504. *Symmachi Pap.* 6. *Anastas. Imp.* 14. *Theodor. Reg.* 12. } *Cætheo Conf.*

SEXTA ROM. SYNOD. SVB SYMMACHO.

Decretum est, vt occupantes, ecclesię bona, siue mobilia, siue immobilia, siue ex largitione Regis, cuius non est decernere de bonis ecclesię, siue aliter indebite retinentes, nisi ea restituerint, ut hæretici manifesti, anathematizentur, nec nisi per satisfactionem ad communionem admittantur. Acta Concilij.

Regis non est decernere de bonis ecclesiæ.

Paruisse Theodoricum Regem Concilij Romani decreto, indicāt quæ rescripsit pro bonis ecclesiæ Mediolan. apud Cassiod.[a] præsente autem Eustorgio, nec recensito Laurentio in 6. Conc. Rom. qui in alijs subscripserat, dicendum est hoc tempore fuisse defunctum, longo iam senio fatiscentem, ut ex Ennod. patet, & de possessionibns ecclesiæ Narbon. idem rescripsit, apud Cassiod.[b] B

Vigebant per hæc tempora Romæ Magicæ artes, Paganis etiam ipsis horrendæ, ut dixit Gelasius in Andromachum, etiam apud nobiles, quo nomine delati fuerunt duo viri illustres Basilius & Prætextatus, quos Theodoricus, si criminis conuicti fuissent, puniri mandauit, quinque Senatorum, Præfecti Vrbis, & Comitis, statuto iudicio, ut est apud Cassiod.[c] sed fuga lapsos, idem Rex diligenter perquiri iussit.[d]

De fuga Basilij D. Greg. sic. [e] *Eo tempore, quo malefici sunt in hac vrbe deprehensi, Basilius, qui in magicis operibus primus fuit, in Monachico habitu Valeriā fugiens petijt, quem ad se perductum, Equitius Abbas, Diabolum se videre dixit, & instante tamen Amiternino episcopo, in Monasterio suscepit, sed paulo post eijciēdum præcepit, quod sanctimonialem Virginem suis magijs in insanum sui amorem excitasset. Qui* (pergit S. Greg.) *non post longum tempus in hac Rom. Vrbe, exardescente zelo Christiani pop. igne crematus est.* C

Equitius Abbas in Prouincia Valeriæ sanctitate, prædicatione verbi Dei, & miraculorum gloria illustris habetur. D. Greg. Papa.[f] colligitur tempus, ex epist. Theodorici apud Cassiod. supracitatis, ubi de Basilio Mago. Hic vir sāctus a Deo missus ad prædicandum, testimonium suæ legationis circumferebat uim miraculorum; qua deficiente, nullus non missus, ab ecclesiastica legitima auctoritate, prædicare præsumat.

Nō missus, absq; testimonio miraculorū, pdicare non præsumat.

Per Tolum, insignem Ducem, Theodoricus uincit Bulgaros, toto orbi terribiles, & Pannoniam Sirmiēsem sibi subijcit, & Italiæ iungit. Cassiod. Chron. epist. Athalarici apud Var. Cassiod. D

Trasamundus Rex Vandalorum in Africa, pacem quidem permittens Ecclesijs, sed vetans ordinari episcopos in locum demortuorum, rationem certam inierat extinguendæ Catholicæ in Africa ecclesiæ, quod aduertentes Byzacenæ prouinciæ episcopi (una hæc erat de pluribus) in Concilium congregati statuunt unanimes, ut omnibus ecclesijs pastoribus uacuis, ordinarent episcopos, quod & confestim opere expleuerunt, in quibus, Fulgentius Monachus raptus, Ruspensibus ordinatus est episcopus, quo Rex audito, omnes episcopos relegat in Sardiniam, sexaginta & amplius fuere ex Byzacena prouincia, ex alijs etiam prouincijs eodem modo relegatos constat, si quidem numerat Africanos episcopos exules in Sardinia Io. Diacon. Hist. Miscell. lib. 15. ducentos uiginti. Sigebert. in Chron. 225. tota ferè hæc narratio ex uita B. Fulgentij ab eius discipulo exilij comite, conscripta habetur. Tūc perhibetur trāslatio facta in Sardiniam Corporis S. Augustini, episcopi Hipponensis, simulque eius ornamentorum episcopalium, & aliarum plurium reliquiarum. Oldrad. episcopus Mediolan. epist. ad Carolum Magnum. Alij etiam episcopi in aspera Africæ loca relegati sunt. E

Translatio corp. S. Augustini in Sardin.

Per hæc tempora, inter Africanos Confessores illustris fuit B. Primasius Episcopus, de quo Cassiod. cap. 9. instit. diuin. lect. Nostris quoque temporibus Apocalypsis prædicta B. Primasij Antistitis Africani studio minutè & diligenter quinque libris exposita est, quibus etiam libris unus, quid faciat hæreticum, cautissima disputatione, subiunctus est.

S. Primasi⁹ scrib. in Apocal.

a Var. 2. ep. 29.
b Var. 4. ep. 17.
c Var. 4. ep. 22.
d epist. Var Cassiod. 23.
e dial. 1. c. 4.
f 1. Dial. capit. 4.
lib. 8 ep. 10. & lib. 3. ep. 23.

Sym-

A Symmachus, pro more Rom. Ecclesiæ, omni anno, ait Bibliothecarius, per Africam, vel Sardiniam Episcopis, qui in exilio erant retrusi, pecunias, & vestes ministrabat. addidit & litteras gratulatorias, & consolatorias cum reliquijs SS. Nazarij & Romani, expetitis. Extat apud Ennodium Diaconum pag. 318. Quid faciat hæreticum.

Trasamundus (vt vna omnia eius acta, quæ per singulos annos digeri non possunt, colligamus) nunc terroribus, nunc promissis, nunc captiosis interrogatiunculis Catholicorum animos ad deserendam fidem pertentans, Fulgentium sub specie agnoscendæ veritatis, quem ingenio & doctrina plurimum valere audierat, ab exilio reuocat, cuius aduentus occasione multi confirmati, multi reconciliati ecclesiæ fuerunt, atque adeò non nulli de Arianis Sacerdotibus: qui verbis, & scriptis Regem in admirationem quidem sapientiæ, eloquentiæ, humilitatis, non tamen ad fidem adduxit, & B aliquanto post redire iussit ad exilium, vbi plura scripsit. Ex eius Vita. S. Fulgentius euocat ab exilio, & remittitur.

Proba Virgo, & Galla Vidua, nobilissimæ Rom. feminæ, sanctitate celebres habentur, ad quarum vtramque scripsit B. Fulgentius libellos, & epistolas. Auctor Vitæ. De Galla S. Greg. Dial. 4. c. 13. Proba Virgo, & Galla vid. illustres Romæ feminæ.

Christi Annus	*Symmachi Pap.*	*Anast. Imp.* 15. *Theodor.* 13.	*Theodoro, & Sabiniano* Coss.
505.	7.		

MAnlius Theodorus, ex illo Manlio Theodoro, de quo cum laude S. Augustinus meminit, fortè propagatus, abdicatione a Consulatu, atq; a Mundo illustrior, C quàm ipso Consulatu, & auita nobilitate, licet coniugatus, inito cum coniuge sancta consilio, & mutuo consensu, Mundo nuncium remisit, cum admiratione Vrbis, & Orbis. Ad eum est epist. 6. Fulgentij. Par illustriũ coniugum mundo renũciãt

Anastasius leges subdolas sancit, quibus sub orthodoxo nomine, hæresim stabilire conatur [a] varièque se præmunit aduersus populum propugnatorem Chalced. Synodi. a l. 19. C. de episc. aud. & l. 20. C. eo.

Christi Annus	*Symmachi Pap.*	*Anast. Imp.* 16. *Theodor.* 14.	*Areobinda, & Messala* Coss.
506.	8.		

AGATHENSE CONCILIVM in Gallia Narbon. 35. episcoporum, Præside Cæsario Arelatensi episcopo, canones septuaginta & vnus sanciti de restituen D da ecclesiastica disciplina.

Alaricus anno Regni sui 22. Codicem Theodosianum, ex nimia prolixitate, contractum, auctum uerò aliquibus interpretationibus, per Auianum, edendum curat, visum ante, atque examinatam, probatumque ab episcopis, & vtendum Iudicibus tradit. Cod. Theodos. cõtractus euulgatur.

Cum Anastasius curasset pingi in Regia quædam monstra, & ab imaginibus Christianis aliena, magna contra eum populi orta est seditio. Cedren. quanto minus passus fuisset pingi in Ecclesia.

Orthodoxo episcopo, & Ariano de fide altercantibus, probationem fidei per ignẽ, Zelo incensus Catholicus, Ariano obtulit, quam ille recusauit, & Catholicus per ignẽ incolumis euasit. Cedrenus. Theodor. Lect. ad Marciani tempora refert. Miracula aliq.

E Ariano episcopo baptizante CP.[li] in nomine Patris, per filium, in Spiritu Sancto, aqua ex colymbetra euanuit. Theodor. Lector.

Anastasio vrgente Macedonium, vt Synod. Chalced. damnaret, respondit se, sine Vniuersali Synodo, cui Magnæ Romæ Episcopus præsideret, nihil se facturum. Quare Imperatorem contra se incitauit, qui, ob id, ad magnam ecclesiam confugientes inde auelli curauit, & leges libertatis hæreticorum ecclesijs, præbuit.

Io. Mela episcopus Alexandrinus hæreticus moritur, cum sedisset annos 9. subrogatur Ioannes tertius Machióta, & ipse hæreticus, Niceph. Chron. suscepit Zenonis Enoticon, & Synodum Chalced. damnauit. Theodor. Lect.

A

Christi Ann. 507. *Symmachi Papæ* 9. *Anast. Imp.* 17. *Theodor. Reg.* 15. *Anast. A.* 3m *& Venantio Coss.*

ALaricus Visigothorum in Aquitania Rex, quantumuis Arianus, quãdiu coluit, & frequentauit officijs episcopos communionis Catholicæ, feliciter regnauit, ad annum vsque 22. regni sui, postquam verò suspicionibus, & calumnijs aduersus eos aurem præbuit, eijciens eos in exilium, res eius in deterius lapsæ sunt; eiecit autẽ Cæsarium Arelatensem, quem Burdegalam relegauit, (quãuis post reuocarit) & Quintianum Rutenorum Episcopum, quem, cum delatus esset dicere, se Catholicum Catholicis velle Regem dominari (isque intelligeretur Clodoueus recens ad fidem Catholicam conuersus) quæsitum ad necem, exulare compulit. Greg. Turon. hist. Fr. lib. 2. cap. 36. B

Theodoricus præsentiens initia discordiarum inter Clodoueum, & Alaricum, leuibus de causis, per se ipsum, & alios Reges tentauit eos ad concordiam redigere (quod indicant eius epistolæ apud Cassiod. libri 3. quattuor primæ) quod cum non succederet, iungere se Alarico gentili suo statuit. Greg. Turon. scribit Zelo religionis permotum Clodoueum ad mouendum Alarico bellum, vt Ariano. [a]

a lib. 2. cap. 37.

Clodo. bellum parãs, ecclesiasticã disciplinam & immunitatem cordi habet

Clodoueus parans bellum, extruit ecclesiam Parisijs in honorem SS. Petri, & Pauli Apostolorum; curat cogi Concilium episcoporum Aurelianis, ad disciplinam ecclesiasticam restituendam, benedictionem a S. Remigio petit; & cauet, ne ullum damnum ecclesiasticis personis, aut rebus inferatur. Hincmar. in Vita S. Remig. Greg. Hist. Franc. lib. 2. c. 27. C

Reclusus in Monasterio Maxentius Abbas Turonensis, in agro Pictauiensi, floret gloria miraculorum.

Clodoueus cum Alarico confligens, cæso Rege cum exercitu, victor euadit, & Turonos regressus, multa Basilicæ S. Martini munera offert. Turonens. Procopius in hac narratione uariat a Greg. Turon. Aquilinus vir illustris, post pugnam cum Visigothis, cui interfuit, renunciat sæculo, & post fit episcopus Ebroicensis. Vita eius 19. Octob. apud Sur.

AVRELIANENSE CONCILIVM. 33. canones editi.

Geselicus Alarici ex concubina filius, Patri succedit, & post quattuor annos, infelicitate, & ignauia summus, de prælio fugiens, occiditur, Isidor. Ei succedit Amalaricus natus ex filia Regis Alarici, Procopius. D

CP.li seditio in Circo, milite armato obsistente, pars Circi combusta, & collapsa. Marcellin.

Anast. Daras præsidium contra Persas muniens, Anastasiopolimque vocans, reprobat S. Apostoli Bartholomæi reliquias, & audit in somnis Apostolum dicentem, propterea subuertisse ipsum ciuitatis custodiam. Euagr. Procop. Theod. Lect. Fecit, ut Manichæus, qui reliquias SS. execrabatur.

Christi Ann. 508. *Symmachi Pap.* 10. *Anast. Imp.* 18. *Theodor. Reg.* 16. *Venantio Decio Iun. & Celere Coss.*

QVod de Consulatu collato Theodorico Regi, ab Anastasio scribunt, Turon. Aimoin Hincmar. uerum quidem credendum est, sed Catholicum Regem, ab hæretico Imp. oblatum munus non accepisse, credibile est, certè non usus est, nec nomen eius in Fastis est ascriptus. E

Anastasius immissa classe, littora prædatur Italiæ, & inhonestam uictoriam Romani de Romanis referunt. Marcellin. in Chron.

lib. 2. de bello Goth.

Theodorici cum exercitu, aduentu, soluta obsidio Carchasonæ, & recuperata parte Galliarum, permissa Francis ea pars, quæ uergit ad Oceanum. Ex Procop. cui magis

cre-

A credendum, quàm Cassiod. & Iordano, Theodorici, & Gothorum studiosioribus, qui si res Francorum adeo attriuissent, ut narrant, quomodo ipsi Franci tamdiu persistere in obsidione Arelatensi potuissent? liberata denique urbe, ob constantiam, & damna, Arelatensibus quartæ indictionis tributum remisit Theodoricus. Var. lib. 8. ep. 10.

S. Cæsarius Arelatensis in obsidione Gothis uarie suspectus, detentus, & custoditus, ac demum ad Regem Theodoricum in Italiam missus, sua præsentia, ita eum molliuit, & in uenerationem adduxit, ut eius prædicaret sanctitatem. Romam quoque, ob famam sanctitatis ab omnibus expetitus uenit, honorificè, & peramanter a Rom. Pōt. tractatus, cuius ope Regis, & procerum, plurimos captiuos redemit. denique, qui, ut exul in Italiam uenerat, in Galliam ut triumphator reuertitur; cum ingenti agmine captiuorum, Cyprian. in eius Vita. [a] Ennod. ep. ad ipsum Cæsarium. a 27. Aug. apud Sur.

B Cæsaria S. Cæsarij soror, Monasticis Massiliæ exculta disciplinis, post præfecta Monasterio Arelate a fratre constructo, admiranda claruit sanctitate. Cypr. in Vit. S. Cæsar. S. Cæsaria S. Cæsarij soror.

Theodoricus iustitiæ obseruantissimus, pro Gallicanis Ecclesijs rescripsit. Var. 4. epist. 17. & Seuero episcopo mille quingentos solidos misit ad compensanda damna, quæ exercitus in transitu intulisset eius ecclesiæ. [b] Præclarum specimen iustissimi Principis, & apud Cassiod. b ep. 8. lib. 2. Var. Imitādum omnibus Principibus in Theodorico exemplum.

Extat testamentum S. Cæsarij antiquitatis nomine sanè legendum.

Franci cum Gothis ineunt fœdus contra Burgundiones, qua ex causa non proditur. Profligantur Burgundiones, prouincia ex parte occupatur, & inter vtrosque diuiditur. Procop. [c] c Cap. 7. 8.

C Clodoueus grauiter laborans, & diu frustratus a Medicis, consilio Tranquillini viri illustris, & Archiatri, euocat Seuerinum Agenensis Monasterij Abbatem, qui ueniens Eulalium Episcopum loquendi, & audiendi officio priuatum ex morbo, sanat, ad Portam Parisiorum leprosum osculo mundat, & ægrotantem Regem, imposita casula, qua erat indutus, præmissis precibus, curat, & sanat. Vita S. Seuerini 11. Febr. apud Sur.

Christi Ann. 509. *Symmachi Papæ* 11. *Anast. Imp.* 19. *Theodor. Reg.* 17. *Importuno Cons.*

D CÆdes Romæ in circo facta. Consul cum Patricio coram Præfecto causam dicit, apud Cassiod. Var. lib. 1. epist. 30. 32. 33.

Alamundarus Sarracenorum Rex incursat Arabiam, & Palæstinam, pluribus occisis Monachis, quorum memoria agitur in ecclesia 19. Febr. cuius rei causa Monachis ad tutiora loca euocatis, Ioannes Silentiarius diuinitus accepit leonem sui custodem. Cyrill. 13. Maij apud Sur. & in Vita Euthym. & Sabæ. Monachi occiduntur à Sarracen.

Insultantem Agarenum Sabæ, & eius socio, terra, velut Dathan, absorbuit, quo portento reliqui absterrefacti. Cyrill. Ingens miraculum.

Sarracenis populantibus Syriam viginti eorum familiæ, quæ S. Theodori templū, apud Damascum polluerant, intra paucos dies acerbo morbo interierūt. Ex illis vnus sagittam contorsit in S. Theodori imaginem, quæ sanguinem, misit. hæc imago adhuc E superest, sagittæ vulnus habet, & vestigium sanguinis; quorum qui rem viderunt, multi adhuc supersunt. Et ego imaginem vidi, & quod vidi, monumentis mandaui. Anastasius Sinaita, qui episcopus Antioch. hoc sæculo floruit temporibus Iustiniani, ex B. Io. Damasc. de imagin. lib. 3. Aliud.

Alamundarus ex tot signis editis conuersus est ad Christi fidem, & baptizatus. Theodor. Lect.

Sigismundus succedens Gundebaldo Burgundionum Regi, patri defuncto, ab Ariana hæresi, transit in fidem Catholicam, opera Alcimi Auiti Episcopi Viennens. Greg. 3. de gest. Franc. c. 5. Ado & Sigeber. in Chron.

CONCILIVM EPAVNENSE opera, & pietate Sigismundi Reg. Præside S. Alcimo Auito; cui interfuere plures episcopi, sanctitate illustres, & anniuersaria memoria in ecclesia celebres. Canones 40. editi. A

Christi Ann. 510. Symmachi Pap. 12. Anast. Imp. 20. Theodor. Reg. 18. Boetio Seuerino, & Eutharico Coss.

Boetij eruditio quāta.

BOetius nobilissimus Romanorum, adolescens Athenas, in quibus fuerant litteræ philosophicæ restitutæ, profectus, post peruestigata varia philosophiæ dogmata, Aristotelicis tandem se totum addixit, & per decem & octo annos ibidem illis incubuit, omnes eius libros, qui ad manus venerunt, latinitate donauit, & commentationibus illustrauit, primus qui Aristotelem, vix nomine cognitum, latinorum manibus tradiderit. Ipsemet de disciplina scholastica, c. 4. & in Prædicamenta. B

a l. 10. C. de hæret.

Anastasius edit sanctionem, qua nihil in orthodoxos, quouis titulo transire uoluit bonorum ecclesiasticorum, quos nomine hæreticorum designauit. [a] Euulgat, Macedonium Enoticon Zenonis recepisse, quo audito, Macedonius conuocata concione, se orthodoxum, & probare Synodum Chalced. professus est. Rursum alia calumnia illum impetit, quasi falsarit diuinam scripturam. Marcellin. Theodor. Lect. Liberat. cap. 19.

Dorotheus Monachus Alexandrinus librum edit pro Conc. Chalced. quem, per vxorem, offert Anastasio; at is, libro repudiato, auctorem in exilium relegat. C

Christi Annus 511. Symmachi Pap. 13. Anastas. Imp. 21. Theodor. Reg. 19. Secundino, & Felice Coss.

MAcedonius episcopus CP.nus orthodoxus, post multas turbas, & seditiones, meditato scelere Anastasij, in exilium abripitur. Timotheus ex custode ecclesiæ, homo nequissimus, & hæreticus, illi sufficitur. Catholici uariè vexantur. Theodor. Lector. Nicepho. 16. cap. 26. Anastasius ob tumultum populi Catholici, profugit CP.li sed & foris omni studio incumbit, vt Catholicam fidem extinguat, per Seuerū maxime Monachum, quem pollicitatione episcopatus Antiocheni, obstrictum tenebat. De Seuero porro, quàm nequam, & sceleratus fuerit, præter Euagr. [b] & Liberat. [c] & Niceph. [d] Actio. 1. Concil. Constantinopol. contra Anthimum, habet. D

b 2. c. 33.
c Cap. 19.
d 16. c. 29.
Seuerus Monachus nequissimus.
e apud Sur. die 11. Ian.
4. Synodi, vt quatuor Euang. æstimanda.

Anastasius etiam longe positos sanctissimos magni nominis uiros, blanditijs, muneribus, litteris, omni genere illecebrarum, & simulatione, omni denique artificio pertentat, ac demum uinculis, carcere, exilijs in suam sententiam pertrahere conatur. Vnius magni illius Theodosij Cœnobiarchæ cum Anastasio certamen luculenter descriptum extat, ab auctore eius temporis [e] qui denique postquam de suggestu in frequenti concione inclamasset: Si quis quattuor sanctas Synodos non tanti esse existimat, quanti quattuor Euangelia, sit Anathema; & post circumquaque cursitans, vbi omnes confirmasset, ab impio Imperatore, in exilium mittitur.

Christi Annus 512. Symmachi Pap. 14. Anast. Imp. 22. Theodor. Reg. 20. Paulo, & Musciano Coss. E

CÆdes, & incendia CP.li fiunt, Catholicis aduersus Anast. concitatis, latius Marcellin. Elias Ierosolymit. Episcopus Orthodoxus, impendentem ab Anastasio tempestatem, Orientalibus ecclesijs, anteuertere studens, S. Sabam cum alijs sanctissimis Monachis Legatū, cum litteris mittit ad Imp. cuius oratione, repressus quadamtenus furor in eum conceptus. Cyrill. in Vit. S. Sabæ.

PSEVDOSYNODVS SIDONE CONGREGATA Eutychianorum, ad da-

A mnandam Synodum Chalced. epist. Monachorum Alexandrinorum ad Alcysonem episcopum, apud Euagr. a a lib.3.c.31

Flauianus episcopus Antiochenus nolens omnino damnare Synodum Chalced. pellitur in exilium, & Seuerus, dux Acephalorum, Monachus nequissimus substituitur. Euagr. b b 3.c.31.32

Ingens cędes ab Antiochenis hæreticis facta Monachorum propugnantium Flauianum. Euagr. c c 3.c.32.

Symmachus Papa, expulso Macedonio, præuidens eandem persecutionem in omnes Orientis ecclesias grassaturam, ad Catholicæ fidei assertores dat litteras admonens in persecutione uiriliter agere, & pro fide Catholica strenue decertare, epist. est nu.4. in tom.1. epist. Decret. Quod miserabile est, plurimi erant orthodoxi quidem quoad fidei integritatem, sed tamen a communione ecclesiæ Catholicæ segregati, quod Aca B cium damnare nollent, ab ecclesia Rom. damnatum, qui persecutiones paterentur, sed frustrà, & sine merito, & hos omnes inuitat Symmachus ad communionem.

Orientales vehementius afflictati, scribunt tandem litteras supplices ad Romanũ Pont. qui anteà sæpè conuenti, eiusdem Pontificis litteris, spreuerant sana consilia, & proficua mandata contempserant. Extant in tom.2. Concil. & tom.1. epist. decret. Hoc initio, Bonus ille, & amator hominum, &c. In quibus orthodoxam quidem fidem confitentur, Acacium tamen damnare prætermittunt, quod primum requiri ab eis videbatur. Quid ad hæc rescripserit Symmachus incompertum habetur: nam quæ extat Symmachi epist. ad Orient. ante hanc ipsorum, scripta fuit.

C *Christi Annus 513.* *Symmachi Pap. 15.* *Anast. Imp. 23. Theodor. Reg. 21.* *Probo, & Clementiano Coss.*

Seuerus Monachus Eutychetis perfidiæ, expulso Flauiano, Antiochena Sede, uolente Imperatore, occupata, omnes attrahere ad sui communionem satagit, per exilia, & per cædes, Marcellin. extat de eo epist. Palæstinorum Monachorum ad Alcysonem episcopum Nicopol. in Illyrico, apud Euagr. d præclara est epist. historiam huius temporis continens. d 3.c.33.

Seuerus insurgit in Eliam Ierosolymit. sed Sabas cum conuentu Monachorum eum D periculo liberat. rursum uero missa ab Imperatore militari manu, cum Olympio duce, Elias eijcitur in exilium, & substituitur in eius locum Ioannes Seueri communionis, at digresso Olympio, accedens S. Sabas cum Monachis, eum adducit, admiranda quadam diuina vi, vt damnet Seuerum, & Chalced. Synodum recipiat, qua re ira incensus Imperator, deposito Olympio, mittit Anastasium, constituens eum Præfectum Palæstinæ, qui Ioannem compingit in carcerem. at is callido consilio rogat se è carcere dimitti, facturum, quæ Præfectus vellet, & conuocat interim finitimos Monachos in ædem capacissimam S. Stephani, quasi celebraturus Festum B. Protomartyris, & conscenso suggestu, pręsente ipso Pręfecto, vtraq; manu tenens Sabam, & Theodosium pietatis propugnatores. SI QVIS, inquit, EA SENTIAT, QVÆ EVTYCHES, NESTORIVS, SEVERVS, SOTERICHVS CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ EPISCOPVS, ANATHEMA SIT. Cognita Dux fraude, & ueritus populi E unanimē consensum, satis habuit si se subducens, silentio, fugeret. Consobrinus Imperatoris Hippatius, qui aderat, recens reuersus è captiuitate, sanctis dixit se nõ Seuero se cõmunicare. At S. Sabas sciens Imperatorē hęc non esse passurum, sed daturum operam, vt hæc vlciscatur: re, cum Monachorum conuentu, communicata, scribit ad eum epistolam, qua profitetur nunquam se passuros, vt recta fides immutetur, & rogat, curet sedari tumultus, &c. Accepta epistola, Imperator distulit respondere, barbarica quadam expeditione impeditus, hæc ex Cyrill. in Vita S. Sabæ, quæ & Niceph. in cõpendium redacta habet.

Aliquot per hæc tempora edita miracula, in comprobationem Catholicæ fidei ad-

a c. 29. 30. 49. 39. 106 188. 213.

A uersus dominantes, hæreses, suppeditat Pratum spirit. Sophronij,[a] aliud quiddam admirandum in hoc genere narrat, & Cyrill. in V. S. Io. Silentiarij.

Post iniustum illud Eliæ Palæstinæ Antistitis exilium, fames & penuria rerum necessariarum, siccitas quoque, & locusta, & graues quædam plagæ, integris quinque annis oppresserunt Palęstinam; & pergit, auctor Cyrillus, enarrare, quàm admirando modo prouiderit Deus Monachis S. Sabæ, in eius Vita. Vastata prope regione circa Ierosolymam, & plerisque ad egestatem redactis, ne fiscus damnum pateretur, imperauit Anastasius, vt finitimi pro se, & alijs, qui non possent, vectigal penderent, ob quam iniquitatem Sabas legationem iterum suscipit ad Imp. qui præsentiam viri reueritus, cum vellet egentibus remittere vectigal, obstitit Maximus quidam, apud eum plurimum potens, cui increpito, Sabas prædixit fore, nisi poeniteret, vt citò extingueretur, cuius opes in quadam seditione direptæ, & domus incensa, & nisi ipse pœnitentia ductus fuisset, mortem non effugisset. Hæc autem magna in pauperes iniustitia mansit incorrecta tempore Anastasij, cuius partem quidem curauit Iustinus cum diuinus quoque Sabas tunc litteris apud illum intercessisset, totam verò sustulit Iustinianus. Sabæ porro Anastasius magnam uim pecuniæ ad alendos Monachos in ea penuria largitus est. Cyr. in V. S. Sabæ. B

Seuerus, per legationem episcoporum, tentat Alamundarum Principem Sarracenorum, vt a suis baptismum accipiat, quo suis imbuatur erroribus; at is, præuentus a Catholicis baptizatus est, & legatos pulchre delusit, dicens se accepisse litteras de morte Archangeli Michaelis, quod cum illi impossibile assererent, quanto impossibilius Deũ crucem passum, quod vos affirmatis, vnam tantùm naturam in Christo ponẽtes? Theodor. Lect. Cedren. C

Episcopus signo crucis profligat Dæm. apud Persas.

b 16. c. 36.

Castrum obsessum a Dæmonibus, cum nec Magia Persarum, nec Iudæorum, liberari posset, Cabades Rex id per Christianos tentauit. Episcopus itaque Christianorum in Persia, peracta super ea re Synaxi, & dispensatis in Christianos, qui aderant, diuinis mysterijs, signo crucis Dæmones profligauit, & Castrum Cabadi tradidit, quare ille stupefactus episcopum illum primæ Sedis prærogatiua cohonestauit, & cunctis Christianismum amplecti volentibus, liberum fecit. Theodor. Lect. Niceph.[b] Bibliothecarius in Chron. eaque de causa addunt persecutionem cessasse, in qua grandia facta esse miracula tum Anast. Bibliothec. tum Cedrenus narrant. sed mirum a Procopio prætermissa.

Dorotheus Ancyræ episcopus, & Anastasio Imp. propter vnicam Orthodoxam fidem iugiter aduersarius, finem viuendi facit, quo tempore ipse prædixerat. Marcellin. in Chron. D

Christi Ann. 514. Symmachi Pap. 16. Anast. Imp. 24. Theodor. Reg. 22. M. Aurelio Cassiodoro Cons.

Effusa pia munificentia Symmachi PP.

SYmmachus moritur, cum sedisset annos 15. men. 8. minus diebus 4. de quo mirum quantum referat lib. de Rom. Pont. ecclesiarum extructarum, restauratarum, ornatarum, amplissimis operibus, & muneribus, vt mirum sit, vnde tanti ille suppeditati thesauri, cum alioqui pastorali munificentia in redimendis captiuis, & alendis episcopis Africanis in Sardinia relegatis, tam multa profuderit.

Constituit, vt omni die Dominico, vel Natalitijs Martyrum, Gloria in excelsis diceretur, lib. de Rom. Pont. E

Septimo die ab obitu Symmachi a Clero summa concordia 7. kal. Aug. creatur Pontifex Hormisda Campanus, patria Frusinas, lib. Pont. Redit Romanæ ecclesiæ optata tranquillitas coeunte vtraque dessidentium parte in noui Pont. creatione, Cassiod.

Hormisda statim creatus Papa, ad Orientales, de more, scribit epistolam de fide seruanda, & pace conciliandà, vt apparet ex litteris ab eis postea datis.

Corona aurea a Clod.

Clodoueus Rex (quem Ludouicum Hormisda vocat epist. sua ad Remig.) creato nouo Pontifice, coronam mittit auream cum gemmis B. Petro (quod Regnum appellari

solet

A solet) S. Remigio suggerente. Hincmar. in Vita S. Remig. & Anast. lib. de Rom. Pont. Remigius nouum salutat Pontificem, qui ad eum rescribens, *Vices, ait, nostras, per omne regnum dilecti, & spiritualis filij nostri Ludouici saluis priuilegijs, quæ Metropolitanis decreuit Antiquitas, præsenti auctoritate committimus*, &c. Hincmar. in Vit. mittitur ad Rom. Pon.

Remigius Vicarius Apostolicus in Regno Francorum constitutus, Rhemis Concilium congregat, ad expurgandam Galliam nonnihil, ob Gothos Arianos, qui in ea regnarent, eius hæresis labe conspersam. In eo episcopus Arianus superbus, & arrogans, diuina virtute est inflexus; qui nec ingredienti Remigio assurrexerat, mox ad eius se pedes abijcit, & Catholicam fidem confitetur. Hincmar. in V. S. Remig.

Clodoueus primus Francorum Rex Christianus in Gallia moritur, anno ætatis 45. Regni 30. Greg. Turon. [a] Sigebert. Succedunt in Regnum filij quattuor, Childebertus, Clotarius, Theodoricus, & Clodomirus, qui inter se Regnum diuidunt. Gregor. [b] Agathias, [c] vbi & de Francorum moribus agit, eos commendans. Clodo. moritur. a lib. 2. c. vl. b 3. cap. 1. c lib. 1.

B Dum Anastasius aduersatur Catholicæ fidei, episcopos expellens Orthodoxos, hæreticos intrudens, Deus suscitat illi aduersarium Vitalianum Magistrum equitum, qui occupatis abiquot prouincijs, prædando, CP.lim vsque processit, pro Orthodoxorum se fide, & reuocando Macedonio episcopo omnia agere profitens. Anastasius rebus suis deploratis, pacem per legatos petit, iurās cum Senatu, se legatos reuocaturum, Macedonio, & Flauiano suos episcopatus redditurum, Concilium Heracleæ acturum, euocato etiam Papa Romano. Extat epistola ad Hormisdam inter Hormisdæ epistolas, hoc initio, omnibus negotijs, &c. Marcellin. Cedren. Vitalianus Magister equ fide Cath. cōtra Anastasiū. Anas. Imp. timore amittēdi Imperij, simulat se Catholicum.

C *Christi Ann. 515. Hormisdæ Pap. 2. Anastas. Imp. 25. Theodor. Reg. 23. Anthemio, & Florentio Coss.*

DE Concilio Oecumenico conuocando legatum mittit Imperator Patricium ad Hormisdam, cum litteris, quæ extant, inter epistolas Hormisdæ, hoc initio. Beatitudini vestræ non putamus ignotum, &c. Scribit item Vitalianus ad eundem, vt testantur litteræ eiusdem Pontificis, quæ inter eius epist. sunt 4. num. scribit item Imp. ad Senatum Populumque Rom. rogās, vt suaderent Hormisdæ, sedulam operam dare, vt pax conciliaretur cum Ecclesia Orientali. Per eundem Patricium Dorotheus Thessalonicę episcopus congratulatur eius concordi & pacificæ electioni. Extat inter epist. Hormisdæ.

D Ad posterius datas, sed prius acceptas, Anastasij litteras, rescribit, Hormisda humaniter quidem, sed quoad Concilij conuocationem, tunc, ait, plenissimum poterimus præbere responsum, cum causam congregationis nos voluerit euidenter cognoscere. Est prima Hormisdæ, inter epist. Pont. tom. 1. Ad prius verò datas, posterius acceptas, rescribit epist. quæ est tertia ipsius, se missurum legatos, qui de tota re cognoscant, & referant.

Quattuor destinat legatos, Ennodium episcopum Ticinensem, & Fortunatum, fortè Tudertinum, Venantium, & Vitalem Diaconos S. R. E. Cardinales, cum Hilaro eiusdem ecclesiæ notario, cum epistola quæ est quarta inter eius epist. in qua id præcipuè continetur, quid agendum pro obtinēda pace, quod si præstitum fuerit, se iturū CP.lim licet nullo antecessorum exemplo. Additus est indiculus, siue commonitorium ad legatos, valde exactè exponens, quomodo se gerere debeant, & capita, quæ seruanda præ E scribenda sint, extat in tom. 1. epist. Rom. Pont. pag. 557.

Porrò quod ferebatur Oecumenicum indictum esse Concilium, in quo omnes omnium ecclesiarum forent controuersiæ dirimendæ, placuit & Theodorico Italiæ Regi, ea de causa Legatum mittere CP.lim Agapitum Patricium, virum illustrem. Cassiod.[d] d Var. lib. 2 ep. 6.

Rom. item Senatus, per Sedis Apostolicæ Legatos, rescribit ad Imp. de prompta Papæ voluntate sarciendę pacis. Extant litterę tom. 1. epist. Rom. Pont.

Legati Sedis Apostolicę honorificētissimè excepti CP.li ab Anastasio Imp. qui cū id unum studeret, vt per simulationem fidei Catholicæ, populi, & militum alienatos

animos ad se traduceret, omnibus a legatis ostensis, assensus est, & omnibus postulatis penitus acquieuit, præterquam de damnando nomine Acacij cum reliquis hæreticis, quod populus eius nominis studiosissimus, fieri nunquam passus erat, vt in eo magis sibi populus conciliaretur. Idem edit sanctionem de exequijs gratis Constantinopolit. faciendis, redditu 70. libr. auri ecclesiæ dato, ut magis populum demereretur. A

Ariadna impia August. moritur. Ariadna Augusta, sexagesimo Imp. anno defuncta est, nequissima, & impia femina, & tantorum malorum auctor in ecclesia, vt mirandum sit, sed non patiendum scandalum, quod Deus illam tamdiu regnare permiserit. Marcellin. in Chron.

Hunni, Armenia transmissa, totam Cappadociam deuastantes vsque ad Lycaoniam perueniunt. Macedonius episcopus exul, periculum vitans, Gangram peruenit, ibique moritur, anno sequenti. Marcellin. Theodor. Lector. Cedren. B

Alexandrini miserè a Dæmonibus vexantur. Cedren. Theophanes.

Monachi hæretici his excitati prodigijs, palinodiam recantant, scriptis quattuor libellis contestationis, quorum duos Imperatori, alium Præfectis prouinciæ, quartum uerò Ioanni episcopo Ierosolymit. obtulere, contestati, se sanctam Synodum Chalced. amplexari, detestari uerò Seuerum cum suis sectarijs, & in promptu habere mortem oppetere pro fide Catholica. Sed & Illyrici episcopi Romam misere Catholicæ fidei professionem ad Rom. Pont. Anast. in Chron.

Himerani pop. Australes ad fidem Christi conuertuntur, Theodor. Lect. & Nicephorus.

Christi Annus 516. Hormisdæ Pap. 3. Anastas. Imp. 26. Theodos. Reg. 24. Petro sine collega Cons. C

Legatos diu detentos, & vana spe lactatos dimittit, & cum ijs honorificentissimam legationem, ad res cum Hormisda componendas, quo magis pop. hac simulatione conciliaret. Litteræ ad Hormisdam extant tom. 1. epist. Rom. Pont. inter epist. Hormisdæ. Item ad Senatum, denique per Legatos Apost. suam mittit egregiam Catholicæ fidei professionem, in uno illo capite de Acacio difficultatem proponit, sed omnia per Concilium melius agenda.

Anastasij perfidia. Hormisda non potuit non laudare quæ uidebantur bona, & ad vnitatem ecclesiæ spectantia: veruntamen in ea epist. quam reddidit Imperatori per ipsius legatos, satis indicat uereri se aliquid, dum ait, *Fac domine Imperator effectum rerum fidem probare verborum*, &c. est 6. inter epist. Hormisdæ. & in epist. ad Auitum Viennens. qui de hac re tota petierat, nomine totius Viennens. prouinciæ, edoceri, sic ait: *Sed quantum ad Græcos, ore potius proferuntur pacis vota, quàm pectore, & loquuntur magis iusta, quàm faciunt, verbis velle se iactant, quod operibus nolle declarant: quæ fugiunt, professione diligunt, & quæ damnauerint, hæc sequuntur*, &c. Et paulò post, docet de Thraciæ, Dardaniæ, Illyrici, & Epiri episcopis alijs persistentibus in communione Sedis Apost. alijs redeuntibus. Extant Auiti ad Papam, & Papæ ad Auitum tom. 1. epist. Rom. Pont. pag. 454. D

Auitum hunc sanctissimum, & doctissimum Viennensem episcopum Metropolit. honestissima senectute perfunctum, haud diutius per hæc tempora fuisse superstitem, facile possumus intelligere. Elogium eius ab Ecclesiæ voce prolatum habetur, *Viennæ B. Auiti episcopi, & confessoris, cuius fide, & industria, atque mirabili doctrina, ab infestatione Arianæ hæresis Galliæ defensæ sunt.* Martyrolog. Rom. 5. Febr. Inter præclaros Rhetores nominatur a Sidon. Apollin. epist. ad Lupum.[a] Isidor. de eo cap. 23. de Vir. Ill. non bene sibi cognito. Greg. Turon. Hist. Franc.[b] qui melius cognitum habuit. Ado in Chron.[c] 519. In locum eius successit Iulianus. E

a li. 8. ep. 11
b l. 3. c. 34.
c An. 519.

Anastasius subdola arte conciliato sibi populo, & viribus Vitaliani debilitatis, exuit eum militari Præfectura, & in Rufinum eam transfert, ut militiæ robur a se ponderet. Marcellin. in Chron. Vitalianum porrò ad uitam tranquilliorem secessisse Ni-

A ceph. habet. a Rursum tamen mentio eius habetur, ut de Magistro Militum sub Iustino in epist. Legatorum Sedis Apostolicę, tom. 1. epist. Rom. Pont. b & quod lugendum est, ut Eutychiani. ibidem, c his verbis. *Cuius immutationem omnis nobiscum deflet ecclesia.* a 16. c. 38. b p. 523. litt. B. c p. 324. A.

Cur uero Vitaliano, pro Catholica fide pugnante, aduersus nequissimum hæreticū Anastasium non fauit Deus, vt ad exitum perduceret, quod inceperat? An quia (omisso quòd inscrutabilia sunt iudicia Dei) honestissimo prætextu fidei Catholicę obtegebat imperandi cupiditatem, & iunctis sibi Orthodoxis, sperabat, eo deposito, se substituendum Augustum, ita planè, ut re post patuit. Vitaliā. sub ptextu fidei Cath. tuendæ, libidinē impetrandi obtegit.

Anastasius ob metum Illyriciani militis Orthodoxi tumultuātis, extemplo reuerti mandat ad suas ecclesias Domnionem, & Euangelum episcopos, retento apud se Laurentio, insigni nominis Catholico sacerdote, quantumuis exilij sentētia damnatus esset. Marcellin.

B Cedren. sub anno 25. Anast. refert, quod sub anno 26. referēdum est, de præclara, & eximia libertate episcopi Catholici, cum Anastasio hortante, ut ad suam sectam transiret, ille contra, eum ad Catholicam fidem inducere conaretur. Tu, inquit, *potius ad Orthodoxos transi, ne dum opinionem impiorum hominum Seueri, Eutychetis, & Dioscori amplecteris, æterno igni addicaris. simulque apprehendens Imp. Chlamydē; Hæc, ait, vestis nequaquam te post mortem sequetur, ò Imperator, sed sola comitabitur te pietas, ac uirtutum habitus. Desine persequi ecclesiam, quam Christus suo redemit sanguine. Indoctus es & ratiocinandi ignarus, neque ullum ecclesiæ Decretum perfectè intelligis. Tantum imposturis, & scurrilibus calūnijs fatuos tenes. satis sit tibi dignitatis, quod Imperator es. Antistites ecclesiæ vexare noli.* Ad hæc Imperator rubore suffusus, obmutuit. Pauperrimus cum esset ille episcopus, ne obolum quidem ab Imperatore voluit accipere, adeò liber erat, ut solius in Deum fidei ac pietatis rationem habens. hactenus. Cedren. At non ita restitit Imp. Dorotheus Thessalonicensis episcopus, sed ob metum eius communicat Timotheo CP.no Concilium Chalced. damnante. Quadraginta episcopi Illyrici, & Græciæ discedunt ab eo, & Romam mittentes Rom. Pontifici communicare in scriptis profitentur. Anastas. in Chron. Libera uox ad Imp. & digna ep̄o.

C Io. Machiota hæreticus episcopus Alexandrinus moritur, anno sedis XI. inchoāte. Dioscorus Iun. fauore Imperatoris eam inuadit ecclesiam. Anast. in Chron.

Mortuo Alcysono episcopo Nicopolitano, subrogatur Io. qui statim more maiorū, conuocata Synodo episcoporum Epiri veteris, cuius ipse erat Metropolitanus creatus Antistes, communionem Apost. Sedis amplexurus, fide suę libellum ad Hormisdam Papam mittit, Extant hæ litteræ tom. 1. epist. Rom. Pont. d & proximæ epist. Hormisdæ ad Io. & ad Synodum e & rursum ad Ioannem, per Pulionem Diaconum Legatū suū, & deniq; post reuersionem eiusdem Pulionis, in quibus illud. *Contristati sumus, quod nos aliquas sustinere molestias* perhibetis, &c. d pag. 448. e pag. 451.

D CONCILIVM TARRACONENSE in Hispania. Canones 13. sanciti de ecclesiastica disciplina restituenda, 6. anno Theodorici, quàm regnare cœpit in Hispania.

Christi Annus	*Hormisdę Pap.*	*Anastas. Imp.* 27	*Anastas.* 4m.	*Coß.*
517.	4.	*Theodor. Reg.* 25	*& Agapito*	

E NOuam legationem mittit Papa ad Imp. Ennodium Ticinensem, & Peregrinum Misenatem episcopos, cum epistola, quę est Hormisdæ XI. exigens promissam operam ad ecclesias redintegrandas, & adunandas, quod fieri non posse ostendit, nisi damnato Acacio. Admonitorias item dat litteras ad Timotheum episcopnm C.Pnum ad Oriental. episcopos, circulares, & seorsum ad Orthodoxos, & priuatas ad Possessorem Africanum episcopum, extorrem, qui profectus CP.lim non sine diuino consilio multum profuit Catholicæ fidei. Hic priori legatione palam fidei professionem edens apud legatos, eandem scriptam, & suo chirographo munitam ad Hormisdam dedit,

qui

A qui factum probans, ad illum epistolam dat, num. 15. denique ad Clerum, Monachos, & CP.nos ciues Orthodoxos efficacissimas, quę omnes, tom. 1. epist. Ro. Pōt. cōtinentur a pag. 463. deinceps. Addidit Hormisda libellum, fidei regulam continentem, cui subscribendo quisque se posset verè probare Catholicum, & communionem Romanę ecclesiæ obtinere. Profectis Legatis, cum audisset a Io. Nicopolit. de excitata persecutione ab episcopo Thessalonicensi Dorotheo, scribit ad legatos, ad Io. ipsum Nicopol. episcopum, & ad Synodum: ad Dorotheum Thessalonicen. ad Anast. denique Imp. de eadem causa. Addit, ad Legatos commonitorium in causa Nicopolitana, ne quid eos errare contingat. epist. est 18.

Anastasius recusat subscribere libello fidei, tentat Legatos pecunia corrumpere, cōstantes eijcit per posterulam, & naui impositos, cum militibus uetat, ne vllam ciuitatem ingrediantur. At illi epistolas per Monachos, & Orthodoxos exponunt per ciuitates, tunc magna persecutio facta est Catholicorum. B Anast. contumaces scribit litteras ad Hormisdam. Monachi Syriæ Orthodoxi a Seuero dire vexati, supplicant Imperatori, & reijciuntur, mox confugiunt ad Rom. Pont. extant litteræ eorum tom. 1. epist. Rom. Pont.[a]

a pag. 471.

Timotheus CP.nus intrusus episcopus hæreticus, inopinata morte, diuino iudicio, de vita tollitur, anno sedis sexto, subrogatur Io. Cappadox Orthodoxus, conatu potius populi, creditur, quam voluntate Imperatoris, cui tamen, viuente illo, vix licuit respirare.

Oriente non recipiente curationem: Hormisda ad reliquas partes conseruandas intendit animum, & vt vicarium suum in Gallia constituit Auitum Alcimum episcopū Viennens. ita Io. episcopum Tarraconensem in Hispania citeriori, in vlteriori verò Sal C lustium Hispalensem. Extant illæ quidem ad Auitum tom. 1. ep. Rom. Pont.[b] hæ vero tom. 2. Concil. in Hormisda. Scribit item ad episcopos Hispaniarum binas litteras, monens, vt caueant, ne quid irrepat contagij Orientalis erroris, idest vt cautè agerent in recipiendis clericis ex Oriente venientibus, & præscribit formam eos recipiendi; qua de re Io. Tarracon. eum interrogauerat, extant tom. 2. Concil. Obseruatione dignum est, quòd olim in vsu erat, vt qui ex regionibus hæresi infectis venirent, in alijs non reciperentur absque Orthodoxæ fidei professione, nec quidem generali; sed quæ instantes hæreses condemnaret: rursum, vt qui ex Catholicis, & puris regionibus proficiscerentur in infectas hæresi, solitos sibi sumere pro viatico veræ fidei documenta, &c. qua ratione cum hoc tempore in Oriente fides Catholica periclitaretur, S. Fulgentius Petro profecturo Ierosolymam, & petenti regulam fidei, ne quis sibi sensus hæreticæ D falsitatis obreperet, scripsit librum de fide, extat in appendice tom. 3. apud S. August.

b pag. 455.

Vsus prioris ecclesiæ nunc maxime vsurpandus.

Liber de fide ad Petrū inter opera August. est Fulgentij.

GERVNDENSE CONCILIVM in Tarraconensi prouincia celebratur. Canones decem sanciti de Ecclesiastica disciplina.

Anni quarti fine ingentis illius siccitatis in Palæstina, S. Sabas impetrat pluuiam suis precibus, semel quidem ad stabiliendos suos in Laura Monachos, iam dissessum meditantes, & rursum instante, & obsecrante Io. episcopo Ierosolym. toti prouinciæ.

Christi Ann.	*Hormisdæ Pap.*	*Anastas. Imp.* 28.	*Magno atq;*	*Coss.*
518.	5.	*Theodor. Reg.* 26.	*Florentio*	

E

HOrmisda acceptis litteris a Monachis Syriæ, rescribit omnibus Orthodoxis Orientis consolatorias, & hortatorias litteras encyclicas. Extant, hoc initio, Lectis litteris vestræ dilectionis, &c. tom. 1. ep. Rom. Pont.[c] & Act. 1. Quintæ Synodi, est Hormisdæ ep. 21.

c pag. 474.

Persecutio inchoata in Orthodoxos Monachos, etiam Aulam peruasit, sæuiente gladio Principe in Catholicos, prætextu machinationis contra se, pluribus obtruncatis, Iustino, & Iustiniano diuinitus, præter spem omnem seruatis, Zonar. Cedren.

Tanta est commota seditio CP.li vt Anastasius Imp. corona deposita, ad circum veniret, & per præconem proclamaret, se ad abdicandum Imperio paratissimum: at popu

lus misericordia motus, conquieuit. Euagr. ex Zacharia Eutychiano.[a] a lib. 3. c. vi.

A Dardania ingenti terræmotu concussa, 24. castellis momento collapsis, feruens imber terra erumpit. Marcellin. in Chron.

Anastasius per visum hominem terribilem intuetur, librum manu gestantem, qui diceret: *Ecce ob peruersitatem fidei tuæ annos quattuordecim vitæ tuæ deleo.* Zonar. quod ille Amantio Præposito cubiculi narrans, ille viciſſim retulit, Visum sibi se astantem eius Maiestati a Porco prostratum, atque deuoratum. Cui vtrique Proclus coniector pronunciauit, vtrumque paulo post vita defuncturum. Is igitur ad huiusmodi visum expauit, & obriguit. Cedren.

Anastasius tandem, nequam & fraudulentus hæreticus, perturbator Ecclesiæ, ictus fulmine diuinitus extinguitur 7. Id. Iulij. Zonar. Cedren. anno Imp. 28. per tres mens. & dies 23. inchoato. Marcellin. Euagr. *Anastas. impius Imp. tandem fulminis ictu extinguitur*

B S. Sabas longe absens dicitur vidiſſe fulmina in illum iaci. Cyrill. Elias, & Flauianus ambo Orthodoxi, & propterea ab eo exulare iuſſi, diuinitus reuelatam sibi Imp. mortem retulerunt, & se quoque cito morituros, ut causam agerent ante diuinum Tribunal. Cyrill. in Vit. S. Sabæ. Sophron. in prato spirit. c. 35.

Proclus ille coniector fuit Lycius discipulus Syriani, auditor etiam Plutarchi, Nestorij filij, Platonicus & ipse philosophus, philosophicæ scholæ Athenis præfuit. Suidas. Non modo in philosophia, sed & in Mechanicis floruit, cuius dicitur fuiſſe Machina illa, qua claſſis Vitaliani exusta est, ad exemplum Archimedis ad Syracusas. Zonar. Hic est ille, qui alter a Porphyrio impuram contra Christianos linguam exacuit, & contra eos scripsit argumenta decem & octo, quæ Ioannes Philoponus præclariſſime refutauit. Suidas.

C Anastasio impio è viuis subtracto, Iustinus Thrax, ex Armentario, gregarius miles, inde primorum ordinum ductor, & post Prætorianorum Præfectus, Imperator demũ, inuitus, ac recusans, a Senatu, & exercitu appellatur, nono Iulij, studio Catholicæ religionis clarus, qui & illud tum pietatis specimẽ edidit, cum coniugem suam Lupicinã dictam, nomine Euphemię illustris martyris appellari voluit, antequam eam Augustę titulo decoraret. Zonar.[b] Euagr.[c] (sed ex Zacharia Eutychiano) idem Iustinus Imp. ep. ad Hormisdam tom. 1. ep. Rom. Pont. b ann. 3. c 4. c. 1. 2.

Quanta tum extiterit pop. CP.[ni] exultatio de prostrata perfidia, & erecta fide Catholica, quot & quantæ acclamationes & plausus in Catholicum Augustum, & Augustam, & in Patriarcham Ioannem Catholicum, quot conclamationes, & anathematizationes in Eutychianos, in Manichæos, in Seuerum episcopum Antiochenum, Acta D publica recitata in Synodo CP.[na] sub Menna, indicant. *Lætiſſimę acclamationes popul. CP.ni de hæresi prostrata.*

Proclamata tum est approbatio quattuor Synodorum, & eorum relatio in Diptycha. Leonis item nomen Rom. Pont. Macedonij quoque, & Euphemij episcoporum CP.[norum]

In quibus Actis, quod frequenter iteratur Ioannes, CP.[nus] episcopus, Patriarcha Oecumenicus, agnoscenda est impostura recentium Græcorum. Etenim Pelagius Papa S. Gregorij prędeceſſor, in Ioannem CP.[num] Antistitem eius nominis tertium, qui sibi huiusmodi titulum vsurpauerat, impugnator insurgens, cum ad vniuersos episcopos scribit (epist. 1.) inter alia plurima in detestationem nouæ præsumptionis hæc habet: *State fortes, state securi, scripta quæ vniuersi nominis falsitate condemnata sunt,* E *nec dare vnquam, nec accipere præsumatis.* Idemque superius tradit nihil eiusmodi ab eiusdem Ioannis prædeceſſoribus CP.[nis] episcopis aliquando tentatum fuiſſe, in quã sententiam S. etiam Gregorius Papa ad eundem epistolam dedit. Cum igitur adeò graues extent testificationes Rom. Pont. de eiusdem tituli detestatione, atque abrogatione, quonam pacto inter publica Acta Concilij illa reperiuntur eſſe descripta, atque recepta, in quibus idem damnatus, reiectusque titulus, toties legitur repetitus? Prætereà si in eadem Synodo idem sæpe titulus lectus, nec reiectus ab aliquo fuit: cur hæc non citata fuerunt contra eosdem Rom. Pont. Pelagium, atque Gregorium? *Oecumenici nomen sępe iteratum imposturã Græcorum recentiũ sapit.*

Io. CP.[nus] episcopus 4. die a dictis publicis Actis in Ecclesia habitis, 20. Iulij cogit Synodum 40. episcoporum; vt, quæ tumultuariè facta eſſent in ecclesia, ritè & legiti- Syn. CP.[na]

qua confirmantur legitime, acclamata a pop. in eccl.

Fraus Græca in nomine S. Leonis Papæ, dum postponitur episcopo CP.o

mè fierent. Assensum igitur est a Synodo, ijs, quæ populus conclamarat, & Monachi per libellos oblatos petierant, & Synodalis relatio facta, vt nomina Orthodoxorum episcoporum; Macedonij, & Euphemij in Diptycha restituantur. Vt qui ob eorum causam, exilio fugati sunt, restituantur propijs gradibus. Vt quattuor sanctæ Synodi in Diptycha referantur. Vt nomen item sanctæ memoriæ Leonis Rom. episcopi, in quo ipse manus fraudulentæ sensit iniuriam, dum post episcopos CP.no ponitur, cum tamen & secundum sui ipsorum rituales libros, primo loco legantur nomina Romanorum Pont. sunt de his plura exempla. In liturgia S. Marci (extat tom. 6. Biblioth. SS.PP.) quæ vsui erat primariæ totius Orientis ecclesiæ Alexandrinæ, & inter alia cum ibi dicitur. Sanctissimum, & Beatissimum Papam N. quem præsciuisti fore, vt sibi sancta tua Catholica, & Apostolica ecclesia, omnium suffragijs eligeret, nec non sanctissimum episcopum N. conserua, &c. Ita vetus vsus, quem recentiores schismatici peruerterūt.) Vt denique anathematizentur omnia blasphema contra sanctam Synodum Chalced. a Seuero prolata: omnia quidem hec scite, probeque transacta, preterquam restitutio nominum Euphemij, & Macedonij in sancta Diptycha, quod ob communicationem cum Acacio, nunquam fuerant in communionem Ecclesiæ Romanæ recepti. At propterea postea Hormisda, sua Apostolica auctoritate; perfecit, vt omnino eorum nomina, cum Acacij nomine, è sacris tabulis expungerentur. His igitur in Synodo CP.na decretis, curæ fuit Io. CP.ni episcopi de omnibus certiores reddere omnes Orientes episcopos, ad quos etiam vnà cum Synodalibus litteris, Actorum publicorum exemplaria, tum rerum gestarum in magna ecclesia, tum quæ in Synodo definita essent, misit.

Bis mille quingenti Episcopi subscribūt Cath. fidei.

Extant in eadem Synodo CP.na sub Menna habita Act. 1. perbreues ad Io. Ierosolym. episcopum, & ad Epiphanium Tyri. Quibus erectæ, & exhilaratæ litteris Ecclesiæ Orientis, frequentibus actis Synodis, Synodales epistolas ad CP.nam Synodum reddunt quibus omnia in ea acta confirmant, & ad perfectam destructionem hæreticorum impellunt. Quot quidem fuerint nescitur; sed in singulis prouincijs eas celebratas esse, collectus simul Episcoporum numerus, circiter bis mille quingentorum, quos sub hoc eodem Iustino Imperatore probasse Catholicam fidem eique subscripsisse, testatur Rusticus Rom. Eccl. Diac. Card. huius seculi scriptor luculentissimus, in Dialogo contra Acephalos. Ext. t. 4. Biblioth. SS.PP. editionis Nouæ col. 1174. De his tam multis Synodis, duarum tantum Ierosolymit. & Tyrensis Synodicæ extant in Synodo contra Anthimum. Act. 1. in quibus tam multa, tàm impia, tàm sacrilega Seueri Antiocheni Episcopi facta habentur, vt vix credibilia sint. Sed & Episcopi secundæ Syriæ, Seueri, & Petri, Apameæ inuasoris, paria horribiliaque scelera referunt, atque primum queruntur sacrosancta Ecclesiastica dogmata, quæ a Sancta Romana Sede in alias deriuata sunt Ecclesias, opera nefandorum hæreticorum esse labefactata, penitusque corrupta, per impium Seuerum, Antiochenæ Sedis inuasorem, & Petrum, qui se intrusit in Ecclesiam Apameæ, &c.

Dogmata Sacrosācta a Rom. in Ecclesias deriuata.

Libellus item a Monachis Apameæ Syriæ Episcopis datus est plenus ruinarum, direptionum, raptationum, cædium, sacrilegiorum Monasteriorum & Monachorum. Sed quam Clerici miserandæ Ecclesiæ Antiochenæ sub execrando Seuero eius sedis inuasore laborantis, scripserint, vix, absque lacrymis, legi possunt; in quibus illa: *Dirum spectaculum fecerunt iacentes uiri, qui religionis certaminibus vsque ad cantitiem certauerunt, nudi & insepulti iactati, vltra trecentos existentes, ex secunda Syria prouincia nati, canibus, & auibus lacerandi proiecti. Similia autem & similiter miseranda sunt & quæ in xenodochijs (idest hospitalibus) ab ipso facta sunt &c.* Querelis his ad Imperatorem delatis, calumniati sunt apud eum Proceres Eutychiani, hos omnes esse Nestorianos hæreticos, ob idque dignos, qui pœnis subijcerentur. Quamobrem Imperator explorauit eorum fidem, quam illi diserte exposuerunt Catholicam. Quibus ille cognitis, pro ipsorum voto, primum promulgauit Edictū quo iuberetur, exules omnes, fidei causa, sub Anastasio condemnatos, ad propria, postliminio, redire debere, pristinosque gradus, & honores recipere, subrogatos vero in ipsorum locum hæreticos pelli alijsque pœnis exagitari. Lege pariter confirmauit sacrosanctum Chalcedon. Concilium, & vt ab omnibus obseruaretur, mandauit vtque pax tutissima om-

Iustini Edictum pro fide Catholica.

nibus

A nibus Ecclesijs redderetur. Non extat ipsum quidem edictum, mentio tamen habetur eius in Actis Magni Sabæ.

Quo promulgato Edicto, vix credi potest, quibus gaudijs affecti sint orthodoxi, qui Imperantibus Zenone, & Anastasio, sub hæreticorum gladio, plurimis annis ingemuerant. Magnus quidem ille Sabas iam octogenarius, & exercitationibus maceratus, de heremo, præ exultatione, prodiens, pij factus est promulgator edicti; per Cæsaream & Scythopolim discurrens. Hoc edicto mirificus ille sanctitate, Theodosius Archimandrita, liberatus ab exilio, ad suos Monachos redijt in Palæstinam, erat autem cum S. Saba magna familiaritate coniunctus, cum verò vtrumque Io. Ierosolym. Episcopus, hoc letitiæ tempore excepisset mensa, iucundum est legere apud Cyrillum in Vit. S. Sabæ, quibus salibus sancti homines, quam lepidis dictis condiuerint
B illud conuiuium, vt sibi inuicem propinarint &c. Cum essent ambo instar luminariũ omnibus, qui vitam amplectebantur monasticam; sed Theodosius quidem eorum, qui uitam exercebant communem; Sabas autem eorum, qui a congressione separatam & quietam, susceperat prefecturam. Dicitur B. Sabam vrbanè sæpe dixisse diuino Theodosio, illum quidem puerorum, se autem esse præfectum perfectorum. At de iocis hactenus. Serio post refert Cyrillus Theodosium Monachis quibusdam Seuerianis, qui illi insultabant, prophetice comminatum esse, lapidem non esse remansurum super lapidem, in eo loco; quod non multo post euenit, Agarenis illud Monasterium vastantibus, & captiuos Monachos raptantibus. Iustinus altero edicto exagitauit Seuerianos hæreticos, & alios Catholicæ Ecclesiæ hostes, vetans ne heretici fungi publicis muneribus possent, ab omnique essent militia alieni, quod non extat quidem sed eius meminit idem Iustinus in constitutione a se sancita aduersus omnes hæreticos, ubi ca-
C uit, ne dotalia priuilegia hæreticis mulieribus prodessent.

Alterũ Iustini Edictũ contra hereticos.

Ad stabiliendum autem firmiter inchoatum fidei Catholicæ ædificium, statuendũ fuit super firmissimam petram, idest communionem Romani Pontificis. Iustinus itaque, vt Catholicus Imperator, pro more, &, ut Ecclesiæ filius, Summum Romanum Põtificem per litteras commonet de sua electione. Kal. Aug. Cui rescribens Hormisda, inter cetera, ait, *Debitas B. Petro Apostolo imperij vestri primitias reddidistis, quas hac ratione deuoti suscepimus; quia Ecclesiarum per uos proximè futuram credidimus, sine dubitatione, concordiam,* & paulo post. *Hanc gratulationis paginam per Alexandrum. V.C. non omisimus destinare, sperantes cum Dei nostri adiutorio, per Gratũ V.C. filium nostrum de singulis, quæ ad unitatem Ecclesiæ pertinent, nos clementiæ uestræ prabituros esse responsum.* Quibus ex uerbis, preter dictam Epistolam, alias ab eodem Impera-
D tore additas litteras, de unitate Ecclesię concinnanda, colligi videtur.

Imp. ad Papam.

Io. CP.nus Eps & Synodus CP.li cõgregata, scientes quę in ea decreta essent nullarum esse virium, nisi Rom. Pont. consensus accederet; & frustra pro Catholica fide instauranda se laborare, nisi Catholica per eundem, Communione impertirentur, hanc, vt ab Hormisda Papa consequi possint, Iustini Imperatoris primum litteris agunt, insuper & ijdem ipsi ea de re scribunt litteras Synodales ad eundem Pontificem, quę non extant illę quidem sed ipse Imperator suis litteris id testatur, quibus omnibus ijdem illud expetierunt, ut legati ab ipso Rom. Pont. CP.lim mitterentur, qui Apostolica auctoritate conciliarent Ecclesijs pacem & lapsos in Ecclesiam restituerent. Extant T. 1. ep. Rom. Pont. in Hormisda. D. 7. Id. Sept. CP.li Magno V.C. Consule. Accepta 13. Kal. Ian. post Consulatum Agapiti V. C. Extant & Iustiniani Comitis
E litterę ad eundem Hormisdam in quibus nunciata Ecclesiarum unione, inter cetera subdit. *De nomine tantummodo Acacij uestræ beatitudinis conuenit audire consensum. Quam ob causam, Dominus noster, Serenissimus Princeps, Gratum uirum sublimem, unanimem mihi amicum, cum paginis Augustis, ad sanctitatem tuam transmittit, vt modis omnibus dignetur CP.lim ad reliqua concordiæ componenda venire. Sed absque quaque dilatione vestrum expectamus aduentum, quem, si qua tarditas, quod fieri non debet, forsitan retinuerit, interim uel sacerdotes idoneos destinare festinet quia totus mũdus partium nostrarum conuersus ad unitatem, moras non patitur; accelerate ergo Domine Sanctissime,* &c.

Hormisda, Litteris ab Imperatore, & Episcopo redditis, vestigijs prędecessorum insistens, ostendit ad pacem, & communionem cum Apostolica Sede habendam, illud omnino requiri vt Acacij nomen reprobetur, coacta siquidem de more Romæ Synodo, cum alijs Collegijs, decernit, ita oblatam ab Orientali Ecclesia pacem suscipiendā esse, si Acacij nomen penitus abolerent, & delerent etiam quos apposuerant sacris tabulis Euphemium, & Macedonium, eadem labe repersos. Hoc decretum in Rom. Synodo. Dardaniæ & Illyrici Episcopi, qui inuiti tyrannide Anastasij acerbe nimis exagitati desciuerant, audita eius morte, & creatione Iustini Catholici, statim detestati impietatem, litteris & Legatis in Ecclesiam Cathol. recipi flagitarunt, quibus annuit Pontif. & communionem est impartitus. Quæ quidem adeò læta significare voluit Ecclesijs Occidentalibus, interque alios, scripsit ad Cęsarium Arelatensem Episcopū, suum tunc in Gallia Vicarium.

Christi Ann.	Hormisdę Papæ	Iustini Imp. 2. Theodor. Reg. 27.	Iustino A. & Eutharico Cillica Coss.
519.	6.		

LIcet ipsius Hormisdæ præsentia, ad rem tantam, ab Orientalibus quæreretur, tamen more maiorum, per Legatos rem agere, consultius visum est. Legati ergo decreti, Germanus Episcopus, qui non alius putatur, quam mirificus ille S. Germanus Episcopus: Blandus presbyter, & Felix, atque Dioscorus Diaconi, quibus dedit admonitionem, subscripto Indiculo contentam, ne vel transuersum vnguem à mandatis recederent.

Indiculus datus Legatis Sedis Apostolicæ.

*CVm Deo propitio, partes Orientales fueritis ingressi, si qui Episcopi vobis occurrerint, & libellum cuius continentiam percepistis, a se subscriptum offerre voluerint, suscipite, eisque præbete Sanctæ communionis consortium, si vero occurrentes Episcopi eo, quo superius diximus, ordine, profiteri noluerint; a vobis equidem, sub sacerdotali affectione tractentur: sed neque vobis sit cum his mensa communis, neque ab his, vel victualia præsumatis accipere, nisi tantum subuentionem, si causa poposcerit, & hospitalitatem: ne credant omnino se fastidiose despectos. Cùm autem CP.*lim*, Deo adiuuante, veneritis, in eam accedite, quam Imperator præbuerit, mansionem: & nullum ad salutationem vestram, prius permittatis accedere, exceptis his, quos ipse miserit Imperator, aut nostræ communionis esse cognoscitis, donec ipsum Principem videatis; cui præsentati, salutantes, litteras nostras offerte; suggerentes magnum nos de eius imperio gaudiū percepisse, & nimium gratulari, quod eum Deus omnipotens ad hoc euexit, iuxta eius sacras litteras, vt secundum ea, quæ sunt ab Apostolicæ Sedis constituta Præsulibus, Deo auctore, & regno eius adnitente, Ecclesiarum & pax, & vnitas, his temporibus desiderata proueniat. Qui si vos hortatus fuerit ut CP.*num* videatis Episcopum, intimate, vos præfinita habere, quæ etiam ab eis sæpè sunt cognita, quæ ab vniuersis Episcopis Catholicam communionem amplectentibus professio debeat celebrari. Hanc si Episcopus CP.*nus* implere paratus est, ei gratanter occurrimus; si uero Sedis Apostolicæ adhortationem sequi contemnit; quid necesse est ut ad occasionem contentionis, salutatio nostra proficiat, quibus non est disputationis aut certaminis causa mandata. Si vero Imperator sibi aperiri voluerit, quid sit, quod ab Episcopo fieri postuletis, formam libelli, quam portatis ostendite. Quod si de Anathemate Acacij consentiens, successores eius dixerit recitandos, ob hoc, quod propter defensionem Chalcedonensis Synodi, aliqui eorum nempè Euphemius, & Macedonius, fuerint exilio deportati, insinuabitis, nihil uos de libelli posse forma decerpere: in qua sequaces damnatorum pariter continentur. Sed si eos ab hac non potueritis intentione deflectere, saltem hoc acquiescite, ut anatematizato specialiter*

A *liter per libellum, quem uobis dedimus, Acacio, de prædecessorum eius nominibus taceatur abrasis de Diptychorum inscriptione uocabulis. Quo facto Episcopum CP.num in vestram communionem accipite. Libellus vero vel Episcopi CP.ni vel aliorum quos uos suscipere, Deo uolente, contigerit, primo agite ut præsente populo recitetur. Quod si hoc fieri non potuerit, saltem in secretario, præsentibus Clericis, & Archimādritis relegatur. Hæc omnia si Deo fuerint volente, completa, Imperatorem rogate, vt destinatis sacris, per Metropolitanos Episcopos, adiunctis ipsius Episcopi CP.ni litteris, innotescat Episcopum CP.num suo quoque consensu, celebrata professione, quam Sedes Apostolica destinauit, in communionem unitatis fuisse susceptum. Quibus litteris etiam ipsos hortetur similia profiteri. Quod si in hac parte Imperator aliquid difficultatis attulerit, Episcopus CP.nus directis præceptionibus Episcopis suis parochialibus, uel ceteris Metropolitanis, ijsdem præsidentibus, qui a nobis pariter directi fuerint, quid ipse fecerit innotescat; quod* B *ab eo modis omnibus nos oportet exigere: ut facti huius testimonio, peragrante etiam uniuersos, uel qui longe sunt positi, latere non possit.* hactenus admonitio, eiusmodi quidē, vt nec in Compendio pigere quemque debeat longitudinis.

Extant Hormisdæ Epistolæ ad Imp. Augustum, Augustam quoque ipsam: ad Episcopum CP.num ad Archidiaconum & Clerum CP.num, ad Iustinianum, ad aliquos alios potentes Aulicos, & ad Præfectum Thessalonicēsē, & ad senatorias feminas, quibus oportunè vrget tantæ legationis effectum.

Extāt aliquot relationes legatorū (inter Hormisdæ Epist.) post 34. de hisquæ in itinere gesta sunt & inter alias, ut Scāpinus (idest Scāpinæ ciuitatis in Illyrico) Eps libellū subscripserit, & in cōione receptus sit &c. *Cōfitemur*, inquiūt, *Beatitudini uestræ, tātam deuotionem, tantas Deo laudes, tantas lacrymas, tanta gaudia difficile in alio popu-* C *lo uidimus. Propè omnes cum cereis uiri cum mulieribus, milites cum crucibus in ciuitate nos susceperunt* &c. Vt ab Imperatore missi VV. CC. qui vsque in Italiam Legatis occurrerent, Vt Lignidi Episcopus subscripserit. cuius & extat ad Hormisdam Epistola, plena ingentis submissionis: in qua & illud VESTRIS PRAEDICANDIS, ET ADORANDIS ME PRAESENTARE VESTIGIIS. Vt Thessalonicæ, post multam contentionem, Dorotheus Episcopus Schismaticus conuenerit cum Legatis, se cum suis Episcopis libello subscripturum. Vt denique CP.lim peruenerint. Fer. 2. hebdom. Authenticæ (quam maiorem hebdomadam Latini dicunt) & ad decimum milliarium sublimes, & Magnifici Viri illis occurrerint, Magister Militum Vitalianus, Pompeius, & Iustinianus, & alij senatores, cunctique ut Catholicæ fidei ardo- D re, ac desiderio redintegrandæ pacis arderent. *Quid plura*, inquit, *cum summis penè omniū gaudijs ingredimur ciuitatem. Sequenti die admissi ad Imperatorem, præsente cuncto Senatu, obtulimus Beatitudinis vestræ litteras quas Clementissimus Princeps cū grandi reuerentia suscepit* &c.

Intermissa Fer. 4. Episcopus CP.nus post non magnum certamen libellum subscripsit, damnans memoriam Hæreticorum, Impp. Zenonis, & Anastasij, & Patriarcharū ex præscripto Hormisdę P. & mox Acacij nomen e Diptychis est deletum, similiter & Phrauitę (hęretici) Euphemij, Macedonij, & Timothei, Schismaticorum deinceps Episcopi diuersarum ciuitatum, CP.li reperti, libellum similiter obtulerunt pari modo & omnes Archimandritę, post multum certamen. Communio hęc, & unitas Oriētalis Ecclesię cum Occidentali contracta est, ipso Sanctissimo resurrectionis die, absque vlla seditione, & tumultu, quod timebatur, cum tanta admiratione, gratia- E rum actione, & gaudio, laudibus actis Beato Petro Apostolo, & ipsi Romano Pontifici quantum lingua explicare non valet. Relatio ipsa Epistolæ quoque Andreę Episcopi Epiri & Iulianæ Aniciæ.

De tanta re, vt est pax, & communio Orientalis, & Occidentalis Ecclesiæ, omnes gaudentes Sanctissimo Papæ Hormisdæ gratulatorias mittunt litteras, Iustinus in primis Imperator Ioānes Episcopus CP.nus & alij. ex epistola porrò Io. Episcopi CP.ni verbis illis. *Quoniam talem uerticem meis manibus tali corona decorauit*, colligitur fuisse in more, vt Orientis Imperij electi Imperatores ab Episcopo C P.no coronarentur. Ex epistola vero Andreæ Episcopi Præualitani in Epiro, obseruandus modus ille

Impp. CP.ni a Patriarcha coronabātur.

loquendi quo in inscriptione vtitur ANGELICIS MERITIS COAEQVANDO A
PATRI PATRVM PAPAE HORMISDAE, & initio Epistolæ. COMMENDANS ME HVMILLIME VESTIGIIS VESTRIS PIISSIMIS, INDICO, & cæt.

Iuliana porrò Anicia perspectam probe habens Græcam leuitatem monet Pont. ne ante Legatos suos reuocet quàm vnitas ad effectum perpetuum deducantur.

Rom. Pōt. Vniuersalis cognit⁹ eps à Græcis.

Ex Epistolæ Pompei V.C. titulo, & Anastasiæ CL.F. quod appellatur Pontifex vniuersalis Ecclesiæ Hormisda, colligis Roman. Pont. vniuersalis Ecclesiæ Episcopum cognitum, atque vocatum elapsa sacra die Ascensionis, cum necdum accepisset litteras, Hormisda de tanta re sollicitus, per Paulinum Ecclesiæ Roman. defensorem ad Imperatorem & Legatos scribit, & in fine quidem literarum ad Legatos, *Nihil* (habet) *maius inter titulos optimi Imperatoris ascribitur, quàm si eum Ecclesia Græca præsens,* B
& futura prædicare mereatur pacis auctorem.

Interim autem expectatis acceptis litteris, & publicatis, ingenti, Roma, cum Pontifice, perfusa est gaudio, & priuatim ac publice Deo laudes dictæ, & de tanta victoria de heresi, & discordia, quæ tam diu Orientalem Ecclesiam ab Occidentali distraxerat, gratiæ actæ.

Hormisda rescribit 7. Id. Iul. ad Iustinum Imp. sic de actis commendans, ut ad ea, quæ restarent corrigenda, & perficienda adhortetur ad Ecclesias scilicet Alexandrinã & Antiochenam, & alias corrigẽdas. eadem die ad Episcopum CP.num & alios CC. VV. & feminas.

De ordinatione Antiochenę Ecclesię Dioscorus, vnus de legatis, in relatione ad Hormisdam sic habet. *Nunc etsi post labores, & si post intentiones plures Antiochena Ecclesia ordinata est, electus est quidam Paulus nomine, presbyter CP.næ Ecclesiæ, quem* C
huic honori aptissimum Imperatoris testimonio comprobatum voluerunt & tentauerunt hic ordinare. Ego iussionis vestræ non immemor, contradixi, dicens; Iussit Dominus noster Beatissimus Papa, secundum antiquam consuetudinem, ibi eum Episcopum ordinari. Hoc obtinuit quod præcepistis. Altercatio autem hæc fuit ob conatus CP.norum Pontificum, tentantium vsurpare sibi electionem Antiochenorum Antistitum.

Scythię pseudomonachi quidam specie quidem Catholici, profitentes Synodum Chalcedonensem, sed reuera hæretici Eutychiani, magna fraude, & calliditate tentarunt nouitatem inducere in Ecclesiam. per quam sensim irreperent ad disputandum de Chalcedon. Concilio, & illi aliquid addendum, quasi imperfectum & insufficiens esset. de quibus Legati Sedis Apostolicæ monent Pont. Roman. duplici relatione, ex CP.li missa, altera 3. Kalen. Iun. altera 3. Kalen. Iul. illi igitur Monachi, cum nihil a D
Legatis eorum quę subdole petebant, impetrassent, Romam ad Pōtificem conuolarũt. hęc igitur de illis Legati secunda relatione prædicta *Monachi ad Italiam venientes aliquanta capitula proponere habent, inter quæ, &, Vnum de Trinitate Crucifixum, continetur; sperantes ita confirmari ex auctoritate Beatitudinis vestræ: sicut & in alijs litteris significauimus, & modo hoc dicimus, vt nulla nouitas a Sede Apostolica scribatur; quia & ante Imperatorem & contra Senatum hæc indicauimus, dicentes; Extra Synodos quatuor, extra Epistolas Papæ Leonis, nec dicimus, nec admittimus, quicquid non continetur in prædictis Synodis. Aut quod non est scriptum a Papa Leone, non suscipimus. Quod si voluerit Dominus Noster qualemuis nouitatem scribere, peius erit istud initium, quam illud quod factum est, per Eutychetem: sufficere debet Ecclesiæ quod per sexa-* E
ginta annos ab Eutychete vsque modo sustinuit, nobis, quod visum est, scripsimus, in vestra potestate est deliberare quod Deus vobis imperauerit, quoniam hæc illi nituntur afferre, eo modo sibi satisfacere cupientes, vt ita profiteamur, & dicamus. Vnum de Trinitate passum esse; quod nec Synodi, nec Patres dixerunt. Hæc Legati, non negantes penitus dici non posse, sed cauendam in verborum nouitate fraudem latentem, explodendamque temeritatem, ad sanctum Concilium addere aliquid præsumentem. sed pergunt. *Ista ideo per singula exposuimus, ne illorum subtilitas glorietur in nostra simplicitate, propter non istis suas intentiones.*

Vitalian. q. se ante gel-

Vitaliano magnifico viro subrepserũt, vt & talia uindicare, pro talibus rebus, & cõ-

tra

A tra nos quęcunque potuit impedimenta afferret, cuius immutationem omnis nobiscũ deflet Ecclesia. Quapropter rogamus, vt consueta cautela, & qua solet Dominus noster vigilantia, cogitetis, & quomodo suscipiendi sint, qui a nobis taliter recesserunt, & a nostra communione fuerant seiuncti; & quid eis respondeatur, vel quomodo eorum capitula repellantur, quia eos omnis CP.na Catholica exhorret ecclesia. D. 3. Kal. Iulij CP.li. Hic ille Vitalianus Magister militum, qui regnandi auidus Imperante Anastasio Hæretico, quasi Catholicus, Catholicis fauit, & sub Iustino Catholico Euthychianis adhærens non multo post interiectus est. Vnde autem ijsdem Scythiæ Monachis manarit occasio, vt minimè satis esse putarent ad fidem Catholicam astruẽdam aduersus Nestorianorum errorem profiteri Chalcedon. Concilium, nisi apposito additamento, quo quis expresse assereret, vnum de Trinitate Crucifixum, ex Dionysio exiguo in præfatione ad epistolam Procli CP.ni ad Armenos, quam rogante Feli- B ciano Pastore in Latinum vertit, possumus intelligere. ait. n. Temporibus Antistitis memorati CP.ni Procli, Theodosio regente Remp. per Syriam, atque Armeniam discipuli Theodori Mopsuestenę ciuitatis episcopi, prauam fidem, corrupto Symbolo rudibus populis exorti sunt intimare, callidissima subtilitate beatam Trinitatem sic unius essentiæ prædicantes, vt Christũ Dominũ nostrũ conditorẽ vniuersitatis, vnũ ex Trinitate nullatenus faterentur, vnde sequebatur, hęc inepta suæ temeritatis absurditas, ut quia Christum constat verum esse Deum, ac Dominum, quatuor personas in tribus assererent, duosque Dei filios procul dubio prædicarent. Sed huic impietati mirè Pontifex antefatus obsistens, docuit Christum Dominum Nostrum, & principio verbum apud Deum, & vnum de Trinitate esse, &c. Porrò cum ista acciderint ante Chalcedon. Concilium a quo plenissimè satisfactum Catholicæ veritati aduersus C hæreses Nestorij, & Eutychetis, absque eiusmodi assertione sententię, eam addi velle eidem Sacrosancto Concilio, nec alicuius esse recipiendam Catholicę fidei professionem absque eius assertione, nimis durum visum est Legatis Apostolicę Sedis, valdeq; periculosum, ignominosum verò ipsi Oecumenicę Synodo. Vnde eadem iterum significare Rom. Pont. necessarium putauere. Sed Latius hæc & planius in annalibus explanantur.

Serat Catholicũ demũ [illegible] Eutychianum.

Commendant ijsdem Legati petitionem Iustiniani, reliquiarum, quas condat in Basilica a se ædificata SS. Apostolorũ. *Habuit*, inquiũt, *qui de petitio prædicti uiri, secundũ morem* Græcorum (scilicet tradẽdi carnes, vel ossa) *& nos contra, consuetudinẽ Sedis Apostolicæ exposuimus. Accepit rationem.* ea autem Rom. consuetudo erat, ut uela demissa ad primum vel secundum foramen, quæ sanctuaria dicebantur, quod inde san- D ctitatem acciperent, pro reliquijs mitterentur. pergunt Legati; Et quia talis est feruor fidei eius, qui meretur, quicquid de Apostolica Sede depoposcerit, & talis est, qui sperat, vnde & salus animæ, & fidei affectus accrescat, talibus desiderijs postulata competit non negare. Vnde etsi Beatitudini Vestræ videtur, sanctuaria BB. App. Petri, & Pauli, secundum morem ei largiri, præcipite, & si fieri potest, ad secundam cataractã ipsa sanctuaria deponere, vestrum est deliberare. extat ea epistola Iustiniani, in qua meminit de Monachis illis nouatoribus, & pacis perturbatoribus, quos suadet Pontifici, vt a se repellat, nominat autem eos Achillem, Ioannem, Leontium, & Maxentium de ijsdem Monachis duas alias mittit epistolas in quarum altera illud est prȩclarum de Rom. Pont. *Hoc enim* (inquit, *Credimus esse Catholicum, quod vestro Religioso responso* E *nobis fuerit intimatum.*

Mos Gręcorũ & Latinorũ circa reliquias.

Monachi igitur illi fraudulenti, sub ouina pelle Lupi, antequam Romam pergant, quasi pro Chalcedonensi Synodo pugnantes, libellum fidei Legatis offerunt, cuius initium, Quoniam nonnulli videntes nos cõtra eos, qui inimico proposito Chalcedon. Concilij fidem nituntur euertere, Patrum proferre sententias, &c. qui quidẽ libellus superioribus annis a bene Catholico homine Io. Cocleo editus est in lucem post opera B. Fulgentij, quasi Catholicus a Catholico homine Maxentio, quem & laudat, cũ subtiles eius fraudes non agnouisset. Qui autem acutior, & doctior hęc plenè cupit perspicere, legat ipsos annales, & Ferrandi Diaconi Carthaginensis Epistolam ad Anatolium Eccl. Rom. Diaconum, qui plures recitat causas, ob quas tùm Legati, tum Ro-

Maxentij hæretici liber, ut Catholici, per errorẽ, a Catholico editur.

Ferrandus Diac. Carthagin. per hoc tempus scriptor illustris.

A man. Pont. Hormisda, & alij signis nominis Orthodoxi permoti eum loquendi modum de passo vno ex Trinitate, minimè recipiendam esse putarunt. nobis hæc dogmatica, & subtiliora, in hoc compendio, nisi ferè historicè, non videntur prosequenda.

Fulgẽtij aureꝰ liber de Incarnatione, gratia, & lib. arbitrio.

Romæ dum agerent isti Monachi, quasi Legati totius Orientis, Legationem cum dubitationibus & epistola dirigunt ad Africanos, apud quos tum fulgebat doctrina, & sanctitate B. Fulgentius, cui ab alijs episcopis delegatum est munus respondendi, qua occasione scripsit egregium illum, de incarnatione Verbi, & gratia, & libero arbitrio Commentarium, planè aureum, in quo, inter alias gemmas, nitet de Primatu Romanæ ecclesiæ illa sententia tanto digna Doctore. *Duorum*, (inquit,) *magnorum luminarium Petri scilicet, Paulique verbis tamquã splendentibus radijs illustrata, eorumque decorata corporibus, Romana, quæ mundi caput est,* B *tenet, & docet Ecclesia, totus cum ea Christianus orbis, & ad iustitiam nihil hæsitans credit, & ad salutem non dubitat confiteri.* Hęc præclare Fulgentius. Monachi isti, quasi uindices Catholicæ fidei, accusatores prodeunt Victoris Diaconi, & Dioscori vnius legatorum, à quo ipsi CP.li rei criminis hæresis constituti fuissent. quamobrem placuit Hormisdæ eosdem Monachos Scythas diutius Romæ detinere, vsque ad reditum Legatorum, ipsis non dissentientibus. Hormisdæ Epistola 64. ad Iustinum in qua & petit mitti Romam eundem illum Victorem Diaconum, sed epistola 63. ad eundem de ijsdem habet. Præterea Monachos, quos venisse Romam significastis litteris vestris, ad propria mox voluimus reuerti, sed quia sub testificatione potentiæ diuinæ dicebãt per insidias in itinere paratas, vitę sustinere se posse discrimen, volentes redire CP.lim passi non sumus violenter expelli, quę data est 4. Non. Sept. Sed alia epistola ad legatos 3. Non. Decem. sic de illis scribit. Qui cum nollent sustinere vestræ dilectionis aduentum, & obseruationum moras, se dicerent ferre non posse, tentauerunt clàm de vrbe discedere: quos tamen nos faciemus sollicitius custodiri, ea quæ de vobis contraria dixerunt, volentes agnoscere; vt cum reuersi, Deo propitio fueritis, eorum error rationalibus adhortationibus corrigatur, nimirum veriti ne impostores detegerentur, & hęretici, fugam arripere tentarunt. Dioscorus, ex litteris Hormisdæ, cognita [illegible]chorum accusatione, quod consuetudine hęreticorum vteretur, rem totam de gestis cũ Victore exponit, & Orthodoxæ fidei suæ confessionem adnectit litteris ad Hormisdam, extant post 64. Epist. Hormisdæ, in qua, hęc de monachis. Maxẽtius tamẽ qui sub Abbatis uocabulo dixit se congregationẽ habere: si interrogetur, aut cum quibus Monachis uixit, aut in quo Monasterio, aut sub quo Abbate Monachus factus est, dicere D non potest: similiter & si de Achille dicere voluero, rem facio superuacuam, cui sufficit semper latere per conscientiam suam, ab omnibus Catholicis damnatam D. Id. Octobr.

Atrox facinus in Legatũ Apostolicum.

Accidit Thessalonicæ res planè indigna, & detestabilis, populus Thessalonicensis incitatus ab Episcopo suo Dorothéo, quasi in reconciliatione cum Ecclesia Romana de qua cum Legatis proficiscentibus CP.lim conuenerat fides ipsa Catholica proderetur, Episcopum Ioannem vnum de Legatis Thessalonicam progressum ad excipiendos reconciliationis libellos inuadit, duos eius pueros occidit, ipsum vulneribus afficit, & nisi manus publica superuenisset occidisset. Ioannem quoque venerabilem Catholicum, qui illos hospitio exceperat occidit. ex relat. legato. quę extat Tom. 1. Ep. E Rom. Pont. in Hormisda, sed quod admirabilius & dolendum magis, sub Iustino Principe tam Catholico, tantum facinus in Legatum Apostolicum, eumque Episcopum, admissum, non fuit vt oportebat, vindicatum; cum, & ipsi Legati Apostolici CP.li essent apud Imperatorem. Nam corruptum auro est iudicium Episcopi, Dorotheus, & collegæ facinus excusarunt. Dorotheus, qui in extremas terras amandandus erat, Heracleam ad modicum tempus relegatur, & paulo post ad suam ecclesiã redire, carnifex, permittitur. Hormisda re cognita, litteras dat ad Legatos 3. Non. Decemb. *Grauiter nos*, inquit, *Io. Catholici afflixit interitus, quem hæretici Dorothei vesania perhibetis extinctum*, &c. monetque vt apud Principem insistant, ut Dorotheus Episcopus ab Episcopatu depositus, longe relegetur, vel certe, ad urbem, sub prosecutione congrua

solet

A dirigatur. Neutrum est factum, nefario facinore excusato, & iudicio corrupto, vt dictum est.

Plures alias dat hoc tempore litteras Hormisda ad diuersos pro Episcopis, qui petebant in Sedes suas restitui, e quibus deiecti fuerãt, a quadragesimaseptima, ad quinquagesimamquintam.

Lata est ab Imperatore sententia in impium illum atque nefarium Seuerum Antiochenum Pseudoepiscopum totius Orientis depopulatorem, ut damnati sæpè in Synodis, hominis lingua, qua Deum iugiter blasphemabat, præcideretur. At nefarius impostor, meritas pœnas fuga uitauit, profectus Alexandriam. Vt antea quoque Iulianus Alicarnasseus episcopus improbator & ipse Chalcedon. Consil. Ex Euagr.[a] & Liberato [b]. a 4.c.1.& 4. b Breu.c.19.

B Miserandus planè, per hoc tempus erat status Ecclesiæ Alexandrinæ, cum mortuo Dioscero Iuniore, qui iam annos tres Sedem illam occupasset, & substituto in eius locum ab hæreticis Timotheo æquè hæretico, ita ille populus persuasus & dementatus erat, ut crederet Chalcedonense. Concilium fuisse conuentum Nestorianorum, ab eoque destrui quæcunque ipsorum Pater S. Cyrillus contra Nestorianam hæresim conscripsisset: sed & Seniorem Dioscorum non alium quam Cyrilli scriptorum defensorem se exhibuisse ut pietatem putaret, Catholicam fidem, uel cum uitæ dispendio oppugnare, atque ita defensione tumultuantis populi, qui illuc confugiebant hæretici, securi degere uidebantur, magno namque periculo ab Imperatoribus perturbari Alexandrinos exempla plurima docuere.

Sub isto Timotheo de corruptibili, & incorruptibili, apud ecclesiam Alexandrinam

C quæstio mota est, asserẽte Seuero illo impio, Christi corpus fuisse corruptibile, & passionibus obnoxium, Iuliano contra episcopo Alicarnasseo esse incorruptibile, idque vtroque ex doctrina Patrum, libris scriptis, affirmãte atque ita ecclesia illa scissa est in Corrupticolas, qui & Seueriani, & post etiam Theodosiani dicti sunt; quibus & Timotheus ipse magis adhærebat; & incorruptibiles seu Phantasiastas, qui & Gaiani, seu Gaianitæ. Timotheo obiecit Themistius eius Diaconus, si corruptibile fuit Christi corpus, oportet eum & aliqua ignorasse, sicut de Lazaro, & de Iudicio extremo; hoc Timotheo negante, Themistius, ab eius communione discedens, schisma fecit, inde Themistiani dicti, & Agnoitæ. Ex Liberato,[c] & Leontio de sectis.[d] c Breu.c.19 d Act.5.

Christi Ann.	Hormisdæ Pap.	Iustini Imp. 3. / Theodor. Reg. 28.	Rustico, & / Vitaliano Coss.
520.	7.		

D

Vitalianus, mense Consulatus sui, septimo, decem, & septem vulneribus confectus in Palatio cum Cleriano, & Paulo satellitibus, interemptus est. Marcellin. in Chron. hasque pœnas pro sceleribus, quæ tàm temere contra Imperatorem Rom. consciuerat, persoluit, ait Euagr.[e] alludens ad ea, quæ contra Anastasium egerat, sub specie pietatis, cupiditate regnandi. An potius luit pœnas de patrocinio sumpto Monachorum Scytharum, & ipse Scytha, aduersus Apostolicæ Sedis Legatos pro hæresi Eutychiana? e 4.ca.3.

Io. episcopus CP.nus moritur, cum sed. ann. tres, Epiphanius presbyter, syncellus eius, successit, ex litteris Dioscori legati acceptis 7. Id. Apr.

E Cum differret Epiphanius CP.nus episcopus legationem, ex more de sua electione Romam mittere, ad Rom. Pontificem, priuatas ad eum Hormisda dat litteras, non vt Antistes vniuersalis ecclesiæ, admonens eum de officio suo, epistola est num. 68.

Possessor Africanus episcopus degens CP. ex more, de quæstionibus ad fidem Catholicam spectantibus Rom. Pont. consulit, *Decet*, inquit, *& expedit ad caput is recurrere medicamentum, quoties agitur de sanitate membrorum. Quis enim maiorem circa subiectos solicitudinem gerit, aut à quo magis, nutantis fidei stabilitas expectanda, quam ab eius Sedis Præside, cuius primus a Christo rector audiuit, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam? arbitror vestram Beatitudinem non* Possessor episcopus Afric. Ro. Pont. consulit. Matth. 16.

latere quantis in CP.na vrbe ecclesia laboret insidijs & ad morem ueteris morbi, in saniem uulnus iterum quærat erumpere, quod obductam creditur cicatrice innuit complures illic extare, qui fauentes Scythis Monachis, clàm restituere conentur Eutychianam hęresim, auctam Theopaschitatum blasphemia, qua crucem diuinitati conentur inferre. Subdit aliam contentionem obortam de Codice cuiusdam Fausti, natione Galli, Reginę ciuitatis episcopi, *qui de diuersis*, inquit, *rebus, & frequentius de gratia Dei, discrete uisus est disputare, cui cum instarent iudicium eius exquirere, ipse per Iustinum Diaconum suam, Sedem consulit Apostolicam: maxime*, inquit, *quod filij quoque uestri Magistri militum, Vitalianus, & Iustinianus præcipuè super hac re rescripto Beatitudinis uestræ similiter informari desiderant*, & ad finem, *Codicem quoque tractatuum ante hac direxisse memini, continentem B. Pauli Apostoli epistolarum explanationes: pro quo rescripto gratulari non merui: unde simili prece deposco, ut prærogatiuam benedictionis vestræ competenti responsione merear adipisci.* Accepta 15. kal. Aug. A B

Faustus Reginensis episcopus.

Extat Hormisdæ epistola ad Possessorem reddita Idib. Augusti inter epistolas quidem ipsius, sed emendatior inter scripta Ioannis Maxentij. In ea primum laudat Possessorem de studio consulendi, &c. deinde describit nefarios illos Monachos; *quos post multa*, inquit, *non potuimus monitis, non mansuetudine non auctoritate comprimere*, &c. *Hæc ideo*, inquit, *dilectioni vestræ indicanda sub occasione credidimus, ne si illuc fuerint fortè delati, ignorantes, quemadmodum se in vrbe Rom. tractauerint, sub aliqua verborum simulatione deciperent.* Denique respondet de libris Fausti: *Neque illum recipi, neque quemquam, quos in auctoritate Patrum non recipit examen Catholicæ fidei, aut ecclesiæ disciplinæ, ambiguitatem posse gignere, aut religiosis præiudicium comparare*, &c. mox docet, quomodo legendi libri improbati alludens ad censuram Gelasij Papæ, atque Romanę Synodi, quorum decreto scripta ipsius Fausti reiecta sunt inter Apocrypha. sed subdit. *De arbitrio tamen libero, & gratia Dei, quod Romana (hoc est Catholica) sequatur, & asseueret ecclesia, licet in varijs libris B. Augustini, & maxime ad Hilarium, & Prosperum, possit cognosci: tamen in scrinijs Ecclesiasticis expressa capitula continentur; quæ si tibi desunt, & necessaria creditis, destinabimus, quęquam qui diligenter Apostoli dicta considerat quid sequi debeat euidenter cognoscat.* Hactenus Hormisdæ epistola ad Possessorem episcopum, licet (vt aduersarij questi sunt) eadem facta Encyclica, longè latèque per prouincias fuerit diuulgata qua cum se perurgeri vehementer sensissent Scythę Monachi, ex eis, qui videbatur esse disertior, Ioannes cognomento Maxentius, aduersus eandē epistolam scripsit Apologiam; in qua vt liberam dicendi sibi compararet facultatem, Hormisdæ esse negauit epistolam, ab aduersarijs, eius nomine scriptam affirmans. Sed frustra negant, cum omnia clament eius esse, compaginatio rerum gestarum, sententiarum, atque verborum proprietas, stylus, & alia plura. Responsio verò Maxentij rectè intuenti patet plena mendacijs, & calumnijs, in Dioscorum, in Possessorem, in Hormisdam ipsum summum Rom. Pont. C D

Io. Maxentius scrib. c. ep. Hormisdę, quasi nō eius esset.

Interea appropinquante legatorum Romam reditu, causæ diffisi nequam Monachi, haud laturi ipsorum conspectum, quos Nestoriani sui accusarant, non tam arctè custoditi, opportunitatem temporis nacti, contestationibus publicè affixis, aufugerunt, quas non alias putamus quam duodecim illos Anathematismos, qui in ipsius, omnium ore loquentis, Maxentij scriptis adhuc extant.

Epiphanius episcopus CP.nus tandem legationem, & litteras, pro suo officio misit ad Rom. Pont. quibus se Catholicum, & illi vnanimem ostendit, præmisit autem has, quæ acceptæ sunt Romæ 15. kal. Octobr. post verò collecta Synodo CP.li ex ea legatio decreta est, Synodicęque ad Hormisdam datę, cum Epiphanij posterioribus litteris, & muneribus, calice aureo gemmato, patena aurea, altero calice argenteo, & velis sericis duobus. Quæ omnes citatæ litteræ integræ extant, inter epistolas Hormisdæ, ex quibus certa epistolaris historia habetur. E

Legationem suam quoque ipse Imperator misit per Gratum virum sublimē Magistrum Scrinij cum litteris.

Tertia addita est legatio ecclesiæ Thessalonicensis, (quam decretam ordinatione Iustini Imp. scribit Hormisda in epist. ad Epiphan. numero 77. in fine) per quam ipsi

Rom.

A Rom. Pont. & legatis voluit publicè satisfieri de perpetratis in eos malis, sed & ipse Dorotheus Thessalonicensis, tanquam immunis a nefario sacrilegio perpetrato, excusationis plenas non erubuit scribere litteras ad ipsum Hormisdam Papam, ad quem ipse Papa. graues, & acres rescripsit litteras. *Expectamus igitur*, inquit, *si non desunt fraternitati tuæ, ueritatis, Deo nota, præsidia, ut & tanti sceleris a te repellas inuidiam*, &c. Dat. 4. kal. Nouemb. Quid vero præterita decreuerit idem Pont. de eadem Thessalonicensium causa, non apparet, nisi quod de ea meminit in epistola ad Epiphan. CP.num episcopum 77. verbis istis. *De Thessalonicensibus quorum ad nos legati, sub clementissimi, & fidelissimi Principis filij nostri ordinatione venerunt: ne quid omisisse credamur, nosse vos volumus, secundum hoc quod Domino nostro Iesu Christo inspirante placuerit, causam omnem nostri dispositione tractandam.*

B Aliquot episcopos communionem Apostolicæ Sedis habētes deiectos suis Sedibus ab hęreticis occupatis, commendauerat Rom. Pont. Io. decessori, & Epiphanio CP.no episcopo, vt in suas sedes restituerentur, quod cum nondum perfectum esset, conqueritur Hormisda cum Epiphanio, *quasi per id Apostolicæ sedis auctoritas* (*quod absit*, inquit, *per Orientem potius diuulgata quam restituta uideatur.*

Cum vbique Eutychiana hæresis damnaretur, pœnitentesq; Eutychiani hęretici ad ecclesiam Catholicam passim reuocarentur, relatum est ad Iustinū Imper. accidisse quid in Syria quod Orthodoxis haud mediocrem conflauit inuidiam. Is igitur pro sua summa pietate mandauit, imponens etiam iuramentum in nomine Domini, & Saluatoris Christi Dei nostri vt ipsa rei veritas vndique requireretur, & c. 3. Id. Aug. CP.li habetur in V. Syn. Act. 7.

C Extremo anno legati re bene gesta, redeūt CP.li Io. quidem episcopus suo sanguine purpuratus ab hęreticis Thessalonicę male multatus, S. vero Germanus Capuanus episcopus, duplicis legationis bene perfunctus munere celebris. Is est, de quo refert S. Gregorius 2. lib. Dial. cap. 35. S. Benedictum, qua nocte è vita migrauit, eius agnouisse animam in sphæra ignea ab Angelis in cœlum ferri.

Christi Annus	*Hormisdę Pap.*	*Iustini Imp.* 4.	*Valerio, &*	*Coss.*
521.	8.	*Theodor. Reg.* 29.	*Iustiniano*	

D FAmosissimum hunc Cōsulatum Iustinianus, præ Consulibus, omnem Orientalium vtilitatibus edidit: nam ducēta octoginta octo solidorum sestertia, liberalitate Cōsulari profecta munificentia in populum, inque spectacula, siue spectaculorum machinam distributa sunt. Viginti Leones, triginta pardos, exceptis alijs feris, in amphiteatro simul exhibuit, numerosos præterea, phaleratosque in Circo Caballos iam donatis quoque impartiuit aurigis. Vna dūtaxat, vltimoque Mappa insanienti populo denegata Marcellin. in Chron. dempta quidem fuerunt gladiatorum cruenta spectacula, retenta tamen fuere in venatione ferarum; sed nec humanum, vbi homines a bestijs lacerantur.

Legati ab Imperatore, & episcopo, ac Synodo CP.na integra hyeme ab Hormisda retenti, sæpè auditi, & de petitionibus quas vna cum litteris ingesserunt, differentes, (quarum altera erat de tolerandis in Diptychis episcoporum orthodoxorum defunctorum nominibus, qui sub schismate Acacij mortui essent: altera vero de asserendo, vnū E ex trinitate Christum natum, & passum) omni probationum genere conuicti, atque etiam persuasi haud indigne de illis ab eodem Pont. tulere repulsam, quam non ab infenso viderent prodire animo, vel a superba mente manare, sed potius, è puro fluere doctrinæ fonte, per maiorum traditionum irrigua, ipso Hormisda sæpius illud Apostolicum inculcante; *Non possumus aduersus veritatem, sed pro veritate*; ostendēte planè, tantam Pontificiam potestatem non ad destructionem, sed ad ædificationem datam; nihilque præter fas vsurpandum ecclesiæ vniuersalis Antistiti, eidemque perfecto dispēsatori mysterium Dei; cum ex sententia eiusdem Apostoli, inter dispensatores illud potissimum requiratur, vt fidelis quis inueniatur. Dimissis igitur legatis, cum litteris

Rom. Pon. potestas quanta, & quatenus pateat.
2. Cor. 13.
1. Cor. 4.

7. Kal. April. datis ad Imperatorem quidem binis, singulis de singulis petitionibus, & ad Synodum, & ipsum Epiphanium CP.[num] episcopum de illis, quæ inuiolate custodirentur in Oriente, nouitasque illa verborum penitus deleretur, ac ne reciperentur, qui in communicatione Acacij defuncti essent. Hæc vt penitus seruarentur, suas vices legauit idem Pontifex Epiphanio CP.[no] episcopo, qui Apostolicę Sedis nomine, lapsos cũ libellis reciperet, ita tamen vt (ne quid subreperet hęreticæ communionis fermenti), singulos libellos Romam ad ipsum Pontificem mitteret: tantum enim abfuit, vt, quod petebant Imperator, & alij, sineret, ob bonum pacis ad ecclesiam admitti populos, qui tenacissimi erant nominum suorum episcoporum, communicatione Acacij pollutorum, vt nec recipi vel vnum pati voluerit, libello non penitus explorato, Romamque misso. Quibus intelligas, quanta, super omnes, Rom. Pont. polleret auctoritate, licet adhuc sub Rege Gotho ipsa Romana lugeret ecclesia. Legendæ sunt litteræ Imperatoris, & aliorum, nomine totius Orientis, ea petentium, idque summa instantia, & maxime Iustiniani, primi post Imperatorem; & agnosces infracti animi vigorem, & robur, ac constantiam Hormisdæ, nulla se re passi dimoueri ab eo quod rectum, & secundum regulam ecclesiasticam erat. A B

Robur & constantia Hormisdæ PP.

Exemplum plane ab Hormisda est posteris traditum Pontificibus, quod acceptum ipse a maioribus reliquit integrè custoditum non ob gratiam Imperatorum, vel Regũ quantumlibet importune petentium, non precibus, quorumlibet magnorum Antistitum, vel ex Synodo, ad id præstandum vrgentium, non cuiusuis dignæ causæ prętextu, quo magnarum etiam prouinciarum restitutionem fieri pollicerentur, debere Roman. episcopos, quibus curæ est custodire depositum Christianæ religionis, vel minimum quid deflecti, cum a maioribus accepta fides, vel lęditur, aut in suspicionem adducitur, vel traditio sauciatur, aut quę illibata semper existere debet, communicatio Catholica polluitur. Stet igitur aduersus Principes indigna conantes Petri sacerdotale robur immotum, cui, & portæ Inferi, promissione Domini, pręualere non possunt. C

Antiochena ecclesia quantumuis adepto Catholico episcopo Paulo ita tamen eius improba, & nefaria vita offensa est, vt nonnulli se ab ecclesia Catholica seperarint, ea opinione falsa decepti, haud rectam posse esse fidem, vbi adeo praua facta vigerent; qui cum videret se in hominum odia incurrisse, se abdicauit, & non multo post mortuus est, cum sedisset duos annos inchoatos, de eius abdicatione extat epistola Iustini Imperatoris ad Hormisdam, & CP.[ni] item episcopi, de quo etiam Euagr.[a] Pauli episcopatus sedem Euphrasius, Ierosolymis Antiochiam profectus capescit. Euagr.[b] Quæ verò post hęc Hormisda rescripserit, quęue alia operosissimus Pontifex, de alijs emergentibus rebus ecclesiasticis egerit, vsque ad sequens biennium, quo superstes fuisse reperitur, extincta face rerum gestarum, & temporum, quę hactenus ex epistolis ipsius nobis illuxit, obscura penitus remanserunt; nisi quod ex rebus superius honorificentissime gestis, cetera quoque ad obitum vsque, eadem felicitate, propagata esse existimari facile potest. D

a 4 cap. 4.
b 4. cap. 4.

Hoc etiam anno iussu Iustini Imperatoris datus est Catholicis Alexandrinæ eccles. Catholicus Antistes, Asterius nomine (vt est in actis S. Aretę Mart. & sociorum) hęreticis tamen impio Timotheo inhęrentibus.

S. Brigida Scota Virgo in Hibernia diem clausit extremum. Marianus in Chron. Acta extant apud Sur. 1. Febr. quo die anniuersaria eius memoria celebratur.

Christi Annus	Hormisdę Pap.	Iustini Imp. 5. Theodor. Reg. 30.	Symmacho, & Boetio	Coss.
522.	9.			

HIc ille Symmachus esse videtur ad quem idem Boetius scripsit Commentarium illum, cuius est titulus: Quomodo Trinitas sit vnus Deus, scripsit idem Boetius tertium Consul (si qui tamen superioribus temporibus recensentur duo Seuerini Boetij Cõsulatus vnius eiusdemque Boetij extiterunt) aduersus errorem Nestorij & Eutychetis, disertum Commentarium de duabus naturis, & vna persona Christi, in

A cuius fine operis (qualem decet esse Ecclesiasticum tractatorem) se exhibet modestissimum, hæc dicens. *Hæc sunt*, inquit, *quæ ad te de fidei meæ credulitate scripsi. Quæ in re, si quid perperam dictum est, non ita sum amator mei, vt ea quæ semel effuderim, meliori sententia anteferre contendā: si enim nihil est ex nobis boni, nihil est quod in nostris sententijs amare debeamus. Quod si ex illo cuncta sunt bona, qui solus est bonus; illud potius bonum esse credendum est, quod illa incommutabilis bonitas, æque omnium bonorū causa præscribit.* Adiecit ijsdem ferme temporibus in eodem argumento versatus vtrū Pater & Filius, & Spiritus Sanct. de diuinitate substantialiter prædicentur, quo titulo inscripsit perbreue opusculum ad Io. Rom. Eccl. Diac. Hormisdæ forte successorem. Trāsamundus Rex Vuandalorum in Africa, cum ingens exercitus missus in Mauros, esset internecione cæsus, ex animi ægritudine moritur, cum regnasset annos 27. B (vt ait Procop.) & amplius menses quatuor, addit Isidorus prudens & pium commentum Mauri ducis. apud Procop. habetur lib. 1. ad consequendam victoriam, dignum quod legatur à Christianis Ducibus ad imitandum. Succedit in regno Hildericus filius Hunerici, ex filia Valentiniani Imperatoris genitus, vt Isidorus est auctor, qui ait. Iste Sacramento à prædecessore suo Transamundo fuerat obstrictus, ne Catholicis in Regno suo Ecclesias aperiret, aut priuilegia restitueret; qui priusquam regnaret ne religionem Sacramenti violaret præcepit sacerdotes Catholicos ab exilio reduci, & Ecclesias aperiri.

Qua licentia impartita continuo plebs Carthaginensis vna cum Clero, summo cōsensu, Bonifacium Episcopum Carthagin. creant. De infinita lætitia, & exultatione redeuntium Episcoporum & excipientium populorum, copiose scribitur in vita S. Fulgentij, in quem, vt præcipuum doctrina & sanctitate inter Africanos Episcopos omnium oculi & ora conuersa erant. C

Quinto Anno Imperij Iustini Zatus Rex Lazorum (quos Cholcos appellatos antiquitus, ait Agathias) venit Byzantium ad Iustinum & rogauit, vt fieret Christianus, & ab eo appellaretur Imperator Lazorum. At Imperator grandi cum gaudio, illo suscepto illuminauit eum & filium appellauit. Profectus autem Lazorum Imperator a Iustino, portauit Coronam & Chlamydem Imperatoriam albam. Auctor miscellę ex Theophane. Qui pergit scribere, de querela Persarum Regis Cabadis cum Iustino, quod subditum sibi, ad se attraxisset. at satisfactione accepta quod religionem nostrā suscepisset, amicum factus est Romanis. eadem Zonar. Cedren. & Anast. in Chron. Hic autem Zatus eius creditur (ut testatur Agathias) filius Regis Lazorum, qui sub Leone Imperatore CP.li uenit & de uisis admirandis operibus Danielis Stylitæ, in D de abijt obstupefactus & penè Christianus: ex quibus rebus admirandis a patre auditis semina fortasse pietatis animo concepit filius. Procopius quoque lib. 1. de bello Persico, meminit Lazorum. *Iberi*, inquit, *qui Asiam incolunt, propè Caspias habitant portas, ad Boream pertinentes, ipsisque sinistrorsum terra Lazorum, dextrorsum autē ad Orientem Persarum gentes sunt. Is igitur populus, & Christianus est, dogmaque fidei, præter omnes, quos scimus, obseruat, subditi Persarum Regi sunt.* Pergit scribere vt Rege Persarum, eos ad deserendam fidem compellente, coacti sint, Iustini auxilium implorare, quos ut a Persis defendere curarit, idem prosequitur Procop. Ab Iberis, atque Lazis, ad Homeritas transeamus, horum regio Saba olim, post Arabia Felix, nunc Homeritis appellatur, (ait auctor eius temporis, qui hæc scripsit, quæ a Metaphraste descripta extant apud Sur. [a]) apud eos populos temporibus Constantij coalescere a 24. Octobr. E Ecclesia cœpit: &, si antiquiora repetamus, hi ipsi sunt, ex quibus Regina Saba progressa est audire sapientiam Salomonis: & multo post ex his Eunuchus Candacis Reginæ Aethiopum uenit in Iudæam uenerari templum, quorum populorum etsi cetera obscura, clarissima tamē sunt, quæ apud illos hoc anno V. Iustini Imp. agi cœpta sunt. Imperabat per hoc tempus Aethiopibus Elesbaam pietate, & iustitia insignis. Homeritidi regioni dominabatur Dunaam Hebræus uir impius, & Christianis infensissimus. Hic sæpe ab Elesbaam profligatus, & subiugatus tributum pendere coactus est. Sed ab eo rebellans, rursum profligatur. Rex porro reuersus in regnum, copias quibus comprimeretur, reliquit; quas ille, reparato exercitu, deleuit, Christianis omnibus oc-

cisis, & Nagram urbem, a tempore usque Constantij, Christianam, ualido exercitu circumsedit, quam cum ui in potestatem adducere non posset, fraude, & perfidia obtinuit cuius ciues cum ad abnegandam Christi fidem inducere non posset, innumerabiles ex eis, omnis conditionis, sexus, & ætatis per atrocissima supplicia, martyrio affecit. qui insignes Martyres, & in primis Aretas, ciuis inter eos primarius, non modo apud Homeritas & Aethiopes, sed & apud Græcos & Latinos celebrantur. In martyrologio quidem Rom. 24. Octobr. 340. cũ Areta recensentur, post quos (ibidem habetur) Christiana mulier incendio tradita est, cuius filius, (quod est memorabile) annorum quinque, cum balbutiendo Christum confitentur, nec blanditijs, nec minis retineri posset, in ignem, ubi mater ardebat, se præcipitem dedit. Prodigijs implente igne aliquot noctibus aerem, & in terras quoque delabente, perterretur quidem impius, sed nec sic corrigitur, imo legatis missis Alamundarum Sarracenorum Ducem (non illum quidẽ quem supra diximus factum Christianum) & Regem Persarum, in Christianorum perniciem concitat. Iustinus interim Imp. cognitis Dunaam molitionibus, Alamundarũ per Legatos hortatus est ad ineundum fœdus cum Sarracenis imperio uectigalibus, & Elesbaam tum per se, tum per Aegypti Patriarcham Asterium, in Dunaam Tyrannum concitauit. Ex Actis S. Aretæ martyris & sociorum, his fere astipulantur Zonar. Cedrenus, Nicephor. alij.

Christi Annus	*Hormisdæ Pap.*	*Iustini Imp. 6.*	*Maximo, Consule quem Roma dedit (ex Marcellino) sine collega.*
523.	10.	*Theodor. Reg.* 31.	

MAximus æmulus gloriæ Iustiniani Consulis in Oriente, & ipse sumptuosa exhibuit in suo Cõsulatu spectacula, quæ tamen sordida reddidit, dum præmia consueta certantibus persoluere detrectauit cuius rei causa ab illis Theodorico Regi oblati sunt aduersus eum querelarum libelli, qui rei indignitate commotus ad eundẽ Maximum Consulem Epistolam dedit (42. apud Cassiod. lib. 5.) ubi plurima in detestationem eiusmodi cruentorum spectaculorum, cum certamen initur cum bestijs, habet.

Hormisda 8. Id. Aug. perfunctus quam honestissime munere Pontificio in difficillimis causis, & temporibus, migrat è uita cum sed. ann. 9. & dies 10. Indices Vaticani, quo die eius memoria quotannis recolitur.

Quæ uerò certo tempore consignari non possunt, hic referentur ex Anastasio, sed insigniora. hic composuit Clerum, & psalmis erudiuit; fecit Basilicam in territorio Albanensi, Manichæos inuenit, quos etiam discussos, cum examinatione plagarum exilio deportauit. quorum codices ante fores Basilicæ Constantiniani incendio concremauit.

Sub huius Episcopatu multa uasa aurea, uel argentea uenerunt de Græcia, & Euangelia cum tabulis aureis, & donis preciosis pensantibus libras 15. plura alia commemorat, hæc omnia, inquit, à Iustino Orthodoxo, Votorum gratia, oblata sunt.

Sed &, quod mirandum fuit, etiam hostis Catholicæ fidei Rex Italiæ Theodoricus munus obtulit, Rege dignum munus dixerim, non oblationem, quæ sunt tantum fidelium Orthodoxorum & solemni ritu in Ecclesiam inferri consueuerunt, & recipi munera uero, quæ, nulla distinctione donantis, in Ecclesiam tanquam in Gazophylacium inferuntur. *Eodem tempore*, inquit Anastasius *Theodoricus Rex obtulit B. Petro Apostolo Cerostrata argentea duo pensantia libras septuaginta. Eodem tempore fecit Papa Hormisda apud B. Petrum Apostolum trabem, quam ex argento cooperuit pensantem libras mille quadringentas*, alia plura recenset ornamenta pretij magni, diuersis Ecclesijs oblata.

Idibus Aug. cum uacasset sedes dies 7. subrogatur in eius locum Ioannes Etruscus, ex Presbytero tituli Pammachij. Tertullus ciuis Romanus claritudine generis nobilis, sed pietate magis insignis, filium suum Placidum septennem puerum Deo offerẽs,

eundem

A eundem S. Benedicto, apud Sublacum, iuxta Simbruinos mentes, Monachos colligenti, monasticis institutionibus tradidit imbuendum. Quem imitatus Eutychius Senator, uir Illustris, & ipse duodecim annos natum filium Maurum eidem Patri obtulit Benedicto, res gesta narratur a S. Gregorio [a] Chron. Cassin. & Leo Ostiensis.

[a] 2. Dial. c. 3. 4.

Iustinus Manicheos repertos in Oriente legibus profligauit, quibus & omnes hæreticos Iud. atque Gentiles pariter exagitauit. [b] Cedrenus. Cababes quoque Rex Persarum omnes, quos reperit in suo Regno trucidauit; idem Cedrenus, qua nam ex causa ad id agendum permotus auctor Miscellæ exequitur lib. 15. Affinitate dogmatis inter Persas, & Manichæos esse scribit Agathias lib. 1. de bello Persico.

[b] C. de hæret. & Manich. l. 22.

Elesbaam Rex Æthiopum pijssimus, tum, pro sua pietate, promptus ad vlciscendũ impium Tyrannum Dunaam Regem Homeritarum, tùm à Iustino Imperatore per B Alexandrinum Episcopum incitatus, magno comparato exercitu, & classe, terra marique aggressum tyrannum profligat, capit, interficit, & regione eius potitur; in qua ædificatis Ecclesijs, accepto a Patriarcha Alexãdrino Episcopo & Clericis, fidẽ Christi in ea propagat, plurimis ex ijs baptizatis. Reuersus in Regnum, & gratijs Deo actis, pro victoria, Diadema quidem Regium mittit Ierosolymam, ipse vero cum se in montem, ad Monasterium recepisset, vita ibi, vsque ad finem, solitaria acta soli Deo vocans regni Cœlestis particeps est effectus. Acta S. Aretæ Mart. & sociorum hæc latius.

Elesbaam Aethiopũ Regis pietas.

De huius filio, & Regni herede ac pietatis, & Rege Homeritarum & Hebræis in Homeritarum regione iterum tumultuantibus debellatis meminit Procop. 1. lib. de bello Persico Auctor est Photius in sua bibliotheca, extitisse suo tempore commen- C tarium de legatione Nonnosi ad Æthiopes, ac Sarracenos, cum apud eos regnaret filius Areta Regis, tempore Iustiniani Imperatoris, Iustini huius successoris itemque alium alterius legationis.

Euphemia Augusta, de Catholica fide optime merita magno damno Christianæ Religionis, migrat è vita, cui extremis honorificè persolutis, Iustinus, aliam accipit coniugem Theodoram nomine, quam & Augustam vocat, Cedrenus & alij.

Quod ad Africanæ Ecclesiæ statum attinet, restitutis anno superiori ad suas Ecclesias Episcopis, ad restituendam collapsam Ecclesiasticam disciplinam, pluribus in locis a diuersis Episcopis sunt concilia celebrata, quorum trium est mentio in rebus gestis S. Fulgentij Ruspensis Episcopi nempè Byzaceni, Vzecensis, & Suphetani in quorum secundo, cum alteri cuidam Episcopo Prælatus Fulgentius fuisset, & agnouisset, D post Synodum, illum ægre tulisse; in tertio, Suphetano Concilio orauit vt sibi ille Episcopus præferretur. *Ecce B. Fulgentius, nec primatum, quem meruit defendere noluit, quia sine caritate prior esse alicui minime concupiuit. Auctor vitæ eius vbicunque sermonem faciebat B. Fulgentius, mulcebat animos omnium, non inanes, & vanissimos plausus, sed compunctionem generans cordis; quem dum Sanctæ Memoriæ Bonifacius Episcopus Carthagin. audiret terram lacrymis rigabat, agens gratias Deo*, &c. plurimos etiã Ecclesiasticos sermones qui in populis dicerẽtur scribendo dictauit Auctor. Vitæ. Iam reuersus de exilio, nouem, & decem libros Fabiani hæretici mentientis falsa gesta, conuincens, de veritate prædestinationis & gratiæ, libros confecit tres, qui ad Nomimum inscripti habentur, de duplici prædestinatione, qui nouissimus eius partus sunt, quorum memoria fit. Idem.

B. Fulgẽtij humilitas.

E

Christi Ann.	Ioannis Pap.	Iustini Imp. 7. Theodor. Reg. 32.	Iustino A. & Opilione Coss.
524.	1.		

IVstinus Imperator qui proximo anno edicto exagitans hæreticos, propter fœdus cum Theoderico exceperat Gothos, memor diuinæ legis prohibentis, ne cum Dei hostibus fœdus aliquo modo sanciretur (Deut. 7. Ios. 9. Iud. 2.) & Arianos vexare aggressus est. *At uerò in Orientis partibus* (inquit auctor Miscellæ lib. 15. *cum adhuc*

Cum Dei hostib. fœdus non ineundum.

A *eo tempore per singula loca hæresis Ariana augeret, Iustinus Imperator Imperij anno 6. Orthodoxæ fidei studio omnimodis satagere cæpit, ut hæreticorum nomē extingueret, statuit, vt ubique eorum Ecclesias Catholica religione consecraret.* Theodoricus Arianorum præcipuus patronus, qui Catholicæ religioni nullum negotium facessisset, & de Romana Ecclesia bene meritus esset, putarat omnem se vexationem ab Arianis redemisse, valde indignans, pro eorum libertate, apud Iustinum agere cœpit. Cum igitur litteris vltro citroque missis nihil proficeret, efficacissimis legationibus id agere cogitauit, Ioanne ipso Romano Pontifice ad id munus impulso.

Ius regnandi, religioni post habet Imp. Iustinus.

Quanti enim facere consueuerint Orientales Imperatores Regem Theodoricum colligitur ex epistola Theodati Reg. ad Iustinianum Augustum (22. lib. 10. apud Cassiod.) vt intelligatur quanto suo cum periculo Iustinus Imperator Religionis causa contempserit Barbari Regis potentiam, cuncta religioni posthabens, illud vnum æstimans esse regnandi præsidium, si religioni optimè consulatur. B

Christi Ann.	*Ioannis Pap.*	*Iustini Imp.* 8. *Theodor. Reg.* 33.	*Probino, & Philoxeno*	*Coss.*
525.	2.			

IOannes Papa compellitur a Theodorico Rege CP.[lim] ad Iustinum suscipere legationem, *tam pro Catholica religione* (inquit idem Papa Io. litteris suis, sequenti anno ad Italiæ Episcopos datis) *quam, & pro Theoderici causa, & negotijs*; quæ quidem causæ planè, quæ fuerint non liquet, nisi quod cum suspectum haberet Senatum Theodoricus de occulta conspiratione cum Iustino, voluerit per ipsum Romanum Pontificem persuaderi Imperatori, ne in suum imperium quid moliretur. C

De qua legatione Marcellinus in Chron. *Theodorico Rege pro Arianorum suorum cæremonijs laborante, solus dumtaxat Romanorum sibi decessorum Ioannes Vrbe digressus, CP.[lim] ueniens, miro honore exceptus est. Dexter Dextero Ecclesiæ sedit solio, diemque Domini Nostri Resurrectionis plena uoce Romanis precibus celebrauit.*

Anastasius Bibliothecarius sic de hac legatione. *Theodoricus Rex hæc audiens* (nempè ablatas ab Arianis in Oriente, iussu Iustini Imperatoris, Ecclesias) *exarsit in iram, & totam Italiam uoluit gladio extinguere, eodem tempore Io. Papa ægrotus egressus cum fletu ambulauit pergens ad vrbem CP.*[im], *& Senatores cum eo, scilicet Theodorus, Importunus & Agapetus Exconsules, & alius Agapetus patricius, accipientes hoc in mandatis legationum ab ipso Rege, vt redderentur Ecclesiæ hæreticis in partibus Orientis; quod si non faceret, totam Italiam gladio perderet*, &c. In hoc Itinere illud contigit ad Corinthum de equo illi mansueto tradito, cui cum semel insedisset Papa is non amplius tulit Dominam, quæ solebat sibi insidere, ob dignitatem Pontificis quod refert S. Gregorius, sed & illud mirabilius, quod CP.[li] ad portam Auream, in conspectu omnium, roganti cæco, lumen reddidit, *occurrerunt*, inquit, Anastas. *D. Io. Papæ a milliario duodecimo, omnis ciuitas cum cæreis & crucibus in honorem Apostolorum Petri, & Pauli, cum nullum alium Pontificem uidisset Oriens. Tunc Iustinus Imperator dans honorem Deo, humiliauit se pronus in terram & adorauit Beatissimum Io. Papam* & subdit: *de cuius manu cum gloria coronatus est Iustinus.* Aug. & de mandatis, ait, *omnia impetrasse, & liberatam Italiam esse a Theoderico Rege hæretico*, & Miscella historia addit, *Iustinum Imperatorem precibus permotum Legatorum Arianis iura sua reliquisse.* D

3. Dialog. cap. 2.

Quanta cū gloria exceptus Papa CP.

E

Io. Papa a calumnia liberatur.

Sed his planè contraria habet ipsius Ioannis epistola circularis ad omnes Italiæ Episcopos, sequenti anno, ex carcere data, *Ecclesias vero Arianorum*, inquit, *vbicunque inueneritis, Catholicas eas, diuinis precibus, & operibus, absque vlla mora, consecrate, quia & nos quando fuimus CP.[li] tàm pro Religione Catholica, quam & pro Theoderici Regis causa, & negotijs, suadente, & hortante Arianosque exstirpante, pijssimo, atque Christianissimo Iustino Orthodoxo Imperatore quascunque illis in partibus eorum Ecclesias reperire potuimus Catholicas eas (Domino opem ferente) consecrauimus.* Quæ satis confirmantur ipso rerum euentu, nā propterea quod non executus fuisset manda-

A ta, Theodoricus eum in carcerem compegit, ibique mori coegit. quę eius temporis scriptor Greg. Furoneus, cap. 40. de Glor. Mart. fama ad se ex Italia perlata. scribit, sed & Anastas. in Io. *Cum interea*, inquit, *de Romano Pontifice ista audisset Theodoricus, in nobilissimos Senatores gladium Romæ conuertit.* Non igitur præuaricator Io. Papa, sed gloriosus apparet Confessor, atque adeo Martyr.

Antiochia Syriæ, diu hæreticis prostituta, primo Nestorianorum, post Eutychianorum, mox Theopaschitarum venenis infecta, ingenti terręmotu, & incendio concidit, & conflagrauit, Episcopo Euphrasio, & innumeris hominum millibus extinctis. Marcellin. in Chron. & Euagr. [a] Cladem hanc prænouit in Spiritu B. Theodosius Cœnobiarcha, qui quodā die ad monachos, *Orandum*, inquit, *est patres, orandum est. Video enim iram Domini, quæ iam mouetur aduersus Orientem.* Sexto, aut septimo post die B auditum est Antiochiam euersam. Cyrill. in V. B. Theodosij. De B. quoq; Zosimo sanctissimo Monacho refert Euagr. [b] quod Cesaraeę Palestinę agens, ipso temporis articulus, quo Antiochia cecidit, subito ingemiscere, grauiter lamētari, suspiria ex intimo pectore ducere, & profusè lacrymari cępit, causam interrogatus, fragorem ruentis Antiochiæ iam tùm auribus eius circumsonuisse, quem punctum temporis obseruantes ita esse compererunt. Sed & alias ciuitates Orientis terremotibus quassatas, Dyrachium Corinthum, Anazarbum, Euagr. commemorat, quas Iustinus refecit. Edessa quoq; Osroenorum a torrente pręterlabente magnam cladem accepit. hanc & Anazarbum refectas, Iustinopolim vtramque appellauit.

a 4. cap. 5.

b 4. cap. 7.

Desertæ ciuitati, mortuo etiam Episcopo: Euphraimus Orientis Præfectus, misertus, ad curam de ea suscipiendam accessit. namque Sedis eius Apostolicæ anno sequenti Episcopus creatus est.

C Ista de clade Antiochena, cum Imperator Iustinus accepisset, præ dolore sacco induitur, aspergiturque cinere, exutus purpura, & Diademate, multos dies in luctu sedēs solitarius transegit, etiam si dies festi adessent, quibus solitus esset cum splendore procedere ad Ecclesiam postea uerò magna vi auri miseris præsto fuit. ex Miscella, libro 15.

Iustini Imper. pietas, & humilitas

De Zosimo illo innumera fere extare miracula, refert Euagr. [c] de quo, & alio quodam Sancto Monacho, Ioanne Chuzubita, vnum recenset de effosso oculo restituto qui Io. post factus est Cæsariensis Episcopus, de quo antequam fieret mira narrantur in Prato spirit. [d]

c 4. c. 7.

d ca. 23-24. 25.

De hoc Zosimo refert, quod aliquando, cum Leo Asellum eius deuorasset, eidē Leo- D ni suas sarcinas, vsque ad portam ciuitatis, imposuisse, eiusque obsequio vsum esse. hęc ferè eadem ad verbum Nicephor. [e] Qui & de alio Sanctissimo Monacho Zosimo meminit, eo, qui Mariam illam Aegyptiacam, famosam meretricem, & post insignem pœnitentem, vidit & allocutus est, cuius uitam Græce scripsit Sophronius Ierosolymit. Antistes, & Paulus Diaconus Neapolis, Latine vertit. Quæ acta Mariæ Aegyptiacæ probata fuisse vniuersæ Ecclesiæ Catholicæ fidem faciunt, Menologia, Martyrologia citata, atque recepta in secundo Concilio Nicæno, necnon ea a Sancto Ioannes Damasceno de Imagin. orat. 3. & alijs tùm Græcis, tùm Latinis Auctoribus.

e li. 17. c. 5.

Vixit ijsdem ferme diebus alia Maria, patria Tarsensis, quæ & ipsa ex meretrice pęnitens in Monasterio vitam transegit. Pratum spirit. c. 35.

Ioannes Ierosolymorum episcopus cum Sed. ann. 11. moritur, inq; locum eius suffectus est Petrus. Niceph. Chron. & Acta S. Sabæ. [f]

f 5. Decēb. apud Suriū

E

Christi Ann.	Ioannis Papæ	Iustini Imp. 9. / Theodor. Reg. 34.	Olybrio, absq; collega	Cons.
526.	3.			

IOannes ex CP.[na] reuertus Legatione una cum Senatoribus Theodoro & Importuno (nam Agapetus Thessalonicæ iam decesserat) a Theodorico detraditur in carcerem: Vnde Io. scripsit Epistolam circularem ad Italiæ Episcopos, de Arianorum Ecclesijs Catholico ritu consecrandis. suo exemplo, qui idem CP.[li] fecerat, quantumuis

A Rex omnia extrema minitetur in cuius epistolę subscriptione errores illapsi sunt, in Mense, & Consulibus, addito Maximo, ut & in ea quæ ad Zachariam Archiepiscopum.

S. Io. Papa, sexto Kalen. Iun. moritur in carcere Rauennæ (Greg. Tur. de glor. Mart. c. 40.) & sexto kal. Iulias transfertur in vrbem, SS. MM. Catalogo ascriptus, cum sedisset ann. duos m. 9. d. 14. Hic refecit cœmeteria SS. MM. Nerei, & Achillei via Ardeatina; SS. item Felicis, & Adaucti, & Priscillæ. ornauit confessionem B. Petri gemmis prasinis atq; Hyacinthinis eius quoq; tēporibus Iustinus ꝑclara dona obtulit, patenā auream gemmatam, pensantem libras viginti: Calicem aureum cum gemmis, pensantem libras quinque, Scyphos argenteos quinque, pallia auro texta quindecim, quæ ipse Io. detulit ad Beatos Apostolos Petrum & Paulum, & ad S. Mariam, & ad S. Laurentium; cessauit Sedes dies 58. ex Anastasio. B

Efferatus Rex, Boetium, incomparabilem virum, quem diu ante Ticini in carcere habuerat, & Socerum eius Symmachum, eximiæ probitatis & excellentis doctrinæ uirum, obtruncat, ex Anastasio.

a 45. lib. 1. apud Cassiod.

Boetius in litteris uir quantus.

Qualis, quantusque vir esset Boetius, constat ex epistola ipsius Theodorici Regis, cum tranquillioris animi esset, ad eum data [a] qua illum dicit omnem assecutum profunditatem speculatiuæ & actiuæ Philosophiæ, & Latine transtulisse, Pythagorā Musicum; Ptolemæum Astronomum; Nicomachum Arithmeticum; Euclidem Geometricum; Platonem Theologum; Aristotelem Logicum, Mechanicum Archimedē, & quascunque, ait, disciplinas vel artes, fœcunda Græcia, per singulos viros edidit, te uno auctore, patrio sermone Roma suscepit, quos tanta uerborum luculētia reddidisti claros, tanta linguæ proprietate conspicuos, ut potuissent & illi opus tuum proferre, si vtrūque didicissent, & lib. 2. ep. 40. apud eundem Cassiod. de insigni eius peritia artis musicæ meminit. C

Boetius aureis illis libris de Consolatione, quos initio sui exilij scripsit in carcere, libr. 1. prosa 4. postquam disseruisset de sua integritate in administranda Republica, ex qua incurrisset in odium improborum procerum, & aulicorum, ostendit qui sui fuerint delatores. Quibus autem deferentibus perculsi sumus? Quorum Basilius olim regio ministerio depulsus, in delatione nostri nominis alieni ęris necessitate compulsus est. Opilionem uero atque Gaudentium, cum ob innumeras, atque multiplices fraudes ire in exilium regia censura decreuisset, cumque illi parere nolentes, sacrarum sese ædium defensione tuerentur compertumque id Regi foret, edixit, vt nisi intra præscriptum diem à Rauenna vrbe discederent, notis insigniti frontibus, pellerentur. Quid huic seueritati astrui posse videtur? Atqui eodem die deferentibus eisdem, nominis nostri delatio suscepta est, &c. At cuius, criminis arguimur? summam quæris? Senatum dicimur saluum esse voluisse, &c. D

Nam de compositis falsis litteris, quibus libertatem arguor sperasse Romanorum, quid attinet dicere, &c.

Nunc vero quingentis passuum millibus procul moti, atque indefensi, ob studium propensius in Senatum, morti proscriptionique damnamur, &c. & inferius libro secundo, prosa quarta, ex verbis Philosophię eum consolantis, intelligitur de Symmacho Socero, vxore, filijs, Viget incolumis, illud preciosissimum humani generi decus, Symmachus socer, &, quod uitæ pretio non segnis amares, uir totus ex sapientia, & virtutibus factus, suarum securus, tuis ingemiscit iniurijs, viuit vxor ingenio, modestia, pudicitię pudore præcellens; & vt omnes eius dotes breuiter concludam, patri similis. Viuit inquam &c. ea porro dicta est Rusticiana. Quid dicam liberos Consulares, quorū iam, vt in id ætatis pueris, uel paterni, vel auiti, specimē elucet ingenij, &c. Consulares porro intellige, quod patrem haberent, qui Consul fuisset, non uero quod ipsi Consulatum gessissent, qui adhuc pueri essent. E

In eodem carcere, præter hos de Cōsolatione, scripsit etiam Commentaria quædam in opera Aristotelis; de Trinitate ad Symmachum, & de disciplina scholarium, quod ipse testatur in eiusdem præfatione ad Marcianum. Admirandūm quiddam post eius obtruncationem accidisse, refert Iulius Marcianus, qui eius vitam conscripsit, Ticini

incolæ semper a maioribus traditum constanter asseuerant, Seuerinum, cum regius
A spiculator letale vulnus intulisset, vtraque manu diuulsum caput sustinuisse, interrogatumque a quonam se percussum existimaret; ab impijs respondisse; atque ita cum in vicinum templum venisset & flexis genibus ante altare sacra cepisset, post paulum expirasse. Extinctus, diuinos honores, qui sanctis martyribus exhiberi solent, a nostris consecutus est, quod pro Catholicis, contra perfidiam Arij mortem sustinuerit. Turris hodieque Ticini ostenditur, Boetij carcer, & sepulcrum ad D. Augustini visitur.

Symmachus Boetij socer, longe, post quam gener, in carcerem côiectus & ipse iussu Regis, obtruncatur; quem non tantum Theologicis facultatibus apprime imbutum fuisse, constat ex libro Boetij de Trinitate ad ipsum, in quo eum appellat arbitrium suorum scriptorum; sed omnium scientiarum doctrinam calluisse, locuples testis est in libro de ponderib. Priscianus Cæsariensis, Grammaticus, docens, per hoc tẽpus
B Const. i vt Cassiodorus, & ipse scriptor horum temporum (de Orthograh. cap. 12.) affirmat, sed & ab Ennodio inter clarissimos Vrbis ciues numeratur, & pluribus epistolis eius doctrina cum summa nobilitate, & probitate coniuncta, laudatur, imo Rex ipse Theodoricus sua eum olim laudasse epistola reperitur 51. lib. 4. apud Cassiodorum.

Priscianus per hoc tẽpus floret.

Non satis visum Theodorico Io. Pont. ad mortẽ adegisse, etiam, quod nullus ethnicorum fecerat Imperatorum, tyrannicè sibi vsurpauit nominationem, & electionem Sedis Apostolicæ episcopi, & ne vlla esset eius voluntati refragandi occasio, quem in Romano Clero probatissimum virum nouit, Felicem Rom. Pont. nominauit, quem cum Rom. Clerus, Senatus, & populus, vt ab eo editum, recusaret, quinquaginta octo illorum dierum vacationis interstitio altercatum de ea electione oportet, in quem demum
C 24. Iulij assensum est, de qua re extat Athalarici Regis, qui Theodorico successit, ad Senatum Vrbis Romæ epistola, laudantis eum, quod tandem iudicio Regis in episcopatus electione respondisset.[a]

Theodoricus vsurpat sibi nominationem Ro. Pont.

a apud Cassiod. lib. 8. epist. 15.

Felicis Papæ ann. 1.

Accepisse tum postea tanta præsumptio noscitur moderationem illam, vt, ex pristino vsu, Clerus deligeret Rom. Pont. quem tamen Rex suo confirmaret assensu: quam quidem ab Arianis Italiæ Regibus vendicatam sibi tyrannicè auctoritatem, ijs de medio sublatis, Orientalis orbis Imperatores sibi pariter arrogarunt, quod val-
D dè S. Gregorius ingemiscit.

Post nominatio Clero permissa cõfirmatio a Rege retenta.

Quem tantum ausum in Pont. & ecclesiam Romanam, & Senatores iniustè occisos, Deus matura vindicta est prosecutus Annos itaque, ait Procopius lib. 1. de bello Gothico, cum septem, & triginta superuixisset, vitam finiuit. Sed mortis illi hęc causa fuit. Symmachus, & huius gener Boetius a suis maioribus gentis nobilitatem adepti, inter Romanos, & Senatorios viros principes erant, & Consulatus vterque dignitate perfuncti, philosophiæ supra cęteros, & æquitati studuerunt, multisque tam ciuium, quam externorum inopiæ succurrendo, saluti fuere.

Hi postquam ad ingentem gloriam euasere, deterrimos quosque in sui inuidiam cõcitarunt. Nam his delatoribus Theodoricus Rex persuasus, Symmachum Boetiumque perinde, ac res nouantes, occidit, eorumque bona omnia publicauit. Sed paucis post die-
E bus cœnanti sibi, cum miræ magnitudinis piscis ministri decoctum caput apposuissent, Symmachi nuper occisi caput illi est visum, præfixis, & extantibus inferiore in labro dentibus, & toruè intuentibus oculis, furibundè sibi, & acerbè comminari. Vnde monstri nouitate territus, membrisque, præter modum tremebundus, & rigens, in cubiculum statim, citato gradu, secessit: identidemq; iubendo, togarum vt sibi vim magnam ingererent, lecto decubuit, & parumper quieuit, Elpidio deinde medico, omnibus, quemadmodum accidissent diligentius explicatis, in Symmachum Boetiumque a se scelus patratum deflebat. Quo denique deplorato, ex recepta calamitate dolore ingenti affectus, haud longè post moritur, cum primum id iniustitiæ, & vltimum in suos idcirco exercuisset exemplum, quod non suo, & pristino more, diligenter peruesti-

gata

gata causa, in tantos viros animaduerterat: hactenus Procop. in eo corrigendus quod 37. annos tribuat illius regno in Italia cum non nisi 33. absoluti intercesserint, a nece Odoacris. Quæ tanta, parum fideliter, Iordanus Gothus episcopus, prætermisit, cum de Theodorici obitu agit. qui quidem incidit in diem secundum Septembris, si, vt Anastasius tradit, mortuus est post dies nonaginta octo ab obitu Ioannis Papæ. Sed horrendum id quod refert Gregorius, [a] de quodam solitario, magnæ virtutis viro, in Liparitana Insula agenti, qui tali die, & hora, dixit sibi visum Regem Theodoricum inter Io. Papam, & Symmachũ Patricium discinctum, & discalceatum, & vinctis manibus deductum, & iactatum in Vulcani Ollam; quo obseruato, compertum, eum tum exijsse de corpore, quem locum cum descripsisset aliquando ipse Theodoricus Rex, [b] apud Cassiod. infert, mittatur ergo (Iouinus quidam Curialis homicida) reus capitis in locum prædictum viuus; careat, quo vtimur mũdo; de quo alterum crudeli fugauit exitio, qui in homicidam a se ipso latam, expertus est, & ipse homicida sententiam. A B

[a] 4. Dialog. c. 30.

[b] epist. 48. lib. 3.

Hic, præter leges Rom. Principum, quas seruari voluit, alias leges condidit, quæ extant capitibus centum quinquaginta distinctæ, apud Cassiodorum.

Solicitus maximè fuit circa publica ædificia, vel noua construendo, vel vetera reparando, tum Romæ, tum alibi, & præcipuè Rauennæ, vbi degere consueuit, & ibidem in vase prophyretico sepeliri voluit. Princeps fuit tum his, tum alijs officijs de vrbe ipsa & tota Italia bene meritus, inter magnos numerandus, nisi eum Ariana hæresis infamasset, atque extrema crudelitas in probatissimos Senatores maculasset.

Tantæ quidem existimationis fuit apud Rom. Clerum, vt Romanæ ecclesię Diaconus Ennodius eum publica oratione laudauerit. C

Amalasuntha filia, pro Athalarico, filio octenni, quem ex Eutharico Cillica, viro, susceperat, administrandum suscipit regnum, magni ingenij, prudentiæ, & virilis animi femina. Hæc Symmachi & Boetij filijs paterna bona restituit. Filium Romanorum ex institutis, & Principum more educare, & litteris erudire instituit, sed tumultuantibus Gothis, & barbaricum morem præferentibus, eum illis permisit, eorum arbitrio educandum. ex Procopio.

Qui pro Athalarico Regnum administrabat, exigit fidelitatis sacramentum a Senatu populoque Rom. & a Romanis per Italiam, & Dalmatiam, a Gothis item; extant litteræ Athalarici ad Gothos per Italiam constitutos apud Cassiod. [c] sed & ad episcopos, quorum orationibus regnum suum stabiliri, exoptauit; extat exemplum, epistolę ad Victorinum episcopum lib. 8. epis. 8. extat & epistola ad Liberium Patricium, [d] qua ipsum admonuit, vt Gallos, petito ab eis sacramento contineret in fide, cuius Liberij probitas plurimum commendatur ab Ennodio, epistola cuius est exordium. Datum est mihi cœlestis, &c. & is creditur fuisse, qui post erexit in Campania Monasterium, cui præfecit S. Seruandum Abbatem, de quo apud S. Greg. [e] D

[c] lib. 8. 2. 3. 4. 5.

[d] 6. apud Cassio. li. 8

[e] Dial. 2. c. 35.

Mortuo Theodorico transactum est inter Athalaricum, & Alaricum Gothorum Reges, vt Athalar. possideret, quæ cis Rodanum essent loca, ille verò, quæ trans Rodanum, Alaricus autem ab eo prouincias recipit, quas in Hispania Theodoricus, tamquam tutor, administrandas acceperat. Procop.

Hoc anno incipit numerari Regnum Alarici in Hispania, ab Isidoro; sed vbi ponitur 14. Iustini, reponendum est, nonus.

Ad stabilimentum Regni Athalarici illud addebatur, quod in Gallijs tum Burgundionibus tum Thuringijs erat fœderatus. Rebus Gothorum vbique pacatis, Francorũ Reges filij Clodouei perturbare aggressi sunt Gothorum Socios Thuringios atq; Burgundiones.

Sigismundus Burgundionum Rex, ex Theodorici Italiæ Regis filia, Sigericum filiũ susceperat, qua mortua, & alia ducta vxore, ea nouercali more, priuignum persequens ad patrem defert, quasi illi mortem machinantem, at ille furore incẽsus, filium strangulat; cuius tandem facti pœnitentia ductus ad sanctos Agaunenses abiens, in quorũ honorem præclarum Monasterium construxerat, continua psalmodia ibi instituta, per multos dies in fletu, & ieiunio, durans, petebat, vt in hoc seculo potius quam in futuro, de tam immani facinore pœnas daret, quod & impetrauit; nec multo post a Clodo E

mero

A mero Clodouei Francorum Regis filio, bello victus, captus, & cum vxore, & filijs, nequaquam pro ipso deprecante S. Auito Abbate Nutiacensi, & idem illi euenturum interminante; interfectus, & in puteum abiectus est, vnde extractus & ad Agaunense nobile Cœnobium ab eo extructum, delatus, miraculis claruit, quorum frequentia ad eius sepulchrum demonstrata, tanquam Deo eius sanctitatem testante, idem in ecclesiasticis tabulis receptus fuit, anniuersaria vbiq; memoria celebrandus kal. Maij, quo quidem exemplo demonstratum est, quam Deo grata, & accepta sit, post quodlibet immensum patratum facinus, pœnitentia: quamque præstet hic a Deo pœnam accipere delictorum, quam in futuro seculo condemnari, sed & quanto suo damno non audiāt Principes seruos Dei monitores, Clodomerus, suo exemplo, alijs demonstrauit: nam dum confligit cum Godomero Sigismundi fratre, interficitur; licet franci Burgundiam in B suam redegerint potestatem. Procop. 1. de bello Gothico. Agathias paulo diuerse. Sed maxime Turonensis in Histor. Francorum lib. 3. cap. 6. & de glor. Mart. cap. 71. & 75. hinc corrigas Sigeb. referentem necem Sigismundi in A.D. 515.

Ephrem ille præfectus Orientis, datus Antiochenis episcopus, eleemosynarum largitione, & studio Catholicæ fidei maxime excelluit, qui cum audisset de quodam Seueriano hæretico apud Hierapolim, quod ex columna, quasi alter Simeon stilites, errorem prædicaret, Zelo fidei succensus ad eum accessit, & magnopere hortatus est ad hæresim deserendam, quo negligente & ad experimentum per ignem, ad terrendum Patriarcham, prouocante. Patriarcha in Deo confisus, optionem accepit, & accēso igne, vanum hæreticum prouocauit, at ille renuit descendere: is igitur fusa oratione, stolam in ignem proijcit, quam post, quasi tres horas, integram recipit, quo facto obstupefa- C ctus Seuerianus, anathematizata hæresi, accedit ad fidem Catholicam. Prato Spir. cap. 36.

Christi Annus	*Felicis Pap.*	*Iustiniani Imp.* 1. / *Athalarici Reg.* 2.	*Mauortio absque collega Cons.*
527.	2.		

ANno Regiæ Vrbis conditæ centesimo nonagesimo septimo Iustinus Imperator, ex sorore Nepotem (Iustinianum) iam dudum a se Nobilissimum (nempè Cæsarem) designatum, regni quoque sui successorem designauit Kal. Apr. an. natum 45. ipse vero quarto ab hoc mense è vita decessit, annis imperatis nouem, & mensibus D duobus. Marcellin. in Chron. Zonar. [a] Addit Cedrenus in Annal. ipsum simulac Imperator ceratus est, cuncta bona sua, quæ hactenus possedisset, Ecclesijs donasse SS. Apostolorum, necnon SS. Martyrum Sergij & Bacchi, quos præcipuè colebat. Eidem autem statim vt creatus est Imperator Agapetus Diaconus ad eundem Parænetticam scripsit Epistolam de administratione Imperij. Quis hic fuerit Agapetus, non satis cōstat. Epistola ante annos paucos prodijt in lucem. Athalaricus honorificam legationem mittit ad Iustinianum Imp. cum litteris petens eius amicitiam & protectionē. [b] Alter horum legatorum ex 12. lib. 8. ep. ostendi videtur fuisse Arator Comes Domesticorum magni nominis, temporis huius orator, qui idem creditur is fuisse poeticis facultatibus clarus, qui post dimissa aula sub Vigilio P. Subdiaconus, Acta Apostol. carmine cecinit ad eum extant plures epistolæ. Ennod. Ticinens.

a Ann. t. 3. Iustinianus Imp factus omnia sua bona donat Ecclesijs.

b Ep. 1. lib. 8. apud Cassiod.

E Pacem Imperator ita cum Rege Ariano tenuit, vt tamen Arianos in Oriente positos sæpè legibus exagitarit. Cedren. cumque multos procerum labe Ariana vitiatos deprehenderet, bonis eorum publicandis, & supplicijs irrogandis, magnum alijs terrorem incussit, lege etiam lata, vt nemo, nisi Orthodoxus Remp. gereret. Hildericum etiam Regem Vuandalorum in Africa Iustinianum frequenti legatione conuenisse, pro pace & muneribus frequentasse, plurimumque coluisse Procop. narrat lib. 1. de bello Vuandalico.

Iustinianus ipse sui Imperi exordio de fide Catholica, quum profitebatur promulgauit edictum, vt eo modo fides Catholica, quam ipse teneret & æquè vellet ab omnibus custodiri cunctis sibi subditis innotesceret. [c]

c l. 5. C. de sum. Trin.

A Sanxit etiam Episcopos præfectis Prouinciarũ,& Iudicibus, prępositos esse, ne quid ab illis contra iustitiæ ordinem admitteretur [a] qua eadem constitutione sanciuit, ne Monachi Clerici, vel Episcopi, absque litteris Patriarchæ, se conferrent CP.lim.

a Nouell. Iustin. 86.

Iustinianus Monarchã animo concipit.

Quibus p̃sidijs eam affectat.

Iustinianus liberationem Occidentalis Imperij a Barbaris mente concipiens, & Monarchiam meditans, ad diuinum patrocinium impetrandum, præter studium fidei Catholicæ, cultum SS. Martyrum & omnium piorum operum solicitam procurationem, Ecclesiarum & Hospitalium domorum, & iustitiæ obseruationem, ieiuniorum magnam austeritatem, & assiduas ad Deum preces adhibuit de quibus ipse Nouel. 30. in fin. & Procop. [b] Auspicaturus igitur bellum Persicum Iustinianus, ex more, Legatis præmissis, ad Regem Persarum Cabadem, petentibus, quæ sibi debita constaret, illis denegatis, Belisarium Ducem cum exercitu aduersus eos mittit, cui inter alios Procopium consiliarium adiungit eundem ipsum, qui præsens omnia conspicatus eadem scriptorum monumentis posteris commendauit. Persæ in Mesopotamia victi, atque fugati sunt, non sine diuino quodam miraculo, vi ventorum eorum spicula in ipsos retorquente. Rursus vero victi etiam in Armenia maiori, quando & Narses Persa cum fratribus ad Romanos deficiens, benignè exceptus est, & Quæsturæ munere à Iustiniano donatus. atque hæc expeditio hoc anno inchoata, hunc prosperum finem est cõsecuta, quarto eius Imperij anno. Procop. B

b de ædificijs Iustin. Imp. lib. 1.

Bellum Iustiniani Persicum.

Postea uero idem Mirrhanes Dux, qui cum Belisario pugnarat, victus iterum apud Daram, ab ipso Cabade magnas pœnas sustinuit, priuatus eo honore, qui maximus apud Persas habetur, gestandi crines auro, & gemmis redimitos. In hoc porro Persico bello vsus est Imp. auxiliaribus copijs Erulorum, quorum Regem cum pop. exordijs Imperij Iustiniani ad Christi fidem esse conuersum, Miscellæ auctor affirmat. lib. 16. hoc ipsum affirmant Euagr. Procopius, Niceph. C

Tzazo Lazorum Regi, Rex Persarum, bellum, ob initam cum Romanis societatem, intulit: cui Iustinianus auxiliares copias misit, Ducibus Belisario, kerico, (alias Cyriaco) & Petro: qui cum in bello gerendo mutua inuidia transuersi agerentur, à Persis victi sunt. Cedrenus hic in eo est corrigendus ex Procopio, qui hoc bellum non hoc anno confectum, sed per quatuor durasse ait, rebus a Romanis prospere gestis. De inuidia, quod ait, videtur verum cuius causa Procopius historicus, qui Belisario inhærebat, victoriam a kerico de Persis obtentam scribere prætermisit; sed non Cyrillus, in vita Magni Theodosij. Qui ducem hunc Kericum Rom. exercitus, in bello audacem in Deum pium, commemorat, antequam irrueret in Persas, contendisse Ierosolymam, expetitum diuinum auxilium; & in itinere, fama commotum, diuertisse ad B. Theodosium, à quo cum multa audisset de fiducia ponenda in vno adiutore Deo; & præ magno animi ardore, & fide impetratum eius induisse Cilicium, cuius præsidio præclarã ex hostibus victoriam reportarit, & post ad Sanctum reuersum cum gratiarum actione dixisse eum sibi assidue obuersatum in prelio, & manu huc illucque se in hostes impellentem, eos cæcidisse, & fugasse. D

Hoc eodem anno Boazer Vidua Hunnorum Regina, qui Saber dicuntur, (Isabenos vocat Procopius) adhæsit Romanis, habens secum Hunnorum centum millia; Item Rex Hunnorum iuxta Bosphorum, nomine Horda, accedens ad Imperatorem, & factus Christianus, susceptus est, & multis donatus, remissus est in suam regionem ad custodiendas res Romanas. ex Miscella. [c]

c lib. 16.

Iuliana Anicia nobilissima fęmina, & affinis Imperatoris, quæ multa sub Anastasio Imperatore impio, pro fide orthodoxa passa est, ex hac vita decessit. Cyrill. in V. S. Sabæ, de qua refert Greg. Turon. (de glor. Martyr. cap. 133. de Polyeucto Martyre apud CP.lim præcipuo honore culto loquens, quod cum magnis virtutibus polleat, in periuros tamen præsens vltor existit) quod cum haberetur ditissima, & magnam vim auri habere putareturq; Iustinianus; Imperator, Thesauris publicis exhaustis, sibi mutuã dari copiam quandam pecuniarum petijsset. illa colligendi tempore expetito, interim auream Cameram prædicto Martyri Polyeucto, ex [illegible]rissimo auro extruxit, ad quam post, adducto Imperatore, ostendit opus, quod, pro sua pietate, non laudare non potuit. E

A Huius Iulianę cognata, Pompeij V.C. eius consobrini, uxor, nomine Anastasia, post viri obitum, abdicato sæculo, secessit in Palæstinam, ibique in Monte Oliueti vitam excoluit Monasticam, & egregia enituit sanctitate. Cyrill. in V. S. Sabæ.

Anastasia nobilissima Vidua Monasticam uitam excolit in M. Olиueti.

Cum Gothorum arrogãtia eò vsquè progressa esset, ut iura Ecclesiarum inuaderet, adeo ut Cleririci passim ad Laicalia tribunalia traherẽtur; Felix Rom. Põt. cum Rom. Clero, expostulans de his uehementer apud Regem, elicit hanc Sanctionem.

Clero Ecclesiæ Romanæ Athalaricus Rex.

B *TAnto diuinitati plura debemus*, &c. & post multa. *Atque ideo cõsiderantes Apostolicæ Sedis honorem, & consulentes desiderijs supplicantium, præsenti auctoritate, moderato ordine definimus, ut si quispiam ad Rom. Clerum, aliquem pertinentem, in qualibet causa probabili crediderit actione pulsandum, ad Beatissimi Papæ iudicium prius conueniat, audiendus*: ut aũt ipse inter utrosque, more suæ sanctitatis, agnoscat, aut causam deleget, æquitatis studio terminandam, & si forte (quod credi nefas est) competens desiderium fuerit petitoris elusum; tunc ad secularia fora iurgaturus occurrat, quando suas petitiones probauerit a supradictæ Sedis Præsule fuisse contemptas. Quod si quis extiterit tam improbus litigator, atque omnium fuerit Iudicio sacrilega mente damnatus, qui reuerentiam tantæ sedi exhibere contemnat, & aliquid de nostris affatibus crediderit promerendum: ante alicuius conuentionis effectum, decẽ C librarum auri dispendio feriatur, quæ a Palatinis sacrarum largitionum protinus exactæ, per manus sæpe memorati Antistitis pauperibus erogentur, carensque impetratis, negotij quoque sui amissione multetur, dignus est enim duplici pœna percelli, qui & diuinam reuerentiam, & nostra iussa temerarit. *Sed interim uos, quos iudicia nostra venerantur, Ecclesiasticis uiuite institutis. Magnum scelus est crimen admittere, quos nec conuersationem decet habere sæcularem. Professio uestra uita cœlestis est. Nolite ad mortalium uota humilia, & errores descendere. Mundani coerceantur humano Iure, uos sanctis moribus obedite.* hactenus Athalarici constitutio hominis licet Ariani, cuius comparatione si se metiantur Principes Nouatores, plane inferiores ipso quam longissime inuenientur. [a]

Rex Arianus sancit pro Clero Rom.

Ab hoc anno, magnus ille Dionysius, cognomento licet Exiguus, Paschalem cyclũ D exorsus ad nonaginta quinque annorum curricula perduxit, cuius fragmentum Marianus Scotus recitat in Chronico. Ipse primus numerare cępit annos ab Incarnatione Domini, ut est apud Bedam de tempor. rat. cap. 45. Collegit & transtulit, è Greco Conciliorum Canones, cum uetus, quæ extabat Collectio, esset admodum deprauata, ut ipse testatur in Epistola ad Stephanum Salonitanum Episcopum, cuius meminit Cassiodorus, quam integram habet Cresconiana collectio. Cui collectioni subiecit Cresconius, eam, quam eodem fermè tempore, Ferrandus Carthaginensis Ecclesiæ Diaconus elaborauit, sed alio plane ordine, dum sub unoquoque collegit capite & citando eos, & non recitando, qui, diuersorum conciliorum de eadẽ re tractantes reperirentur Canones, collocauit, quod opus iure Cresconius, Breuiarium appellauit.

a apud Cassio. 8. ep. 24

Dionysius Exiguus q̃ vir, & quantus.

Prima igitur collectio Canonum est illa uetus mendosa.

Secunda ab Exiguo elaborata.

E Tertia a Martino Bracharensi.

Quarta à Cresconio, hoc titulo in M S. codice.

Concordia Canonum a Cresconio Africano Episcopo digesta sub capitibus trecentis.

De Dionysii huius Monachi, & Abbatis Romani, Scythæ natione, sed moribus omnino Romani, ut inquit Cassiod. multa idem, & præclara refert, de summa eius peritia linguæ Græcæ & Latinæ, de excellenti doctrina, & morum probitate, & sanctitate, de diuin. Lect. c. 23. multa quoque ait transtulisse ex Greca in Latinam linguam. Quibus item temporibus commemorat floruisse inter Illustres viros doctos Bellato-

rem Presbyterum, qui plura latinè transtulit, & alia in diuinis scripturis elaborauit. Epiphanium quoque, de quo diuin. Lect. cap. 1. 3. 6. & Mutianum, de quo cap. 5. 8. 11. & 17. A

Hermenefridus Thuringiorum Rex necato fratre Berthario, à Clodouei tertio filio Theodorico, & quinto, Clotario, bello impetitur, occiditur, captiuam ducit puellam Radegundem Bertharij filiam Clotarius; eamque sibi sumit in vxorem, de cuius eximijs virtutibus & pietate, Fortunatus agit, [a] & Greg. Turon. [b] de gest. Fr.

a apud Sur. 13. Aug.
b lib. 3. c. 4.

Clotarius in Regnum reuertens prædabundus, cum res etiam Ecclesiæ Veromandensis prædatus esset, ea diuina vltione admonitus est, cum toto triduo equi, vehicula, plaustra, & alia, quibus præda illa vehebatur, inde moueri non potuit, quo miraculo conterriti, accurrunt ad S. Medardum, omnia vsurpata restituunt, absoluuntur, & ad propria redeunt. Fortunatus. [c] B

c apud Sur. 8. Ian.

Hildericus Rex Vuandalorum in Africa, Theodorici olim Italiæ Regis neptem Amalafridam, nuptam Transamundo Regi defuncto interficit, expostulat cum eo Athalaricus Rex grauiter missis litteris & legatis, & nisi sibi satisfiat, *conditione*, inquit, *initæ pacis absoluimur, qui læsi fœderis uinculo non tenemur.* [d]

d apud Cassiod. 9. ep. 1

Christi Ann.	*Felicis Pap.*	*Iustiniani Imp.* 2.	*Iustin.* 2.^m *absq;*
528.	3.	*Athalarici Reg.* 3.	*collega Cons.*

Iustinianus plures sancit leges.

MIrum videri potest quod Iustinianus plures de rebus & personis Ecclesiasticis leges sanciuerit; & dubitari, quo Iure id fecerit: an quod eas, per ipsum Imperatorem sanxerint ipsi CP.ni Episcopi, vt magis obseruarentur? an quod in his sanciendis non tàm egerit Imperatoria potestate, quam ex præscripto sacrorum Canonum? vt plane se in his non sacrarum legum conditorem, sed Sanctorum Canonum præseferat executorem, atque custodem, quod ipse pluribus in locis non obscurè significat? vt in Nouell. constit. 3. & 6. & cumulatissimè 123. & 133. & 137. sed & Ioannes Papa ex eiusdem Imperatoris Legatorum relatione testatur, ea, quæ de fide idem promulgaret edicta, facere consueuisse ex episcoporum consensu. Nam alioqui nulla facultas Imperatoribus de rebus Ecclesiasticis decernendi. An vero incusari debet uecordia & timiditas CP.norum Antistitum, sinentium Imperatorem leges ferre super omnes Episcopos, atque non secus, ac ipsum caput Ecclesiæ siue Concilium Episcoporū, Episcopis, alijsque sacris Dei ministris iura præscribere? Accidit autem vt cum diu Iustinianus superuixerit, & a se latas leges exactissime obseruari præceperit, & in Codicem suum redegerit, uim quamdam acceperint, & firmitatem, atque in canones ferme Ecclesiasticos complures earum, frequenti usu, transierint, cum, quæ iusta, rectaque sancita nouit, Ecclesia, minime respuere consueuerit, sed ea suis Legibus & decretis probare. C D

Hoc igitur Anno 10. kal. Mart. ad Epiphanium CP.num Episcopum edit sanctionem. Ne Episcopi ad Curiam ueniant absque eius iussione, tum ne Ecclesiarum administratio, & diuinus cultus deseratur, tùm ne impensis grauentur Ecclesiæ. [e]

e l. 43. de epis. & cler.

Ipsis Kal. Martij sancit ad Atarbium PP. de electione Episcoporum quibus nec liberi sint, nec Nepotes. Bona Episcoporum debere cedere Ecclesijs, oeconomos obnoxios esse rationibus. Curatoribus quoque Xenonum & Nosocomiorum, & Ptochiorum & Orphanotrophiorum, & Brephotrophiorum licentiā aufert testandi; & alienandi de acquisitis, post huiusmodi procurationes susceptas; exceptis, quæ prius habuerant, uel postea a parentibus uel theis, uel fratribus ad ipsos proueniant: Redditus emendos, ex ijs, quæ supersunt redditibus. Simoniam in omnibus uitandam. Clericos per se diuina munera implere debere, quæ omnia latius exequitur. [f] E

f l. 42. C. de ep. & cleric.

XV. Kal. Decembr. ad Hermogenem Mag. off. sancit contra raptores Virginum, pœna capitis proposita extendit legem ad nuptas, & sponsas, incendij pœna & raptam raptori nubere uetat.

Antiochia rursus biennio post & sex mensibus, terremotibus concussa est. Quo

quidem

A quidem tempore, tum Theopolis, pro Antiochia, nuncupata fuit, tùm alijs rebus Imperatoris prudentia locupletata. Euagr.[a] Niceph.[b] Cedren. Miscella.

a 4.c.6.
b 17.c.3.

Christi Annus	*Felicis Pap.*	*Iustiniani Imp.* 3.	*Basilio Iun. absque*
529.	4.	*Athalarici Reg.* 4.	*collega Cons.*

IPsis Kalen. Ian. summum illud Africanæ Ecclesiæ decus S. Fulgentius Ruspensis Episcopus, post innumera, pro Catholica fide certamina, post iteratas sæpe confessiones, post exilia aliasque passus ęrumnas, post denique plurimorum scriptorum egregijs monumentis, tum hæreses profligatas, tum orthodoxam pietatem, & disciplinam Ecclesiasticam custoditam, sartamque tectam relictam, optatum diu ante prę- B cognitum, præsenti uitæ finem lætus imposuit an. sui Episcopatus 25. uitæ autem 65. septuaginta propè diebus ægritudine fatigatus, hoc solum frequenter dicebat. DOMINE DA MIHI MODO PATIENTIAM, POSTEA INDVLGENTIAM. Quo mortuo, non post multos dies, Ruspenses, ab inimica gente Maurorum rapinis, cædibus, incendijs uexati: Africana tota Ecclesia afflicta. Eius præclara opera magna ex parte perierunt, quæ extabant suo tempore Isidorus commemorat de Vir. Ill. c. 14. Regino comiti petenti, dum scribit, Præcepta a milite Christiano seruanda, imperfecto opere, morte subripitur: absoluit id opus Ferrandus Diacon. Carthagin. eius discipulus, qui liber extat.

Floruit per hoc tempus hic Ferrandus, de quæstionibus consuli solitus difficillimis, ut ipsius Epistolæ, quæ extant ad Anatolium Rom. Ecclesiæ Diac. & ad Seuerum C Scholasticum CP.[num] satis docent: alterius Epist. meminit Isid. c. 16. ad Pelagium, & ipsum Anatolium Rom. Diac. quæ non extat.

Ferrandus Illustris scriptor Ecclesiasticus.

Hoc ipso anno, magnus ille Benedictus, ex angustijs Sublacensium montium, diuino monitu egressus, Cassinum montem petens, Apollinis fano, & Idolo confracto, & diruto & oratorijs S. Ioanni, & S. Martino erectis, pulso inde Dæmone, qui se illi sæpius uidendum, & audiendum, horridum inclamans, prębebat, Monasterioque erecto, Monasticum ordinem mirifice propagat, de tempore, Cassin. Chron. Leo Ostiens. Acta S. Placidi[c] reliqua S. Greg. Dialog. 2. cap. 8.

c apud Sur. die 5. Octobr.
lib. 2. c. 8.

Magna Dei prouidentia factum est, ut, quo tempore Monachismus, in Oriente paulatim prolabebatur, in Occidente instauraretur, per hunc magnum Monachorum Patriarcham Benedictum.

D Hoc eodem anno Theodoricus, tertius Clodouei filius, Rex Fracorum S. Nicetium Monachum, quem sæpè passus fuerat acerrimum reprehensorem, curat eligendum Archiepiscopum Treuerensem: sciens eum uere dignum Episcopatu, qui non uereretur, pro custodia diuinæ legis, uultum potentis. Tabulæ Treuer. Eccl. res eius gestas, ex eius discipulo B. Aridio Abbate acceptas, recitat Greg. Turon. in eius Vita.

Theodoricus reprehẽsorem suũ. S. Nicetiũ curat creari Episcopum

Absagi populi circa mõtẽ Caucasum (ut habet Procop. 2. Belli Pers.) ad mitius humaniusq; uitæ gen⁹ traducti, Christianã fidẽ recipiũt: ad quos Iustinianus Imperator unum ex Eunuchis aulicis Absagũ genere, Euphratam nomine, misit, qui uetaret Eunuchos fieri, quod fere Eunuchi qui cubiculis Imperatorum inseruiebant ex ea gente sumi consueuissent. Iustinian. apud Absagos templum Deiparæ extruxit, & sacerdotes ibi constituit a quibus pop. Christianam religionem ediscerent Euagr.[d] ex Pro- E cop. & Niceph.[e]

d 4.c.21.
e 17.c.13.

Iustinianus Nouella 142. uetat Eunuchos fieri, quod ex multis uix pauci euadunt, inquit, incolumes, ut quidam sub nostro aspectu, inquit, deposuerint, de nonaginta uix tres seruatos esse.

Tzani, populi Armenis finitimi, in sterili solo, & perpetua hyeme, ac niuibus ferè habitantes, feri, ac Syluestres, absque rege, per hæc ferè tempora à Romanis pugna uicti, nec amplius certamini fidentes, statim sese omnes dediderunt, magis deligentes quietam seruitutem, quàm libertatem periculosam. Et mutata religione, omnes Christiani facti, & uitam humaniorem amplexati, dimissis latrocinijs, quibus assueuerant,

Romanos in suos hostes progredientes semper comitantur. Iustinianus illis Ecclesiam construxit, & sacerdotes dedit, structis etiam passim per regionem arcibus, Romanorum ibi militum præsidia collocauit, atque Tzanos comercium cum cœteris omnibus habere instituit. Ex Procopio de ædif. Iustin. Imp. or. 3. & 1. de bello Pers. A

Codex Iustinianæus vulgatur. Hoc eodem anno Iustinianæum Codicem, ex tribus, Gregoriano, Hermogeniano, & Theodosiano, collectum, quem superiori anno Cōsulatus sui 2. decemuiratu constituto CC. VV. faciendum mandarat, absolutum confirmat & euulgat, extat Constitutio sub Cōsulatu Basilij. Qui considerabit, qui, & quales hi uiri ad hoc opus destinati, stupebit, & dicet, En quales homines sanciuere Romano Imperio leges? Nam Io. (Io. Patrici⁹.) in primis Patricius, uir Consularis, & Exquæstor, Princeps decemuiratus, prẹterquā quod expers erat omnium bonarum artium, atque adeo uix legere, & scribere norat, describitur a Procopio lib. 1. de Pers. bello, ingentibus uitijs notatus, & sufficere posset dicere fuisse Cappadocem, (Tribonianus.) Tribonianus uerò Iure consultissimus, qui præ cæteris in opus insudasse dicitur, ut habet Suidas, Gentilis, & impius fuit, omnibus modis a Christiana religione alienus, adulator & impostor, qui persuadere conabatur Iustiniano eum non moriturum, sed cum carne in cœlum assumptum iri, eruditione quidē nemini suæ ætatis inferiorem fuisse dicit: pecuniæ ad miraculum auidum, ius pretio uendere solitū, &c. Sed plane monstruosum id de persuasione immortalitatis qua seducebat Imperatorem putare quis posset, & fabulosum, nisi id alterius grauissimi auctoris fulciretur auctoritate, Hesychij Milesij de philosophis scribentis *Tribonianus* inquit, *Iustiniano Imperatori adulans, persuasit, non moriturum ipsum, sed una cū corpore receptum in cœlum, migraturum, erat autem Paganus, & impius* hæc ipse. Quid igitur mirum si in Codice habemus leges impiorum persecutorum, ut Diocletiani & aliorum, & æque impios Zenonem & Anastasium a Rom. Pont. damnatos & e catalogo Imperatorum abrasos, insigni tamen titulo pietatis nominari? B C

Christi Annus	*Felicis Pap.*	*Iustiniani Imp.* 4. *Athalarici Reg.* 5.	*Lampadio atq. Oreste*	*Coss.*
530.	5.			

FElix Papa 4. Id. Octobr. migrat è uita cum sedisset ann. 4. m. 2. d. 18. Extat eius epistola data hoc anno, sub dictis Coss. kal. Mart. ad omnes episcopos, de Ecclesiarū consecratione, rursum altera eiusdem argumenti sub ijsdem Coss. duodecimo Kal. Nouemb. quo tamen tempore iam Bonifacius Rom. Ecclesiæ præsidebat, ut facile pro Bonifacio, Felicis nomen irrepserit. Hic fecit Basilicam SS. Cosmi & Damiani, uia sacra iuxta templum Vrbis Romæ; & S. Martyris Saturnini, uia salaria, incendio concrematam: restituit à fundamentis: cessauit Episcopatus dies tres. Ex Anastasio 17. kal. Nouembris creatur Papa Bonifacius patria Romanus, patre Sigisuultho (nomen indicat genere Gothum, ab eo fortasse Sigisuultho, qui Consul fuit) in Basilica Iulij. aduersus quem in Schismate, in Basilica Constantiniana electus est Dioscorus Diaconus (is forte qui sub Hormisda Legatus fuit CP.lim cum alijs) sed eo mortuo prid. Id. Nouemb. cessauit Schisma Anastas. Is Dioscorus magnopere Simoniæ crimine infamatus habetur, ex epistola Athalarici ad Io. Bonifacij successorē, & ex edicto Iustiniani ad eundem Io. Rom. Pontif. D

Extat ad Bonifaciū Papam. Iustini nomine, professio fidei inscripta, in collectione conciliorum, multis modis uitiosa, quæ nec Iustini esse potest, ante quatuor annos mortui, nec Iustiniani, ut cento male consutus ex uarijs epist. anteriorum Pont. quam merito collector epist. Roman. Pont. explosit. E

Bonifacij item Epistola ad Eulalium Episcopum Alexandrinum manifeste imposturæ conuicta damnanda est: ut qua ad Episcopum, qui Alexandriæ nunquam fuit, & de Schismate itē Africanæ Ecclesiæ quod nunquam fuit.

Hildericus Rex Vuandalorum in Africa a Gilimere fratre consobrino, ex Genzone, Genserici filio, nato, coniectus in carcerem, regno spoliatur, cum iam annos septem in eo expleset. Ex Procop. 1. de bell. Vuand.

Iusti-

A Iustinianus expostulat cum Gilimere de ui Consobrino Regi illata, & Regno occupato, monens, & hortans vt regnandi legitimum tempus expectet. Gilimer Legatos re infecta dimittit, Amerem excæcat, Hildericum & Euagenem, arctiori custodiæ tradit, Rursum Iustinianus ad Gilimerem. *Nos cum te minime nostris monitis aduersaturum putaremus priorem tibi Epistolam scripsimus. Quando verò placet tibi regnum hoc pacto habere, tibi habe, quod fortuna ex ipso tribuerit. Tu autem Hildericum & Amerem luminaribus cassum, eiusque fratrem ad nos mitte, solatium habituros, quale poterunt, qui regno & oculis priuati sunt. Quod si minimè feceris, nos profecto coges, amicitia relicta fœdereque, quod cum Gĕserico eiusque successoribus gessimus, soluto, te non solum armis petere, sed pœna, quali possumus persequi.* Hæc vero Gilimer excusans, hoc modo respondit.

B

Gilimer Rex, Iustiniano Imp. 5.

NEque ego per vim regnum accepi, neque contra meos propinquos quidquam iniustum perpetraui. Hildericum enim noua querentem in familiam nostram inducere, Vuādalorum gens Magistratu deiecit; meque tempus & ex lege, ætatis honor, in regnum uocauit. Talem enim quendam virum bonum, regnum expostulat, qui nec alienas ab re, curas persequatur. Tu vero item Rex curiose facis, ac iniuste, aliena curare. Quod autem fœdera solues nobis bellum inferendo, respondere sum paratus, quibus potuero uiribus; obtestans ac fidem expostulans simul, & iusiurandum Zenonis, cuius tu successor

C *existis.* Ex Procopio. Atque hęc per hoc biennium fere transacta.

Hactenus res Romanis in Persia prospere fuere, hoc quarto Iustiniani anno temeritate militum cessit victoria Persis, sed ita cruenta, ut Dux à Rege supplicium subire sit iussus. Procop.

Iustinianus gentes ad mare positas, Homeritas, & Aethiopes, inita cum illis societate, in Persas excitare tentauit, Blemyos quoque & Nabathæos, quos, apud Oasis petras, loca sterilia inhabitantes, frugifera terra ad Nilum concessa, sibi deuinxit; & Idololatras adhuc ad Christianam fidem adduxit; vt & alias gentes in Pentapoli, Iudæos quoque apud Maurusios habitantes, vetusti templi, quod in primis uenerabantur, possessores, Christianos effecit.

Legatos item misit ad Reges Aethiopum & Homeritarum Christianos, rogatum, vt sibi, pro communi fide aduersus Persas auxilio essent; illis promittentibus cū multa

D intercessissent, ob quæ illi non possent stare promissis, Cabade interim Persarum Rege mortuo, cum filio Cosrhoe, iustis conditionibus, pacem fecit, anno septimo sui regni, atque hæc vltra biennium sunt propagata. ex Procopio.

Iustinianus Imperator sancit in hæreses, vt eorum filij Orthodoxi a parentum successione, quolibet proueniente titulo, minimè repellerentur, & ut hæretici cogerentur alere filios Orthodoxos; contra vero filios, qui essent hæretici, ab huiusmodi voluit legis auxilio omnino repelli. Cum autem in ea sanctione, numeret, inter hęreticos, Samaritas, de illis res poscit vt aliquid dicamus; altius repetentes, quæ nullo certo anno consignari possunt. Samaritani sub Zenone Imp. tumultuantes, & Neapolim (quæ dicebatur Samaria) ingressi, multas cædes, & sacrilegia perpetrarunt, quos Zeno dignis pœnis puniuit, & expulsos monte Garizim, eum Christianis restituit, Ecclesia Dei

E genitrici dedicata, & muro cincta, & imposito militum præsidio. Rursum sub Anastasio montem conscendunt & custodes trucidant, auctores sceleris comprehensi pœnas dant, ex Procop. de ædif. Iustin. oratione 5. denique sub Iustiniano (vt est apud Cyrill. in Vita S. Sabę) Rege sibi creato, regionem circumquaque populabantur, incēdentes, rapientes, occidentes, ipsas Ecclesias & SS. reliquias dissipantes, aduersus quos immissæ copiæ ab Imperatore, ipsos cum Rege conciderunt, accidit autem, ut eorum vnus Arsenius nomine veniens CP.lim, illustris dignitate, & ad veritatem confundēdam callidissimus, magna, nescio quomodo, contracta cum Imperatore & eius coniuge familiaritate, multa confinxerit in Palæstinos, causam omnium malorum in illos con-

L. 19. Cod. de hær.

Inter hęreticos Samaritani numerati.

Eorum crudelia facta.

ferens, ex quo ab irato Imperatore timebatur, ne quid dure statueretur. At Patriarcha innocentum misertus, rogabat S. Sabam iàm nonagenarium, vt Legationem pro ipsis suscipiat. Qui nil cunctatus CP.lim contendit, quem excipit Imperator uelut Angelum Dei, videns quandā coronam eius capiti impositam, eleganti quodam splendore decoratam & micantem luce omnis generis gratiarum. percepta ab eo benedictione, eandem impertiri etiam petijt Coniugi, quæ sterilis cum esset, optans per eum filium habere, sæpius preces repetebat: at ille nihil aliud adnuit, quam ut sospes, & salua esset sua potentia: qua tristi abeunte, ille ad circumstantes, mirantes & indignantes causam protulit, finite, dicens, o beati, Non enim vult Deus aliquem fructum ex ea edi, ne & ipse, quoque gustet Seueri dogmata, & deteriores, quam prius, sub Anastasio tumultus conturbent Ecclesiam Dei: his planè insinuans, quod intus Theodora occultabat in corde, nempè ipsam addictam hæresi Seuerianæ. Ad petitionem autem sancti non modo remisit iram in Christianos Palæstinos Imperator, sed etiam Sammaritanos expulit è ciuitate, eorum Synagogas deinceps prohibuit, & de ipsis sanxit ne essent alter alterius hęredes, ne per successiones eorum opes crescerent. Redituro & oblatum vectigal pro suo Monasterio recusanti, instabat tamen Imperator; cui ille, si tantæ est curæ, ut nobis gratificeris, adsunt aliæ quoque non paruæ occasiones, per quas poteris tuam in nos exercere charitatem, ac proposuit aliquam ad tempus immunitatem Palęstinis dari, male à Samaritanis habitis; Xenodochium, & Nosocomium, pro venientibus inuisere viuificum sepulcrum exædificare: Templum Deiparæ inchoatum perficere, Præsidium in quod se recipiant, ab incursione barbarorum Monachi extruere. denique magnopere commendauit vt Arianam hæresim, Nestorij, & Origenis tollere studeret e medio, (quæ nimirum tum magis vexabant ecclesiam.) Hæc si feceris, inquit magnopere in Deo confido fore ut mox diues sequatur remuneratio, Romaque, & Carthago, & quæcunque amiserunt, qui ante te imperarunt, recuperes, quæ omnia prompte perfici mandauit Imperator, de quibus ferè omnibus Procopius agit, lib. 5. de ædificijs Iustiniani: & Deus planè impleuit quę promisit Saba. De Ecclesię porrò illius Ierosolymis extructæ in honorem B. Virginis Mariæ magnificentia, & magnitudine, latè Procopius, qui & nouam, eius occasione, lapidicinam adinuentam in Palestinę montibus refert.

Quam honorificè exceptus S. Sabas a Iustiniano.

Abnuit Imperatrici hęreticæ petere a Deo fecunditatem

Prædicitur Iustiniano receptio Romæ, & Carthaginis.

Nouis præterea Rescriptis vrgeri, & alijs pœnis percelli oportuit improbos Samaritas a Iustiniano, ut est in Nouell. 45. Qui cum fatigati assiduis afflictionibus nullam emergendi esse sibi viderent facultatem, fingunt se velle esse Christianos, & per Cæsariensem Episcopum Iustiniano commendati, in gratiam recipiuntur, & ut filij confouentur: pro quibus nouam edidit sanctionem. a

a est Noue. 129.

Viguit per hoc tempus magnum studium, & cultus fidelium erga sanctos, in erigēdis vbique templis, eisdemque locupletandis, ad Imperatoris exemplum, cum vix reperiretur, qui, nisi erigendi Ecclesiam facultatem haberet, saltē ex suis bonis aliquid decedens non legaret Ecclesijs, vel etiam ex asse institueret illas hæredes. Hinc illa sanctio Iustiniani hoc anno promulgata, vt si quis in testamento suo Christum ex asse vel semisse, aut aliter hæredem instituisset, Ecclesiæ illius loci caperent hæreditatem, ita tamen, vt ad pauperum alimoniam conferrent.

Viget maxime cultus SS. per hoc tempus in extruendis Ecclesijs.

Itemque definiuit, si quis aliquem Archangelorum, vel martyrum reliquisset hæredem, quid agendum in ambiguis esset. Consueuisse enim huiusmodi institutiones fieri Imperator affirmat; extat Constitutio in lib. prætermissorum primæ classis, post Cod. Iustinianæum.

Theodoricus, Rex Francorum, parat expeditionem aduersus Gothos agentes in Gallijs, Liberio patricio illic Præfecto Prætorio, eorum res defendente; cum quibus declinato conflictu, ex morbo moritur, ante quidem annum Domini 534. quo Cassiod. scripsit Epistolam 1. lib. 11. in qua hæc habet. Fallitur ergo Sigebertus qui scripsit eum occupasse ditionem Gothorum in Gallijs & mortuum anno Domini 537.

Accidit autem vt eo vastante Aruernorum fines, pars exercitus inuaderet Ecclesiā in quam se multi promiscui sexus, cum suis supellectilibus receperant, & cuncta diriperet. qua re ad Regem delata, comprehensos ex illis aliquos diuersis mortibus, con-

Vltio diuina in sacrilegos milites.

demna-

demnauit, vlciscens sacrilegium; & qui primus effracta fenestra irrupit, igne, de cœlo lapso, consumptus, interijt; alij correpti a Dæmone, diuersis exitijs hanc vitam crudeliter finierunt. Quæ audiens Rex omnia sublata restituit; præceperat enim ne a septimo a Basilica, Miliario cui vim quis inferret. Ex Greg. Turon. de Mirac. [a] a lib. 2. c. 13

Theodobertus, Theodorico patri succedit, qui cum multa iniquè ageret, & agi ab alijs permitteret, a S. Nicetio sæpe corripiebatur. Accidit, vt die quadam Dominica, cum Rege, qui ab eo fuerant excommunicati, in Ecclesiam ingrederentur. Non hic hodie, inquit S. Nicetius, Missarum solemnia consummabuntur, nisi communione priuati prius abscedant. Rege renitente, exclamat puer vnus de populo a Dęmone arreptus & incipit Sancti virtutes, & Regis crimina confiteri, & illi interitum comminari, cumque Rex timore concussus peteret ut energumenus ab Ecclesia eijceretur, non prius illum, dixit Episcopus, quam excommunicatos, ab Ecclesia, egressurum. quibus expulsis, Dęmoniacus, sanus erectus, post acta solemnia non est repertus; nec scitum a quoquã vnde venerit, aut quo abierit. Ex Greg. in vita S. Nicetij, quem Theodobertum censura Nicetij, correctum, & emendatum, meliori frugi redditum, idem Greg. testatur de rebus Francorum. [b]

Constantia Episcopi in excludẽdis excommunicatis a sacris.

Item Theodobertus Legatum misit ad Iustinianum Imperatorem, Munzolum uirũ Illustre in Greg. 1. de glor. mart. [c] quædam narrans miracula.

b 3. c. 25. & 34. c. 93. de glor. cõfes.
c cap. 31. & 84.

Christi Ann. 531. Bonifacij Pap. 2. Iustiniani Imp. 5. Athalarici Reg. 6. Post Consulatum Lampadij atque Orestis.

Bonifacius collecta Synodo ad S. Petrum, Vigilium Diaconum sibi ordinat successorem, ob eam forte causam, vt nullo vacantis Sedis loco relicto, eriperet è Gothorum Regum manibus, quam sibi Romani Pont. vsurparant electionem: sed noua Synodo, re improbata, ipse Bonifacius reum se confessus Maiestatis, ipsum constitutũ, siue decretum, præsente Clero & Senatu, incendio consumpsit. Ex Anastasio. Maiestatis uero ea ex parte crimen uideri poterat Gothis Bonifacius incurrisse, quod cõtra Regis uoluntatem, ad quem electionem Rom. Pont. spectare Theodoricus statuerat, ab eo fuisset institutus successor. In signum, quod hæc noua a Bonifacio attentata, de successore sibi delegendo, Deo non placuisset, hoc ipso anno 17. mensis Octobris eum subtraxit e uita, cum Sed. ann. 1. & dies duos.

Bonifacius bono consilio deligit sibi successorem.
Decretum ipsemet reuocat.
Deus ipse uisus impabasse.

Hic ecclesiam S. Michaelis Archangeli, nomine, constructam, dedicauit in sumitate Circi, qui fuit Domitiæ, trans Tiberim. ex Adone.

Ioannes 11. cognomento Mercurius Romanus, hoc anno, ut constat ex ueteri inscriptione apud S. Petri ad Vincula, circa finem anni electus est Rom. Pont.

Childebertus quartus Clodouei filius, sororẽ Crotildẽ Amalarico Regi Gothorũ in Hispania, Ariano, in matrimonium dederat; quibus, ob diuersitatem religionis, male conueniebat, & ipsa adeo male tractabatur, vt sudarium proprio sanguine infectum fratri miserit, quare irritatus, Hispaniam armatus inuasit. Amalaricus dum fugã parat, interficitur, anno Regni quinto, cui Theudis Gothus, & ipse Arianus, subrogatur. Childebertus assumpta sorore, cum magnis Thesauris reuertitur. Soror in itinere mortua, apud Clodoueum Patrem Parisijs sepelitur. Inter thesauros, pretiosissima ecclesiarum ministeria, sexaginta calices, quindecim patenas, viginti Euangeliorum capsas, omnia ex auro puro, & gẽmis pretiosis ornata Basilicis sanctorum dispensauit. Gregor. [d] de Gest. Franc. Isidorus in eo a Gregorio discrepat, quod Narbone, non in Hispania Amalaricum occisum esse scribit. Eadem ferè Procop. nisi quod fallitur in nomine pro Childeberto ponens Theodebertum. Tuncque dicit cessisse Francis eam partem Galliarum, quam hactenus Vuisigothi possederant.

d lib. 3. c. 10

Hoc anno Theudis primo, (qui, licet Arianus, Orthodoxos bene habebat, vt ait Isidor.) celebratum est Concilium Toletanum dictum secundum, sub Montano Archiepiscopo Toletano. De quo Isid. Æra 568. *Iustiniani Imp. tempore post Amalaricum Theudis in Hispania creatur in regnum, per annos sexdecim, qui dum esset hæreticus,*

Conc. Toletanũ secundum dictũ.

pace tamen cõcessit ecclesiæ Dei, vt licentiã Catholicis episcopis daret in vnũ apud Toletanam vrbem conuenire, & quæcunque ad ecclesiasticam disciplinam necessaria existerent dicere, licenterque disponere, ex quo loco corrigendus error illapsus in eiusdem Chron. in Amalarico, vbi restituendum Æra 564. anno 9. Iustini pro 14. Iustiniani. Sed & emendandum vbi sub quinto anno Amalarici dicta Synodus ponitur Æra 565. cum legendum sit 568. Hic Montanus Toletanus Archiepiscopus tum doctrina, tũ vitę sanctitate celebratur a sancto Ildefonso in lib. de vir. ill. Extãt eius lucubrationũ duæ epistolæ, quarum idem meminit; altera data ad ecclesiam Palentinam, ad Thuribium solitarium altera, digna felicissimi ingenij monumenta. In testimonium sanctitatis affert, quod inquit, ex antiquissima relatione narratur, ad purgationem infamiæ tã diu prunas tenuisse in vestimentis ardentes, donec Missam celebraret. Enituit autẽ in eo conuentu (septem enim tantum fuerunt, præter Montanum) Iustus Vrgelitanus episcopus, & ipse clarus inter scriptores ecclesiasticos, & trium germanorum collegio, æque disertorum, nempè Iustiniani episcopi Valentini, Nebridij, & Helpidij illustrior redditus, licet eorum monumenta perierint Isid. [a] Quinque in eo sanciti Canones, ad disciplinam ecclesiasticam illustrandam, & mores fidelium informandos. Amalarici tamen, pro Theude, nomen irrepsisse videtur, cum ex Isid. appareat celebratum fuisse post Amalarici mortem. Regis beneficio PP. vsi, sæpius conuenerunt in Synodum, de Palentina quidem mentio est in epist. Montani ad Thuribium.

Montanus Tolet. Archiep. sanctus, & doctus. Iustus Vrgelit. episcopus clarus scriptor tres item eius fratres. a cap. 20. & 21. de vir. ill.

CP.[li] cõiuratio mota est in Iustinianũ, Satellites, Hypatij, Põpeij, & Probi (qui cõsobrini erãt, & Anastasij Nepotes, sibiq; deberi imperiũ putabãt) illis instigãtibus, per quinque continuos dies vrbẽ regiã rapinis, ferro, igneque vastantes; (illis in Palatio, quasi fideles essent, dissimulantibus) dum quinta demum die inuadunt Palatium, Hypatius, & Pompeius capiuntur, & trucidantur, innumeris passim in circo trucidatis, & tyrannorum socijs continuo proscriptis, ex Marcellino. Procopius ea fusius narrat lib. 1. de bello Pers. qui ait desiderata hominum triginta millia, & coactum fuisse Iustinianum acclamante populo, Io. atque Tribonianum magistratu deponere, licet cessante tumultu, eos restituerit.

Seditio, & tumultus CP.li in Iustinianum.

His permotus Iustinianus, præcauens in futurum, Nouellam edidit sanctionem, quę est 85. qua armorum vsum priuatis adimere conatus est, dum prohibuit ne quis priuatus esset armi factor; neque qui publico operi, in armis faciendis inseruirent, venderẽt ea priuatis.

Arma priuatis adimit Iustinianus.

Promulgauit & aliam sanctionem, qua vetuit hæreticos, & Iud. contra Orthodoxos testimonium ferre, in contractibus duntaxat eorum attestationem inspici debere addidit postea, & illam anno sequenti. Ne quis hęreticus hæreditatem legatum, vel fideicommissum accipere possit.

Magnus ille Sabas reuersus ex legatione ad Iustinianum obita pro Palæstinis, hoc anno, quinta Decemb. Indictione decima, ætatis 94. migrat in cœlum, ex sua cella in Laura: magnificentissimo elatus funere. Cyrillus, qui eius miracula post mortem, & multa, & insignia commemorat, anniuersaria eius recolitur memoria qua decessit die.

S. Sabas migrat in cœlum.

Inuentio corporis S. Antonij magni in eremo, & translatio eiusdem Alexandriam, in Basilicam S. Ioan. Baptistæ. Marianus Scotus in Chron. alij in aliud tempus referunt.

Christi Ann. 532. *Ioannis Papæ.* 1. *Iustiniani Imp. 6. Athalarici Reg. 7.* *Post Consulatum Lampadij, & Orestis secundo.*

ORigenistæ sæpius damnati, rursum inualescentes, maxime in Palæstina, corruptis primum Monachis, inde longe lateque serpente contagio peruadentes CP.[lim], & totum ferme Orientem quasi depascentes, nec edictis Imperatoris potuerunt extingui; adeo vt opus fuerit Oecumenicum congregare Concilium. Quod Quintum dictũ est. Qui origines & progressus harum turbarum, & Monachorum, atque adeo ecclesiæ cladium nosse velit, legat Cyrillum in Actis S. Sabæ, [b] & S. Quiriaci, [c] & Pratum

b c. 49. 50. &c. c cap. 10. d 29. Sept.

A spirit. cap. 26. in quo Visio quædam refertur de statu hæreticorum, & cap. 46. de odio quo B. Theodosius Cenobiarcha prosequebatur Origenem.

Christi Ann. 533. *Ioannis Papæ* 2. *Iustiniani Imp.* 7. *Athalarici Reg.* 8. *Iustiniano* 3.m *Cons.*

IVstinianus Imperator Vuandalicum bellum, ante aliquot annos meditatum, post multas, & ancipites cogitationes, aduersantibus etiam aliquib. Senatoribus, & populo tumultuante, hoc tandem anno decernit, Duce Belisario, ex visione quadam confirmatus, & episcopi cuiusdam hortatione, & victoriæ prędictione, impulsus. Procop. [a] Quod mirandum sit, in tam difficilis belli cogitatione intentus, quasi in summo otio, ad propitiandum sibi diuinum numen, summo studio in curandis, quæ sunt fidei Catholicę, incumbit, legatione ad Rom. Pont. missa de perdifficili exorta quæstione, de qua re Liberatus cap. 20. Breuiarij, hæc breuiter. Defuncto *Bonifacio Papa, Io. Cognomento Mercurius Sed. Apostolica suscepit Præsulatum. Ad quem missi sunt ab Imp. Iustiniano Hypatius Ephesiorum episcopus, & Demetrius a Philippis, contra legatos Acœmetarum Cyrum, & Eulogium, negantes esse confitendum B. Mariam uere, & proprie Dei genitricem, & vnum de Trinitate Incarnatum, & carne passum. Sed Papa Io. nobis, ibi positis, hoc confitendum epistola sua firmauit, & Imperatori direxit. A cuius communione discedentes Romæ quidam Monachi, Acoemetarum legatos secuti sunt, & vsque nunc hanc confessionem de Christo non suscipiunt.* Hæc Liberatus ad cuius controuersię cognitionem reco lendum est, quod superius est dictum, de Scythis illis Monachis Eutychianis, repulsam passis CP.li a Sedis Apost. legatis, & Romæ ab Hormisda Papa, cum fraudulenter instarent, addenda esse Concilio Chalcedonēsi verba illa, quibus dicebatur, VNVM DE TRINITATE ESSE CRVCIFIXVM IN CARNE: & reiectam quidem illam sententiam, non quod esset hæretica, sed vt noua, & suspecta; ne, sub ea, Eutychianorum fallaciæ occultarentur, quæ si suspicio, & dolus abesset, esset oratio recipienda. Nestoriani arrepta illa, eo modo, & occasione, reiecta sententia, perinde ac si, secundum suam ipsorum assertionem, duplex assereretur Christi persona, sicut, & naturæ duæ, humana, atque diuina; & sic dici videretur passus homo, vt negaretur Deus passus in carne; ergo, aiebant, *nec natus in carne, ergo nec Maria proprie dici potest Deipara*, quod ipsi profitebantur. His accedebat, quod è latebris emergentes Origenistæ, inter alias, quas proponerent, sententias, illa erat, vt negaren Christum vnum de Trinitate fuisse. Quamobrem ex asserentium prauitate reddi cępta est prohibitio illa profana, quæ antea videri poterat sana, & ad cauendos Eutychinos vtiliter introducta. Cum ista igitur CP.li controuersia agitaretur, Catholica fide periclitante, Epiphanius CP.nus episcopus, & Iustinianus Imperator, ac reliqui Orethodoxi, ex aduerso pugnantes, firmiterque resistentes; sicut asserebant, pie sanctèque dici vnum de Trinitate esse passum in carne; ita nefas esse dicebant negare Sanctissima Virginem Mariam, verè proprieque matrem Dei a fidelibus nuncupādam. Qui igitur Nestorianæ sententiæ potissimi assertores, Monachi Acœmetæ erant, cum a Iustiniano Imperatore, Epiphanio agente, magnopere vrgerentur, auxilium ab ecclesia Romana sperantes, a qua scirent eā fuisse reiectam sententiā, legatos ad Ioannē Papam miserunt, rogantes, vt quæ semel esset explosa ab ipsa ecclesia Romana sententia, nullo aduersariorum conatu reciperetur. Epiphanius itē CP.nus episcopus, & Iustinianus Imp. legationem instituunt ad eundem Papam: sed ante eam missam: Iustinianus emittit edictum de fide Catholica, & fidei professionē, qua detestatur Nestorianos, Eutychianos, & Apollinaristas, idque eo consilio, ne initurus, per suos legatos, coram Ioanne Papa, certamen, aliquis, illis, eum calumniandi, locus relinqueretur; cum preculiare tum esset, vt qui Nestorium damnaret, is Eutychianus, vel Appollinarista diceretur, & contra; cui subscripsit Epiphanius episcopus, & Archimandritæ, vt ait ipse Iustinianus in epistola ad Patriacham, quæ tamen publice, quasi edictum erat exponenda, & quasi apologia, pro fide Iustiniani. Extat edictum, & epist. ad Epiph. [b]

Margin notes: Bellū Vuādalicum. — [a] lib. 1. de bello Pers. & 1. itē de bello Vuā. — [b] Prætermissorum

B C D E

De-

lib. 1. Cod. pag. 1. apud Contium. l. 7. Cod. de summ. Tri. a l. 8. Co. de summ. Tri.

A Delectis igitur præcipuis Orientis Metropolitanis Cęsariensi atque Ephesino, ad obeundam legationem, collegis, per eosdem epistolā scripsit Iustinian. ad Ioan. Rom. Pontif. a in qua rationem controuersiæ exponit, & suam Catholicam fidem profitetur, quam ab ipso confirmari petit, illa de Primatu eccl. Rom. habens verba. *Nec enim*, inquit, *patimur quidquam, quod ad Ecclesiarum statum pertinet, quamuis manifestum, et indubitatum sit quod mouetur, vt non etiam vestræ innotescat sanctitati, quæ caput est omnium ecclesiarum*. Vt & in epist. ad Epiph. *Rom. Pont. affirmat caput omnium sanctissimorum Dei sacerdotum*. Huius Legationis meminit Anastasius, & donorum B. Petro Apostolo oblatorum idest Scypho gemmato, pluribus argenteis calicibus, & palliolis quatuor, auro textis.

Auditis Romæ legatis Imperatoris nec tamen spretis Acœmetis Monachis, totus reliquus annus consumitur in grauissima quæstione examinanda, vt digna solutio, & B responsio ab ecclesia Romana, daretur, quod factum est anno sequenti. Interim Anatolius S.R.E. Diaconus consuluit Ferrandum Carthaginensis ecclesiæ Diaconum, discipulum S. Fulgētij eruditissimum, qui prolixā, & eruditam ei reddidit epistolam, in qua de proposita controuersia hanc firmat Conclusionem: Recte dici vnum de Trinitate passum? Sed securius addi, passum in carne, nam hæc, post multa habet. *Propter istos, ista dixi, qui nunc audientes vnum de Trinitate passum, dicunt, adde secundum carnem, quasi aliter intelligi debeat, etiam si ego non addam, vel addere multa necessarium sit, quod etiam si non additur, apparet, libenter autem exigi a me patior, quod vltro addere sum paratus, incunctanter profert lingua, quod retinet conscientia*, & post multa, *superest nunc in conclusione huius voluminis eisdem duabus sententijs, de quibus inter se disputātium fratrum prolixa fit altercatio, ne qua remanere vel suspiciosis videatur ambiguitas, dare quandam fidei regulam, qua præcedente, simplicitas loquentium manife-* C *stetur, & audientium remoueatur scandalum. Dicturus ergo vnum de Trinitate passum, prius addat, omnipotentis Dei vnam substantiam, tres esse personas, ex quibus una persona, idest filius, Deus permanens, homo factus, natus, & passus sit, neque Patre, neque Spiritu sancto pariter incarnato; quamuis opus nostræ redemptionis tota fuerit Trinitas operata*, &c.

Scripsit vero idem Ferrandus Diaconus eodem argumento aliam epistolam ad Seuerum Scholasticum CP.num quę licet minime integra habeatur, satis suppleri potest ex dicta ad Anatolium Diaconum epistola.

Simoniaca labes S. C. a Rege confirmato cōprimitur.

b li. 9. apud Cassiod. ep. 17.

Vsus nominis Patriarchæ pro Archiepiscopo a Gothis emersit.

c lib. 9. ep. 16.

d L. 1. de Cōs. Diges.

Neminem non baptizatū militare patitur Iustin.

Interim cum ambitus excreuisset in vrbe, & ecclesiæ bona simoniace profunderentur, ob emenda, aut promerenda suffragia etiam quorundam Senatorum ad Pontificatum obtinendum, Senatus indignè ferens, Senatus consultum in eos promulgauit, qui D adeo turpiter aliquid accepissent, & ipse Papa egit apud Athalaricum Regem, vt Canonum contemptores edicto percelleret, quod & perfecit, litteris scriptis ad Io. Pon. b quibus, & insertum Senatus consultum confirmauit. Quod quidem suum edictum Rex marmoreę voluit inscriptum tabulæ, ante S. Petri atrium, cunctis perspicuum, apponi. In quo notandum, non ausum Regem in dantes clericos pœnam conuertere, sed in accipientes tantummodo laicos, relinquens illos Canonum censura plectendos; vt & ipsum S. C. laicas tantum personas respiciebat.

Sed & illud animaduertendum Regem Archiepiscopos vocare Patriarchas, & a Gothis, huiusmodi vsum vocis emersisse. Ad ea igitur quæ sancita essent nouiter implenda ad Præfectum vrbis ista conscripsit, quæ sunt apud Cassiod. c E

Iustinianus anno septimo Principatus Cōsulatu suo tertio (vt est in ipsius Constitutione expressum, hoc anno, data 17. Kal. Ian. d) non quarto, vt mendose est apud Marcellinum, Veris initio decreta expeditione in Africam, nauim Prætoriam ad littus; iuxta ædes Imperatorias adduci iussit totique classide more, Epiphanium episcopum CP.num benedicere, & bene precari, ac milites paulo ante baptizatos, nomen profitentes Christianum (neminem enim infidelem nec Cathecuminum militare aduersus infideles voluit) sigillatim in nauim introduci. Sic itaq; Belisarius cum vxore Antonina soluens (cum quibus Procopius etiam auctor huius historiæ fuit) classe subsecuta, Perinthum appulit, vbi diebus quinque impensis, imponendis plurimis, ex Sobole

Im-

A Imperatoria, equis, Duci dono datis, inde Abydum ventum, ibique dies quatuor tranquillitatem expectantibus, accidit vt duo Massagetæ ebrij è socijs vnum interficerent. Belisarius igitur ambos hos in Abydi quodam Promontorio, palo infixit. Quod cum multi ferrēt indigne, & mussitarent, Belisarius aduocata concione de iustitia ita disseruit, vt absque ea diceret non esse expectandam victoriam, & primam iustitiæ curam esse iniustè interfectos vlcisci, neque vlla ratione fas ebrium esse, multo minus in exercitu, militi, proximos interficiendo, proinde se compararent ad conseruandam iustitiam & ad temperandum ab iniuria, alioqui nullum se impunè abire permissurum. Ex verbis, & exemplo, exercitus timore correptus, iam ex illo frugi esse, & ab iniuria temperare cogitat. Itaque strauit sibi per sobrietatem & iustitiam Belisarius viam ad vincẽdos inuictos hactenus hostes. Quid mirum (hic cogita lector) nostros exercitus Germanos a Turcis, ebrios & hæreticos trucidari, qui olim Romanis ipsis erant formidabiles. B

Belisarij iustitia.

Post tres menses quam soluerant CP.li ad littus Africanum classis appulsa est, ad locum, qui nouem dierum itinere Carthagine abest in prouincia Byzacena; vbi dum fossa castris circumfoditur, diuina prouidentia, multæ erumpunt aquæ, nunquam amplius apud Byzacium visæ. Quem locum Iustinianus miraculi testificandi gratia, statim statuit, in vrbem transferre, circumducto muro. Sequenti die discurrentes quidam in agros fructus attigerunt, quos ignominia notatos, acriter corripuit Belisarius cum diceret, Vim afferre, & alienis pasci, turpe semper ac probrosum esse. Afri deinceps ex moderatione militum, nostros iam non vt hostes, sed vt amicos habuerunt, & ministrata illis annona, quæ illis fideliter persoluebatur, ad Carthaginem, magna securitate, accesserunt; &, diuinitus oblata bene pugnandi occasione, bis obuios hostes C vicerunt; cum interea Gilimer tyrannus necari fecit in carcere Hildericum Regem, & socios. Incidit aduentus classis in 15. Sept. quo Natalis S. Cypriani martyris Carthagin. Episcopi anniuersariæ Vigiliæ agebantur vt ex hoc magis diuina id prouidentia factum, ex sanctorum patrocinio, omnibus innotesceret, ex cuius aduentu tanta est parta fiducia Africanis, vt ijdem templum illud ad decimum positum, in quo erat sepulcrum S. Cypriani, detentum ab hostibus, inuadentes, sibi, pulsis Vuandalis, vindicarint, summaque tranquillitate, more pristino, diem festum celebrarint. quo aduenniens Ammatas Gilimeris Germanus, cum parte exercitus Vuandalorum, cum Ioanne Præfecto Prætorio, qui partem exercitus ductabat, confligens, occisus est, profligato exercitu; Gilimer animo consternato, in fugam actus, & seclusus ab vrbe, occasionē D præbuit vt Carthaginenses portas Belisario aperirent; qui prudenter ea nocte continuit exercitum extra mœnia, ne noctis occasione cuncta rapinis, & cęde vastaret. Hac ipsa nocte classis Euro spirante ad Promontorium acta: qua conspecta Carthaginenses cathenam trahentes, aditum facilem classi fecerunt. Post hæc autem, victis Vuandalorum copijs, Gilimer cum fratre Zanzone, ex Sardinia reuocato, Carthaginem obsidere parat, aduersus quos progressus Belisarius, conserto prælio, Zanzonem occidit, castra expugnat, Gilimerem in fugam agit. Atque hæc omnia, appulsus classis, pugna, insecutio, Carthaginis recuperatio, & castrorum expugnatio, tribus facta sunt mensibus, terminata post dimidium mensis Decembris, anno nonagesimo quinto, ex quo Vuandali Africam possederant. Mira quidem Dei prouidentia factum videtur (quod Procop. a narrat) vt Vuãdali, præter Carthaginem, omnia propugnacula męnibus nudarint, ne Africanis rebellandi aliquo modo animus esse posset, ex quo E Romanis facile fuit, paucis diebus tota Africa potiri. at Belisarius mox eadem loca muro cingenda, & munienda curauit. Renunciata autē tanta hæc fuisse CP.li de recuperata uniuersa Africana prouincia, antequam præsens annus elaberetur, argumento sunt, Constitutiones Iustiniani Imperatoris de confirmatione Digestorum datæ hoc anno sub 3. eius Cõsulatu 17. Kalen. Ian. in quibus de recuperata cum Carthagine, Africa uniuersa narratur. qua item die & Cõsule data legitur Cõstitutio, de iuris docendi ratione, quæ uero loco præfationis Institutionum libris præfigitur ad iuuentutem legum cupidam Epistola, post sex dies data reperitur, nempè 11. kal. Ian. in quibus omnibus cum iure eluceat titulus Vuandalicus, & Africanus, ob Vuandalos hoc

Miraculum

Procop. de ædif. Iustin. or. 6.

Mirum, tribus mẽsib. recuperatā Africam.

a lib. 6. de ædif. Iustin.

Cõnfirmatio Digestorum.

anno

anno deuictos, & Africam recuperatam, reliqui tamen ut Alemannicus, Gothicus, Francicus Alanicus postea adiecti fuisse videntur, etenim nullum hactenus cum his populis fuit Iustiniano certamen. A

Ad finem eiusdem huius anni seuerissimam edidit Sanctionem aduersus violentos raptores sacrarum virginum, & viduarum. [a]

a l. 54. de Epis. & cle.

Christi Ann. 534. *Ioannis Pap.* 3. *Iustiniani Imp.* 8. *Athalarici Reg.* 9. { *Iustiniano* 4.m & *Paulino Iuniore* } *Coss.*

HVnc Paulinum, Rom. Senatus, Athalarici Reg. voluntate, delegit, ex Deciorum familia florentissima, de quo, & de eius familia, apud Cassiod. habetur. [b] B

Aurelius Cassiodorus Senator auctus est amplissima Præfectura Prætorij, quam inibant, non Kal. Ian. vt Consules, sed ipso Natali Domini, vt est apud Cassiodorum. [c]

Insignitus Cassiodorus tanto munere, ad Io. Rom. Ponc. implorans eius preces, pro bono regimine, scripsit Epistolam, quæ est 2. lib. 11. & eodem ferè argumento ad Episcopos, quę est 3. eiusdem libri: qua quidem, quid sæculi potestates, ipsi magistratus, sibi ipsis, quid populo quid Episcopis, atque in primis diuino cultui debeant, quid etiam Episcopi, ipsis magistratibus atque populis præstare teneantur edocet.

Ingenti fame hoc anno vexata Vrbs est & Italia, de qua, prouide solicitus Præfectus, Rauennæ degens cum Rege, vices suas Ambrosio Romæ delegat [d] & de eodem argumento, ad Datium Mediolanensem Episcopum [e] scribit.

b lib. 9. ep. 22. & 23.
c lib. 9. ep. 24. & 11. epist. 17.
De mutuo munere sæcularium Magistratuum & Ecclesiasticorum debito.
d Epistola 5. li. 11. var.
e 27. lib. 12

Controuersia, per Legatos Iustiniani, superiori anno Romam ad Rom. Pont. allata, diu, multumque agitata & discussa, & habito Romæ Concilio, rogata cuiusque sententia, ex Veteri Catholicæ fidei præscripto, quid sentiendum dicendumve esset, a Roman. Pont. fuit firmiter stabilitum; & scripta fidei professio ab Imperatore cognita, examinata, pariterque probata, & confirmata fuit: scripta ad eum Epistola 8. kal. Apr. quam, in recentiori, hoc anno facta, sui Codicis editione, extare voluit [f] in qua, laudata, in primis egregia Catholici Imp. pietate, prærogatiua Ecclesię Rom. commemorata *legatorum*, inquit, *vestrorum relatione comperimus, quod fidelibus populis proposuistis Edictum, amore fidei, pro submouenda hæreticorum intentione, secundum Apostolicam doctrinam, fratrum, & coepiscoporum nostrorum interueniente consensu, quod, quia Apostolicæ doctrinæ conuenit, nostra auctoritate confirmamus*, &c. demum rogat eundem Augustum, vt resipiscentes recipiat ad communionem, *& nobis*, inquit, *intercedentibus, benigni animi gratiam condonate.* C D

f lib. 8. c. de Sum. Trin. & fid. Cathol.

Aduertat autem Lector reperiri in Tom. Conciliorum longe prolixius aliud scriptum edictum, imo librum, vt appellat Liberatus Diacon. cap. 24. quod est longe ab eo Iustiniani edicto diuersum, de quo suo loco; quod non recte Contius recitat in appendice ad Iustinianæum Codicem, inter prætermissa.

Reuersis CP.lim Legatis, & accepta confirmatione suæ fidei professionis a Roman. Pontif. Iustinianus, illud prudenter & piè ad perpetuitatem excogitauit, vt eam ad Ecclesiastici Cantici Rhythmos accommodatam, instar psalmi Ecclesijs traderet concinnendam, quod factum hoc anno, habet Miscella, licet Cedren. minus probabiliter, referat in præcedentem. E

Interpellatus inter hæc Io. Papa à doctissimis quibusdam Senatoribus, eodem argumento ad eos scripsit Epistolam, quæ extat, qua comprobatur, vtramque illam Iustiniani ad Io. huius ad Iustinianum, planè esse veras, & germanas, quas suppositas & falsas nonnulli temerè asseruerunt: quod ferre non possent, quæ de summa auctoritate Rom. Pont. in illis habentur. quorum inscitiam & temeritatem egregie redarguit auctor Annalium. In ea ad Senatores epistola, *Acoemetas*, inquit, *qui se Monachos dicũt, qui Nestoriani euidenter apparuerunt, Romana etiam eos damnat Ecclesia. A quibus nos, propter canonem*, inquit, *qui cum excommunicatis Christianum, nec loqui, nec communicare permittit, diligentia pastorali admonere non desino, vt eorum etiam simplicem collocutionem uitetis, nihilque uobis cum eis existimetis esse commune.*

Tom. 4. Bibl. SS. PP.
Excõicati [illegible]

Hoc

A Hoc item anno mense Aprilis Ioannes Papa priuauit Episcopatu redegitque in Monasterium, ad pœnitentiam, Contumeliosum quendã, ità dictum, in Gallia Episcopum cuius Ecclesiam commendauit S. Cæsario Arelat. Episcopo. Extant de his duæ Epistolæ eiusdem Io. Papæ, prior ad Vniuersos Galliç Episcopos, posterior ad Ecclesiam, in qua fuit Contumeliosus Episcopus, cui ait se decreuisse dare visitatorem, donec proprium Sacerdotem possit habere.

Redeamus ad Africam in qua, dum Iustinianus pro fide Catholica CP.[li] pugnat, Deus pro ipso pugnans, omnia illi reddit plana, & facilia. Rex Gilemer superatus, cum suis in Numidiæ montem accessu difficillimum, profugit, ubi a Belisarij duce obsessus, trium mensium spatio, fame vrgente, extrema hyeme se dedidit, atque ita susceptum feliciter confectum est bellum. Describit Procop. Vuandalos omnium mollissimos, ac planè diuersos ab his, quos describit Saluianus, ita illos opes, & luxus degeneres a maioribus fecerãt. Belisarius relicto in Africa cum exercitu Salomone Duce, qui aduersus rebellantes Mauros, dimicaret CP.[lim] reuersus, cum ingenti prçda opum, & captiuorum, nobilissimum triumphum egit, Gilimere capto ducto, cum omnibus consanguineis & Vuandalis, qui proceritate corporum, & pulchritudine prçstarent Gilimer conspecto in alto solio Imperatore, & circumstante populo, & misero suo statu, illud tantum memorauit, *Vanitas Vanitatum, & omnia Vanitas*. Imperator & Theodora coniux Hilderici filios, & nepotes omnes, vt ex Valentiniani sanguine, venientes, necessitudine quadam sibi deuinctos, opibus satis amplis munerauerunt, Gilimeri loca ad habitandum cum suis non contemnenda in Galatia data, inter patricios referre non licuit, quod a secta nollet Ariana discedere. Quç in prçda, ex Ierosolymitano templo a Tito Vespasiano Romam allata, & a Genserico in Africam ex Vrbe asportata fuerant, Ierosolymam, ad Christianorum templa mandauit Imperator, pro sua pietate, remittenda. Hanc de superatis Vuandalis historiam in fornice vestibuli Curiç, quo Senatus conuenire consueuit Iustinianus extare voluit, opere musiuo elegantissimè pictam, vt cuncto populo ob oculos esset tantum a Deo acceptum beneficium. Procop. lib. 1. de çdif. Iustin.

Tanta potitus uictoria Imperator, prçter redditas priuatim & publicè ingentes gratiarum actiones, adhuc illud adiecit ut in Codice a se edito, perpetuç memoriç gratiarum actionem Deo debitam, noua constitutione edita, voluerit consecrasse, de officio Præfecti Prætorio Africæ. [a] Is autem primus electus fuit Archelaus, qui sub Belisario in eodem bello militauerat, plane digna Constitutio quæ legatur ab omnibus quidem, sed maxime a principibus populorũq; rectoribus. hoc ingens miraculum refert in ea Cõstitutione Iustinianus, Vuandalorum crudelitatem recensens. *Vidimus* inquit, *uenerabiles uiros, qui abscissis radicitus linguis, pœnas suas miserabiliter loquebantur.* Aliam constitutionem dedit hoc eodem anno Idib. April. ad Belisarium Ducem exercitus, de re militari per Africam disponenda. [b]

Item aliam, vt quisque sua reciperet, quæ perdidisset, [c] cuius hoc tantum fragmentum reliquum est, omne infinitum, &c. Vt Afri, quæ Vuandalorum temporibus, vel ipsis, vel proprijs parentibus, vel auis, vtrisque sexus, vel ex transuersis cognatis, vsque ad tertium gradum erepta sunt, intra quinque annorum spatia vindicent, nisi legitimis excludantur præscriptionibus. Vt ad comprobandum genus ambæ partes probationes proferant. Vt omnes Afri Romanis legibus subditi sint. Sed quæ idem, siue ad pietatem, siue ad decorem, siue ad munimentum spectantia in Africa ædificia erigenda curauit. Procop. diffuse est prosecutus & in primis Carthagine B. Dei Genitrici nobiles ædificauit Ecclesias, & ipsam Carthaginem Iustinianam appellari voluit.

Mauri ad Tripolis promontoria, qui Romanis antiquo fœdere iungebantur, a Iustiniano persuasi, spontanee Christianorum dogma sunt amplexati, vocanturque nũc pacati, reliqui Mauri vix post decennium subiugari potuerunt, reliquis parere recusantibus, in partes Africæ effugatis.

Athalaricus Rex Gothorum, corruptis moribus adolescens, octauo regni anno, ætatis 16. moritur. Theodatus, Theodorici, ex sorore Amalafreda, nepos, prouectæ çtatis, suasu Amalasunthæ in regnũ prouehitur. Extant litteræ Amalasunthæ ad Sen. Rom.

de

a l. 1. C. de off. PP.

Cõstitutio legẽda omnib. popul. Rectorib.

b L. 2. C. de off. Præf. Præt. Afr.

c Nou. 35.

de subrogatione Theodati in Regnum Gothorum, quibus eum plurimum laudat: nec non ipsius item ad Senatum. Erat hic Latinarum literarum, & Platonicorum dogmatum satis peritus, rei tamen bellicæ prorsus ignarus, pecunijs accumulandis enixius intentus. Procop. 1. de bello Goth. At hic ingratissimus, Regnum adeptus, Amalasuntham in carcerem, in Insula, ad lacum Vulsinum conijcit. A

Legationem cum litteris de pace CP.lim mittit, & litteras de eadem re Amalasuntham dare cogit, itemque Senatum Romanum, extant apud Cassiod. [a]

Post hæc, nonnullorum persuasione, quorum cognatos olim Amalasuntha neci tradiderat, eandem obtruncandam curauit, vt Procop. vel in balneo strangulandam, vt Iordanus. Qualis, quantaque, hæc mulier fuerit, lege apud Cassiod. [b] præter ea quæ Procop. & Iordanus habent.

Qua nece audita, Petrus Iustiniani ad Theodatum legatus, facinus detestatus, & contestatus nullam amplius spem pacis esse, ad Imp. redijt qui de bello aduersus Gothos cogitare cepit. Dimisso Petro Legato Imperatoris nouis litteris ipse, & Gudelina Regina pacem enixius petunt, in quibus mentio habetur de noua legatione per virum uenerabilem ad Imperatorem missa, qui non fuit alius quam Agapetus Papa vt post videbitur, apud Cassiod. [c] B

Hoc anno, sub dictis Cõsulibus, finem imponit suo Chronico Marcellinus Comes, Illyricanus, qui adhuc Patricij Iustiniani fertur egisse cancellos. Eius quatuor libros de temporum qualitatibus & positionibus locorũ; alios itẽ quatuor quibus CP.nam ciuitatem & Ierosolymit. minutissima narratione cõscripsit, Cassiodor. commemorat Institutionum diuin. Lect. c. 17. & 25. C

a Illæ quidem apud 10. Var. ep. 3. & 4. hæ uero lib. 11 ep. 13.
b Var. 11. ep. 1.
Amalasunthæ mors.
c 10. Epist. 20. 21.
Marcellini Chron. in hoc anno desinit.

Christi Annus 535.	Agapeti Pap. 1.	Iustiniani Imp. 9. Theodati Reg. 2.	Belisario Cons.

IVstinianus iam satis doctus exemplo, debellari a Deo feliciter hostes, cum Imperator pie pro religione laborat, Gothicum bellum auspicaturus, nouis Constitutionibus, ex præscripto Canonum, abusus corrigit, & disciplinam ecclesiasticam tuetur. Vna ad Epiphan. CP.m episcopum, est de determinato numero clericorum; ea causa, vt ipse ait, quod cum ab episcopo plures ordinarentur Clerici quam redditus ecclesiæ ferrent, inde accideret, vt ipsa semper ære esset oppressa alieno, alienareque cogeretur bona etiam immobilia sibi relicta. post multa igitur, *Quapropter sancimus*, ait, *non vltra sexaginta quidem Presbyteros, in sanctissima maiore ecclesia esse; Diaconos, autem masculos centum, & 40. feminas (Diaconissas scilicet) Subdiaconos vero 90. Lectores autem centum, & decem, Cantores 25. ita vt sit numerus reuerendissimorum clericorum sanctissimæ maioris ecclesiæ in 425. & insuper centum existentibus ijs, qui vocantur ostiarij.* Addit, ex Canonum præscripto, ne liceat Clericis de minore ad maiorem ecclesiam fauore potentium, pertransire, sed vt vbi sunt ordinati, illic etiam debeant ministrare, etiam si è domo Imperatoria id veniat imperatum.[d] Ad postremum vero illud inculcat, vt quę supersunt de ecclesiarum facultatibus ministrantibus clericis, eadem in pauperes erogentur. Altera ad eundem Epiphan. vt quæ a S. Patribus de electione episcoporum[e] sancitę sunt regulę, seruarentur. *Sed neque*, ait, *ineruditus existens sacrorum dogmatum ad episcopatum accedat. Prius autem Monasticam vitam professus, aut in Clero constitutus, non minus mensibus sex, uxori tamen non adhærens, aut filios, aut nepotes habens, hoc enim omnimodo super Deo amabilibus episcopis quærimus, sicut etiam prius duabus nostris Constitutionibus hoc sancitum est; per quas dudum cohærentes vxoribus non perscrutamur, omne præteritum relinquentes, de cetero autem nulli permittentes a positione legis, vxorem habenti, talem imponi ordinationem*, &c. Vide Cœlibatum, & sacris legibus, & Imperatoria Sanctione pręscribi, in Gręcorum etiam ecclesia, eligendis episcopis; quod & in reliquis clericis sacris ordinibus mancipandis obseruandum esse, inferius admonet. Lege ibi alia plura ex sacris regulis impedimenta ad episcopatum. Subijcit item de episcopis, ne vltra annum absentes sint a suis ecclesijs: D E

Parat se ad bellum per pias sanctiones.
De certo numero clericorũ pro facultatibus cuiusque ecclesiam.
d Nou. 3.
e Nou. 6.
De episcoporum ordinatione. Nota de cœlibatu Græcis a Canonibus, & legibus Imperatorijs impositio.

neque

A neque ad Comitatum accedant absque litteris sui Metropolitæ. & alia plura de ordinatione Clericorum, & Diaconissarum, &c.

Tertia ad eundem Epiphan. de Monastica disciplina, sancimus ergo, inquit, sacras sequentes regulas [a] ne intra triennium sacro Monachorũ habitu induantur, sed tonsura, & laicali habitu vtantur, diuina discentes, inquit, eloquia. a Nou. 5.

Rursum 4. ad eundẽ de non alienandis permutandisue bonis ecclesiarum. Ita quidem tum personis, tum rebus sacris optime voluit esse consultum. Sed nec laicos prætermisit. De Prefectis enim prouinciarum moderandis, dignam planè Christiano Principe edidit sanctionem, qua inter alia, singulis Præfectis voluit episcopos imminere, vt si quid iniustum admitterent, ijdem Imperatori deferrent; adiecit insuper, vt Præses prouinciæ, vbi ei successum esset, adhuc quinquaginta dies ibi moraretur, expositus B cuiusque querelis.[b] Inhibuit præterea, ne Præfecturæ essent venales, imo eis a fisco stipendium assignari voluit, pro qua sanctione inuitat omnes ad agendas Deo gratias: quam & misit in diuersas prouincias, vna cum edicto, ad omnes episcopos, & Patriarchas, quos super custodiam latæ legis monet inuigilare. In apendice Nou. 8. adiecit, & illud commendatione dignissimum, vt qui essent prouinciarum Præfecti ijdem iurarent Metropolitano eius Prouinciæ episcopo omnia seruaturos, quæ essent Imperatoris legibus imperata; habetur eiusmodi iurisiurandi præscripta forma sub Nou. 8. in fine Cod. tit. 3. Digna planè, quæ omnino ab omni Præfecto, & Iudice legatur, & obseruetur.

De reb. ecclesiæ non alienandis. Prefectis episcopi immineant. b Nou. 8. Præfecturæ ne venales. Iuramentũ præstãdum Metropoli. de obseruatione legũ.

Sanxit etiam legem qua ecclesiæ Rom. contulit priuilegium præscriptionis centum annorum, indignum ratus, vt quæ caput esset omnium ecclesiarum, eo careret priuile- C gio, quod meminerat Orientalibus ecclesijs se concessisse, ante septennium. [c] *Vt legum originem anterior Roma sortita est, ita & summi Pontificatus apicem apud eam esse nemo est qui dubitet*, &c. *habeat itaque sanctitas tua hãc legem Catholicis totius Occidẽtis ecclesijs profutura, & in Orientales partes propagandam*, &c. 6. kal. Maij. Belisario V. C. Consule. Hoc eodem anno data reperitur Synodalis epistola ex Concilio Africano ad eundem Io. Rom. Pont. per Legatos Petrum, & Lucium episcopos, & Liberatum Diac. ecclesiæ Carthag. cui præerat Reparatus episcopus, quæ reperit eum mortuum, & recepta est ab Agapeto in eius locum subrogato. Per eam consulebant Sedem Apostolicam, de modo recipiendi Arianos poenitentes. *Sic omnibus nobis vnanimiter subito placuit sciscitari primitus Beatitudinis vestræ sententiam. Potest enim Sedes Apostolica (quantum speramus) tale nobis interrogantibus dare responsum, quale nos approbare concorditer, explorata veritas faciat. Et omnium quidem collegarum tacitis mo-* D *tibus, nemini placere sensimus, vt in suis honoribus Ariani suscipiantur. Veruntamen conuenire charitati credidimus, vt quid habeat sensus noster in publicam notitiam nemo perduceret, nisi prius, vel consuetudo nobis, vel definitio Rom. ecclesiæ proderetur.* Vide quo cultu prosequerentur etiam transmarini episcopi, etiam in conuentu Synodali Rom. Pont. auctoritatem. Petunt etiam, vt quicunque episcopus seu clericus sine nostra, inquiunt, epistola venerit, & non approbauerit se pro vtilitate SS. Ecclesiarum fuisse directum, in communionem ne recipiatur.

Priuileg. cõfert eccles. Rom. præscriptionis 100. annorum. c Nou. 9. Romæ summi Pontificatus apex. Africana ecclesia consulit Sedem Apost. Nota quantum deferãt Africani episcopi, Ro. Pont.

Io. Papa moritur 6. kal. Iul. cessat episcopatus dies sex. substitur Agapetus Romanus, ex Archidiacono, Anastas. eundemque apprime eruditum testatur Liberatus in Breuiario.[d] *Hic in ortũ episcopatus sui*, inquit Anastasius, *libellos anathematis, quos inuidia dolo extorserat Bonifacius* (Papa) *a presbyteris, & episcopis, contra Canones, aduersus Dio-* E *scorum, in medio ecclesiæ congregatis omnibus, incendio consumpsit, & absoluit totam ecclesiam ab inuidia perfidorum.* Quod autem dicit, contra Canones, id est, quod cum Dioscorus nihil in fidem peccasset, tamen propter solum ecclesiasticum ordinem, & causam pecuniariam, idest Simoniã, post mortem eum anathematizauit, vt est in epist. Iustiniani ad Ioan. Papam, redditam tamen Vigilio. d cap. 21.

Iustinianus Imp. vt cognouit Agapetum esse Rom. Pont. suæ fidei confessionem, pro more, ad eum misit, eandem quam Ioanni ante miserat, & ab ipso petens confirmari. Prid. Id. Mart. Ad quem extat responsio, & confirmatio, epistola 6. inter epist. Agapeti; in qua sententia illa Romano Pont. digna nunquam memoria dilabatur; ita

nimirum recipere Catholicam ecclesiam, ipsamque Apostolicam Sedem Imp. Leges, atque sancita de rebus ad ecclesiam pertinentibus quatenus ea sunt sacris Canonibus consentientia, non vt laici hominis docere in ecclesia præsumentis. *Firmamus*, inquit, *laudamus, amplectimur, non quia laicis auctoritatem prædicationis admittimus, sed quia studium fidei vestræ Patrum nostrorum regulis conueniens, firmamus, atque roboramus.* Quæ Agapeti Pont. verba, ad reliquas eiusdem, & aliorum Imperatorum editas, de rebus ecclesiasticis, sanctiones, admittendas, vel respuendas, regula sunt. Post hæc autem idem Imperator prudentior factus, ex hac Agapeti censura, non amplius priuatam a se editam fidei confessionem vsurpauit, sed publicam misit, & quidem illā ipsam, quam olim Hormisda Pont. miserat, per legatos, subscribendam ab ijs, qui Catholicæ etiam Apostolicæ ecclesiæ communionem consequi vellent, quæ extat inter epist. Agapeti.

Sanctiones Imperatorū admittēdæ quaten⁹ Canonibus consentiunt

Acceptis Synodalibus Concilij Africani litteris Agapetus, & quas priuatim dederat Reparatus episcopus, respondet ad eorum consulta, iuxta regulas Patrum epist. 1. & 2. Decretales tamen litteræ ipsius Pontif. quas ad Reparatum scribit se mittere in Africana ecclesia publicandas, non extant.

Ex eadem Synodo Carthagin. Theodocus Diaconus Legatus missus est CP.[lim] ad Imperatorem pro recuperandis rebus, & iuribus ecclesiasticis a Vuandalis vsurpatis; qua legatione accepta, inter alias redditas litteras, reperitur rescripsisse ad Salomonem Præfectum Prætorio in Africa, de ijs quæ concedit Africanis ecclesijs.[a]

a Extant post nouel. Iustin. edic. Iulio. 1 pag. 246. & Nouil. 36. 37.

Iustinianus agit litteris apud Agapetum de rebus ecclesiæ Africanę, rogans ita recipi Arianos episcopos in ecclesiam, ad pœnitentiam, vt tamen eisdem indulgeatur in episcopatu permanere. Rescribit Agapetus ex Synodalibus constitutis ecclesiæ Ro. Lapsos non esse recipiendos cum honorib. & verè pœnitentes, honores non quærere: Legatos se mittere qui negotia tractent, & referant, tunc firmius statuendum, quid agendum. *Quod autem clementia vestra*, inquit, *fratris, & coepiscopi nostri Epiphanij dignata est excusare personā, quia in prædicti Achillis (ex Arianismo redeuntis) consecratione vestra potius iussio, quā illius ordinatio præuenisset: credimus quod & ipse cognouerit se iure culpatum, qui præter alia, quæ deliquit, hoc certe excusare vix poterit, quod tā pijssimo, & clementissimo Principi, beati quoque Petri priuilegia defensanti non, vel opportune, vel importune suggesserit, quid in hac parte Sedis Apostolicæ reuerentiæ deberetur. De quo simul negotio, sed & de Iustiniana ciuitate gloriosi natalis vestri conscia, necnon de nostræ Sedis vicibus iniungendis, quid, seruato B. Petri, quem diligitis, principatu, & vestræ pietatis affectu plenius deliberari contigerit, per eos, quos ad vos dirigimus legatos, Deo propitio, celeriter intimamus. Dat. Idib. Octob.* Legati hi septem numerantur, & nominantur in Quinta Synodo Act. 1. Iustinianam porro eius patriam, vel potius iuxta patriam ædificatam ab ipso, & primam Iustinianam appellatam, & plane amplissimam, & totius Regionis Metropolim Illyricorū, describit Procop. lib. 4. de edif. Iustin. Est nouella Cōstitutio de priuilegijs collatis Archiepiscopo Primæ Iustin. quæ incipit Multis, & varijs modis, &c. numero 11. data hoc anno, & de ijsdē in alijs ab eodem promulgatis, mentio habetur 131. c. 3.

Lapsi, cum honores non recipiuntur.

Epiphanius, quasi in pœnam illigitime ordinationis ab ipso præsumptæ, hoc anno moritur, cum sedisset annos quindecim transfertur autem in eam Sedem, fauore Theodoræ Augustæ, occulto Euthychianæ, Anthimus, Trapezuntis episcopus regionis Ponti, & ipse occultus Eutychianus.[b] Eiusdem Theodoræ fraude, & opera, defuncto Timotheo episcopo Alexandrino ordinatur Theodosius, sectator Seueri; aduersus quē, populus, & Monachi alium eligunt, Gaianum eius ecclesiæ Archidiaconum, & ipsum hæreticum, quo opera Theodoræ pulso, Theodosius Sedem tenuit annum vnum, menses quatuor. Atq; ita scissa est ecclesia illa magnis cędibus factis, nobilibus quidem, & Clero fauentibus Theodosio Corrupticolarum fautori, populo vero Gaiano incorruptibilium, qui & Phantasiastæ dicti sunt, sectatori.

b Liberatus Diac. de cā Nestor. ca. 20. Quinta Syn. Act. 1.

Theodosius negans Christum, vt hominem ignorasse diem iudicij, aduersus Agnoitas scripsit. Agnoitæ enim in alijs cum Theodosianis sentientes, in hoc discrepabant, quod, vt nos diem iudicij ignoramus ita Christum ignorasse opinabantur. Hi postea a

pro-

A propagatore Iacobitæ dicti, & Ægyptij, vt ait Damascen. de hæresibus. contra quos Agnoitas scribens S. Eulogius Alexandrinus episcopus in fine huius seculi, librū cognoscendum ad S. Greg. misit. Theodosium hunc, cum Seuero, sub spe, quod recepturi essent Synodum Chalcedonensem, illudens pio animo Imperatoris, impia Augusta CP.lim euocat. Quomodo autem euenerit, vt plures hæretici, omnes professione Seueriani, hostesque Concilij Chalcedonensis, inter se ipsos, more hæreticorum, vt bellua sine capite, (ita acephalorum hæresis appellata) depugnarint, alij, alijs nominibus appellati, Gaianitæ, Theodosiani, Iacobitæ, Armenij, Themistiani, qui & Agnoitę, Barsaniani, Tritheitę, (quorum dux Io. Grammaticus, cognomento Philoponus) Monophysitę, & Theopaschitę, & alia plura nominum, & errorum portēta, qui velit cognoscere, legat Liberatum, Euagrium, Leontium, Damascenū, Euthymium, & alios plures, sed præ omnibus, qui multis paucis contueri, vno obtutu velit, auctorem
B Annalium, cuius de his mōstris narrationem in arctius compendium contrahere nec libet, nec decet. De Philopono Suidas hæc: Io. Grammaticus Alexandrinus cognomē to Philoponus, plurima scripsit Grammatica, Philosophica, Arithmetica, Rhetorica, sacras quoque litteras tractauit. Scripsit & contra decem, & octo Procli argumenta, & contra Seuerum, sed tamen ab ecclesię Doctoribus, vt Tritheites, vt qui tres Deos asserat, reijcitur; & in Orthodoxorum catalogo non admittitur; contra eum scripsere plures, sed insigniores recensentur a Niceph. (lib. 18. cap. 48.) Leontius Monachus, & Georgius Pisides eius æqualis.

Anthimus igitur electus episcopus CP.nus nihil prius habuit quam, vt se Orthodoxū mentiretur; de cuius hæresi cū sparsus rumor esset, sese homo callidus perpurgauit, coram ipso Iustiniano, disertis verbis professus, se in omnibus assesurum ijs, quæ
C Sedes Apostolica sentienda præscriberet, quo nullum signum euidētius Catholici dari potest, id quidem extat in Act. 14. Quintæ Synodi. Ex quo epistola illa Agapeti nomine ad Anthimū quasi hoc anno scripta, qua ipsum redarguit hæresis Eutychianæ non vacat imposturæ suspicione quod non fuerit detectus hæreticus, nisi sequenti anno, quam suspicionem augent alia nonnulla indicia & argumenta.

Cassiodorus in præfat. lib. diuin. Lect. se egisse ait cum Beatissimo Agapeto de publicis Romæ sacræ Theologiæ scholis ergendis, *vt Alexandriæ olim*, inquit, *nunc etiā in Nisibi ciuitate Syrorum, Hebreis sedulo fertur exponi* (sacra scilicet scriptura) *sed cum propter bella feruentia*, inquit, *& turbulenta nimis in Italico regno certamina, desiderium meum nullatenus ualuisset impleri*; quoniam non habet locum res pacis temporibus inquietis, ad hoc diuina charitate probor esse compulsus, vt ad uicem magi-
D stri, introductorios uobis libros istos domino præstante, confecerim, &c.

Scholas Theologicas Romæ aperire in animo habet Agapetus Papa hortante etiam Cassiodoro

Prouocatus indigna nece Amalasunthæ Iustinianus Imperator mouet Gothis in Italia bellum, aduocatis in societatem belli Francis Catholicis, ut in Arianos, & magna vi pecuniæ in Francorum principes distributa, & maiore pollicitus, ubi bellando rem gesserint. Per Mundum, Præfectum Illyrici, Dalmatiam Gothis subiectam inuadens Salonam expugnat; & per Belisarium totam Siciliam in potestatem redigit, planè felici Belisarij euentu, qui de Vuandalis deuictis, triumphans, auspicatus Consulatum, & triumphans pariter deposuerit, postrema Consulatus die, Syracusas, vniuersa recuperata Sicilia, ouans ingressus. Ex Procopio. a lib. 1. de Bello Got.

Porrò de Sicilia hoc anno Rom. Imp. vindicata, mentionem habet idem Imperator in Nou. const. 30. ad Io. Præf. Præt. in qua de magna sua spe, in Dei auxilio recuperan-
E di vniuersa Rom. Imp. erepta agit, *Neque quidem*, inquit, *detrectamus eorum, quæ vel ad extremam pertingunt difficultatem, vigilijs simul, & inedijs, cæterisq; laboribus, iugiter pro subditis nostris, vltra quam humanæ naturæ modus patiatur, vtentes*. Redacta verò sub Imp. Sicilia Insula, eam Prætori, more maiorum, tradidit gubernandam.

Pro tot acceptis a Deo beneficijs Imperator, quod maxime illi gratum esse intellexit, rependit, vt scilicet emundaret ab omni turpitudine (quantum fas esset) imperij primariam ciuitatem, & omnes prouincias Rom. Imp. subiectas in primis verò, quas Deus, ipsi recens subegerat, nationes, Nouella edita Sanctione aduersus Lenones b in qua multa prudentissimè circa castitatem constituit, & ad finem. Credimus enim ait:

b 14. & Autho. de Lenon. Co. 2. tit. 1.

in Domino Deo etiam ex hoc nostro,circa castitatem,studio,magnũ fieri nostræ Reip. incrementum,Deo nobis,omnia prospera,per talia opera conferente. Kal.Decemb.Belisario Conf. & sequenti addidit aliam,aduersus eos, qui iuramentum exigerent a meretrice,quod nunquam ab ea infami arte recederet.[a] Adiecit etiam vt miserabiles illas mulierculas prostitutas, ad bonam frugem redeuntes,regia munificentia in regias excipere domos, in celebre Monasteriũ commutatas (quod cognominarunt Pœnitentiam) & multis prouentibus locupletaret; multa præterea,venustate,& sumptibus in primis excellentia ad consolandas mulieres , ædificaret, ne ad seruandam castitatem quoquo modo segniores fierent, ex Procop.or.1.de ædif. Iustin. A

[Margin: Ex studio castitatis bene colligit Imp. incremẽtum Imperij. — a 45. Const. apud Iulia. Antecess. — Regias ędes transfert in monasteriũ pœnitentiũ femin.]

Extant duæ Agapeti epistolæ; nunc primum editæ ad Cęsarium Arelatensem; prior de non alienandis bonis ecclesiasticis; posterior de appellatione Contumeliosi episcopi ad Apost.Sedem. B

Christi Ann.	*Agapeti Papæ*	*Iustiniani Imp.* 10.	*Post Consulatum Belisarij.*
536.	2.	*Theodati Reg.* 3.	

THeodatus nimio terrore perculsus & attonito similis,amotis arbitris , cum Petro Iustiniani Legato ad eum remisso,conuenit , vt Imperatori vuiuersam Siciliam cederet,illique auream in annos singulos trecentarum librarum coronam mitteret,è Gothis item ad tria millia,pro eius,traderet,arbitratu : aliæ plures additæ conditiones,quibus se valde Iustiniano inferiorem , ac planè obnoxium declararet . Dimisso Legato,cum his scriptis pactionibus,& litteris,tum Regis tum Reginæ,quę sũt apud Cassiod.[b] & nihil præterea habent, quam exhortationem ad oblatam pacẽ non respuendam.præ nimia trepidatione ex itinere eum reuocatum interrogat, quid futurum esset,si Imperator conditiones respueret? pugnandum,inquit,quod cum Theodatus planè horreret,conuenit cum eo se potius renunciaturum Regno,idque cum Regina iurauit,& arcanas litteras,quę sunt apud Procop. hac de re dedit . Petrum quoque iureiurando obligauit,non hæc postrema prius editurum in vulgus, quam Imperatorem cognouerit priores illas non admissurum conditiones.Interim Senatorib.& Agapeto Rom.Pont.grauiter interminatur,se eos, vxores, filios & filias interempturum, nisi egissent apud Imperatorem vt destinatum exercitum suum de Italia submoueret. Procop. & Liberatus. [c] litteræ Regis , & Reginæ, per Agapetum missæ , extant apud Cassiod. [d] C

[Margin: b li.10. Var. 19.20.21. — c c.2.Breu. — d li.10. Ep. 22.& 23.]

Agapetus igitur huiusmodi Legationem subire, barbarico coactus Imperio, ad expensas in via faciendas,regio Arcario opus habuit vasa sacra oppignerare, quæ tamen postea egit apud Regem Cassiod.vt redderentur,extat epist.22.Var.12. Quo in itinere in partibus Græciarum claudus,& mutus ab Agapeto,magna astantium admiratione,curatur.narrat id S.Greg. [e] D

[Margin: Tenuitas eccl. Rom. ut ad expensas itineris uasa sacta fuerint oppigneräda. — e 3.Dia.c.3 — f cap.21.]

Agapetus licet a Rege visus sit missus ad Imp.pro pace roganda, a Deo tamen proficisci iussus , apparuit,ut imperaret imperantibus , & ab eis perperam facta rescinderet, & Anthimum,suffectum in locum Epiphanij Episcopi CP.ni hæreticum deponeret.De cuius aduentu hæc Liberatus. [f] Primum quidem honorifice suscipiẽs directos sibi ab Imperatore,spreuit tamen Anthimi præsentiam,eumque ad salutandum suscipere noluit.Deinde,viso Principe,causam agebat Legationis susceptæ. Imperator autem pro multis fisci expensis,ab Italia destinatum exercitum auertere nolens, supplicationem Papę noluit audire.At illud (quod summum fuit) Legatione Christi fungebatur. Accidit autem vt Gothi hoc anno in Dalmatia bene pugnarint, occiso Mauritio Mundi filio , & post ipso etiam Mundo,Salonis etiam recuperatis, qua victoria, elatior factus Theodatus,de promissione facta pœnitere cęperit,ac propterea & ipse Iustinianus,eam reijciens, Agapeto pacem Theodato petenti non acquieuerit,& paratum iam in Siciliam exercitum confestim traijcere in Italiam imperarit, qui improuiso aduentu in Campania Neapolim valdè munitam ciuitatem obsederit. ex Procop. E

Agapetus Constantinopoli exegit professionem fidei à Iustiniano Imperatore, ob

id

A id fortè, quod cum consensisset in creatione Anthimi hæretici, potuit in suspicionem hęresis esse adductus, quam & exhibuit, extat inter Epistolas Agapeti, in eo corrigenda, vt, post Consulatum Belisarij legatur, loco, Consulatus.

Cum nondum constitisset Iustiniano quod Anthimus esset hęreticus, verisimile est contigisse contentionem eam, de qua Anastasius, inter Agapetum, & Iustinianum, sed postquã Anthimus recusauit cõfiteri duas naturas in uno Domino nostro Iesu Christo, exigente Agapeto, Iustinianus gaudio repletus, humiliauit se Sedi Apostolicæ & adorauit Beatissimum Agapetum Papam, & Anthimum eiecit in exilium, & rogauit Papam vt in Anthimi locum, Episcopum Catholicum consecraret, nomine Mennam: hæc paulo latius apud Anastas. & in Miscella. addit Zonarus, a Nonnullos è primoribus Sacerdotibus Agapeto Papæ Rom. in Imperatricis gratiam esse refragatos, ab eo- (a 3. p. Ann. in Iustiniano.)
B dem quoque largitionibus corruptos; quos tamen ille (Agapetus) qui veritatem defenderet, omnes superauit. quę sunt consentientia ijs quæ recitantur in libello Archimandritarum oblato Iustiniano Imp. post mortem Agapeti, in quo etiam habetur dãnatio Seueri, Petri, atque Zoaræ, simul cũ Anthimo, habetur libellus in Synod. CP.na sub Menna. b In his quidem omnibus peragendis summa potestas Apostolicæ Sedis Antistitis demonstrata est, dùm tantæ Ecclesiæ Patriarcham, fauore Iustiniani Imp. & Theodorę Augustæ pollentem, plurium iam antea Episcoporum (vt dictum est) suffragijs confirmatum, ipse summus Pont. Agapetus, nullo, super hoc, congregato, vt moris fuit, ante Concilio, condemnauit, vsus in hoc plenitudine potestatis, nõ seruata in omnibus forma iudicij. Cui tamẽ Anthimo aditus apertus est relictus, vt redeunti ad Ecclesiam Episcopatus Trapezuntinæ Ecclesiæ seruaretur, qua Pont. Romani humanitate, ne vteretur, auctor illi fuit Seuerus ille nequissimus, vt est apud Euagr. c (b T. 2. Conciliorum.) (c lib. 4. c. 11)

C Sic igitur post decem menses, vt Niceph. in Chron. vel post annum, vt Zonaras, Anthimus a Sede depositus est ab Agapeto Papa, qui circularibus litteris eius depositionem, & creationem Mennæ omnibus Episcopis Orientis notam fecit, est inter Epist. Agapeti, num. 5. inscripta Petro Ierosolymorum Episcopo vbi, post multas Mennæ laudes, addit, & hoc dignitati suæ addere credimus, quod a temporibus Petri Apostoli nullum alium vnquam Orientalis Ecclesia suscepit Episcopum, manibus nostræ Sedis, ordinatum; & forsitã vel ad demonstrationem Laudis ipsius, vel ad destructionem inimicorum instans res tanta peruenit, ut illis ipse similis esse uideatur, quos in his quandoque partibus ipsius Apostolorum Principis electio ordinauit, &c. (Dignitatis est eccles. CP. næ qđ habuerit Episcopũ cõsecratum a Põt. Rom.)

Considera Lector, & mirari non desines. Rom. Pont. egentem mutua collecta, ex sacrorum vasorum oppignoratione, pecunia, & a Barbaro Rege supplicem missum ad
D Imperatorem ob petendam pacem, vbi CP.lim venit imperare Imperatoribus exigere debitum fidei, perperam ab eis facta rescindere, & quam cum ipse, tum Orientales Episcopi, probassent Authimi ordinationem, irritam reddere, è sublimi throno deponere, iura dare, omnibus imperare, litteras publicas scribere, eiusque successorem deligere, & ordinare; hæc quæ omnia (vt dictum est) absque coacto vllo Synodali conuentu.

Extant libelli Orthodoxorum Orientis Episcoporum, Monachorum item CP.rum Hieros. & Orientalium missi ad Agapetum de damnandis & expellendis hęreticis, apud Synodum CP.nam sub Menna Act. 1. in quibus deformis, & exulcerata facies Orientis apparet, ob hęreticos. Quos libellos, cum accepisset Agapetus, post depositum & damnatum Anthimum & alios hęreticos, rursum eundem damnat, & ab Episcopa-
E tu etiam Trapezuntis & omni Sacerdotali munere & functione iudicat esse omnino debere extorrem. & eosdem libellos mittit ad Imperat. quo damnati expellerẽtur hæretici. Quæ omnia breuiter perstricta, latius continentur in libello Monachorum, post Agapeti obitum, Imp. oblato. eadem *Synodo CP.na sub Menna Act.* 1.

His peractis constituto apud Imperatorem Apocrisario Ecclesiæ suę Pelagio Diacono, dum in Italiam reuerti disponit, moritur Agapetus CP.li, cum sedisset anno vno amplius, cuius corpus in loculo plumbeo translatum est Romam ad Basilicam B. Petri Apostoli, vbi est sepultus 12. Kalen. Octob. quo die celebratur eius memoria, & cessauit Episcopatus mensem vnum, & dies 28. ex Anastas. qui in eo non probatur, quod (Ex liber. c. 22. & ex Anast.)

li tri-

li tribuit menses tantum vndecim & d. 28. A

Extat in Bibliotheca Vaticana liber de rebus gestis ab Agapeto Pont. CP.li & obitu eius, & funere, vetus monumentum, scriptum (vt apparet) ab aliquo, qui tùm interfuit in quo nonnulla obseruanda sunt. Primum quod ait, *Anno Aedificationis Rom. Ecclesiæ 490. Agapetus, qui,* &c. obserua veterem Chronographiam, vt ab vrbe condita, sic aliquos solitos numerare annos ab ædificatione Rom. Ecclesię, cui adamussim consentit Annalium Chronographia, quæ anno Domini 45. habet Rom. Eccl. ab Apostolorum Principe Petro erectam, a quo tempore absoluitur 490. & inchoatur 491. quo vertitur annus Domini 536.

Deinde, illud, *Epiphanio si quidem vigesimo Regiæ vrbis Episcopo vita functo.* numerans a Metrophane prædecessore Alexādri, qui uixit tēpore Cōstantini, ab ipso enim vsque ad Epiphanium, demptis hæreticis, & schismaticis, totidem numerantur. eius Ecclesię Episcopi, vt planè appareat, Nicephori catalogum CP.norum Antistitum a Stachi, vt ait, ab Andrea Apostolo ordinato, inchoatum; his temporibus prorsus ignotum fuisse. B

Tertio, quod ait, *Agapetus vero Papa, Vas Catholicum, Euangelij tuba, præco iustitiæ, Sacra altaris, sedisque velamina sacrilegi Anthimi infecta flatibus, suis Catholicis precibus eluit,* quę verba citantur a Gratiano [a] ad probandū antiquum Ecclesiæ ritum quo ostenderet Catholicam Ecclesiam semper exhorruisse, quæ sunt hæreticorum, nō solum ipsas Ecclesias, sed omnia ipsarum vtensilia; nec illis, absque expiatione sacra vti solere sed pergit, *Omnes templi ædes, ab inflictis inibi, per Anthimum maculis, Orthodoxis obsecrationibus expiauit,* &c.

Ad extremum narrat de morte, & celeberrimo eius funere. Non prętermittendū videtur, quod narratur a Sophronio in Prato spirit. nec certo anno ascribi potest, auditū ab Abbate Theodoro Romano, quod est huiusmodi. Erat prope Romam Episcopus magnæ uirtutis, & meriti quem sibi delatum, quod in vase sanctificato manducaret, summus Pōtifex Agapetus, adductum, misit in carcerem, Cui Pontifici, post tres dies, illucessente Dominico die, apparuit in somnis, tertio, quidam, dicens ei, Hac die Dominica nec tu offeras salutarem Hostiam, neq; alius Episcoporum, qui sunt in vrbe ista, nisi solus Episcopus, quem habes in carcere inclusum; illum enim hodie offerre volo. Euocatum interrogat Papa, nec aliud extorquet, quam, peccator sum. hodie, ait Papa, tu offerre debes. Cum ergo celebraret, Papa propè astante, Diaconis altare circumstantibus antequam concluderet oblationis orationem secundo, tertio, ac quarto eandem repetens, & cunctis eam moram moleste ferentibus, accedente Pontifice, & more causam percontante, respondit Episcopus, ignosce mihi pater sancte. Quia nondum uidi iuxta consuetudinem Sancti Spiritus descensum, idcirco non terminaui orationem; & rogans remoueri ab altari Diaconum cum flabello, eo amoto, continuo vidit Episcopus, & Papa Sancti Spiritus aduentum, sed & velum; quod altari super impositū erat, vltro sublatum est, texitque Papam, & Episcopum & Diaconos omnes qui sancto altari astabant, quasi per tres horas. Tunc venerandus Agapetus, agnita sanctitate Episcopi, & perspecto miraculo, quamque falsam calumniam perpessus esset, cognoscens, quod illum ita vexauerat, tristis effectus, statuit non iam amplius per surreptionem quidquam agere, sed cum maturo, consideratoque iudicio, & magna lōganimitate procedere, hactenus ibi. C D

At hic finis esto historię rerum gestarum sanctissimi Agapeti Roman. Pōt. cui haud scio an similis alius inueniri possit, qui adeo breui temporis spatio, Ecclesiæ Catholicæ præsidens, talia, tantaque perfecerit, cuiusque æquè apud Occidentales, atq; Orientales sint amplissima conclamata præconia. E

Post sanctissimi Agapeti decessum, Legati Sed. Apostolicæ qui adhuc CP.li erant, quosque decedens Agapetus, nulla imminutos potestate, reliquit, ad stabilienda ab Agapeto constituta, & obligandos suis ipsorum verbis etiam Orientales Episcopos cōsilium ineunt, adducto etiam in suam sententiam Menna Episcopo CP.no quem Vicarium suum Agapetus constituerat, conuocandi quanto citius CP.li Concilium. Horum igitur opere atque labore 2. Maij celebrari cœpta est Synodus, cuius extant Acta

ob

an. 1538. apud Regestū S. Greg. Pap. p. 194. Vt ab. v. c. sic ab aliq. b. ab eccl. Ro. C. tempora supputata. Chronograph. Annalium confirmatio.

Antiquus vsus expiandi Catholicis precibus omnia vtensilia, & ecclesias hęreticorum.

a de Conf. dist. 1. c. 23.

Synodus CP.na sub Menna.

A recitata in Concilio Ierosolymitano, hoc item anno die 19. Sept. habito. Actione prima lecti libelli iam ante oblati Agapeto, & Iustiniano Imperatori de procul expellendis hæreticis, & post destinati tres Metropolitani ad conquirendum Anthimum & inuitandum ad pœnitentiam, & Act. 2. 3. & 4. missi secundo ac tertio qui diligēter peruestigatum, cum non reperissent, publica proclamatione vocatum, nec comparentem, recitata prius sanctissimi Agapeti in eum sententia, ipsius etiam Mennæ sentētia damnant, cum acclamationibus Episcoporum, Clericorum, & Monachorum, cui Mennas, & alij Episcopi Synodi subscripserunt.

V. Deinceps vltima Actione (quam tamen Synodus Ierosolymitana nouam Synodum appellat) lectis libellis Monachorum aduersus Seuerum, Petrum, & Zoaram, & Rescriptis Hormisdæ Papę ad Epiphanium, & alios de ipsis, sententia a Mēna in eos B pronunciata est, & ab vniuersa Synodo. Cuius Synodi Acta cum litteris misit Mennas ad Petrum Ierosolymit. & forte etiam ad Ephrem Antiochenum, sed non extant.

In ea epistola ad Petrum Ierosolym. Episcopum meminit de Eusebio, quodam presbytero, de quo & Iustinianus in lege speciali scripta ad eūdē Petrum Ierosol. Episcopum, de alienandis domibus Ecclesiæ Ierosolymit. ob peculiares quasdam causas, cuius pauca verba placet adscribere, de frequentissimo accessu ex toto orbe Christiano ad loca sancta *Omnibus enim est hominibus manifestum hoc, sanctissimam Resurrectionem, eos, qui ex omni orbe eo confluunt (quorum multitudinem infinitum est dicere) & suscipere, & alere, & facere sumptus immensos, & insperatos, his, qui illic coacervati sūt, sufficientes, secundum operationem miraculorum magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi (qui multitudinem ineffabilem ex paucis enutrijt panibus) in dies suscipientē. Ita* C *que ipsi, & redditus esse oportet plurimos, & occasiones pias, secundum quas futura sit possibilis constitui ut multitudini auxilietur tantæ. Nouimus autem quatenus secundum præsens, Eusebius Deo amantissimus presbyter, & Cymeliarches, eius, quæ secundum regiam hanc urbem est sanctissimæ Ecclesiæ profectus.* in præfatam Ierosolymorum Ciuitatē, & honestos suos, & Deo amabiles etiam nunc indicans mores (per quos multis, & maximis, & iustis augmentis sanctæ Ecclesiæ auxit reditum) potuit trecentis octoginta libris auri comparare reditum triginta paulo minus auri librarum, &c. Nouella 40.

Iustinianus cognitis, quæ in Synodo Acta essent consentiētia ijs, quæ haud pridem ab Agapeto Rom. Pōt. acta essent, intelligensq. nullam reliquā spem vt Anthimus suū emendaret errorem, eadem religione, qua semper enituit pro munimento eorum, quæ a Patribus sancita essent, sanctionem contra eosdem damnatos hæreticos scripsit hoc anno 8. Id. Aug. quæ est Nouell. 42. in qua quod appellat Mennam vniuersalem Pa- D triarcham, oportet eum intellexisse Episcoporum ipsi subditorum in Oriente; nam alioqui Iustinianus sæpius fatetur Vniuersalem esse Rom. Pōt. & CP.num illi subesse; sed in edit. huius sanctionis in 2. Tomo Concil. abest nomen Vniuersalis.

Petrus Ierosolym. Episcopus acceptis Actis Synodi CP.næ Synodum & ipse congregat, & similem fert sententiam in eosdem hæreticos. Seuerus haud diū post fuit superstes, præsenti, & futura vita priuatus, quod quidem seruo suo ostendit Deus ad curandum hominem in errorem lapsum. Prato spirit. c. 26.

Theodosio Episcopo Alexandrino hæretico in exilium misso, ibique mortuo, cum sed ann. vnum & menses quatuor, Paulus vnus de Monachis Tabennensibus, qui spretus ab aliquibus suis Monachis CP.lim venerat causam suam acturus apud Imperato- E rem, diuino nutu, per Pelagium Apocrisarium, meruit, Orthodoxus cum esset, fieri Episcopus Alexandrinus. Ex Liberato cap. 20. Breu.

Interim in Africa milites Ariani deficiunt, Carthaginem diripiunt, oppida & agros depopulantur, vt necesse fuerit Syracusis aduocare Belisarium, quo ad bellum Gothicum reuocato, Germanus in Africā mittitur. Procop. latius lib. 2. Belli Vuand.

Romæ audita morte Agapeti Papæ, Theodatus Rex per vim, & metum intrudit Siluerium Campanum, Subdiaconum Hormisdæ Papæ filium (ex legitimo matrimonio ante susceptum) in quem Romanus Clerus, ob pacem, & vitandum Schisma, subscribit & probat Pontificem, antea improbatum, de die & mense non facile est definire. Ex Anastasio. Liberatus, qui tum Breuiarium Historiæ scribebat, de vi illata Clero,

ob intrusionem Siluerij, nihil. *Augusta uero*, inquit idem Liberatus *vocans Vigilium Agapeti Diaconum, profiteri sibi secreto ab eo flagitauit, ut si Papa fieret tolleret Synodum, & scriberet Theodosio, Anthimo, & Seuero, & per Epistolā suam eorum firmaret fidem, promittens dari ei præceptum ad Belisarium, ut Papa ordinaretur; & dari centenaria septem, libenter ergo suscepit Vigilius promissum eius, amore Episcopatus, & auri, & facta professione Romam profectus est, ubi ueniens inuenit Siluerium Papam ordinatum, Quin & Rauennæ* (an potius Neapoli, nam vix 5. anno belli Gothici potitus est ea Belisarius) *reperit Belisarium in eadem urbe sedentem eamque obtinentem.* A

Hoc anno 22. Childeberti Francorum Regis celebrata est in Gallijs SECVNDA SYNODVS AVRELIANENSIS triginta Episcoporum, in quibus plures sanctitate celebres, Gallus Aruernensis, Eleutherius Antisiodorensis, Lauto Constantiensis Paternus Abricensis, de quibus in Martyrolog. certis diebus. Interfuit & Iniuriosus, B magni nominis, Episcopus Turonensis. Extant Can. 22. inter quos 14. de oblationibus defunctorum. *Oblationes defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur proprijs manibus intulisse.*

Greg. lib. 10. c. 31.

Finis Prioris Tomi ad A. D. 536.

C

D

VENETIIS, MDCI.

E

Apud Georgium Variscum, & Ioannem Antonium Franzinum, & Hæredes Hieronymi Franzini.

PRAELEGE LECTOR NE HAEREAS.

Pag.	litt.	lin.	mendum	emendatio
2	c	2	pucrili	puerili
3	c	10	inie:at	inierat
7	c	3	Loagino	Longino
9	c	6	Epinius	Epiphanius
		10	Damatium	Damasum
10	c	7	A Galilæ	A Galilæa
11	e	1	vnguenlo	vnguento
12	a	10	obiecti	obiectio
	c	5	de qua	de quo
		8	probr	probe
		11	ferir	feria
	d	7	comededendom exili	comedendum exilii
13	d	1	insttuta	instituta
	e	8	ineffaq;li	ineffabili
14	a	1	quam	quod
	b	4	Episũopo	Episcopo
15	a	9	quod famoso latroni	vt famoso latroni.
	b	6	Plautꝰ certe Mustellaria satis indicat	Plautꝰ certe Mustellaria de quatuor satis indicat
	c	5	oblatom	oblatum
	d	5	crucifragium	crurifragium
16	a	4	surexerunt	surrexerunt
		7	impetrante	imperante
	c	9	quodam.illæsa	quodam, illæsa
	d	5	vniuersim	vniuersum
17	c	7	perciueris	perficiens
18	c	7	Cpostolic	Apostolic
18	c	10	vltimis	vltimus
18	d	3	Chrtstus	Christus
16	d	4	destouerunt	Destiterunt
18	e	5	norariis	notarijs
20	c	3	expiratione	expiatione
20	c	7	typiee	typice
20	d	1	Sancti essent	Sancti non esset
21	d	4	epistola	Epistola ad
23	a	8	præstiterir	presbyteris
23	a	8	Episcopas	Episcopus
24	a	5	ietusalem	Ierusalem
26	e	8	elegens	eligens
30	c	7	per obseuram	per obscuram
30	c	8	douum	donum
32	c	9	stustochium	Eustochium
33	c	9	Virano	Verano
34	e	3	secum assumit, circumcidit	secum assumens circumcidit
		7	Phitonistam	Pythonissam
35	a	1	præ ciuu timore	præ ciuium timore
		3	quæsumus	quæsiuimus
37	b	5	cui	qui
39	e	b	annalium	annalium
41	e	3	& Cõc. Carthaginense secundo	& Conc. Carthag. secundum.
42	e	9	Achacium	Acacium
44	c	1.	qui erant vnus	qui erat vnus
	e	10	ad vsurpatum	id vsurpatum
45	d	1	exprobare	exprobrare
		9	Philippi	Philippis
	e	8	iudice	iudicio
55	c	7	Acta Lini, noĩe	Acta, Lini nomine
57	b	7	transanna.	transamnana
	c	7	se ipsos	se ipsas
	e	4	fuit incognita;	fuit incognita.
58	c	3	in octauio	in Octauio
62	b	2	anima	animum
64	c	7	Clemens	Clementis
65	a	7	nemine	numine
74	c	8	venit antiq. nummus	venit. antiq. nummus.
76	e	6	more	mox
80	b	7	Phthsi	Phthisi
83	a	3	quidquàm mali posse	quidquàm mali pati posse
86	d	10	M.Aur.L.& Veri Impp.	M. Aur. & L. Veri Impp.
90	h	11	opulenta	opulentia
92	d	5	Antolycum	Autolycum
94	d	10	qu	quæ
103	c	4	illis assentiẽtibus	illis assentientes
		8	Santa	Sancta
107	a	3	Christiano & lacte	Christiano lacte
117	e	1	ab alij	ab alijs
129			Christi annus 252. Fabiani 14. Philippi 7. 253. sedes vacat. Decij 1. sic deinceps corrigendum vsque ad paginam 137.	
130	a	4	certum	ceterum
137	d	3	His Gregorius	Hic Gregorius
138	b	6	Apologiam	Apologias
141	d	9	sentisse	sensisse
143	a	10	est ad Fortunatum	& ad Fortunatum
145	e	8	præsentiæ	præsentia
152	a	3	illi Optatus	illi Rufꝰ, cui Gratꝰ
154	a	11	stare post cathecumenos etiam illinc egredi	stare post cathecumenos, vsque ad cathecumenos, et illinc egredi.

Pag. litt. lin.	mendum	emendatio
160 b 5	nec vtilem trans-migrationem	nec vtilem. transmi-grationem
161 b 11	quæ in breuiter pa negyrico	quæ breuiter in pa-negyrico
c 5	euentui	euentu
	praticæ	piraticæ
166 b 7	Maximino A.S.	Maximiano A. S.
168 d 8	admonent	admouent
169 b 1	decernitur in Se-natu persecutio	referendũ est in mar ginem.
c 8	ex orctis Martyrũ ordinem exequa-mur.	ex actis Martyrum, ordine exequamur.
170 d 8	MM SS.CC eius temporis	Martyrum eius tem poris
9	in Gallis	in Gallijs
171 d 11	in certamine	in certamina
172 b 1	Impp. audierunt	Impp vt audierunt
d	Indum	Indem
e 3	talos perforantur	talos perforatur
174 a 4	qua	quæ
176 c 10	tertio a Cypriano	tertium
180 in superiori marg.	288	305.
	Caij Papæ 5.	Marcelli Papæ 1.2.
	Dioclet. & Max. Impp. 5.	Constantij & Gale-rij 2.
189 ĩ superiori marg.	302.	311.
	Marc. Papæ 6.	Eusebij 3.
	Diocl. & Max. 19.	Constantini 6.
190	Cõstantini Imp. 5.	Constantini Imp. 6.
191	Constant. Imp. 5.	Constant. Imp. 7.
c	Constant. Imp. 5.	Constant. Imp. 7.
192	Euthy. Pap. 7. Probi Imp. 5.	Melch ad. Pap. 2. Constant. Imp. 7.
193 c 12	Iugu	Iugo
194	Melchiac. Pap. 7. Cõstant. Imp. 3.	Melchiad. 2. Con-stant. Imp. 7.
b 7	habetur	habentur
195 a 8	sacrinam	sarcinam
d 3	peruicatiam	peruicaciam
196 d 7	euictione	euectione
197 b marg.	te hori Episco porum	& testimonijs Epi-scoporum
199 e marg.	Cicinius	Licinius
200 e 9	post collatione	post collationem
106 a supiori marg.	p 202.	203.
201 c 6	puniri debre	puniri debere
11	viginti	viginti tres
202 a	entyclicæ	encyclicæ
	en,eyclicas	encyclicas
203 e 9	harispicibus	haruspicibus
204 b	marg. cap. Theod.	Cod. Theod.
e	marg. de rescript.	de raptoribus

Pag. litt. lin.	mendum	emendatio
205 b 6	Ruptiani	Rupitani
206 b 6	filios prostituisse	filias prostituisse
207 a	Christi annus 328	234.
b 10	vt (volebant eius verba	(vt volebãt eius ver ba)
d 10	ij, quę typis excu-sa sunt.	ijs quę typis excusa sunt
209 b 8	Farcissis	fauissis
210 a 1	Capitoliam obsecratam	Capitolium obserratam.
216 a	Christi annus 252	225
217 b 2	Cyrizenus	Cyzicenus
219 d 3	eiusdem ecclesiæ	eidem ecclesię
220 b 1	Marmanicæ	Marmaricæ
222 a 6	Socrate Theodo-reto	Socrates, Theodore tus
226 b 6	Euseb. 4. ritæ c. 16. Sapores	(Euse. 4. vitę, c. 16.) Sapore
e 3	(sed quod dubita-tionẽ affert an hic fuerit)	sed (quod dubitatio nem affert an hic fuerit)
232 b 3	Hinc autem po-nitur.	Hic autem ponitur.
4	Murgille	Murgillo
e 1	Ischiam	Ischyram
233 a 11	(Idem id Athana-sius	Idem Athanasius.
234 a 2	tanq;	tanquàm
b 12	Idolatram	Idololatram
235 a 4	Const.	cõstantino cæsare 4.
236 c 3	li 12 de Annon.	leg. 11. de Annon.
240 c 8	Apolog. 9.	Apolog. 2.
244 b 3	examinatio	exanimatio
d 9	Prigium	Phrygium
247 b 9	& felicitatem	vt felicitatem
12	in miraculis cele-bres	miraculis celebres
e 4	S. Euartius	S. Euortius
251 b 5	Inlum Papam	Iulium Papam
d 6	eita morte	cita morte
252 b 7	Amyanus	Ancyranus
10	Philozenum	Philoxenus
259 b 11	Marcina	Macrina
260 e 5	sed ad te	se ad te
283 e 4	Coræ in Latio.	Cęre in Latio
284 b 7	Arcę	Arce
286 b	marg. Iminense	Ariminense
288 d 7	auderet	auderent
290 c 7	Macidoniana	Macedoniana
293 a 10	enthusistta	Enthusiastæ
11	Aretica	Ascetica.
298 c 8	pro Nileto	pro Mileto
302 d 12	ξενίαν	μικν ξενίαν

Gallico-

Pag. litt. lin.	mendum	emendatio
a 7	Galliconorum	Gallicanorum
311 d 1	Basilissam	Basilinam
9	at vere	vt vere
12	Basilium	Basilius
312 a 11	ep. 62.	ep. 62. consolatur.
313 a 9	Episcopis	Episcopus
10	Quod non Catholici	quod catholici
314 d 5	Elearcho	Clearcho
6	Imp. infestos fuisse	Impp. infestos fuisse
315 d 11	Tianensi	Tyanensi
317	marg. superiori, Valentin. & Valentis Imp. 5	3
341 a 7	Pentius	Pontius
10	Ingante	instigante
342 e 3	commentititius	commentitius
385 a 11	Lugdunis	Lugduni
359 c 1	consecuta	consectata
363 a 3	Valtiniani	Valentiniani
364 b 6	Ipse	Ipsi
369 d 13	Gallianam	Galliarum
271 e 2	secijs	socij
374 a 7	tributuum	tributum
376 c 5	eos	eorum
378 b 5	Andrathius	Andraghius
379 c 6	Reipublica	Reipublicæ
381 e 1	Lausacis	Lausiacis
389 d	quantunquę	quantum queo
396 d 5	in fine	in fide
418 c 8	Pētadię Saluinę, viduarum	Pentadiæ, Proculæ, Saluinæ viduarū
422 c 2	ipsam concilij legationem	ipsam concilij Carthagin. legationē
426 c 6	Synetij	Synesij
	marg. videntes	violantes.
439 c 4	animam amittere	animam emittere
11	Anthiopomorphitas	Anthropomorphitas
457.	sequitur falso 484. cum debeat esse 458.	

Pag. litt. lin.	mendum	emendatio
460 d 11	persecutionis	prosecutionis
468	cautam	tantam
487 b	ad Episcopis	ab Episcopis
497 a 6	Aielatēsi Episcopi	Arelatensis Episcopi.
498 b 4	quod ergo extat est mutilum & decurtatum	Chtonicō, quod extat. est igitur mutilū & decurtatū.
499 a 6	Ascuricensis Consilium	Asturicensis Concilium
500 d 1	Flauinianum	Flauianum
501 a 1	Ius tibi Ro. Pont.	Ius sibi Rom. Pont. vsurpet.
504 a	Marciani Imp. 1.	Valentia. 26. Marciani 1. Impp.
510 b	huius cuius recepti	huius recepti
522 b 6	Aspare	Aspari
524 c	Flacitheus & filij.	Flacitheus & filius
525 d 9	Ad S. Mametum	ad S. Mamercum
e 13	S. Patientes	ad S. Patientis
526 a 6	Geratimias	Gerasimus
532 a 8	Ciptychys	Diptychis
533 a 3	vt certe deperdita	aut certe deperdita
536 d 2	S. Mamerti	S. Mamerci
538 e 2	Zordanus	Iordanus
539 d 9	Clotildem	Crotildem
548 e 1	Theodorico	Clodoueo
550 b 11	per vxorem	per vxorem fratris Anastasij ipsi offert Anastasio.
551 e 2	se non Seuero se communicare	Seuero se non communicare
556 d 6	iam dissessum	iam discessum
559 a	Anastasij Imp. 28.	Iustini Imp. 1.
566 c 6	quenquām	quanquàm
d 7	Nestoriani sui	Nestorianismi
541 c	arcta	arcta
533 a 2	Greg. Furoneus	Greg. Turonens.
578 e 7	Polyeueto	Polyeucto
588 e 5	totique classide	totiq; classi de more

Alia ipse Lector animaduertes.